2237

2237
XXX-1

1.584



EXPOSITIO MIRABILIS

IN DIVINA CANTICA CANTICORUM.

AUCTORE

V.P.Fr. RODERICO DE ASTORGA,
ANTE CANONICO IN ALMA ECCLESIA ASTURIcenſi, poſtea Monacho Ordinis Divi P. Hieronymi Maximi
Eccleſiæ Doctoris, profeſſo, mortuo, ac
ſepulto in Monaſterio Vulgo,
Los Toros de Guiſando.

EDITUR IN LUCEM

POST TRIA SÆCULA A SUBSCRIPTIONE,

DISSERTATIONE APOLOGETTICA,
CUM EIUS MIRABILI VITA:

SIMULQUE CUM TRIPLICI COPIOSISSIMO INDICE; VNUS
capitulorum, ac verſuum; alter locorum Sacræ Scripturæ;
tertiuſque conceptuum, ac ſententiarum:

PER P. M. Fr. AMBROSIUM DE MONTANCHES,
prædicti Ordinis filium, in Sacra Theologia Iubilatum, Priorem in Collegio Siguntino ſemel, & iterum; in Abulenſi ſimiliter; in Monaſterijs Salmanticæ, Zamoræ, & Albæ vnice ſemel: Diffinitorem Generalem, ac Privatum; Examinatorem Synodalem Vallif-Oletanę Dioceſis; Profeſſumque in Regali Monaſterio à Sancta Maria de Prado.

DICATURQUE

ILLUSTRISSIMO, AC PRÆCLARO

D. DECANO,

AC CAPITULO ALMÆ ASTURICENSIS ECCLESIÆ.

VALLIS-OLETI: cum debitis licentijs apud ILDEPHONSUM A RIEGO,
Typographum Vniverſitatis, anno 1723.

ILLVSTRISSIMO, AC CLARISSIMO D. DECANO, ET CAPITVLO ALMÆ ASTVRICENSIS ECCLESIÆ.



MAGNA, ac pervigilis cura (Colendiſsime Domine) ſemper Scriptoribus infuit in diſquirendo Patronum, ſub cuius munimine Opera eorum in lucem pandantur: *Antiquis temporibus, mos fuit, bonarum artium ſtudia mandare litteris, atque in libros redacta offerre Principibus.* Perſæpe enim plures inveniuntur perplexitate gravati, nam cum non ſufficiat auctoritas, ſi deſit affectio, ac benevolentia, ſemper ſunt valde timidi, ac pavidi. Sane hoc non ita contigit mihi in iſtud opus dicando: Nam ſtatim, ac ſtatui, illud publicę luci eſſe pandendum, ſine ambiguitate decrevi, tuę celſitudini eſſe dicandum; quia cum tuum ſit, nequis non illud cum magna affectione, ac benevolentia conſpicere, ſimulque cum valida auctoritate, ac plena ſapientia (qua ornaris abſdubio) protegere, ac ſi opus fuerit, enixe defendere. Vegec. de re milit. l. 1.

2 Dixi enim eſſe tuum (opportune quippè) quoniam à V. Roderico Alfonſo de Valle Viridi, digniſsimo Canonico, ac Vice Decano tuæ Sanctiſsimæ Aſturicenſis Eccleſiæ, fuit elaboratum; vt ex eius Protocolis conſtat, & ipſe Rodericus proprio ore confitetur. Igitur tuæ celſitati, ſine ambiguitate vlla debeo illud offerre: Nam Divinus Magiſter præcipit; Cæſari eſſe reddenda, quæ Cæſaris ſunt, & quæ Dei, Deo: *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quę ſunt Dei, Deo.* Et cum hoc mirabile opus ſit plenum Sapientia Cœleſti, & ſapientia filij lætificet patrem: *Filius ſapiens lætificat patrem*, nequit non eſſe tibi gratiſsimum donum, poſt fere tria ſæcula Rodericum ſepultum, coram te apparere iam reſuſcitatum, ac valde glorioſum. Luc. 20. 25 Prov. 10. v. 1.

3 Quapropter tuæ celſitati, in vnico dono, duplex offero eximie precioſum, & magnũ; nã in Roderici Expoſitione ſuper Cantica, quã tibi nunc animo libenti conſecro, eius imago, quæ in Davidica ſtetit ſub obſcuro tegmine ignota, vere apparet impreſſa, ita clare, vt ſine dubitatione credatur, Rodericum in Davidica per duo ſæcula conſepultum, in ſua Cantilena Divina eſſe vere revictum; ſimulque fuiſſe verum, & proprium Auctorem vtriuſque. At cum huic veritati omnes fidem dare, ſit perdifficile; (Nam etſi pluribus ſit valde grata, alijs, forſitam, erit maxime diſsita) illam ſub tuo valido patrocinio ſubmitto, vt tua maxima auctoritate, ac benevolentia, ſicut mater filium, foveas, & protegas, ac ſingulari ſapientia, qua ſemper præfulges, enixe defendas.

4 Reddeunt tandem, poſt tot temporum curricula, ambæ Expoſitiones ad Mare magnum tuæ præclarę, ac profundæ ſapientiæ; vnde ambę, ſicut duo flumina grandia feliciter ante fluxere; vt inoffenſo curſu per vniverſam Eccleſiam iterũ curſitent: *Ad locum enim, vnde exeunt flumina, vt iterum currant, revertuntur.* De tua vero celſitudine deſino plura magnalia referre, quoniã pro nũc nil tibi iudico, gratius eſſe, quã tuis conſecratis manibus filium tuum Rodericũ per fere tria ſæcula Incognitũ, deperditũ, ac ſepultũ reſtituere, ita revictũ, vt perſpicies in marginibus ſuę Cãtilenę Divinę, Eccleſ. 1.

vbi manus pro ſigno ponuntur, proprio digito demonſtrantem ſe ipſum.

5 Lætare igitur, alma ſemper Eccleſia Aſturicenſis, convoca non ſolum amicas, ac vicinas, ſed omnes Eccleſias in vniverſo Orbe fundatas vt tibi congratulentur; quoniam drachmam tàm largi temporis iniuria deperditam feliciter inveniſti. Plaudantque te omnes, quia omnibus peperiſti talem virum, tale Aſtrum, talemque Solem, fulgentiſsimis ſuæ ſingularis Sapientiæ radijs, omnibus æque fulgentem. Plaudit te etiam mea Præclara Hieronymiana Religio, grates tibi impenſe largiendo, quoniam meruit illum habere filium, quem tu prius genueras, atque lactaveras vſque in virum perfectum in plenitudine ſcientiæ, ac virtutis.

6 Et ne mea per excelſa Religio, tàm eximio beneficio, nota ingratitudinis vnquam pateretur incuſſa (Divina Providentia ſic diſponente) reddidit tibi, pro tàm venerando filio tuo Roderico, alterum; nempè Illuſtriſsimum, ac V. P. Fr. Nicolaum de Madrid, è Regio Monaſterio Sancti Laurentij aſſumptum in Epiſcopum tuę Sanctiſsimæ Eccleſię. Reſtituitque tibi Patrem, pro filio; pro ove, Paſtorem; caput, pro brachio; ac tandem Sanctum, pro Sancto; vt ex laudabilibus vtriuſque operibus, pia fide, licitum eſt atteſtari. Voce communi tota Diœceſis Aſturicenſis clamabat (& adhuc clamant plures adſtantes, qui vocem talis Paſtoris meruerunt audire:) *Ab antiquiſsimo tempore Sancti Thoribij Aſturicenſis Epiſcopi, vſque tunc, nullum alium Paſtorem magis ſimilem Thoribio tenuiſſe*: Sic refertur in vita eius. O felix Confraternitas, vbi communio Sanctorum, ſeu beneficiorum, ſine æmulatione cum debita æquitate experitur! Quapropter, alma Eccleſia, ſemper percolenda, libentiſsimo animo hoc donum accipere debes, quia eſt valde pretioſum, ac magnum, fœtuſque tuus; & ſub tuis alis, tamquam gallina, protegere, vt ab invidorum dentibus illæſus evadat; & in Dei Gloriam, tui, meęque Religionis honorem, ac tandem in Eccleſiæ vtilitatem per vniverſum Orbem curſu Aquilæ volet. Fave, & vale.

Par. 4. l. 4. c. 17. Hiſt. Ordi.

Illme. DOMINE.

Deoſculatur tuas conſecratas manus
humilis ſervus, ac Capellanus.

Fr. Ambroſius de Montanches.

CEN-

CENSVRA, ET APPROBATIO RR. P. M. Fr. Petri Reynoſo, in S. Theologia Iubilati, Regiæ Maieſtatis Chatolicæ Concionatoris, Sanctæ Inquiſitionis Qualificatoris, & Bibliothecarum Reviſoris; quondam ſui Ordinis Hieronymiani in Regnis Caſtellæ, & Legionis Generalis Viſitatoris, nunc vero in Parracenſi Monaſterio iterum Vicarij, & totius Abbatiæ Parracenſis Proviſoris.

1. IVSSV, & Commiſsione RR. P. N. Fr. Didaci de Algete, in Sacra Theologia Iubilati, Archiepiſcopatus Toletani Examinatoris Synodalis, noſtrique Ordinis Generalis digniſsimi, magna cum mentis delectatione, & affectu (O vtinam tanto cum profectu, & fructu!) legi, & perlegi *Expoſitionem Moralem in Cantica Canticorum Salomonis*: Authore V. P. N. Fr. Roderico de Aſtorga; primum Almæ Eccleſiæ Aſturicenſis Canonico, deinde, relictis relinquendis, N. Religionis, & Monaſterij (Vulgo *de los Toros de Guiſando*) nuncupati filio clariſsimo. Legi, inquam, & perlegi: Non vtique, vt iubebatur, ad cenſuræ trutinam, verum enim, vt contigit, ad mentis exceſſum, & admirationem. Periucundum ſane mihi præceptum, vt ſerio relegerem, quod iam pridem, licet curſim legeram: & omni ex parte accurate reviderem, quod partim olim, quanvis feſtinanter, videram.

2. Octo ab hinc annis apud idem Monaſterium de Guiſando diverſatus, ipſum inter alia Caſtellæ, & Legionis Viſitaturus, vidi in eius Bibliotheca Codicem iſtum originalem, N. Authoris nomine ſubſcriptum. Vidi etiam, & originale teſtamentum, quod pridie profeſsionis Monaſticæ N. Rodericus edidit, & in ſcripturam publicam redegit. Videntur in eo, vt cætera omittam, inter alia pia legata, vt tantum, ac talem virum decebat, alte ſimul, & religioſe diſpoſita, duo, quibus ſuam Gloſſam ſeu Expoſitionem Moralem in Pſalmos, & Gloſſam iſtam Moralem in Cantica Canticorum Bibliothecæ ſui Monaſterij legat, donat, elargitur: ſimul diſponens modum apprimè aptum, & neceſſarium, quo catenulis, ſeris, vectibus in ea pro Monachorum vſu, & frequenti lectione ſecurius, curioſius, & facilius aſſerventur, permaneant, & cuſtodiantur. Et cum inter nos fama ſit, & communis traditio Antiquiorum, & Venerabilium Patrum, Gloſſam illam, ſeu Expoſitionem Moralem in Pſalmos, quæ *Incogniti* nomine Typis Complutenſibus primum vulgata eſt, ex eo Monaſterio extracta à D. D. Ioanne de Fonſeca Epiſcopo tunc Burgenſi anno 1524. eſſe pium laborem, & partum alicuius ex NN. Venerabilibus Patribus; cogitare exinde cæpi, non decipi eos, qui verum Authorem Gloſſæ illius Moralis, quæ Incogniti nomine circumfertur, & poſt Complutenſes, typis Lugdunenſibus ſemel, & iterum, & tertio excuſa eſt anno 1589. N. V. Rodericum de Aſtorga huius Expoſitionis in Cantica Authorem certum, & propria ſubſcriptione præter humillimi viri morem, iam cognitum, iudicabant.

3 Tunc efficacius mihimet cogitationem iſtam perſuaſi, cum primum legi iſtam Expoſitionem, licet feſtinanter: Inſtabat namque proximum, ad quod neceſsè erat tranſmeare, Generale Capitulum. Occurrit quippè interlegendum cap. 1. huius Expoſitionis, vbi bis ſe remittit Author ad ſuam Gloſſam, ſeu Expoſitionem Moralem in Pſalmos: Primo ad v. 1824. ſecundo ad v. 987. & 1988. & 2515. Quæſivi ſtatim, & inveni Expoſitionem Incogniti in Pſalm. tum Compluti 1524. tum Lugduni 1589. editam. Loca, & verſus quæro, remiſsiones diſcutio: Conceptus, & aſſumptus confero, concordes penitus invenio adeo, vt in eis vnus ſenſus, vna ſententia, vnus ſtylus, idem ſermo, & multoties eadem verba de verbo ad verbum, vt conſideranti patebit, invenerim. Idem nunc inter revidendum mihi contigit in alijs remiſsionibus ad ſuam Gloſſam, ſeu Expoſitionem Moralem in Pſalm. quas in hac Canticorum ſparſas pius Lector inveniet. Eas omnes in Expoſitione Incogniti in Pſalm. diligenter quæſivi, accurate examinavi, & contuli, & fere de verbo ad verbum in ſtylo, & ſermonis eloquio vniformes, ac duas primas, inveni. Non me latebat prefatiuncula editionis Complutenſis Incogniti, à Lugdunenſibus prætermiſſa, qua Originalium, & Voluminum Incogniti in Pſalm. inventio, petitio, & extractio ex eo Monaſterio noſtro per dictum D. Fonſeca, minutatim demonſtrantur. Non etiam me latebant alia, quæ nunc iam in lucem publicam prodit R.P. M.Fr. Ambroſius de Montanches in ſua Præfatione Apologetica, feliciter pugnans, & peremptorie, meo videri, vincens.

4 Sed quorum iſta tam longo repetita principio? Quid enarratis cum operis approbatione, & cenſura? Eo nimirum mea collimat oratio, vt ſibi perſuaſum omnes ſtudioſi ex fundamentis à Patre M. Montanches in Præfatione Apologetica præjactis habeant, quod mihi abſque hæſitatione certum omnino iudico: Gloſſam moralem Incogniti in Pſalmos, & hanc Expoſitionem in Cantica eſſe labores pios N. V. Roderici. Hoc quippè ſtabilito, de quo non omnibus iudicandi facultas: *Sunt enim quidam indoctiores* (aiebat olim Eraſm.) *quam vt hiſce de rebus iudicare poſsint; & tamen nulli omnium iudicant præfractius. Sunt quidam adeo præcipites, vt pronuncient, ante quam res expendant. Legant prius noſtra teſtimonia: Mox loca conferant; idque integro animo, ſemota contentione, ſtudio, aut odio: Quibus rebus omne iudicium exoculatur: Atque ita demum, aut nobiſcum ſentiant, aut à nobis diſſentiant. Nos quod nobis viſum eſt, in commune propoſuimus nec omnino ſupine, ni fallor, nec arroganter. Siquis noſtra ſic reijciet, vt adducat meliora, volentes, ac libentes amplectemur.* Eraſm. in Iudic. oper. N. P. Hier. in fine. Ab editione Complutenſi anni 1524. quouſque P. Anguſſola edidit Incognitum ſub nomine Michaelis de Ayguano Venetijs anno 1609. fere in tota Hiſpania ſtetit publica fama, & communis exiſtimatio pro aliquo ex Noſtris Antiquis PP. præcitati Monaſterij: vbi reperti codices, vndeque ad publica præla prodiere. Incognitum Hiſpanum Authorem fuiſſe ex multis locis conijcere licet, notavit, & confeſſus eſt Bibliopola Lugdunenſis editionis anni 1589. N. Rodericum fuiſſe, fundamenta allata à P. Mag. Montanches clare in queſtione facti convincunt. Meliora, & ſolidiora adſint pro V. Ayguano, & ſtatim volentes, ac libentes amplectemur. In epiſt. dedic. ad Epiſcop. Mirap.

5 Hoc, inquam, ſtabilito, nec opus hoc indiget approbatione, nec Expoſitioni iſti opus eſt cenſura: Tali enim, ac tam communi

om-

omnium plauſu, & approbatione recepta eſt ea Expoſitio Pſalm. Incogniti, ex quo primum excuſa; vt ſemper apud Eruditos, & Sacræ Scripturæ Studioſos, concionatores præſertim Aſceticos, plurimi fuerit. Nullus in eius lectione multum non proficit. Nullus in aliquo offendit. Nullas, qui non miretur ſummam claritatem in explanando, claram verboſitatem in dicendo, SS. PP. lectionem aſsiduam in rebus difficilimis confirmandis, SS. Bibliorum maximam cohærentiam in moralibus ſenſibus ſtabiliendis, promptitudinem, & facilitatem in inveniendo, profunditatem in penetrando reconditiori Sacræ Script. ſenſu: adeo vt conſtans fuerit omnium Eruditorum ſententia, Gloſſam Incogniti in Pſalm. eſſe: *Opus ſane pulchrum* (verbis vtor Plinij ad Max.) *validum, ac ſublime, varium, elegans, ſpatioſum, & cum magna laude diffuſum. In eo quippè*, vt idem aiebat, *narrat aperte, pugnat acriter, ornat celsè, poſtremo docet, delectat, afficit.* Epiſt. 102 Idem. ep. 3.

6 Non ſecus mihi legenti, & perlegenti Expoſitionem iſtam in Cantica fateor contigiſſe. Paucis namque Capitibus pervolutis, ſimul me comprehendunt admiratio, extaſis, ſtupor. Quis enim non ſtupeat in hoc vno opere: *Qualiter diverſa, & tàm diverſa compilando* (verba ſunt Hugon. Vict.) *quaſi de multis coloribus, & formis vnam picturam fecit?* Quis non miretur, quomodo indefeſus Sancti Viri labor, aſſidua meditatio, infatigabile ſtudium, *quædam fruſtra diſſertiſsimorum virorum* (vt olim Caſiodorus) *in vno veſtimento contexuit, vt membratim poſsit adunata collectione cognoſci, quod ſub vno corpore nequaquam potuit inveniri?* Quis tandem in extaſim non eat, dum in vno, & quidem ſatis modico volumine, non librum, ſed Bibliothecam integram conſpexerit. Hoc laudabat Muretus in Plinio: *Vnum opus eius*, ait, *inſtar ingentis Bibliotecæ videri poteſt.* Hug. Vict. lib. 3. Di. Caſiod. lib 1. Div. inſt. cap. 1.

7 Dixerim merito de N. V. Roderico, quod N. Maximus P. Hieronymus in ſuo mirabatur Origene: *Auxerunt aliorum ſtudia Bibliothecas, & per partes compleverunt, vnus Origenes ingenij facilitate Bibliothecam vnam, quamvis ingentem implere potuit.* Complevit enim in ſeipſo N. Rodericus, quod in ſuo etiam Nepotiano laudat P. Hieronymus: *Continua lectione, & diuturna meditatione pectus ſuum Bibliothecam fecerat Chriſti.* In toto hoc ſuo opere non ſonat, niſi Chriſtus: In Chriſto principium ſumit, & cum Chriſto finem imponit: *Qui eſt Alpha, & principium, & finis.* Hunc ſemper ſonat in ſcripto, quem ſemper gerebat in pectore. Sed quænam hoc opus Bibliotheca Chriſti? In eo vno invenies, ſi legas attente, miro ordine artificiosè diſpoſita, & vnita, quæ in omni Scriptorum genere reperiuntur inordinatè confuſa, & diſperſa. *Sentit, vt Pythagoras* (verba ſunt Sidonij) *dividit, vt Socrates, explicat, vt Plato, implicat, vt Ariſtoteles, vt Demoſthenes iraſcitur.* Quid plura? Vltra progreditur Encommiaſtes. *Iam ſi ad Sacros Patres pro comparatione veniatur, inſtruit, vt Hieronymus; deſtruit, vt Lactantius; adſtruit, vt Auguſtinus; attollitur, vt Hilarius; vt Baſilius corripit; vt Gregorius conſolatur; vt Euſebius narrat, vt Eucherius ſollicitat, vt Paulinus provocat, vt Ambroſius perſeverat.* Plurima, & maxima quidem! Sed quæ melius quam illi de Mammerto, nobis de N. dicere licuerit Roderico. Quæ enim omnium iſtorum continentur ſparſa voluminibus, vt Apis argumentoſa compilavit in iſto pro ſuis moralibus Expoſitionibus: Adeo cunctorum aſsidua lectione, & meditatione *pectus ſuum Bibliothecam fecerat Chriſti.* Epiſt. ad Heliod de Epith. Nepot. Apoc. 1. 8. Epiſt. 4. in laud. Claud. Mam.

Sed

8 Sed in hominis iam Canonici, iam Religioſi continua Chori diurna, pariter & nocturna aſsiſtentia, auſteritate frequenti, aſsidua obedientia: vbinam tempus, & otium ad tàm multa perlegenda? Vbinam vita ad tot, tantaque volumina pervolutanda? Vbi quies, vt tumultuarie ſaltem, & per congeriem in codicibus parentur? Vbi tranquilitas, vt ita parata in digeſtum ordinem redigantur? Multum hic opus! Multus hic labor! Aſsidua vigilia! Continua meditatio! *Sed qui Deo ſtudent, nihil non proclive ſentiunt, nihil fruſtra conantur, nihil non ex voto conſequuntur.* Vt de N. Iſidoro Hiſpalenſi legit M. Eccleſia. Sic N. V. Auctor, mundi faſtibus abiectis, & conculcatis, plantatus in domo Domini, iam Canonicus, iam Religioſus, & Monachus, ſe totum lectioni, ac meditationi S. Scripturæ conſecravit: Sapientiam omnium Antiquorum, vt vere ſapiens, exquiſivit: quodque lectioni, ac meditationi ſupererat temporis, huius, & aliorum voluminum (*multa enim ſcripſit*, ait de illo N. Siguntinus) ſcriptioni dicabat.

In lect. 2. Noct. in eius feſt.

P. Sig. 3. p. lib. 2. c. 10. N. hiſt.

9 Magnus plane Maximi Parentis Hieronymi filius! Hic enim S. Auguſtini teſtimonio, *in Sacris literis vſque ad decrepitam vixit ætatem, & pœne omnium Scriptorum libros legit, corporiſque incommoda pijs laboribus, & perpetua lectione, & ſcriptione ſuperabat.* Parentem Max.imitatus N. Rodericus, in Sacra Scriptura legenda, & meditanda ad vltimum vſque diem vixit: Scriptores Sacros aſsidue pervolutavit, & fere omnes perlegit: difficiles ſenſus non ſolum ſtudio, verum, & oratione, ieiunio, & corporis mortificatione alte penetravit. Hinc illę altiſsimæ, & nimis profundæ cogitationes morales, tàm in hoc Opere, quàm in Gloſſa in Pſalmos; qualeſque in nullo Scriptorum huiuſce generis, quem viderim, inveniuntur. Hinc illa acris, ſed Chriſtiana libertas in vitia, & pravos corruptos mores ſine perſonarum, vel ſtatuum nec leviſsima acceptione. Mihi videbatur legenti, vel clamare Bernardum, vel ſcribere Hieronymum, vel perſonare Ambroſium, vel Baſilium. Hinc SS. PP. tot, & tàm ſelectæ, ſimul, & ſolidæ ſententiæ pro ſuis cogitationibus ſtabiliendis, & amplificandis; vt vix humana vita, quamtunvis longior, ſat ſit vigilantiſsimo, eis vel apparandis, vel inveniendis. Hinc denique in iſta Expoſitione tanta collectio, vt cum nova ſit, & adeo nova; legenti apparebit vetus, & perantiqua: Nova, quia novo ordine, nova methodo artificioſè diſpoſita: Vetus, & perantiqua, quia tota, è SS. PP. & ſcriptorum veterum ſententijs, & cogitationibus eruta, & enucleata. Novit quippè N. Scriptor Evangelicam Chriſti Domini ſententiam, quod *omnis Scriba doctus in Regno Cœlorum ::: profert de theſauro ſuo nova, & vetera.* Sed quem, vt Parent. Hieronymum, aſsidua lectio erudiebat, continua meditatio ditabat, quid ſcriberet? Quid proferret? *Nova vtique, & vetera*: Quæ nimirum, & meditabatur, hæc continue legebat, & de ſuo theſauro proferebat, & eructabat.

Lect. 2. Noct. in eius feſt.

Matth. 13. 52.

10 Famoſiſsimus Scriptor, Rex ſimul, & Vates de ſeipſo canebat: *Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus Scribæ velociter ſcribentis.* Qualia etenim in corde ſuo meditabatur, talia & loquebatur lingua, velociter ſcribebat, & ſcripta ſoli Deo Regum Regi dicabat. Meditatus eſt N. Rodericus in lege Domine die, ac nocte: Exercitabatur, vt David, & ſcopebat ſpiritum ſuum, & in meditatione ſua tantus exarſit ignis, vt verbum bonum eructavit cor eius. Meditationes iſtas Morales, quaſi, qui loqueretur, velociter ſcripſit, &

Pſalm. 44. v. 1. & 2.

ſcrip-

ſcripta ſua opera omnia ſoli Regi Sæculorum immortali conſecravit. Mirandum plane in hoc humillimo viro! Præter hanc Expoſitionem in Cantica, & illam in Pſalmos Incogniti, ſcripſit alia per multa, & vt reor, non minus pretioſa. Plurium in ſuo teſtamento meminit: ad alia in his Expoſitionibus ſe citat, & vt ad propria remittit. Scripſit *Dictionarium in S. Bibli.* ad quod ſe remittit in hac Expoſitione cap. 1. n. 94. & pluries in Gloſſa Pſalm. Scripſit *librum de Miſeria hominis*, quo ſe remittit hic cap. 1. n. 116. *Compendium in ſeptem partes diviſum*, de quo hic cap. 5. n. 100. *Commentar. in Epiſt. Iacob.* quorum meminit hic cap. 7. n. 144. & inſuper in Matthæ. de quibus cap. 8. n. 85. & alia in his operibus memorata. Illuſtravit Magiſt. Sent. In nullo horum laborum, & voluminum, cum tot ſint, inanem Mundi gloriam fugiens, & ſoli Deo ſcribendo militans, ſuum nomen expreſsit. In hac Expoſitione, vt dixi, præter morem propriis manu, & nomine ſe ſubſcripſit: Dei, vt arbitror, ſpeciali providentia eius manum, & animum movente, ne tanti Doctoris ſcripta proprio Parente, & Authore orbata, quia mortuus, & ſepultus Mundo, vti ſpuria reputentur, & ex iſta; *vt ex vngue leo*, reliqua eius ſcripta, diverſis iam, vt ſuſpicor, adoptata Parentibus, ab Eruditis, & criticis phraſis, & ſtili peritis recognoſcantur.

11 Et cognoſcentur vtique: ſi teſtimonia legantur, loca conferantur, remiſsiones, & allegationes concordentur, non contentioſo pro ſua quiſque Religione affectu, non inanis glorię, à qua tantum abfuit N. V. Scriptor, cupiditate; ſed vt cum Eraſmo iam monui: *Integro animo, ſemota contentione, ſtudio, aut odio: quibus rebus omne iudicium exacuatur.* Quærat, legat, & conferat Eruditus Lector omnes remiſsiones huius Expoſitionis ad ſuam Gloſſam in Pſalm. in Gloſſa Incogniti, & inveniet, vt à me inventæ ſunt, in ſenſu, ſtylo, phraſi, & verbis conformes. Nullam præterea vidi Expoſitionem in Pſalm. præter illam Incogniti, per verſus annumeratam, & diſtributam à primo primi Pſalmi ad vſque vltimum vltimi. Ad hanc per verſus diſtributam, vnunquemque citando, ſe remittit N. Author vt ad ſuam, ſic eam vocat. Hæc, & non alia, è proprio Monaſterio ab Illuſtriſsimo Fonſeca extracta eſt. Hæc, & non alia Complutenſibus typis excuſa, & vulgata fuit. Conſonat in omnibus Expoſitio hæc in Cantica cum Gloſſa iſta in Pſalm. quæ citatur vt propria.

12 *Legatur ergo communi vtilitate Codex iſte*, concludo cum Caſiodoro, *quando in vno corpore diligentia ſtudioſi viri potuit recondere, quæ in magna Bibliotheca vix prævalent inveneri.* Sicut enim in illa nulla fidei diſſona, ſed omnia maxime conſona; nulla rectis, & chriſtianibus moribus iniuria, ſed omnia valde proficua: ita iſta Expoſitio vbique lucida, vbique ſana, vbique puriſsima, vbique fidei dogmatibus conformis, vbique bonis moribus apprimè vtilis, SS. PP. ſententijs referta, reformandis perditis moribus ſemper ſollicita: Prodeat ergo in publicam lucem, ſi meo iudicio ſtandum: ſed prodat, teſtamento Auctoris protecta, & Apologia P. M. Montanches, vt quodam clypeo munita: ſicque tum illa Gloſſa Pſalm. Incogniti N. Authori iam cognito reſtituetur; tum hæc Expoſitio vti tàm V. Viri pluris æſtimabitur. Caſiod. de inſt. Dn. c. 23.

13 His vtique videbunt omnes Opera ſua bona, & glorificabunt, non Vniverſitatem Pariſienſem, vbi Doct. Laurea inſignitus; non Almam Aſturicenſem Eccleſiam, vbi Canonicatu, & Dignitate potitus;

non

non Religionem N. & præcitatum Monaſterium, vbi pie, religioſè, & laudabiliter vixit, & mortuus eſt; quamvis vnicuique horum ex his operibus ſua gloria, ſuum decus, & ornamentum. Sed abſit à gloria mortalium, qui mortalia omnia viriliter ſprevit, & mundo cum mortali gloria conculcato, in Monaſterio ſolicite latitavit. *Videant ergo opera ſua bona, & glorificent Patrem noſtrum, qui in Cœlis eſt*, à quo eſt omnis ſapientia, & ſcientia, & qui dat omnibus affluenter, & non improperat; cuius maiorem gloriam, honorem, timorem pariter, & amorem in ſuis operibus N. Scriptor, & quærit, & perſuadet. Hoc meum votum, hoc meum iudicium, ſic ſentio, ſalvo meliori, &c. In hoc Parracenſi Monaſterio Kalendis Mai. Anno 1722.

Matth. 5. 16. Eccl. 4. 1. Iacob. 1. 5.

Fr. Petrus Reynoſo.

NOS el Maeſtro Fray Diego de Algete, Examinador Sinodal perpetuo del Arçobiſpado de Toledo, y General de la Orden de nueſtro Padre San Geronimo, aviendo remitido à Perſonas Doctas, y graves de nueſtra Orden vna Expoſicion *Super Cantica Canticorum*, que compuſo, y dexò firmada de ſu mano el Padre Fray Rodrigo de Aſtorga, Monge de nueſtra Orden, y profeſſo de nueſtro Monaſterio de San Geronimo de Guiſando; y en atencion à que por el examen, y cenſura, que han hecho de dicha Expoſicion, conſta no tener coſa alguna contra nueſtra Santa Fè, y buenas coſtumbres; por las preſentes damos licencia al Padre Maeſtro Fray Ambroſio de Montanches, para que la pueda imprimir, guardando en todo los Eſtatutos Pontificios, y Regios que deven ſer guardados en la impreſsion de los Libros: En teſtimonio de lo qual, mandamos dàr, y dimos las preſentes firmadas de nueſtro nombre, ſelladas con nueſtro ſello, y refrendadas de nueſtro Secretario. Dadas en nueſtro Monaſterio de San Geronimo de Jesvs de Avila, en tres dias del mes de Noviembre de mil ſetecientos y veinte y dos años.

Fray Diego de Algete.
General.

Por mandado de nueſtro RR. P. General.

Fray Miguèl Gallo.
Secret. Gener.

CEN-

CENSURA R. P. IOANNIS DE VILLAFANE

è Societate Ieſu, quondam in Salmanticenſi Academia Sacræ Theologiæ Profeſſoris, modò Rectoris Collegij S. P. Ignatij Valliſ-Oletani.

OBSEQUENS præcepitis Illmi. ac Rmi. D. D. Fr. Ioſephi de Talabera Gomez de Eugenio, Epiſcopi Valliſ-Oletani, Domini, ac Prioris Junquera de Ambia, Catholicæ Maieſtatis à Conſilijs, &c. Evolvi animo libenti, pariter ac intento, hanc ſuper *Cantica* Expoſitionem, quæ, cum latuerit diù abdita vna cum ſuo Authore, nunc tandem prodit cum eodem in lucem, opera Rmi. P. M. Fr. Ambroſiij de Montanches, è Religione clariſsima Maximi Eccleſiæ Doctoris Divi Hieronymi. Vt verò in re tanti momenti meam aperiam ſententiam, tria potiſsimum me in admirationem rapiunt hæc ſedulò perluſtrantem Commentaria; eorum ſcilicet mirum artificium, vbique pietate intextum; tum virtutes egregiæ, ac doctrina pręcellens Authoris, & illius demum opportunus labor, ac impenſa diligentia, cuius beneficio fruetur dein litterarius Orbis tanti pretij theſauro, hactenus pene ſepulto.

Ex multis, ijſdemque præclaris operibus, quibus huius Expoſitionis Author (hactenus *Incogniti* titulo notus, & inſignis) rem litterariam ditavit, omninò duo evulgata ſunt: aliud quidem inſcriptum *Commentaria in Pſalmos*, opus equidem magno vbique exceptum plauſu, & cuius pietati, ac eruditioni nulla vnquam paria deferent Docti elogia. Aliud verò eſt hæc in *Cantica* Salomonis Expoſitio, quæ nunc primam auſpicatur lucem. Qua in Expoſitione conficienda ſatis patet, ante oculos habuiſſe Authorem illud maxime obſervandum monitum, quod Expoſitioni eiuſdem Cœleſtis Epithalamij præmiſerat eius Parens Hieronymus (ſi fortè eius eſt illud opus) *Ob hoc ergo* (inquit hic Maximus Doctor) *moneo, & conſilium do omni, qui nondum carnis, & ſanguinis moleſtijs caret, neque ab affectu naturæ materialis abſcedit, vt à lectione libelli huius, eorumque, quæ in eo dicentur, penitus temperet. Aiunt enim, obſervari etiam apud Hebræos, quod, niſi quis ad ætatem perfectam, maturamque pervenerit, libellum hunc ne quidem in manibus habere permittatur.* Oportet ergo, lecturum, & multo magis declaraturum hunc ſpiritu, & myſterijs exundantem libellum, inſtructum eſſe caſtitate Angelica, intellectu ſublimi, & lumine ſuperno, ne ſententijs, ac quibuſdam vocibus, quæ ſub humano ſonitu altiſsima contegunt myſteria, & à ſenſu remotiſsima ſenſa, prępeditus offendat.

Initio Expoſitionis.

Author in hac inſtruenda Expoſitione ſpiritum ducit vbique acrem, concitatum, ac zelo punctum. Quamobrem in eas non ſemel erumpit voces, & ſententias, quæ videbuntur fortè non ita decere eas, in quas diriguntur Perſonas. At (ſi vt par eſt) habeatur ratio temporis, quo elaboratum eſt opus, & in exempla Sanctorum Patrum, à quibus nuſquam diſcedit Author, convertantur oculi, nihil accidet novi; quin etiam erit, quod laudetur impenſe ingenua libertas ſtyli, qua vectus in vitia pungit, ac redarguit peccatores, more clamantis, & non muſsitantis, quaſi exterriti ſplendore, ſeu verius, fuco dignitatum humanarum. Aliquæ

quæ etiam voces apparebunt minus propriæ, ac præter latinam puritatem. Cæterum Author totus animarum commodis, vtilitatique intentus, parum ſtuduit humanę eloquentiæ pulchritudini, aut verborum apparatui, & nitori; hoc vnum curans, vt intelligeretur: neque id quidem ſine exemplo, eoque Magni Auguſtini, cuius illud eſt: *Melius eſt, vt reprehendant nos Grammatici, quam non intelligant populi.* Eiuſdem, & in eundem ſcopum collimantia illa ſunt aurea verba: *Quid prodeſt clavis aurea, ſi aperire, quod volumus, non poteſt? Aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt, quando nihil quærimus, niſi patere, quod clauſum eſt?* Quod ſi Authori viſum fuiſſet Dei gloriæ expedire, & ad ſpirituale animarum lucrum referre (in quo vniverſa Doctoris Catholici laus repoſita eſt) proculdubio deleſſet leviſsimo negotio ea vocabula, & in eorum locum ſuffeciſſet elimatoria. Hoc vno nomine dictus à Lucano eſt Marcus Cicero.

In Pſalm. 138.

Lib. 4. de Doctrin. Chriſtian. cap. 11.

Lib. 7.

Romani maximus Author
Tullius eloquij.

Quod nullum vnquam verbum, quod revocare vellet, emiſerit. *Quæ quidem laus* (ſi Auguſtino fides) *quamvis præclariſsima videatur, tamen credibilior eſt de nimium fatuo, quam de ſapiente perfecto.* Quid? quod idem clariſsimus Doctor Auguſtinus hanc amoviſſe videtur notam, & exſufflaſſe ſcrupulum, dum hæc ſcripſit: *Non valdè curo ſuperborum, imperitorumque iudicia, qui ſimiliter in legendos libros, atque in ſalutandos homines irruunt: non enim cogitant quales ipſi, ſed qualibus induti veſtibus ſint, & quanta pompa rerum, fortunęque præfulgeant.* Nec eſt ſine laude prætereunda eius prudentia, cuius officijs hoc opus prælo committitur, dum ſanum aliquarum propoſitionum annectit ſenſum, cautè, prudenterque providens, ne in alienum à veritate, & mente Authoris detorquerentur ab aliquo Lectore, ſive inepte ſcrupuloſo, ſive invidia tincto.

Epiſt. 7.

Lib. 1. de Ordin. cap. 11.

De Authoris ſapientia, & eximijs virtutibus nihil addendum habeo ijs, quę ſtudiosè congeſta lego in eo, qui opus commune facit. Habeo tamen, & ago maximas grates huic eidem, quod tantum nobis theſaurum effuderit; cuius in ſtudium, ac laborem referam opportune illud D. Gregorij Magni: *Per hoc enim quod non horret cognitum, intelligit quiddam Incognitum.* Debeo etiam enixe, & ſtudiosè Authoris clariſsimo Ordini gratulari, quod eum ſuo in gremio genuerit, ac educaverit filium, in quem cadit aptiſsimè, quod non abſimilem commendans Scriptorem aiebat Auguſtinus: *Ingenium quippe, & eloquium tuum tàm excellens, tàmque luculentum prodeſſe debet etiam cæteris.* Et verò quis non ſibi polliceatur, ex huius operis intenta lectione opimos virtutum fructus lecturos, qui legerint ea mente, vt proficiant? Vberrimos etiam germinabunt plures alij tractatus, ijdemque non vulgares, quos V. Author ſui ditiſsimi intellectus declaravit germanos fœtus, quaſi teſtamento.

Proœm. in Cantic.

Epiſt. 5.

Ecquidem Authoris faciem, & corporis modum vidimus nunquam: animi tamen proceritatem, & vultus, id eſt, doctrinam, & mores ſatis legimus in his ad vivum expreſsis imaginibus; quod de Maximi Eccleſię Doctoris Scriptis aiebat Auguſtinus: *Et libri quidem, quos de horreo Dominico elaboraſti, pene totum te nobis exhibent: ſi enim propterea te non novimus, quia faciem corporis tui non vidimus, hoc modo nec ipſe te noſti; nam tu quoque non vides eam. Si autem tibi non ob aliud notus es, niſi quia noſti animum*

Epiſt. 9.

mum tuum, & nos eum non mediocriter novimus in litteris tuis, in quibus benedicimus Domino, quod tibi, & nobis, omnibuſque Fratribus, qui tua legunt, te talem dicit.

Nec demum poſſum (vt fidem promiſsi ſolvam) non commendare illius officioſum laborem, qui hunc aperuit vniverſo theſaurum. Is, poſtquam doctrinæ ſuæ radios diù in Salmantina explicuit Vniverſitate, inter omnes Hiſpanicas celeberrima, executioni tandem mandavit ſui Parentis conſilium: *Multo tempore diſce quod doceas; & ſic non temeritate quorumdam doceas quod neſcias, ſed ante diſce quod docturus es.* Nihil ergo in hoc docto, iuxta ac pio detego opere, quod iure non poſtulet publicam lucem: Tantum enim abeſt, vt quidquam in eo legatur fidei diſſonum, aut bonis moribus noxium, vt credam potius, ſperemque, futurum, vt ſedula ipſius lectione fixius obfirmetur in cordibus fides, & boni mores provehantur, ita vt demum Chriſtianæ perfectionis vberrimos ferant, & opimos fructus. Ita ſentio. Vallíſ-Oleti, die 21. Martij, anno 1723.

Hier. Reg. Monach. c. de Correct.

IHS.

Ioannes de Villafañe.

NOS Doct. D. Cayetanus Gaſpar à Landa, huius Regiæ Vniverſitatis, Vallíſ-Oletanę Iuris Pontificij Laurea condecoratus, Officialis, & Generalis eiuſdem Civitatis, & Diœceſis Vicarius, per Illuſtriſsimum, ac Reverendiſsimum D. D. Fr. Ioſephum à Talavera, eius Antiſtitem, Priorem, & Dominum Villæ, vulgò Iunquera de Ambia, Regiumque Conſiliarum, &c.

Tenore præſentis facultatem elargimur, vt typis mandari poſſit, ac imprimatur *hæc Super Cantica Expoſitio*, Auctore V. P. Fr. Roderico de Aſtorga, in lucem edita, opera Rmi. P. M. Fr. Ambroſij de Montanches, è Religione clariſsima Maximi Eccleſiæ Doctoris Divi Hieronymi, quatenus reviſa, & approbata inveniatur à R. P. M. Ioanne de Villafañe è Societate Ieſu, nihilque á Catholica, & Romana fide, & probis moribus alienum, in ea continetur: ſervatis aliàs de iure ſervandis. Dat. Vallíſ-Oleti die vigeſima ſecunda Maij, anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo tertio.

Doct. D. Cayetanus Gaſpar à Landa.

De mandato eius

Antonius Lopez Remirez. Secret.

CENSURA D. D. IOANNIS DE FERRERAS,

Parochialis Sancti Andreæ Matritenſis Rectoris, Examinatoris Synodalis Archiepiſcopatus Toletani, nec non Sacræ Nuntiaturæ Regnorum Hiſpaniæ, Qualificatoris, & Reviſoris Supremi Senatus Sanctæ Inquiſitionis, Regalis Academiæ Alumni, & Decani, ac Regiæ Bibliothecæ Præfecti.

SUPREMI Senatus præſcripto legi ſumma animi attentione, ac voluptate præclara Commentaria in Cantica Canticorum Reverendi Patris Fr. Roderici de Aſtorga, ante Doctoris Pariſienſis, poſt Aſturicenſis Canonici, ac demum in Aſcetorio de Guiſando Ordinis D. Hieronymi Alumni: ſuo ſæculo, & ſequentibus Incogniti, & aliquorum incuria, hucuſque non noti: Qui non ſolum exoptavit latere mundo, ſed, & voluit profundæ oblivioni tradere nomen, ſcripta, famam. Nomen autem effugere non potuit accuratam diligentiam R. P. M. Fr. Ioſeph de Siguença, tanti Ordinis diligentiſsimi Hiſtoriographi, qui virtutum memoriam poſteritati commendavit. R. P. Mag. Fr. Ambroſius de Montanches, ſatis ſuis ſcriptis notus, incipit nunc infatigabili ſtudio prodere nobis eius ſcripta: Ac primum Commentarium hoc in Cantica Canticorum, quod nunc vſque delituit in Guiſandi Monaſterio: Pro quo ab omnibus Sacræ Scripturę ſtudioſis peremnes gratiæ rependi debent.

Cantica Canticorum iuxta vſum Hebraicæ linguæ ſic nominatur, quia excellit myſterio, magnitudine, & artificio cætera Sacræ Paginę Cantica, ſive à Moyſe, ſive à Prophetis decantata in gratiarum actionem Divinę beneficentiæ, & miſericordiæ: Quapropter cautum erat inter Hebræos, teſtibus Hieronymo, & Theodoreto, ne quis, qui trigeſimum annum non expleſſet, Canticum hoc legere, aut percurrere poſſet: Nam vt docuit Auguſtinus in huius Cantici lectione: Littera occidit, ſpiritus vivificat: Vnde Niſenus iam pridem edocuit, quod ad intelligentiam myſteriorum, quæ latent in eo, procul debere eſſe profanos; requirique hominem, qui veterem exuerit cum eius operibus, & deſiderijs, & qui ſuperveſtierit hominem novum Ieſum Chriſtum, & eius iuſtitiam, vt loquitur Apoſtolus. Catholici Expoſitores huius Cantici (miſsis Heterodoxis) conveniunt, Salomonem Scriptorem Spiritu Sancto afflatum varijs figuris deſcripſiſſe deſponſationem Verbi Divini cum eius humanitate per Myſterium Sanctę Incarnationis: Deſponſationem Chriſti cum Eccleſia, ac deſponſationē Domini cum anima iuſta, charitate flagrante; atque adeo cum hæc omnia ſpiritualia ſint, non niſi ab ſpiritualibus comparari poſſunt, qui mente purgata per aſsiduam meditationem, contemplationem, & orationem, levant ſe ſupra ſe, ac habiti ſunt digni, ingredi in Sancta Sanctorum Myſteriorum Dei, ac interiora velaminis.

Talis fuit vita, moribus, & converſatione Fr. Rodericus de Aſtorga,

ga, huius Commentarij Author; idque preſpicere licet ex ipſo Commentario, vbi tanquam in imagine ſe ipſum effixit, admodum quo Sacratiſsimus Paulus Apoſtolus, licet non corporis lineamenta, ſuis ipſe ſcriptis adamuſsim deſcripſit ſuas præclariſsimas virtutes, animæ dotes, & animi magnitudinem, ita vt ad cognoſcendum, quis fuerit Apoſtolus, ſat ſit percurrere eius epiſtolas. Non diſsimili modo videretur mihi, quod ad cognoſcendum interiora animi Auctoris huius Commentarij, ſatis erit ipſum Commentarium perlegere: Ex eo enim apparet in Sacræ Scripturæ ſtudio plus profuiſſe in Schola orationis, & contemplationis in lege Domini meditando die, nocte, quam ſtudio aſsiduæ lectionis: Quapropter vbique eructat verba Divina ex Moyſe, Pſalmis, Prophetis, Evangelio, & Apoſtolicis ſcriptis, quia vivens in terra mortuus, cuius converſatio erat in Cœlis, Divinæque Sapientiæ frequentabat Cathedram, cui auſcultans, hauſit quidquid locutus eſt de Divinis Myſterijs in hoc Commentario.

Inveniet profecto Lector in eo, non Platonis Philoſophiam, non Ariſtotelis argumenta, non turgentem eloquentiam Demoſthenis, aut Ciceronis; ſed ſapientiam, quam Paulus loquebatur inter perfectos, contrariam ſapientiæ ſęculi, & eius Principum: Myſticam ſcilicet Theoriam, in qua ſuperbia deijcitur, humilitas exaltatur, honor contemnitur, divitiæ deſpiciuntur, paupertas commendatur, abnegatur propria voluptas, & ei pręponitur obedientia, ſub cuius dulci, ac ſuavi iugo per fidem ambulamus, ſpe tendimus, ac flagrante charitate contendimus in Cœleſtis Ieruſalem nuptias, quas hoc in ænigmate Salomonis deſcripſit Cantico.

Adeſt in hoc Commentario ſcientia illa Sanctorum Concionatorum, qua peccatores deterrentur à vitijs, & eorum turpitudine, & pœna gehennæ, & aditus patebit ad ſalutarem pœnitentiam, & inſtaurandam gratiam, qua iuſtis ſtimula adduntur ad exercendos virtutum profectus, & aſſequendam charitatis perfectionem, ac denique nuda, & aperta myſteria omnia charitatis Divinæ erga nos, & omnino revelata myſteria omnia vitæ, & mortis Ieſu Chriſti Domini noſtri, quia factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio.

Quapropter non ſolum vtile, verum vtiliſsimum cenſeo hoc Commentarium, non ſolum Aſcetis, & Sacris Oratoribus, verum omnibus his, qui dulciſsimos Sacrę Scripturę fructus carpere cupiunt, qui latent ſub cortice litteræ in Sacro hoc Cantico: Cumque nil ſit in eo quod pium non ſit, & orthodoxum: Nihilque quod ſit contra Regiam auctoritatem, aut bonum Reipublicæ, publica luce dignum cenſeo. Matriti die 12. Auguſti, anno 1722.

Doct. D. Ioannes de Ferreras.

EL REY.

POR quanto por parte de vos Fray Ambroſio de Montanches, del Orden de San Geronimo, ſe me ha repreſentado, deſeavades imprimir vn Libro intitulado, *Expoſicion de el Libro de los Cantares*, compueſto por el P. Fr. Rodrigo de Aſtorga de el miſmo Orden, y para poderlo imprimir ſin incurrir en pena alguna, me ſuplicaſteis fueſſe ſervido de concederos licencia, y privilegio por tiempo de diez años para la referida impreſsion, remitiendole à la cenſura à la perſona que fueſſe ſervido; y en viſta de ella concederos el referido privilegio, y viſto por los del mi Conſejo, y como por ſu mandado ſe hizieron las diligencias que por la Pragmatica, vltimamente hecha ſobre la impreſsion de los Libros, ſe diſpone, ſe acordò dàr eſta mi Cedula. Por la qual os concedo licencia, y privilegio, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que han de correr, y contarſe deſde el dia de la fecha de eſta mi Cedula; vos, ò la perſona que vueſtro poder huviere, y no otra alguna, pueda imprimir el dicho Libro, por el Original que và rubricado, y firmado al fin de Don Balthaſar de San Pedro Azevedo, mi Eſcrivano de Camara, y de Govierno del mi Conſejo, con que antes que ſe venda, ſe trayga ante los de èl, juntamente con el Original, para que ſe vea, ſi la dicha impreſsion eſtà conforme à èl, trayendo aſsimiſmo fee en publica forma, como por Corrector por mi nombrado ſe viò, y corrigiò dicha impreſsion por el original, para que ſe taſſe el precio à que ſe ha de vender: y mando al Impreſſor que imprimiere el dicho Libro, no imprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas que vno ſolo con el original al dicho Fray Ambroſio de Montanches, à cuya coſta ſe imprime, para efecto de la dicha correccion, haſta que primero el dicho Libro eſtè corregido, y taſſado, y eſtandolo aſsi, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego, en el qual ſeguidamente ſe ponga eſta licencia, y la aprobacion, taſſa, y erratas, pena de caer, è incurrir en las contenidas en las Pragmaticas, y Leyes de eſtos Reynos, que ſobre ello diſponen; y mando que ninguna perſona ſin vueſtra licencia pueda imprimir el dicho libro, pena, que el que le imprimiere aya perdido, y pierda todos, y qualeſquier libros, moldes, y aparejos que el dicho libro tuviere, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis, y ſea la tercera parte de ellos para la mi Camara, la otra tercia parte para el Juez que lo ſentenciare, y la otra para el Denunciador; y mando à los del mi Conſejo, Preſidente, y Oydores de las mis Audiencias, Alcaldes, Algauciles de mi Caſa, y Corte, y Chancillerias, y à todos los Corregidores, Aſsiſtentes, Governadores, Alcaldes Mayores, y Ordinarios, y otros Juezes, Juſticias, Miniſtros, y perſonas qualeſquier de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de eſtos mis Reynos, y Señorios, y à cada vno, y qualquier de ellos en ſu govierno, vean, guarden, cumplan, y executen eſta mi Cedula, y todo lo en ella contenido, y contra ſu tenor, y forma, no vayã, ni paſſen, ni conſientan ir, ni paſſar en manera alguna, pena de la mi merced, y de cinquenta mil maravedis para la mi Camara. Fecha en Valſain à cinco de Agoſto de mil ſetecientos y veinte y dos.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor.

Don Franciſco de Caſtejon.

FEE

CAp.1.n.25.parceres, le. paſceres. n. 30.ita, le. iſta. n.50. alias, le. alius. n.54. Deo, le. Deum. n.57.oborem,le. odorem. n.58. terra,le. terrena.n.68. camibus,le. canibus. n.75. mundatis, le. mundanis. n.94. moribus,le. meroribus.n.101.ereſcit,le. creſcit.n.114. charitas, le. charis. n.147. mitientes, le. mittentes.n.163.quod,le. quot.n.165.fudum,le.fundum.n.200. bomo,le. homo. n.224.turba,le. turbat. n.239.blanditur,le. blanditur.n.242.cloore,le. colore.n.284.columbrarum, le. columbarum. n.280. creaturarum,le. craturarum.n.297. Bernardinum, le. Bernardum. n.306. diſciplinis,le. diſcipulis. n.310. nardus, le. nardu.n.316. dolore,le. dolere.n.372.conotrabit,le. contriſtabit.n.412.decolatur,le.decoloratur. n.433. tinebit, le. timebit. n.438.voluntatem, le. volantem. n.453. viſtitum,le. vetitum.n.484.vis Chriſti, le. via. n.503.guſte,le. guttæ. n.539.excæant,le.excæcant.Cap.2.n.5.digniates,le.dignitates.n.24.veridi, le. viridi. n.32. dulcimum,le. dulciſſimum.n.48.corpor,le. corpori.n.93.quæſitæ,le. quærite.ibi carnes, le. carnis. n.106. monibus,le. montibus. ibi pius,le. plus.n.107.diamante,le. diademate. n.138.Regem,le. Regum. n.155. meum,le. mecum. n.165.elegat, le. eligat.n.171.amare,le. mari. n.216.deinceps,le. decies. n.233.reeſapta, le. re exputa. ibi ponitus, le. poſitus. n.272. orare,le. arare. n.282.vir,le. vix. Cap.4.n.65.rovas,le. voveas. Cap.5. n.142. comprehendum, le. comprehendendum.n.144. confringit,le. conſtringit.n.183. dicitur, le. dicunt. n.253. militia, le. malitia. Cap.6. n. 7.vtrum,le. virum.Verſ.carnalibus,le. canalibus.n.125.ſuper vos, le. ſuper nos. Cap.8. n.8. indignationibus, le. indignationis.n.52. eximas,le. æſtimas.n.97.eunachus, le. eunuchus.ibi fumibus, le. funibus. n.116. ſciplici,le. ſupplicij. n.136.fama, le. fame. n.225. induunt, le. inducunt. ibi inſtercora, le. in ſtatera. n. 238. Ieſu bene, le. bone.

Eſte libro intitulado Expoſicion ſobre los Cantares, ſu Author el V. P. Fr. Rodrigo de Aſtorga, de la Orden de San Geronimo, y con eſtas erratas correſponde à ſu Original. Madrid, y Abril 20. de 1723.

Lic. D. Benito de Rio Cao de Cordido.
Corrector General por ſu Mageſtad.

DON Balthaſar de San Pedro Azevedo, Eſcrivano de Camara del Rey nueſtro Señor, y de Govierno del Conſejo: certifico, que aviendoſe viſto por los Señores de èl vn Libro intitulado, *Expoſicion de el Libro de los Cantares*, que con licencia de los Señores ha ſido impreſſo; taſſaron à ſeis maravedis cada pliego, ſin principios, ni tablas, que el dicho Libro parece tiene noventa y tres, que al dicho reſpecto, montan quinientos y cinquenta y ocho maravedis de vellon; y à eſte precio, y no mas, mandaron ſe venda el dicho Libro: y que eſta certificacion ſe ponga al principio de cada vno, y para que conſte lo firmè en Madrid, à veinte y tres de Abril de mil ſetecientos y veinte y tres.

Don Balthaſar de San Pedro.

VITA V. P. Fr. RODERICI DE ASTORGA, ex Almæ Aſturicenſis Eccleſiæ Canonico Monachi profeſsi in Monaſterio, Vulgo Los Toros de Guiſando, *Ordinis Sancti Parentis Hieronymi.*

QUAM HISPANO IDIOMATE OLIM SCRIPTAM AB eruditiſsimo P. M. Fr. Ioſepho de Siguença, latinam nunc refert P. M. Fr. Ambroſius de Montanches eiuſdem Ordinis filius.

3.p.l. 2. c. 10.

§. I.

1 IN nobiliſsima, ac perantiqua Civitate Aſturicenſi Rodericus Alfonſus de Valle Viridi fuit valde feliciter natus. A tenerrima ætate ita clarum virtutis ſpecimen præbuit, puræ honeſtatis præcipue, magnæque modeſtiæ ætati præcelſæ, vt omnium animos, ac voluntates dulciter alliceret. Statim ac in vſum rationis pervenit, pronitate valida, rebus Eccleſiaſticis fuit aſcitus propenſe. Studio deditus, cum eſſet clariſsimi ingenij, illico excelſe eminuit eius omnes condiſcipulos, abſdubio, ac comparatione. Sacris initiatus Ordinibus, proprijs meritis potius, quam affectibus, ac emendicatis patrocinijs in Sancta Eccleſia Aſturicenſi Præbendis fuit inſignitus; extant vero in eiuſdem Eccleſiæ Archivijs inſtrumenta quędam, teſtantia Rodericum in Decani locum pluries fuiſſe ſuffectum.

Protoc. 11. f. 80.

2 Cumque hæc omnia, etſi plena honoribus, ac divitijs, ipſi magis parerent faſtidium, quam gaudium (nam ſæculi divitiæ, & honores magis lacerant mentem, quam delectant) decrevit proinde, mundana omnia magnanimo corde reſpuere; opere adimplendo, quod ſpiritu Cœleſti ſuper Pſalm. docuerat ipſe: *Quanto concupiſcentia maior eſt, tanto pauperiorem facit hominem, quia quanto plura concupiſcit, tanto ſibi deficiunt plura, & quanto plura ſibi deficiunt, tanto pauperior eſt.* Cum hac ergo anxietate Rodericus luctans, deſiderio ſecurioris vitæ, Deum deprecabatur enixe in cubiculo domus eius, humili oratione, ac ferventi; lacrymis amare perfuſis, eleemoſyniſque large pauperibus impenſis (nullus vnquam ab eius conſpectu ſine ſolatio diſceſsit) vt pro ſua immenſa benignitate viam ſuæ æternæ ſalvationis oſtenderet.

In Pſalm. 61. v. 11.

3 Aſpiciens igitur Deus ſuis pijſsimis oculis humiles præces ſui ſerviRoderici(nam nunquã deſpicit clamãtes ad ſe) illico ignem ſuiDivini amoris in corde eius accendit, vt ſæculum cum pompis eius reſpuendo, Ordinem Maximi P. Hieronymi ingrederetur. O res mirabilis! Cum vix nulla in eius mentem de Hiſpana Congregatione Hieronymiana ante aſcendiſſet notitia. Firmiter vero in eius anima fixa divina motione, minime contentus, ſe ſolum Mundum deſerere, niſi ſecum alios in vineam Chriſti operarios adduceret. Habebat enim in ipſa Civitate Aſturicenſi

duos

duos amicos valde in Christo dilectos; ex quibus vnus Iuris Consultus peritissimus erat; alter vero Asturicensis Episcopi intimus Familiaris: Quibus cum aperuisset secretiora suæ religiosæ mentis, illico ambo promisere libenter, eius vestigia prosecuturos propense, ingrediendo simul cum eo Religionem Divi Parentis Hieronymi, non in quovis Monasterio, sed in eo vulgo nominato, *Los Toros de Guisando*, sito in vastissima solitudine, asperrimaque Montana ita plena speluncis (quibus homines Angelicam vitam agebant) quod nullus fuerit in terra situs magis similis Eremis Ægypti, Nitriæ, ac Thebaydæ.

4 Vnanimes, ac æque alacres consilium Christi sequendo: *Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus*; spretis omnibus mundi divitijs, honoribus, ac dignitatibus sæculi simul contemptis, egressi de terra sua, de cognatione, ac paterna domo, processere in terram longinquam, quam Roderico monstraverat Deus. Cumque omnes simul in Monasterium Guisandi perveniissent, ad Sanctum habitum fuerunt simul recepti, simul sanctissimam vitam egerunt, & fere simul in gloriam sempiternam fuerunt evecti. Luc. 14. v. 33.

5 Virtutes in vtroque Roderici socio fuerunt eximię. De Familiari Illmi. Episcopi, cuius nomen erat Alfonsus, narrat historia, quod statim ac animam Deo reddidit, resplenduit facies eius, ita splendide, quod Monachi adstantes aspicere non auderent; nam non hominis apparebat, sed Angeli. De Iuris-Consulto (nomine Ioannes) affirmat, quod, etsi in Iuribus erat egregius, sapiensque valdè, minime sapiebat in altum; sed agnus humilis, ac puerulus, factus erat innocens, similis illis, de quibus dixerat Christus: *Nisi efficiamini sicut parvuli non intrabitis in Regnum Cœlorum.* Matth. 18. v. 2.

§. II.

6 SEd quidnam vita mirabilis horum cum præclara vita nostri Roderici? Valde quippè multum. Nam vt narrat historia, sicuti Sol longe omnia Sidera, quamquam valde micantia, splendore superat, sic Rodericus virtutum suarum radijs, superabat socios suos, sicut Stellas fulgentes. Siquidem pene ab incunabilis fuit eximius pietatis cultor. Virginitatem vigili studio vsque ad mortem servavit; semper in puritate Angelica persistendo: Manum suam quotidie multoties largiter extendebat ad pauperes. Plures graves, ac non graves, necessitates succurrebat secreto. Quanta fuerit in Augustissimum Eucharistię Sacramentum reverencia, illud plane ostendit, quod nunquam, dum vixit in sæculo, Missæ sacrificium celebrare præsumpserit. Habebat enim in anima intime præsens præceptum Apostoli: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Probabat se Rodericus sæpè quotidie, & semper se iudicabat indignum, dicebat enim: *Non permittat Deus, quod anima mea tam distracta, se accedat ad rem omni reverentia, ac puritate dignissimam.* 1. Cor. 11. v. 28.

7 Postquam vero fuit Rodericus Religionem ingressus, nulla dies præteribat, quin hoc admirabile convivium conficeret; quod, vt exacte adimpleret, omnia religiosa exercitia totius diei cura ingenti ad id ordinabat. Dulcedinem eius ita salubriter gustabat anima, vt omnium spi-

ſpiritualium chariſmatum abundantia impinguata, ſenſus omnes manerent ſopiti. Nunquam otio locum præbuit, nam ſemper cum eo bellum indixit horridum, ac percruentum: Proptereaque, miniſterijs obedientiæ expletis in abſcondito ſuæ celulæ, ſeu ſpeluncæ, interminate vacabat; tum orationi, tum lectioni Scripturæ Sacræ. Libros quamplurimos ſcripſit, ac ſcribebat, non ea mente, vt luceret ipſe, aut laudaretur; ſed vt prodeſſet alijs, ac ſaluti proximorum ſuo labore conſuleret. Donabat enim illos Monachis ſyncere nulla alia exacta, vel admiſſa mercede, quam vt ſui memores inter orandum forent, ac apud Deum deprecarentur pro illo. Confeſsiones pœnitentium infatigabiliter audiebat cum tam benigna dexteritate, quod afflicti, enixeque tentati, ac vexati ſcrupulis, à ſuis pedibus, valde alacres recedebant; ac tam bene in luctis inſtructi, vt deinceps nullas inimici doloſi timerent inſidias. In Familiaribus, ac Monaſticis colloquijs erat valde modeſtus, graviter alacer, & temperatus, cum tanta ſanctitate, ac prudentia, quod vix poſſent ab eius colloquio divelli domeſtici, pariter ac extranei. His, totque virtutibus Rodericus ornatus, vitamque per longam ſine regreſſu vllo ſecure progreſſus, miræ ſanctitatis culmen aſcendit, donec bono certamine tandem certato, repoſita fuit illi à iuſto Iudice corona iuſtitiæ.

§. III.

8 HÆc noſter Siguntinus egregius de mirabili vita, præclaris virtutibus, ſingularique ſapientia Venerabilis quippè noſtri Roderici Aſturicenſis. Sed non plura? Adhuc plurima extant relata (quæ cenſui ſuper addenda) in præfatione Expoſitionis Da-
„ vidicæ Compluti vulgatæ nomine Incogniti. Noluit (refertur) vir ter-
„ renæ ambitionis negligens, & Cœleſtis potius, quam humanę glorię
„ avidus; nomen ſuum, alioqui non indignum, quod in hominum cœtu
„ celebraretur, in vulgus dare. Quiſquis is fuerit, vt de eius genere, ac
„ nomine nihil certe in præſentiarum dicere habemus; ita ex ipſius monu-
„ mentis illud pronunciare poſſumus: Eum fuiſſe ingentis ſpiritus virum,
„ qui aſsidua, iugique evolutione legem Domini ſcrutatus, fructum ſuum
„ dederit in tempore ſuo. Scripſit enim in novum, & vetus inſtrumen-
„ tum non pauca. Item Sermones, Dictionarium, & in quatuor libros
„ Magiſtri Sententiarum ſcripta quædam, atque alia, quorum ipſe men-
„ tionem in hoc opere facit.

9 Sed de quo Propheta, ſeu Expoſitore ſacro dicitur hoc? De Incognito ſine dubio; ſed quippè pro Roderico Aſturicenſi fuit vere prolatum; vt fatetur nunc ipſe in ſua Gloſſa ſuper Cantica, appellans pluries ſuam Moralem in Pſalmos, vt manifeſte apparebit legenti præfationem noſtram num. citatis in ipſa, manu pro ſigno in margine poſita. Dicitur enim in præfatione Expoſitionis vulgatæ Compluti de illo Venerabili Viro (tunc ignoto, iam vero cognito) fuiſſe ſpernacem ambitionis terrenę; Cœleſtis potius, quam humanæ gloriæ avidum valde: Eumque fuiſſe ingentis ſpiritus virum: Aſsidua, iugique evolutione legem Domini fuiſſe ſcrutatum: Quæ omnia in noſtro Roderico reperiuntur excelſe: Nam cum eſſet ditatus præexcelſis honoribus, ac divitijs pluribus; pauperrimus factus, omnibus ſpernendis ſpretis; contulit ſe in vaſtiſsimam ſoli-

tudi-

tudinem, vt aſsidua contemplatione Divina, iugique evolutione legem Domini impenſe ſcrutaretur.

10 Quam valde Rodericus fuerit ſcrutatus Arcana Divina, myſteria intime recondita, ænigmata incomprehenſibilis ſapientię profundiſsima, in ſua Canticorum Expoſitione clareſcit. Altius enim evolavit Rodericus in ſua Gloſſa Davidica, vt patet in ipſa; ſed multo ſublimius alas evexit in Canticorũ Expoſitione, vt in ea apparet. Nullum ſacrum opus eſt ita pluribus, ac profundis ænigmatibus plenum, vt Divinorum Canticorum Canticum. Nullum verbum (ſeu rarum) intelligi poteſt, vt littera ſonat; nam ſic, vulnerat animam; propterea Parens Hieronymus inſtruens Virginem Lætam ait: *Sine periculo diſcat Cantica Canticorum: Ne, ſi in exordio legerit ſub carnalibus verbis ſpiritualium nuptiarum Epithalamium non intelligens, vulneretur.* Senſus litteræ ſonat terrena; cum ſint omnia ſignificata Cœleſtia. Canit Divinus Sponſus (etſi littera humana) ſpirituales delicias, quibus in ſponſalitijs, cum ſua Sponſa Eccleſia Sancta, valde dilecta, ſeu anima iuſta, in intimo cordis cubili, hilariter complacet. Hier. ad Lætam.

11 Quanta puritate, claritate, ac dexteritate ænigmatica Cantica Rodericus gloſsificet; quam enixe excitet animas fideles, vt in odorem ſui Divini Sponſi ſine pigritia hilariter currant, vt ab ipſo Regum omnium Rege introducantur in cellaria ſua: Quali luce clariſsima indicet Sponſis, vbi earum Sponſus Chriſtus paſcat, & cubet in meridie; plenus delitijs, ac divitijs, vt cum ipſo ditentur, ac delectentur gaudio ſempiterno: Viam rectam, ac metam ſecuram monſtrando; & perditionis repellendo, alliciendo illas multoties dulciter, multoties acriter: Ne, cum ad Sponſum currant, & clament: *Domine, Domine aperi nobis*; mereantur audire: *Neſcio vos*: Quali dexteritate, ac puritate Rodericus pingat accubitum Regis Divini fundentis Sponſis ſuis dilectis, inter collocutiones dulciſsimas, caſtiſsimoſque amplexus, odorem ſuavitatis æternæ; ſimulque lectulum eius, tum ornatum odoriferis floribus, tum clavis, ſpiniſque textum acutis, vt anima ſponſa vel amore, vel compaſſione quieſcat in eo; cuilibet dovote legenti hanc mirabilem Expoſitionem in Cantica, ita clare apparebit, vt dicat.

12 Mirabilis Deus, ſuis dilectis arcana ſuæ Sacræ Scripturæ revelando; mirabilis in Roderico exponendo Divinum Pſalterium, ſed mirabilior in eo gloſsificando Canticorum Canticum. Nam etſi Pſalterium ſit Canticum Sacrum, non eſt, ac Canticum Canticorum ita infinitis ænigmatibus plenum: Nam omnia Divina ænigmata à Deo manifeſtata Patriarchis Sanctis, Iudicibus, Regibus, Prophetis, Apoſtolis, & Evangeliſtis; in Canticis Canticorum concernuntur collecta, vtpote ordinata ad intimam vnionem animæ cum Deo, in hac vita per gratiam, & per gloriam in altera:

& quanto ænigmata Divina ſunt plura, & magis abſcondita;
tanto magis, in illa apperiente, reſplendet
Divina Sapientia.

(¶¶)

§. IV.

§. IV.

13 NOtum enim erat vniverſo Orbi, Sapientiam Salomonis fuiſſe magnopere habitam, ſed nondum fuit ſufficienter cognita, vſquequo Regina Saba in nomine Domini venit, eum in ænigmatibus experiri; at vt Regina cognovit profundiſsima ænigmata à Salomone magna claritate aperta, ſtatim ſtupore valde admirata clamavit: *Maior eſt ſapientia tua quam rumor, quem audivi.* A duobus ſæculis retro magnus eſt, & fuit ſemper rumor, ac fama, inclytumque Roderici (quamvis ignoti) nomen, ob ſingularem ſapientiam, ac ſublimitatem doctrinæ, quam in Regij Vatis Commentatione profudit; ſed poſtquam in Divina Cantica ænigmatibus infinitis obſtruſa ſuam ſonoram vocem emiſit, multo ſapientior apparebit ac ante; nam ita altiorem cantum intonuit, cum tanta dexteritate, & harmonia, vt quælibet vox, ac aſpiratio ſuaviter, dulciter, ac efficaciter excitat animos, allicitque voluntates, quod etſi in terris canitur, audienti devote Angelicis Choris intereſſe videtur.

3. Reg. 10.

14 Fateor ingenue, mihi, etſi miſerrimo omnium pluries contigiſſe, dum auribus mentis perſpexi Rodericum Cantica Divina pandentem, non eundem eſſe, ac prius eram. Legat quiſque attente, applicet mentem devote, etſi cantus ſolummodo ſit inter duo; nempe inter Sponſum Divinum, & dilectam Sponſam, percipiet voces millia millium ſuaviter, ac clare, canentium infinitis, diſtintiſque terminis ænigmaticis per Gloſſam mirabilem Roderici. Sed vnde talia Rodericus dedicit? *Cum, incomprehenſibilia ſint iudicia Dei, & inveſtigabiles viæ eius?* Sine dubio tam alta, ac profunda fuit ſcrutatus, cum à Divino Rege in cellaria ſua intime eſſet introductus; in accubitu eius dulciter reclinatus; ac in lectulo ſuo enixe amplexatus ab ipſo. Nam, vt refert Siguntinus egregius in Vita Roderici pręclara, totam agebat ab obedientia ad orationem; ab oratione ad explanationem Divinorum Cantuum: Et Divinus Sponſus, ſuæ amabili Sponſæ tenet promiſſum, ſe illi plura arcana aperturum in accubitu ſecum oranti. *Dilata os tuum, & implebo illud. Id eſt* (exponente Chriſologo) *Myſtico ſermone ditabo, & replebo illud toto eloquio Cœleſtis arcani.*

Ad Rom. 11. v. 33.

Pſal. 80. v. 11. Chriſ. ſer. 18.

15 Noſter Rodericus nunquam appertioni Divinorum ænigmatum operam dabat, ſive dum vitam agebat in ſua alma ſemperque prędara Eccleſia Auſturicenſi; ſive in Monaſterio Guiſandi, niſi prius munitus, & præventus humili, ac ferventi oratione, & lacrymarum effuſsione perenni. Et cum Paulus dicat: *Quæ ſunt Dei nemo cognoſcit, niſi ſpiritus Dei.* Immenſus ſpiritus Dei fuit in Roderico, cum locu-

1. Cor. 2. v. 11.

tus

tus eſt tàm profunde, & tàm alte de ſpiritualibus Dei ænigmatibus ita reconditis. Laudent te enim (vir ſemper colende, & venerande) omnes Gentes, ac Cœleſtes ſpiritus; & dicant cum Regina Saba: *Sit dominus Deus tuus Benedictus, cui placuiſti*, in Pſalmis, Canticis, ac in intimis, dulcibuſque collocutionibus cordis eius, ac ſuæ Sponſæ valde dilectæ.

Amen.

(o)

CATALOGUS OPERUM

N. V. RODERICI ASTVRICENSIS.

REFERTUR IN SUA MIRABILI VITA SCRIPSISSE libros, & permultos.

Scripſit imprimis: Gloſſam Moralem in totum Pſalterium.

Item, Expoſitionem Moralem in Divina Cantica Canticorum.

Item, Poſtillas in Michæam, in Apocalypſim, & in Ioannem.

Item, Sermones Quadrageſimales.

Item, in Magiſtrum Sententiarum.

Item, Dictionarium in Sacram Scripturam.

Item, In 2. 2æ. D. Thom. Ad quæ opera pluries ſe remittit in prædicta ſua Expoſitione Davidica.

Inſuper ſcripſit librum de Miſeria hominis, ad quem ſe remittit in ſua Expoſitione Canticorum. cap. 1. n. 116.

Item, Compendium in ſeptem partes diviſum, quod citat cap. 5. n. 100.

Item, Commentarium in Epiſtolam Iacobi, cuius meminit in cap. 7. n. 144.

Item, Super Matthæum, de quo memoratur cap. 8. n. 85.

Ex teſtamento facto ante profeſsionem conſtat, donaſſe Monaſterio Guiſandi plura manuſcripta.

Nem-

Nempe, Tractatum de Trinitate, de Angelis, de Incarnatione Domini, & Sacramentis.

Item, Vnum librum de Sacrificio Missæ, & conscientia celebrantium, ac se à celebratione abstinéntium.

Item, alium, cuius titulus est: Omnibus secreta Theologiæ tractare pollentibus.

Item, Alium variarum quæstionum de spiritu Malo, Angelico, ac Humano.

Item, Summam Doctorum.

Item, Expositionem in Decretalem: Vnam Sanctam Ecclesiam.

Propterea in Præfatione Expositionis vulgatæ Compluti in laudem Operum N. V. Roderici (tunc Incogniti) profertur:

Denique optandum nostris Theologis est, vt reliqua eius opera in magnum ipsorum commodum alioquin in lucem prodant.

Proh dolor! Fere omnia fuerunt combusta
ignito naufragio Monasterium
devorante anno
1550.



PRÆFATIO APOLOGETICA PRO INCOGNITO IN SUIS CANTICIS noto, in qua dilucidè oſtenditur, Auctorem Commentariorum in Pſalmos non alium fuiſſe, quam V. P. Fratrem Rodericum de Aſtorga: ante in Alma Aſturicenſi Eccleſia Canonicum, poſtea verò Monachum Ordinis Sancti P. Hieronymi Maximi Eccleſiæ Doctoris; ac Profeſſum in Monaſterio eiuſdem Ordinis, vulgò

Los Toros de Guiſando.

PER P. M. Fr. AMBROSIUM DE MONTANCHES, IN SACRA Theologia Salmanticæ Iubilatum, eiuſdem Familiæ alumnum.

§. I.

1 REM aggredior multis ſanè gratiſsimam, diùque deſideratam, alijs verò fortaſſe invidam, & permoleſtam. Pervenerunt ad me duo libelli; vnus quidem elaboratus à R. P. M. Fr. Michaele Ximenez Barranco, Monacho Benedictino propugnante, Incognitum ſuper Pſalmos eſſe V. Petrum Berchorium eiuſdem Ordinis; non verò V. Michaelem Aiguanum Carmelitam; nec Monachum aliquem Hieronymianæ Familiæ. Alter verò editus à R. P. M. Fr. Ioanne à Sancto Angelo, digniſsimo Carmeli filio, pro viribus aſſerente, Incognitum ſuper Pſalmos eſſe V. Aiguanum; minimeque Berchorium, nec Rodericum de Aſtorga alumnum Maximi Doctoris Hieronymi: Et illicò mihi in mentem venit, quod Parens noſter Hieronymus firmiſsimum Eccleſiæ culmen adverſus Rufinum reſcribit. *Quid vis me facere, bone amice? Taceam? Videbor crimen agnoſcere. Loquar? Terres me gladijs. To. 3. Apol. 2. col. 6. l. D.*

2 Etſi locutus eſt Santiſsimus Doctor gladijs ante oculos poſitis, ne tacendo videretur aſſentire Rufino, loquar, & ego, ne ſilentio approbem, Incognitum eſſe Berchorium, aut Aiguanum, minimeve Rodericum, maxime cum nec vnus, nec alter in ſuis diſſertationibus terreat gladijs; ſed vnicè prætendat vterque veritatem oſtendere; & diſquiſitio veritatis nulli viro probo diſplicere poteſt; cum potius cuilibet debeat valde placere. Præſertim, cum, tempore cuius filia veritas appellatur, obſcuratur magis, quam clareſcit. Sic accidit veritati quæſitæ per vnam, & alteram diſſertationem: Nam Incognitus non dum per illas eſt cognitus, etſi conquiſitus impenſe. Non eſt enim Aiguanus, vt propugnat Magiſter Ximenez: Non Berchorius, minuſve Rodericus Aſturicenſis; ſed vnice quippe Aiguanus, vt omni fiducia proclamat Magiſter à Sancto Angelo; cumque hoc non probet, veritas conquiſita, ſi non magis, ſaltèm æquè manet ignota, & obſcura.

3 Verum enim eſt, eſſe invtile, prohibitumque à divino Vate nec verbo, nec ſcripto contradicere vero, vt eruditè proclamat Magiſter à Sancto Angelo in introductione ſui libelli: *Non contradicas verbo veritatis; Eccleſ. 4. verſ. 30.* Sed contradicere non veritatis verbo, non eſt prohibitum, nec invtile, ſed potius opus pium, ac valde laudabile, iuſtitia, & charitate plenum, quale eſt tribuere vnicuique, quod ſuum eſt, & debetur illi ſecundum opera ſua; proptereaque præcipit divina ſapientia, quæri veritatem, etſi emere ſit præciſum: *Veritatem eme. Prov. 23. v. 23.* Cum ergò adhùc maximè ſub dubio ſit, cuius veri Auctoris ſit mirabilis expoſitio ſuper Pſalmos vul-

gata Compluti nomine Incogniti, licitum erit ſine contentione, ac iurgio indagare verum Auctorem, iura partium fideliter proponendo, vt veritas (etſi vſque nunc in tenebris) perſpicue clareſcat, ac cognoſcatur.

4 Nec hoc novum eſt in Eccleſia Chriſti, nam ſine iurgio, nec rixa ortæ fuere controverſiæ inter Doctores Fideles, Regulares, ac Sanctos, in diſquirendo veros,& legitimos operum ſacrorum Auctores. Quod opus ſacrius, quam omne divinum Pſalterium? Quid notius, quam eſſe Davidicum? Et tamen non defuère, nec deſunt plures, & graviſsimi Auctores aſſerentes, non omnes Pſalmos à Davide compoſitos fuiſſe; in quorum numero numeratur noſter Incognitus, qui exponens Pſalmum 89. ait: *Plures fuerunt Auctores Pſalmorum, inter quos fuit Moyſes, qui iſtum Pſalmum fecit.* Et non ſolum iſtum, ſed etiam vndecim Pſalmos ab illo compoſuit Moyſes, vt traditur à Maximo Parente Hieronymo. *Moyſes* (ait Maximus Doctor) *non ſolum nobis quinque reliquit libros, Geneſim, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, ſed vndecim quoque Pſalmos ab octogeſimo nono. Her. t. 3. epi. 139.* Et tamen, etſi hoc teſtaretur Hieronymus, Eminentiſsimus Caietanus ſapientia, & virtute plenus affirmat, Davidem fuiſſe Auctorem omnium Pſalmorum, ſolum dempto Pſalmo octogeſimo nono, quin ortum fuerit inter Doctores aliquod iurgium, contentioque aliqua, tametſi tunc temporis certarent Doctores, an David fuerit Auctor Pſalmorum omnium, cum decem computarentur Auctores, vt ipſe Caietanus refert, tom. 3. in præfa. §. 4.

5 Nec diſsimilis controverſiæ præſenti fuit alia antiquitus orta circa aliam expoſitionem mirabilem ſuper Pſalmos, vt narrat Marianus Victorius, tomo ſeptimo operum Doctoris Maximi in Prefatione: Quæ communiter extimabatur, vt edita à Parente Hieronymo: Ex qua controverſia fuit ſecutum potiùs nullius, quam cuius eſſe Auctoris. *Vocataque in dubium quæſtione* (ait Marianus) *vtraque ſententia propugnatores ſuos habuit; eoque contendendo, dubitandoque progreſſum eſt, vt potius Hieronymi labores hos non fuiſſe, quam cuius illi Auctoris fuerint apud doctos, eruditoſque aliquos invaluerit.* Quapropter prædictus Marianus motus auctoritate Apoſtolica Santiſsimi Pij V. non ſine vigili ſtudio, ac impenſo labore verum Auctorem præfatæ expoſitionis in Pſalmos fuiſſe Hieronymum Maximum Eccleſiæ Doctorem abſque rixa, & contentione monſtravit: Nam veritatem obſcuram, in tenebriſque latentem clareſcere non eſt prohibitum, ſed potius laudabile, ac omnibus doctis, ac eruditis perquamgratum.

6 Cum ergò ex diſſertationibus, aut (vt verius dicam) contentionibus, quibus acriter inter ſe digladiantur RR. PP. M.M. Ximenez, & à Sancto Angelo liquido conſtet, & appareat Auctorem expoſitionis Davidicæ vulgatæ Compluti nullum alium, quam Berchorium, aut Aiguanum fuiſſe, minimeque doctiſsimum Rodericum Aſturicenſem, operæ pretium duxi, iurgis, ac contentionibus procul ſemotis, oſtendere verum Auctorem prædictæ expoſitionis eſſe ipſum Rodericum: Quod omnibus erit pergratum, cum vnus, & alter (vt ex dicendis conſtabit) ita deficiant in probationibus, vt anſam, veritatem ſciendi, tribuant eruditis; nam ex metipſis potius nullius, quam cuius Auctoris ſequitur eſſe.

§. II.

7 VT clariùs procedam, noto primò, omnibus eruditis ſcitum eſſe, mirabilem expoſitionem ſuper Pſalmos nomine Incogniti vulgatam Compluti fuiſſe inventam in Monaſterio de Guiſando Ordinis Doctoris Maximi, ex illoque extractam ab Illuſtriſsimo D. D. Ioanne de Fonſe-

Fonſeca Burgenſi Epiſcopo libenti conſenſu Monachorum, vt ad animarum ſalutem publicæ luci daretur: Quod factum fuit anno Domini 1524. vt conſtat ex præfatione ipſius commentarij primò typis dati Compluti. Sicque cucurrit felicitèr, ac grate per Eccleſiam Chriſti fere vnum ſęculum bis. & ter ſub nomine Incogniti prælo datum; nulla poſt tot temporis ſpatia, & curricula controverſia mota, quod valde incredibile eſt, ſi alicui regulari familię, præter Hieronymianam, eſſet probabile ius ad margaritam valde pretioſam, ignotè vagantem. Proptereaque ſtabat, & ſemper ſtetit pro Hieronymiana publica fama, & opinio.

8 Noto ſecundo, certum etiam eſſe, Incognitum non ſolum ſcripſiſſe expoſitionem Davidicam vulgatam Compluti, ſed ſimul plura alia opera, nempè Dictionarium, Poſtillas in Michæam, in Apocalypſim, in Ioannem, Sermones, in Magiſtrum Sententiarum; vt ipſe Incognitus fatetur in ſuis remiſsionibus ad prædicta opera in expoſitione Davidica: Igitur non poteſt vere affirmari de aliquo ſubiecto eſſe verum Auctorem Davidicæ expoſitionis vulgatæ Compluti nomine Incogniti, quin ſimul de ipſo affirmetur fuiſſe, & eſſe Auctorem prædictorum operum.

9 His præſuppoſitis notis; oportet pergere ad perquirendum Incognitum, differendumque cuius matris ſit verus, ac legitimus filius; quod, vt faciliter, ac feliciter aſſequamur, non alia via eſt procedendum, quam abijciendo opera tenebrarum, & induendo arma lucis: Hoc eſt, *Opera conſona luci: Caiet. ibi.* Quæ clarior apparebit iuribus partium prævisis, ac attente recognitis. *Iuxta Reg. Iur. Si vis rectè iudicare, audi alteram partem.*

10 Primus, qui hanc controverſiam excitavit, fuit P. M. Fr. Baſilius Anguſola Procurator Generalis Præexcelſæ Carmelitanæ Familiæ; vt apparet in prę-fatione ad editionem Davidicam Venetijs datam typo anno 1609. ferè vnum ſæculum poſt Compluti vulgatam nomine Incogniti; bis, ac ter antea ſculptam Lugduni; reſolutè decidens, fuiſſe elaboratam à ſapientiſsimo P. M. Michaele Aiguano ſuæ Sacræ Religionis meritiſsimo filio, ac Generali.

11 Ad huiuſmodi deciſionem fuit vnice motus ex eo, quod in Conventu Bononienſi ſui Ordinis adinventa fuerunt quinque voluminia manuſcripta ſuper Pſalmos ab ipſo Aiguano; & aliud ſimul exemplar in Biblioteca Conventus Vene-„ tię, in quorum initio leguntur hęc verba: Incipit lectura ſuper Pſalterium edita, „ & compoſita per Fratrem Michaelem de Aiguano de Bononia. Et paulo infrà: & in „ ſingulorum voluminum primo folio depicta erat imago Lectoris in Cathedra ſe-„ dentis habitu Carmelitano induti; vna cum imaginibus auditorum eiuſdem, & al-„ terius habitus: Et ſimiliter in calce ſingulorum eiuſdem Auctoris fit mentio. Quæ lectura cum hactenus impreſsis Incogniti commentarijs comparata ita concordabat, „ vt nullus poſsit alius cenſeri huius operis Auctor. Præcipua ratione; quia Incog-„ nitus ſe remittit ad ſuum Dictionarium ſolummodo conſtans ex tribus primis lite-„ ris A. B. C. & huiuſmodi Dictionarium complectens tantum iſtas tres literas in-„ ventum fuit manuſcriptum per P. Michaelem de Bononia, in Conventibus ſui Or-„ dinis Bononiæ, & Venetiæ, & citata loca commentarij cum Dictionario collata „ fuerunt, & per omnia reperta ſunt convenire.

12 Et intendens obiectionibus ſatisfacere, proſequitur, dicens: „ Ne cuiquam faciat ſcrupulum, quod in quibuſdam dictionibus, vel tranſpoſitis, „ vel immutatis, vel etiam additis, aut demptis non omnino cum manuſcriptis con-„ veniant impreſſa, tum Compluti, tum Lugduni; quia ſimilis diſcordantia nihil „ obeſt operis identitati. Ponitque finem præfationi fatendo; commentarium Davi-„ dicum typo datum Compluti, fuiſſe inventum, ac extractum de Monaſterio Gui-„ ſandi Ordinis P. Hieronymi; Nam quippe fuerat ab Italia in Hiſpaniam tranſmiſ-„ ſum ſine titulo, quem vt ornatiorem haberet, nullum demum habuit.

His

13 His vnicis fundamentis nixus M. Anguſola aſſeruit, Auctorem proprium, & verum expoſitionis Davidicæ vulgatæ ſemel Compluti; iterum, ac tertiò Lugduni nomine Incogniti, fuiſſe Michaelem Aiguanum. Sed minime; nam ex dictis ab ipſo Anguſola non ſequitur manuſcriptum Davidicum ab Aiguano eſſe idem, cum extracto de Monaſterio Guiſandi, datoque prælo Compluti; ſed omnino diſtinctum, ac valdè diverſum. Primo, quia tale commentarium fuit traditum, & donatum Monaſterio Guiſandi anno 1446. à V. Roderico Alfonſo de Valle viridi ante Canonico Almę Eccleſiæ Aſturicenſis, poſtea Monacho profeſſo in prædicto Monaſterio; donatione facta cum debita ſolemnitate ante Alfonſum de Sancto Martino Regium Scribam, ſignataque ab illo feria quarta ſeptima die menſis Octobris anni prædicti. Quæ donatio adhùc perſeverat originalis cuſtodita in dicto Monaſterio.

14 Inter manuſcripta Monaſterio à Roderico donata aliqua fuere expreſ-
„ſa tenoris ſequentis. Item, vna Gloſſa moral ſuper Cantica Canticorum en vn li-
„bro en papel. Item, vn libro Summa Doctorum en papel Toledano. Item, vn li-
„bro de Gloſſa ſobre los Pſalmos. Item, otro libro de Gloſſa ſobre los Pſalmos. Item,
„otro libro ſobre la miſma Gloſſa en papel de Marca mayor. Item, vn tratado de
„Trinitate: E otro de Angelis: E otros muchos tratados, è Sermones. Item, vna
„Gloſſa ſobre el Maeſtro de las Sentencias: E ſobre la 2. 2ª.

15 „Et poſt alia multa concludit: E eſta dicha manda, è limoſna, que
„aſsi fago à los dichos Monaſterio, Prior, y Convento de Guiſando, la fago con condi-
„cion, que los pongan todos en libreria, è eſtudio comun. E otro ſi, con condi-
„cion en eſpecial, que los dichos Prior, y Convento fagan ligar, è atar en dicha
„libreria, è eſtudio comun con buenas cadenas de fierro recias, è permanentes, è
„con ſus candados, ò candado, el libro de la Glòſſa ſuper Cantica Canticorum, è
„el libro Summa Doctorum: E los tres libros de lectura ſobre el Pſalterio, por ma-
„nera que alguno, ò algunos no puedan quitarlos, nin ſacarlos de dicha libreria, è
„eſtudio comun. E en otra manera, que por eſte miſmo fecho deſde agora les ſea
„revocada, è revoco la dicha manda, è limoſna de los dichos libros, ò libro de eſ-
„tos ſuſodichos, que aſsi deſcadenaren, ò ſacaren de dicha libreria, è Monaſterio.
„E ſean debidos, è dados, è entregados, ò debido, ò dado, ò entregado à mis ſo-
„brinos Leonor Sanchez, è Albar Sanchez, Canonigo en la dicha Santa Igleſia de
„Aſtorga, è Fernando Sanchez de la Carrera ſu hermano fijos legitimos de Pedro
„Fernandez de la Carrera, è de Sancha Gomez mi hermana, que Dios aya, &c.

16 Hæc, etſi vſque nunc ferè omnibus, & mihi fuerint ignota; nullus deinceps dubitandi relinquitur locus; ſi verò aliquis anceps fuerit, non pigrè profitiſcatur ad Monaſterium Guiſandi; & perſpiciet oculis veritatem peſpicuam; vtpote non de re ficta, ſed verè, & realiter facta, teſtamento adhuc permanente, non in Philipinis, ſed in Hiſpaniæ viſceribus. Qua veritate verè ſuppoſita, manifeſte convincitur commentarium Davidicum vulgatum Compluti eſſe diſtinctum, valdeque diverſum à commentario ſuper Pſalmos ab Aiguano elaboratum.

17 Nam hoc erat diviſum in quinque volumina: donatum, inventum, ac extractum de Monaſterio Guiſandi erat diſtributum ſolummodo in tria. Primum volumen Aiguani continebat expoſitionem 25. Pſalmorum à primo ſubſcriptum nomine ipſius. Secundum, & tertium volumen continebant expoſitionem à vigeſimo quinto Pſalmo vſque ad ſeptuageſimum nonum incluſive. Quartum volumen amplectebatur alios Pſalmos ab illo, vſque ad centum & octo. Et quintum, ab iſto, vſque ad vltimum. Quæ quinque volumina imaginem Lectoris habebant pictam in fronte, Carmelitano habitu induti vna cum imaginibus auditorum eiuſdem, & alterius habitus, & in calce ſingulorum eiuſdem Auctoris erat mentio; vt omne conſtat

ex

ex atteſtationibus pro Ayguano in editione Venetiæ anno 1609.

18 Commentarium vero Davidicum donatum à Roderico Alfonſo de Valle-Viridi Monaſterio Guiſandi erat digeſtum in tria volumina tantum, diſtintiſsimo methodo; non ſervato in 1. volumine ordine numerandi Pſalm. à 1. vſque ad 25. tantum, ſed vſque ad 50. & ab iſto in 2. volumine vſque ad 100. & in 3. ab iſto vſque ad vltimum. Nam etſi huiuſmodi diſtributio Pſalmorum per volumina non conſtet, veroſsimilimum eſt, ita fuiſſe diſtributa, cum certum ſit, totum Pſalterium fuiſſe diſtributum ab Incognito in volumina tria, & non plura.

19 Nec valet dicere, Commentarium Ayguani tranſlatum fuiſſe in Hiſpaniam ſine titulo, quem, vt ornatiorem haberet, nullum demum habuit. Ludricam profectò appellat iſtam coniecturam, Magiſter Ximenez fol. 74. ſui libelli; qualis eſt affirmare, Italos miſiſſe libros in Hiſpaniam ſine titulo, ad pulchre cudendos, & pingendos. Quia ſemper viguit in Italia florentiſsima Schola, cum potius tunc in Hiſpania plura eſſent prælia, quam præla. Et tranſmittere huiuſmodi opus in Hiſpaniam ſine titulo, & nomine Ayguani, vt ornatiorem haberet, eſt ludricum manifeſtum. Nam prius eſt, corpus eſſe, quam eſſe album. Prius eſt, volumen habere Auctorem, & titulum, quam ornatiorem habere. *Anguſola in Præf.*

20 Quis enim credet, Commentarium Davidicum Ayguani diſtributum in quinque volumina, habentia in frontibus deſcriptam imaginem propriam, non ſolum Auctoris, ſed etiam Auditorum plurium cum habitu eiuſdem ordinis, & alterius; ſimulque in calce omnium nomen ipſius ſubſcriptum, tanslatum fuiſſe in Hiſpaniam ſine imagine, ſine titulo, & nomine, nec in vno, vel alio volumine? Quis etiam credet, cum Ayguanus dictaſſet ſuum Commentarium Davidicum in cathedra ſedens, pluribus auditoribus ſuæ, & alterius Familię (vt demonſtrabatur in fronte librorum) vnicum tantum exemplar permanſiſſe in Eccleſia Chriſti, & non alibi, niſi in vaſta ſolitudine Guiſandina; tàm longe diſtante á Bononia, & Venetia? Cum potius ſit credibile multum, plura fuiſſe cuſtodita, non ſolum in Conventibus ſuæ Religionis, ſed etiam alterius, cum fuiſſet ab ipſo, in cathedra ſedente, dictatum, auditoribus pluribus aſsiſtentibus. Dixi, nullum exemplar ſimile Guiſandino fuiſſe in Eccleſia Chriſti; nam de nullo ſimili, ante editionem Complutenſem, fuerat mentio, nec fuit, poſt illam. Siquidem in Monaſterio Cæſaraguſtano Sanctæ Engratiæ, numquam fuit vllum, vt exiſtimat Pater Magiſter à Sancto Angelo n. 372. Et inventa in Conventibus Bononiæ, & Venetiæ, erant omnimodè diſsimilia vt manet oſtenſum à n. 13.

21 Nec enim valet argumentum deſumptum ex remiſsionibus ab Incognito factis in ſuum Dictionarium, ſolummodo conſtans ex tribus literis A. B. C. cum nunquam ſe remittat ad alias, & Dictionarium ſimile huic, ex tribus literis tantum, fuit repertum in Conventibus Carmeli Bononię, & Venetię, ſubſcriptum, & elaboratum per Michaelem Ayguanum.

22 Hoc argumentum nil probat 1. quia etſi aliqui affirment, Dictionarium Ayguani ſolum conſtare ex tribus literis A. B. C. tamen eruditiſsimus Lezana, honor, & decus Carmeli, teſtatur, elaboraſſe illud integre, & perfecte: *Integrum, & perfectum reperitur in noſtra Tranſportina Bibliotheca*, vt refert M. à Sancto Angelo n. 77. ergo argumentum nullum eſt, cum certiſsimum ſit, Dictionarium Incogniti tantum conſtare ex tribus literis A. B. C. Nam nunquam, in ſuo Commentario Davidico, tàm large diffuſo, ſe remittit ad alias: Nec tamen eſt certum, Dictionarium Ayguani conſtare ex tribus literis tantum, cum M. Lezana valde eruditus affirmet integrum, & perfectum reperiri in Bibliotheca Tranſportina.

Niſi

23 Nisi fortè dicamus, Ayguanum in ſua Expoſitione Davidica, nunquam ſe remiſiſſe ad ſuum dictionarium, conſtans tantum tribus literis A. B. C. Nam quippè fuit vltimum opus elaboratum ab ipſo, ſiquidem in labore eius vitam finivit. Sic teſtatur Venerabilis M. Ioannes Groſi, Ordinis Carmelitani digniſsimus Generalis, coævuſque ipſius Ayguani; ita de illo loquens ait: *Item incepit ſolemniſsimum Dictionarium, quod incluſivè ab A. vſque ad C. complevit, & non vltra; quia in labore eius obijt.* Sic refert M. à Sancto Angelo n. 71. Si ergo Ayguanus in labore ſui Dictionarij conſtantis ex tribus literis, & non vltra obijt, dictionarium eius fuit vltimum opus omnium laborum ipſius. Nam *ly in labore eius* neceſſario ſupponit pro dictionario, de quo erat ſermo in vltimo loco Cathalogi operum, & abſque dubio illud opus eſt vltimum, in cuius labore vita finitur. Cum ergo Ayguanus, vt aſſerunt plures, ſcripſiſſet commentarium Davidicum, vixiſſetque plures annos poſtquam completè finivit; ſiquidem illud perfecit anno 1397. debitumque naturæ reddidit ſui, & omnium Creatori anno 1416. vt affirmat M. à Sancto Angelo n. 80. & 98. minimè potuit ſe remittere in ſuum dictionarium, cum dictionarium fuerit opus poſterius Davidico, & vltimum omnium; quia in labore eius obijt. Cui valde cohæret, quod nec Anguſola, nec Magiſter à Sancto Angelo, etſi pro Ayguano diſſertantes impensè, vnquam adducunt aliqua verba ex Ayguani dictionario in collationibus formatis ab eis cum commentario Davidico circa remiſsiones Incogniti in illud, vt demonſtrabitur infra n. 37. Argumentum igitur ex dictionario Ayguani nil probat pro ipſo.

§. IV.

24 R. P. M. Ioannes à Sancto Angelo excitus à R. P. M. Michaele Ximenez Barranco propugnante, Incognitum non eſſe Ayguanum; ſed Petrum Berchorium, illum propellit, oppoſitum impensè aſtruendo: Nempè, Berchorium non eſſe Incognitum, ſed Ayguanum. Et quamvis convincat primum, minime perſuadet ſecundum. Nam nititur iiſdem principijs, non vere ſuppoſitis, quibus vtitur Anguſola, ſcilicet, commentarium Davidicum vulgatum Compluti nomine Incogniti anno 1524. eſſe idem, ac commentarium ſuper Pſalmos elaboratum ab Ayguano, poſt ferè 120. annos ab edictione Complutenſi, repertum in Conventibus Carmeli, Bononiæ, & Venetiæ: Quia inter ſe collata omnino convenerant, cum ſint valde diſsimilia, vt manifeſtum manet in n. 13. & ſeq. Nam impreſſum Compluti, fuit inventum in Bibliotheca Monaſterij Guiſandi ex illaque extractum, datum fuit prælo, quod erat digeſtum in tria tantum volumina. Quæ diſtinctio, & diverſitas, cum ſit ita certa, vt apparet in citatis numeris evidenter demonſtrat, prædicta commentaria eſſe omnino diſtincta, diverſa, ac diſsimilia. Et cum M. à Sancto Angelo fundet ſuam aſſertionem in incerto ſuppoſito; nullus erit diſcurſus formatus ab ipſo in quæſtiuncula ſexta à n. 79. vſque ad 103.

25 Quod à nullo viro, probe erudito poſsit negari, commentarium Davidicum repertum in Bibliotheca Guiſandi fuiſſe donatum Monaſterio à Roderico Alfonſo de Valle-Viridi, conſtareque ex tribus voluminibus tantum; convincitur ipſo argumento, quo efficaciter vtitur M. à Sancto Angelo n. 103. Tritum eſt (ait) „ in iure tàm Civili, quam Pontificio, quod in probationibus inſtrumenta, & teſtes „ æquiparantur. Cap. Forus. §. Iurgibus, verſ. Probat de verb. ſignif. Et titul. de teſti„ bus, & atteſtat. & de fide inſtrum. Cumque teſtimonia relata n. 12. fuerint executa

cum

cum omni, & debita ſolemnitate iuris, perſeverentque originalia, & integra in Monaſterio Guiſandi, nullus vir probus, eruditeque prudens poterit negare veritatem teſtificatam in ipſis. Nempè, prædictum commentarium Davidicum fuiſſe donatum Monaſterio Guiſandi à Roderico; conſtareque ex tribus voluminibus tantum. Nam quid clarius?

26 Sed nè aliquis incredulus dicat, niſi videro, teſtimonijs non credam; inſuper addo. Ex præallegatis teſtimonijs n. 13. apparet, Rodericum Alfonſum non ſolum donaſſe Monaſterio Guiſandi Expoſitionem Davidicam partitam in tria tantum volumina, ſed etiam ſimul cum illa donaſſe aliam Expoſitionem moralem ſuper Cantica Canticorum, quæ hucuſque perſeverat originalis cuſtodita in prædicto Monaſterio, daturque nunc prælo, tum quia illa viſa, nullus ambiget de vera donatione ipſius. Et cum fuiſſet ſimul donata cum ea Expoſitio Davidica, abſdubio manebit oſtenſum, Rodericum vtraſque donaſſe. Tum etiam, vt oculis mentis attente perſpecta, & propria manu Roderici ſubſcripta, fiat omnibus clarum, non ſolum eſſe ac Davidicam, æquè mirabilem, ſed etiam, illum fuiſſe vtriuſque verum Auctorem.

27 Si enim quis dicat: Ergo teſtimonia adducta, præſentata ante Tribunal, tum Venetiæ, tum Bononiæ, vt fieret collatio commentarij Complutenſis nomine Incogniti vulgati cum commentario Ayguani, fuerunt ficta, & conſequenter deciſiones Iudicum de ſimilitudine, & convenientia vnius cum alio nullæ, ac frivolæ, vtpote non maturo conſilio prolatę, quod de viris tam pijs, & veris non eſt, nec leviter præſumendum.

28 Reſpondeo: Ad me non pertinere, iudicare de iuditio, ac modo tunc procedendi. Quod firmiter debeo affirmare eſt, non fuiſſe propoſita, nec adducta teſtimonia in Guiſando cuſtodita, & relata, teſtificantiaque, commentarium Davidicum ibi repertum fuiſſe donatum à Roderico Alfonſo de Valle-Viridi, diſtributumque eſſe in tria tantum volumina. Quæ omnia, non ſimilitudinem cum commentario Ayguani, ſed potius valde diſcordantiam oſtendunt. Proindeque potuit tunc prudens iuditium formari; maxime, cum quibuſdam dictionibus tranſpoſitis, immutatis, additis, aut demptis, vt fatetur Anguſola tunc contigiſſe, iuxta teſtimonia illùc adducta; non vero ſecundum abſcondita, ſeu cuſtodita in Monaſterio Guiſandi: Quibus oſtenſis, ſine dubio mutarent Iudices ſententiam, vt multoties contingit ijſdem, etſi valde rectis, & iuſtis, diſtintis teſtimonijs propoſitis.

29 Vlterius. Ad deſignandum verum Auctorem commentarij Davidici nomine Incogniti vulgati, tria copulative requiruntur neceſſe; nempè, ſcripſiſſe ſuper Pſalmos, dictionarium aliquod, ac ſimul Poſtillas, in Michæam, Ioannem, & Apocalipſim; quia ipſe Incognitus in ſua Expoſitione Davidica pluries fatetur, ſcripſiſſe, non ſolum Dictionarium, ſed etiam prædictas Poſtillas, vt manet oſtenſum n. 12. Ayguanus, etſi ſcripſiſſet ſuper Pſalmos, & dictionarium, minime Poſtillas relatas: Ergo nequaquâ poteſt de illo affirmari, eſſe Auctorem prędicti commentarij Davidici vulgati nomine Incogniti. Diſcurſus eſt evidens; nam evidens eſt, Auctorem huiuſmodi commentarij eſſe ſimul Auctorem, non ſolum Dictionarij alicuius, ſed etiam Poſtillarum dictarum, quia ita dixit ipſe Incognitus, remittendo ſe ad illas, & vnum minimè poteſt, eſſe verum, niſi ſimul verum ſit aliud. Minor eſt omnino certa apud omnes Scriptores, tàm Familiæ Carmeli, quàm alterius; ſiquidem nec vllus eſt, qui affirmet, Ayguanum ſcripſiſſe Poſtillas in Michæam, in Ioannem, & Apocalipſim; etſi plures fuerint eruditiſsimi, ac coęvi Ayguani, qui ex profeſſo formarunt Cathalogos integros operum eius minutim, vt apparet in diſſertatione M. à Sancto Angelo illos omnes referentis q. 5.

30 Confirmatur paritate evidenti. Si nullus eſſet Eccleſiaſticus Auctor

in

in præclara Familia Carmeli, nec in alia, qui aſſereret, Ayguanum ſcripſiſſe Dictionarium; nullus affirmaret, illum fuiſſe Auctorem Expoſitionis Davidicæ vulgatæ nomine Incogniti; nulla alia ratione, niſi quia Incognitus in ſua Expoſitione fatetur, ſcripſiſſe Dictionarium. Propterea M. à Sancto Angelo, ante ſuam aſſertionem, probat multis, & graviſsimis Auctoribus, Ayguanum Dictionarium ſcripſiſſe; qua veritate ſcita, & præſupoſita, vt omnimodè neceſſaria, in q. 5. & 6. illico proponit ſuum aſſertum. Cum igitur etiam fateatur Incognitus in ſuo Commentario Davidico ſcripſiſſe Poſtillas in Michæam, in Ioannem, & Apocalipſim; ſi nullus fuerit Auctor, qui dicat Ayguanum ſcripſiſſe prædictas Poſtillas, nullus poterit vere affirmare, Ayguanum fuiſſe Auctorem Incogniti Commentarij.

§. V.

CONIECTURÆ FORMATÆ A P. M. A SANCTO ANGELO PRO SVA aſſertione delentur.

31 „ AFfirmat P. M. à Sancto Angelo, Commentarium Davidicum reper-
„ tum in Monaſterio Guiſandi translatum fuiſſe ab Italia in
„ Hiſpaniam, vel à primis Eremitis, qui ab ea in illam pervenere, &
„ iam floreſcentem Hieronymi Religionem graviſsimam ingreſsi, gazas illius inge-
„ nij Ayguani noſtri ſecum portantes in Bibliothecis ſuis locavere. Vel ab alijs Mo-
„ nachis, qui ex Monaſterio Ciſtercienſi remeare in Hiſpaniam. Vel denique ab illis,
„ qui Decreto Nicolai V. tranſmearunt ad Romam prætextu Capituli Generalis
„ vniendi Congregationem Italiæ cum Hiſpana.

32 Hæc ſunt coniecturæ formatæ à P. M. in n. 126. & 378. Nullo alio fundamento, niſi neſcientia temporis, ac modi, quo prædictum Commentarium
„ pervenit ad Monaſterium Guiſandi. Quo tempore (ait) & quomodo hoc Aucto-
„ graphum pervenit ad Hiſpaniam, & collocatum fuit in Monaſterio Guiſandi,
„ nos latet; etſi coniecturare poſsimus.

33 Sed ex dictis n. 13. & ſeq. conſtat iuridico teſtimonio, prædictum Commentarium Davidicum donatum fuiſſe Monaſterio Guiſandi anno 1446. à Roderico Alfonſo de Valle-Viridi: ergo coniecturæ formatę à P. M. à Sancto Angelo nullæ ſunt, proindeque non ſolum debent à nobis deleri, ſed etiam ab ipſo retractari; quia iam eſt ipſi, & omnibus notum, quo tempore, ac quomodo, hoc Auctographum fuit in Monaſterio Guiſandi collocatum. Dixi, eſſe notum ipſi, quoniam non negabit P. M. inſtrumentum citatum eſſe auctenticum, ac verum, cum ipſe
„ doceat, reſpondendo M. Barranco n. 52. ſic: Pro nunc verò teſtimonia, atteſtatio-
„ nes, & auctoritates præ oculis, neceſſe eſt, habere, vt ex Auctoribus Eccleſiaſticis,
„ iuridicis atteſtationibus, & teſtibus fidedignis comprobetur, quis horum Com-
„ mentariorum ſit Auctor legitimus. Et n. 103. & 121. ait: Tritum eſt in iure tàm
„ Civili, quàm Pontificio, quod in probationibus inſtrumenta, & teſtes æquipa-
„ rantur.

34 Sed teſtimonium teſtificans prædictum Commentarium fuiſſe donatum Monaſterio Guiſandi à Roderico Alfonſo, eſt ita certum, ac verum, vt fides ex iuſtitia debeatur; vtpotè facta cum debita ſolemnitate à publico, regioque Scriba, qui à iure eſt teſtis fidelis, omni fide dignus: ergo nulli (nec Patri M.) eſt iam dubitandi locus, quo tempore, & quomodo, prædictum Commentarium fuerit collocatum in Bibliotheca Guiſandi: Proindeque, coniecturæ pro Ayguano manent omni claritate delectæ.

35 Vlterius ſunt dilutæ ex incongruentia temporum. Nam tranſitus Eremitarum ab Italia in Hiſpaniam fuit anno 1350. magis, ve minus, vt refert noſter maxime eruditus Siguença *p. 2. l. 1. fol. 12.* Commentarium Davidicum Ayguani fuit complete finitum anno 1397. vt fatetur M. à Sancto Angelo n. 98. iuxta Anguſolam: ergo coniectura de Eremitis in Hiſpaniam perventis, potius debet appellari ſomnium, quam coniectura; vt de Venerabili Roderico Aſſurienſi, Monacho in Monaſterio Guiſandi, autumat M. à Sancto Angelo n. 380. etſi immerito, dum lo„ quens ipſe P. M. de illo n. 371. ait: Non ſine fundamento ſufficienti coniecturari „ poteſt, eſſe fetus iſtius V. Monachi, qui humilitatis gratia, noluit ſua opera pro„ prio nomine inſignire. Et n. 372. concludit: ergo rationabili iuditio poſſumus af„ firmare, hęc Commentaria eſſe ab aliquo Monacho Hieronymiano compoſita. Proptereaque coniectura, pro Ayguano, de Eremitis ab Italia in Hiſpaniam perventis, potius debet appellari ſomnium, quam pro Roderico formata; cum tranſitus in illam fuiſſet quadraginta ſemptem annis prius quam Ayguanus perficeret (ſeu forſan inciperet) ſuum Commentarium Davidicum.

36 Nec etiam fuit translatum à Monachis in regreſſu ad Hiſpaniam de Romana Curia; nam ante diſceſſum ab Hiſpania ad illam, iam Commentarium Davidicum fuerat donatum Monaſterio Guiſandi anno 1446. à Roderico Alfonſo; ſiquidem diſceſſus Monachorum in Curiam Romanam, fuit anno 1452. vt refert noſter Siguntinus 2. p. l. 3. cap. 15. fol. 487. Nec denique à nullo alio Monacho, vel non Monacho, fuit vnquam translatum, cum vt manet oſtenſum, Commentarium donatum, & repertum in Monaſterio Guiſandi, erat diſtinctum, & omnino diverſum à Commentario Ayguani.

37 Omnes quæſtiunculæ à ſeptima, vſque ad vltimam, etſi diffuſæ, reducuntur ad conciliandas remiſsiones Incogniti cum operibus Berchorij. Et quanvis optime probetur in illis, Berchorium non eſſe Incognitum, minime ſuadetur eſſe Ayguanum. Quin potius, eadem ratione, qua vtitur M. à Sancto Angelo ad demonſtrandum Incognitum non eſſe Berchorium, convincitur efficatius, Ayguanum non eſſe Incognitum. Ratio, qua vtitur, non eſt alia, quam apponere loca ab Incognito dicta in ſua Expoſitione Davidica (appropriata Ayguano pro libito) & adducere verba à Berchorio prolata in ſuis operibus; vt appareat ſimilitudo, vel diſconvenientia; nunquam vero apponit verbum aliquod ex Ayguani operibus, ſed ſola quę Incogniti ſunt expreſſa, ſupponendo pro certo eſſe Incogitum ipſum Ayguanum; & argumentis deſumptis ex ſuppoſito falſo ſuperfluum eſt reſpondere, nam ex falſo nec verum, nec probabile ſequitur.

§. VI.

SATISFIT. R. P. M. XIMENEZ.

38 R. P. M. Ximenez Barranco, Benedictinus, poſt ducentos annos ab Expoſitione Davidica vulgata Compluti, nomine Incogniti, ſe propugnatorem oſtendit; palam proclamando, quod nunquam fuit: Nempè Venerabilem Petrum Berchorium fuiſſe verum Auctorem prędictę Davidicæ Expoſitionis, minimeque eſſe Ven. Ayguanum, nec vllum alium Monachum Ordinis Doctoris Maximi: & quamvis ſit res perantiqua, valdeque recondita, in lucem prodere præſumit, nullis vſurus iuridicis atteſtationibus, nec Auctores de de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in teſtes producturus, ſed vnice fretus in eo, quod, cum in miniſterium ſui muneris, tàm præclara Commentaria Davidica, ſimulque

ope-

opera cuncta Berchorij præ manibus, præ oculis, prę cogitatione habuerit, & impenſe perluſtraverit, Cognitus apparuit, qui vocabatur Incognitus, nimirum Petrus Berchorius. Ita atteſtatur in ſui libelli exordio n. 1.

39 Et quoniam intendit perſuadere, Cognitum apparere omnibus, qui vocabatur Incognitus; nimirum Berchorius, compilat opera amborum, nempè Dictionarium, & Poſtillas in Michæam, in Apocalipſim, in Joannem, & alia, cum Ex-
„ poſitione Davidica, ad quæ opera Incognitus ſe remittit. Et collatione facta, co-
„ gitatione vnice propria, aſſeverat n. 11. ita ſimilia eſſe, quod in omnibus conve-
„ niunt; non ſolum in ſenſu morali, ſed etiam in apicibus fol. 98. n. 14. Ac proinde
„ concludit n. 21. vtraque Commentaria in cunctis vnius tenoris, eiuſdem farinæ,
„ de eiuſdem gregis, eodemque ex ovo prognata, ac eadem prorſus nota, ita vt ad
„ eorum conſpectum hæreant oculi, dicentes cum Marciale lib. 1. Epigr. 11. v. 21.

Iſſam denique pone cum tabella:
Aut vtramque putabis eſſe veram,
Aut vtramque putabis eſſe pictam:

40 Certiſsimum quippè eſſet aſſertum, ſi pictura eſſet ita coloribus ornata, vt proponitur oculis, ſed cum hoc ſit non minus facile dignoſcere, quã diſcernere inter album, & nigrum, poſitis imaginibus collatione pictis ante oculos, dignoſcetur clare, eſſe omnino diſsimiles, in nullo alio colore convenientes, quam in eruditione morali copioſa, & facunda.

41 Ponamus imagines pictas à Patre M. Ximenez ante oculos perſpicue videntes. Sit prima, quam præ alijs præponit. Incognitus (ait P. M. §. 2.) ſuper
„ illa verba Pſalmi 74. v. 5. *Nolite extollere in altum cornu veſtrum.* ait: Cornu in ſcrip-
„ tura ſignificat ambitionem ſuperborum, ſimulationem deceptorum, obſtinatio-
„ nem reproborum, cupiditatem avarorum, voluptatem laſcivorum, tranſgreſsio-
„ nem mandatorum. Primò cornu ſignificat ſuperbiam, quia ſicut cornu in corpo-
„ re animalis altiorem locum poſcit, & cætera membra ſupergreditur, ſic & ſuper-
„ bia ſemper ad alta aſcendere conatur, & cæteris hominibus eminere, & cętera
„ præcedere. Vide in Dictionario litera cornu. Hæc eſt imago Incogniti vera, &
„ originalis.

42 Ad demonſtrandam identicam ſimilitudinem cum illa in omnibus vſque ad apices, proponit P. M. imaginem Berchorij tali forma, & coloribus, vt purpura iuxta purpuram dignoſcatur, non à diſtinto, ſed ab vnico tantum opifice pic-
„ ta. Quinto dico (ait Berchorius) quod quantum ad malum ſignificatum, inve-
„ niuntur cornua impij, quę ſunt alliganda; & ſic dico, quod per cornua malorum
„ intelligitur ipſorum proterbia, duritia, ſuperbia, præſumptio, potentia, & ela-
„ tio, quibus ſcilicet mediantibus alios percutiunt, atque lædunt.

43 Ecce imagines Incogniti, & Berchorij pictas à P. M. & ante oculos poſitas; etſi Lector ſine cataractis perpendat, inveniet in nullo alio convenire, niſi in aliquo verbo, vel colore. Non in aliquo periodo: non in oratione aliqua: neque in vnica clauſula. Vbi enim convenientia vſque ad apices? Vbi identitas eiuſdem farinæ, ex eodem ovo prognata? Hoc prorſus eſt, pro velle, pingere.

44 Præcluditur magis. Ad demonſtrandum imagines, ſeu opera, eſſe elaborata ab eadem prorſus manu; neceſſarium eſt (vt docet P. M.) ita ſimilia eſſe, vt in omnibus conveniant vſque ad apices, vt abſdubio poſsit affirmari, vtraque eſſe germana, vtpote ex eodem ovo progenita. Cum ergo imagines, ſeu opera, Incogniti, & Berchorij, ſint ita diſsimilia, vt minime conveniant in apicibus, in periodis, nec in aliqua clauſula: Niſi præcipue in ingenti eruditione, ac in ſenſu vero, &

mora-

morali, vt perſpicue perſpicitur; manifeſtum eſt, opera Incogniti non eſſe Berchorij: Nam conuenientia inter vtriuſque opera aſsignata inepta eſt, ad conciliandam identitatem Auctoris.

45 Nec ſimilitudo, & conuenientia in operibus quoad aliqua verba, clauſulas aliquas, ac periodos, eſt probatio adæquata identitatis Auctoris, vt ex ſacra pagina conſtat. Attendite, audite, & videte (deprecor) Diuinos Euangeliſtas, Sacroſque Pictores. Matthæus agens de vita, & doctrina Chriſti, ſic ait: Locutuſ-„ que eſt eis multa in parabolis, dicens: Ecce exijt, qui ſeminat, ſiminare; & dum „ ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres Cœli, & comede-„ runt ea. Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam, & „ continuò exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ: Sole autem orto æſ-„ tuaverunt, & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in ſpi-„ nas, & creverunt ſpinæ, & ſuffocaverunt ea. Audite Marcum dicentem de Chriſ-„ to: Et docebat in parabolis multa: Ecce exijt ſeminans ad ſiminandum, & dum ſe-„ minat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres, comederunt illud; aliud ce-„ cidit ſuper petroſa, vbi non habebat terram multam, & ſtatim exortum eſt, quo-„ niam non habebat altitudinem terræ, & quando exortus eſt ſol, æſtuavit, & eo, „ quod non habebat radicem, exarvit. Et aliud cecidit in ſpinas, & aſcenderunt „ ſpinæ, & ſuffocaverunt illud. Audite denique Lucam ſic ſcribentem: Exijt, qui ſe-„ minat, ſeminare ſemen ſuum; & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & con-„ culcatum eſt, & volucres Cœli comederunt illud. Et aliud cecedit ſupra petram, „ & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſi-„ mul exortę ſpinæ ſuffocaverunt illud. Suntque plura in Sacra Pagina tenoris „ huiuſmodi.

46 Iſtæ ſunt imagines, ſeu opera Euangeliſtarum Matthæi, Marci, ac Lucæ; etſi attente perpendas, ita ſimilia invenies, vt tibi videantur non ſolum ab eodem ſpiritu illuminata, ſed ſimul ab eadem prorſus manu ſcripta fuiſſe. Siquidem omnino conveniunt in ſenſu literali, & myſtico, in verbis, in clauſulis, in periodis, in apicibus, in comis, & punctis, & tamen affirmare, eſſe eiuſdem manus, & ab eodem Auctore, eſt hæreticum; quoniam de Fide Divina eſt, Matthæum, Marcum, & Lucam, eſſe tres Euangeliſtas diſtintos; cuilibet correſpondens ſuum diſtintum Evangelium.

47 Probatio igitur identitatis Auctoris, ex conuenientia, & ſimilitudine aliquorum operum, in verbis quibuſdam, clauſulis, ac periodis, non eſt ita efficax, vt convincat. Maxime, cum nullus ignoret, Auctores non ſolum ſumere ex alijs, ſed etiam transferre periodos aliquos, & aliquando vſque ad paragraphos integros. Et conſequenter, Berchorius non eſt Incognitus, quamvis Dictionarium Berchorij conveniat in aliquibus cum Expoſitione Davidica Incogniti.

48 Et principalius, quia non conſtat, Berchorium ſcripſiſſe ſuper Pſalmos; ſiquidem nullus Eccleſiaſticus Auctor, tàm Præclarę Familiæ Benedictinæ, quàm alterius, hucuſque tale dixit; cum minimè illud tacuiſſet eruditiſsimus Trithemius, in cathalogo à ſe minutim formato operum Berchorij. Et prius eſt pro certo haberi, Berchorium ſcripſiſſe ſuper Pſalmos, quàm attribuere illi Davidicam Expoſitionem vulgatam Compluti nomine Incogniti, poſt ducentos annos. Si enim P. M. Ximenez propugnans viribus, & poſſe contra Anguſſolam ait fol. 95. n. 11. ſui libelli; minimè licere, opus Incogniti tribuere Ayguano, etſi verum ſit, Ayguanum ſcripſiſſe ſuper Pſalmos: nam ſi liceret, evinci poterat huiuſmodi opus eſſe fœtum mille aliorum, qui ſcripſere ſuper totum Pſalterium; multo minus licebit tribuere Berchorio prędictum opus Davidicum, cum ſit maxime quippè dubium, Berchorium ſcripſiſſe ſuper Pſalmos, cum vllus nunquam dixerit ſcripſiſſe. Nec ipſe

Ber-

Berchorius vllibi aſſeruit operum ſuorum memoriam faciens, & quod à nullo vnquam fuit dictum, pro omnino certo ab omnibus habetur.

49 Ocurrens P. M. Ximenez huic obiectioni ait fol. 83. n. 15. Berchorium nullibi feciſſe mentionem ſui Commentarij in Pſalmos, quoniam fuit vltimum opus, coroniſque operum omnium ipſius, etſi citra vltimam manum. Hoc autem effugium minime valet. Primo, nam etſi Berchorius non valuiſſet memoriam facere ſui Commentarij Davidici in aliquo Prologo, vel Cathalogo iam prius ſcripto, non eſt credibile, ſi elaboratum reliquerit, aliquem Auctorem propriæ familię, vel alterius, non memoraſſe: cum talis Expoſitio Davidica Incogniti ſit opus mirabile maxime, ſpiritu, & corpore ingens; fuerinque plures, qui de pluribus Berchorij fœtibus, etſi parvulis, minutim fecere mentionem.

50 Secundo. Nam eo ipſo, quod prædicta Expoſitio Davidica fuiſſet opus vltimum Berchorij citra vltimam manum, potius convincitur, eandem non eſſe cum Incognita, ſed valde diverſam. Ratio eſt clara, ac evidens: nam prætenſa Expoſitio Davidica Berchorij manſit deformata; vtpote citra vltimam manum, ſine qua quodlibet opus extat imperfectum, ac embryo. Expoſitio Davidica Incogniti fuit extracta de Monaſterio Guiſandi, vt daretur prælo, ita formata, perfecta, ac ſpecioſa, vt alliceret omnium ſapientium voluntates, & animos: ergo Expoſitio Incogniti, omnino perfecta ab exitu de Guiſando, diſtinta eſt à Berchorij Commentario Davidico (adhuc ſuppoſito) vtpote informi, ac embryoſo, cum ſola prima manu, pleno notis, & mendis, quod vt prælo ſine riſu daretur, neceſſario deberet in vltima caſtigari: quod non fecit Berchorius, cum illud reliquit citra vltimam manum, & iuxta ſepulchrum.

51 „ Si P. M. dicat (vt ait fol. 75. n. 5. & 7.) mortuo Berchorio in domo „ Eminentiſsimi Cardinalis Petri de Pratis, cuncta manuſcripta præſertim Com- „ mentaria ſuper Pſalmos, quaſi ſepulta manſiſſe, peragraſſeque quaſi oves errantes „ in ſolitudinibus, in montibus, & in ſpeluncis, & cavernis terræ, hocque contigiſſe „ Commentario Davidico Berchorij, vſque pervenit cuſtodiendum in Guiſandinis „ cavernis.

52 Huic coniecturæ ſimili ab Anguſſola formatæ, manet reſponſum n. 12. & ſeq. inquibus conſtat, Commentarium Davidicum repertum in Monaſterio Guiſandi, non illuc perveniſſe, quaſi ovem errantem, non habentem Paſtorem; ſiquidem fuit donatum iuridicè à V. Roderico Alfonſo de Valle-Viridi, non informe, non embryoſum, non mendis plenum, ſed complete perfectum, dignumque, quod à quovis Chriſtiano perlegeretur, vt teſtatur in Præfatione editionis Complutenſis: Commentarium igitur Davidicum in Guiſando repertum, erat diſtintum, ac omnino diverſum à Berchoriano, conſepulto in domo Cardinalis de Pratis, Berchorio illico mortuo.

§. VII.

53 PRopoſitis, & propulſis fundamentis PP. MM. Ximenez, & à Sancto Angelo; progrediar (Divina Gratia auxiliante) ad demonſtrandum, Expoſitionem mirabilem ſuper Pſalmos, nomine Incogniti vulgatam Compluti, eſſe ex domo, & Familia P. Hieronymi Maximi Eccleſię Doctoris: & illico ſe offert dubium quod excitat, & ſimul reſolvit *D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 5. ad 2m.* circa dominium, & proprietatem, quam quis adquirit inveniendo Theſaurum in agro, prædio, vel domo; dicendo ad 2m. quod circa res inventas eſt diſtin- „ guendum. Quædam enim ſunt, quæ nunquam fuerunt in bonis alicuius, ſicut

la-

„ lapilli,& gemmæ quæ inveniuntur in litore maris, & talia occupanti conceduntur,
„ & eadem eſt ratio de theſauris, antiquo tempore ſub terra occultatis ; quorum non
„ extat aliquis poſſeſſor , niſi quod ſecundum leges civiles tenetur inventor dare me-
„ dietatem Domino agri, ſi in alio agro invenerit ; propter quod Parabola Evangelij
„ Matthæi 13. dicitur de inventore theſauri abſconditi in agro , quod emit eum,
„ quaſi, vt haberet ius totum poſsidendi theſaurum.

57 Ex quibus conſtat, quod inventus theſaurus , ex iure naturæ debetur inventori ; quia in iſto ſtatu ſunt res communes, ſicuti erant antequam iure Gentium eſſent diviſæ,& fiũt proprię per apprehenſionem illius,qui primo occupaverit. *Vt in leg. Nunquam* 31. *§. Theſaurus. ff. de adquirendo rerum dominio. leg.* 1. *Codice de Theſauris §. Theſaurus* 19. *Inſtit. de rerum diviſione leg.* 41. *Titul.* 38. *Partit.* 3. *& in leg. idem lapilli de rerum diviſione.*

58 „ Sequuntur D.Th. Bañez *q.66.ar.*5.Tapia *l.*5.*q.*30.*ar* 4.*n.*5. *Cur moral. ſalm.*
„ *t.*3.*tr.*12.*c.*2.*punt.*8.§.3.*n.*92.Ex iure cõmuni theſaurus inventus caſu , vel induſtria
„ in propria domo, vel fundo, totus inventori adquiritur: Si in fundo,vel poſſeſsione
„ aliena, caſu inventus fuerit theſaurus, media pars adiudicatur Domino loci , & alia
„ media pars inventori: Si autem ex induſtria quæſitus fuerit in domo alterius , totus
„ theſaurus Domino illius adiudicatur.

59 Sed notum eſt omnibus , hunc Theſaurum inventum fuiſſe in Monaſterio de Guiſando Ordinis P.Hieronymi:Ergo ipſi Ordini debetur iure naturæ. I.quia fuit inventus in proprio agro, in prædio, & in ipſa domo.II. quoniam repertus fuit non ab alio, ſed ab ipſius domus Domino. III. quia non fuit inventus , vt de perditus , ſed vt vigili ſtudio cuſtoditus. Non vt occultatus ſub terra, ſed honorifice collocatus in Bibliotheca omnigena Monaſterij , vt patet ex præfatione Expoſitionis ſuper Pſalmos, datæ prælo Compluti nomine Incogniti.

§. VIII.

60 INſuper aſſero: Hanc mirabilem Expoſitionem non ſolum eſſe propriam Ordinis Maximi Eccleſiæ Doctoris, vt theſaurus quippè inventus in propria domo, ſed vt fœtus formoſus , ac facundus Roderici Alfonſi de Valle-Viridi , primo Canonici almæ Eccleſiæ Aſturicenſis ; poſtea Monachi profeſsi eiuſdem Ordinis , de quo loquens valde eruditus P.Fr. Joſeph de Siguença , Hiſtoriator Religionis plura ait 3.p.f.282.de moribus,vita , & ſcientia tàm V. P.Fr. Roderici Aſturicenſis,tum in ſæculo,tum in vaſtiſsima illa ſolitudineGuiſandina commoranti. Etſi (pie Lector) attente perpendas , invenies virum plenum virtutibus , prę̨cipue illis, quibus vera , ac Divina Sapientia adquiritur in Schola Chriſti. Fuit puritatis Angelicæ in anima, & corpore vſque ad emiſsionem ſpiritus. Cum eſſet maxime dives , factus eſt pauper, pauperibus omnia diſtribuens. Scripſit libros permultos , non animo elucendi, ſed vnice illuminandi. Quapropter ſuppreſsit nomen, vt elationem fugeret, ſequendo Divinum Vatem,ita docentem:*Sapientes abſcondunt ſcientiam. Prob.*10.*v.*14. Quam impenſe laudatus fuerit Incognitus ſuper Pſalmos in toto Orbe Chriſtiano, notum eſt omnibus, collaudantibus vndique.

61 Cum igitur nullus Eruditus ignoret,Commentarium Davidicum,nomine Incogniti vulgatum, inventum fuiſſe in Monaſterio de Guiſando , non vt deperditum, ſed vt donatum à Roderico Alfonſo de Valle-Viridi, evidens eſt , fuiſſe verum Auctorem illius: Nam nullum ſignum poteſt efficatius movere , ad demonſtrandum theſaurum non ſolum fuiſſe inventum in agro, ſed etiam ortum eſſe , & natum in ipſo, & ex ipſo , quam videre terram venoſam , argentum , & aurum ſimile theſauro invento, manantem : Conſtat enim in *n.* 13. Rodericum iuridice donaſſe Monaſterio

Guiſandi, cum prædicta Expoſitione Davidica, alteram ſimul ſuper Cantica Canticorum, æque ac illam mirabilem; ſed Expoſitio in Cantica abſdubio eſt opus elaboratum à Roderico; tum quia fuit ab ipſo Monaſterio donata. Tum quia fuit ab eo propria manu ſubſcripta, vt apparet in originali cuſtodito in Guiſando. Tum denique, quia poſt tria ſęcula à ſubſcriptione, nulla apparuit hucuſq; ſimilis illi in Eccleſia Chriſti vniverſali (Niſi forſan, nunc, poſt 300. annos, vel deinceps, appareat cum imagine Ayguani ſedentis in Cathedra, in Conventibus Bononiæ, & Venetiæ.)

62 Ergo Expoſitio Davidica, etiam Roderici fuit fœtus. 1. quoniam hucuſque nulla fuit inventa ſimilis Complutenſi Vulgatæ nomine Incogniti in Eccleſia Catholica. Non Ayguana, nam eſſe diſtintam, valdeque diverſam, manet oſtenſum n. 15. Non Berchoriana; nam (etſi ſtiterit) minime convenit cum extracta de Guiſando, vt conſtat à n. 43. & ſeq. 11. quia huiuſmodi Expoſitio Davidica fuit à Roderico Monaſterio donata ſimul cum alia Expoſitione ſuper Cantica omnino Davidicæ ſimili, vt viſu, auditu, & intellectu, in eadem perſpicitur: Ergo. Conveniunt ambæ quippè, in dulcedine vocum, in copia ſententiarum clara, & ſuccincta, in ingenti eruditione, ſtyloque loca citandi, & in ortu ex eadem aurea mina manante, in proprio agro, prædio, domo ipſaque mente; ſed abſdubio Expoſitio ſuper Cantica eſt fœtus Roderici Alfonſi: ergo etiam eſt fœtus illius Expoſitio Davidica Vulgata Compluti.

63 Bonitas conſequentię demonſtratur magis ex dictis à M.à S. Angelo n. 372. „ vbi propellendo M. Ximenez, ſic argumentatur: Auctographum horum Commen„ tariorum in tota Hiſpania in nulla repertum eſt Bibliotheca, niſi in his D. Hierony„ mi, & de nomine Auctoris per 75. annos à nullo aſſertum eſt, eſſe huius Ordinis, vel „ illius. Certum eſt, quod nullus Benedictinus, nec Carmelitas, opus tàm nobile ex „ ſuis extraxiſſet Bibliothecis, & Hieronymianis donaſſet; nec etiam Monachus ali„ quis D. Hieronymi ad Gallias, nec ad Italiam tranſmeaverit, vt ille ex aliqua Biblio„ theca auferret, vel ex aliquo compararet; cum nulla eſſet notitia de his Commenta„ rijs: ergo rationali iudicio poſſumus affirmare, hęc Commentaria eſſe ab aliquo Mo„ nacho Hieronymiano compoſita, qui humilitatis gratia nomen celavit, vt nomen „ melius haberet in Cœlis, cum nomen ſuum celavit in terris.

64 „ Et proſequens n. 373. ait: Si ijs fundamentis, pro ſua diſſertatione proban„ da niteretur M. Barrancus, anſam dubitandi tribueret eruditis; at cum inter Bene„ dictinos hucuſque, nullum fuerit Auctographum de his Commentarijs, fama, aut „ rumor, nil proficiunt Barranci allegationes pro Berchorio. Maxime, cum iuxta Eru„ ditorum, & Criticorum regulas, nullum afferat inſtrumentum, teſtem, Auctorem, „ traditionem, aut aliquid ſimile, quod neceſſarium erat, vt Schola docet Criticorum.

65 Hæc M.à S. Angelo propellendo enixe M. Barrancum. Sed omnia iſta, in quibus defecit pro ſua diſſertatione M. Barrancus, extant, & ſemper extitere pro Religione Hieronymiana; Siquidem in illa fuit inventum Commentarium Davidicum Vulgatum Compluti, & theſaurus inventus in domo, ex iure naturę extat pro domino illius, vt in n. 59. & ſeq. Quapropter, fama, & rumor in Eccleſia Chriſti ſemper extitit pro illa. Maxime cum poſt editionem Complutenſem, per fere ſæculum vnum, à nullo fuerit aſſertum, eſſe huius Ordinis, vel alterius: Nempè ab anno 1524. in quo fuit Compluti Vulgatum, vſque ad 1609. in quo Anguſſola edixit illud pro Ayguano.

66 Inſuper extant hucuſque pro Venerabili Roderico inſtrumenta authentica relata n. 13. & ſeq. quibus, iuxta regulas Iuris, Eruditorum, & Criticorum, fides ex iuſtitia debetur: Igitur etſi aſſertio M. Ximenez pro Berchorio nulla ſit, ob defectum prędictorum à M.à S. Angelo quippè notatum, aſſertio noſtra pro Roderico, & Hieronymiana Familia, eſt certa, & evidens; quia ſemper ſtetit fama, ac rumor pro Monacho Ordinis Doctoris Maximi, ſtatim, ac tale Commentarium fuit inventum in Monaſterio Guiſandi.

67 Et cum diſcurſus, quo M. à S. Angelo propulit Magiſtrum Ximenez, ſit ſum-

ſumme efficax, eodem prorſus propellitur ipſe. Nam ideo M. à S. Angelo optime propulit M. Ximenez, quia Auctographum huius Commentarij Davidici in nulla Bibliotheca Benedictina fuit vnquam repertum, niſi in Hieronymianis; ſed nunquam fuit repertum Auctographum tale in aliqua Bibliotheca Carmeli; nam inventum in Bibliothecis Conventuum Bononiæ, & Venetiæ, erat omnino diverſum, vtpotè diſtributum in quinque volumina, inventum Guiſandi tantum in tria, vt oſtenſum eſt n. 13. Ergo rationali iudicio poſſumus (& omnes poterunt) affirmare, hoc Commentarium eſſe ab aliquo Monacho Hieronymiano compoſitum, minime vero à Benedictino, nec Carmelitano propter eandem rationem, cuius efficacia, & impulſu, M. à S. Angelo incidit in foveam, quam fecit M. Barranco.

68 Sed ne deinceps alicui maneat locus dubitandi, adducamus in teſtem veritatis ipſum Rodericum, vt ſuo proprio ore illam aperiat. Fatetur enim ipſe, Expoſitionem mirabilem in Cantica, quę nunc publicę luci datur, eſſe fœtum eius proprium; vtpotè propria manu ſubſcriptam, ac elaboratam: ſed in hac Expoſitione in Cantica multoties appellat ſuam Dividicam Expoſitionem, quæ fuit extracta de Monaſterio Guiſandi, dataque prælo Compluti nomine Incogniti; vt apparet in pluribus remiſſionibus ab ipſo de vna in alteram factis; ita ſimilibus, vt ſint eædem: Conveniunt in formaliſsimo ſenſu, in verbis, in lineis, & in periodis integris.

69 Dicit enim Rodericus *in c. 1. Canticorum n. 78. Homo fit pecus per luxuriam. Vide in mea Expoſitione morali Pſal. Ver.* 1824. Qui eſt, *Et percuſsit omne primogenitum in terra eorum*: Vbi loquens de luxuria, profert eandem ſententiam; nempè: *Hominem ſicut pecus eſſe.* In eodem *c. n. 79.* ait: *Non ſunt vituperandæ divitiæ, quibus mercamur Regnum Cælorum; ſed cor appoſitum: vt dico in mea Expoſitione ſuper Pſal.* In Ver. 987. qui eſt: *Nolite ſperare in iniquitate*; in cuius fine eadem prorſus verba, & ſententia reperitur: In eodem *n. 79.* circa eandem ſententiam ait Rodericus: *Vide in prædicta Gloſſa mea Pſal. Verſ.* 1988. qui eſt: *Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt*; in quibus eadem prorſus ſententia habetur: Nempe: *Divitias habere non eſt malum, ſed in illis ponere finem, ſeu cor apponere.*

70 In *n.* 88. eiuſdem c. ait Rodericus: *Ebrietas ergo* (vt dico in Gloſſa mea ſuper Pſal.) *eſt Dæmon blandus, venenum dulce, voluntaria rabies, illecebra honeſtatis, & pudoris inimicitia.* Vide *in Pſal. 77. Verſ.* 1348. qui eſt: *Et excitatus eſt tamquam dormiens dominus*: Et circa finem invenitur eadem prorſus ſententia ijſdem verbis prolata, & repetita. Et n. 94. ait: *Qui* (vt *dico in mea* Gloſſa *ſuper Pſal. Ver.* 1297.) *quærunt in temporalibus requiem, decipiuntur, cum meroribus ſint plena.* In fine prædicti verſus, qui eſt: *In die tribulationis meę*, ipſiſsima verba reperiuntur. In *n.* 103. ait: *Timere non debuerunt: De hoc amplius vide in mea Gloſſa Pſal. Ver.* 164. qui eſt: *Dominum non invocaverunt.* Vbi amplius, & expreſsius loquitur. In *n.* 115. ait: *Quia ſicut dico in Gloſſa mea ſuper Pſal. Tribulatio, ſive pœna oculos mentis aperit, quos tulpa claudit. Ver.* 1873. qui eſt: *Et tribulaverunt eos inimici eorum.* Vbi ipſa ſententia apparet expreſſe.

71 Item, in n. 126. ait: *Vide in Lectura, ſeu Gloſſa mea ſuper Pſal.* in hoc *Ver.* 2254. qui eſt: *Habitavi cum habitantibus Cedar*; dico: *Dolent enim iuſti ſe malis eſſe permixtos, &c.* Quæ omnia in fine prædicti Verſus inveniuntur ſine aliqua differentia. In n. 254. ait: *Ideo dixi in Gloſſa mea ſuper Pſalm. Ver.* 859. qui eſt: *Sed ſperavit in multitudine divitiarum: Damnoſæ ſunt divitiæ ſperantibus in eis, quia impediunt cognitionem. Sunt doloſę, quia non reſervant promiſsionem. Sunt ſpinoſæ, quia inducunt damnationem*: Quæ triplex ſententia integra reperitur in principio dicti Verſus.

72 Similiter in *n.* 312. ait: *Sicut dico in Gloſſa mea morali ſuper Pſal. in Ver.* 772. qui eſt: *Quoniam Rex omnis terræ Deus: Ille autem Deum laudat ſapienter, qui diſcrete: Ille autem diſcrete, qui colit, quod eſt colendum; & quod non eſt colendum, non colit, &c.* Quæ omnia ad literam in principio talis verſus ſunt expreſſe reperta. Et in *n.* 470. *ait: Ibi in Gloſſa mea dico in Ver.* 755. qui eſt: *Deus noſter refu-*

gium,

gium, & virtus: Non eſt maior tribulatio, quam peccatum in conſcientia. Quæ ſententia prorſus eadem reperitur poſt medium dicti verſus. In cap. vero 2. *Cant. n.* 51. ait Rodericus: *Vide in Gloſſa mea Pſalm. Ver.* 428. *Peccatum originale contrahitur dupliciter; ſcilicet cauſaliter, & formaliter. Contrahitur tamen formaliter in conceptione hominis, id eſt, in infuſione animæ.* Qui verſus eſt: *Domine in voluntate tua*: In cuius poſt medium omnia ſine aliqua differentia inveniuntur.

73 In *cap.* 5. *Ver.* 121. *ait*: In *Gloſſa mea ſuper Pſalm. Ver.* 505. qui eſt: *Accedite ad eum, & illuminamini: Ne ſitis ſicut Iudæi cœci, qui de Crucifixo tenebrati ſunt: Nos autem manducando Crucifixum, & bibendo eius ſanguinem illuminamur*: Quę omnia ad pedem literæ reperiuntur ante medium verſus prædicti. Et in *n.* 191. ait: *Et vt dico ſuper hunc Ver. in mea Gloſſa morali, qui eſt* 2264. Nempè: *Lætatus ſum in his: Amor rerum terrenarum viſcus eſt ſpiritualium pennarum*; quæ ſententia invenitur in principio huiuſmodi verſus. Denique in cap. 7. Rodericus ſe remittit in ſuam Gloſſam Davidicam, circa verſum 2096. qui eſt: *Increpaſti ſuperbos*: Dicens, *ibi in mea Gloſſa morali*, ait: *Quia tota iſta dura, & infelix ærumna mortalium, quodammodo hęreditaria eſt increpatio reproborum*: Quæ ſententia ad literam refertur in medio huiuſmodi verſus.

74 Cum ergo prædictæ remiſsiones abſdubio ſint veræ, vt clariſsime apparet, collatione vnius facta cum altera Expoſitione: Vtpote omnino ſimiles, ac convenientes in ſenſu, litera, verbis, lineis, periodis, punctis, & comis, iam non eſt alicui locus dubitandi deinceps, quis ſit Incognitus? Cum alma ſemper Eccleſia Aſturicenſis, ac mea præclara Hieronymiana Religio vere, & certe proclament: *Hic eſt filius meus dilectus, venerabilis Rodericus Aſturicenſis, in quo mihi bene complacui*; cum eum genuimus, lactavimus, nutrivimus, & in Monaſterio Guiſandi fuit conſepultus: ſi mihi non vultis credere, eius operibus credite. Ipſumque audite propria voce aſſerentem, ſuam eſſe Davidicam Expoſitionem Complutenſem; cum laborans Expoſitionem in Cantica, pluries ſic eam appellat, & cum evidentia clara demonſtrat.

§. IX.

ALIQVIBVS OBIECTIVNCVLIS SATISFIT.

75 SIT 1. quam opponit M. à Sancto Angelo n. 379. dicens: Auctor horum „ Cemmentariorum in Pſalmos fuit Doctor Pariſienſis, & Pariſijs Lec„ tor, vt conſtat in Expoſitione Pſalmi 22. Deinde conſtat ex M. Si„ guença 2. p. l. 2. c. 16. quod hic ordo non fuit in Gallia propagatus; nec in Pari„ ſijs Collegium habuit. Cum vero ipſe Auctor in his Commentarijs remittat pluries „ Lectorem in ſuum ſcriptũ in lib. ſent. clare inſinuat non poſſe eſſe ex Ordine Hiero„ nymi; quia hucuſque nullus ex eis fuit Doctor Pariſienſis. Ex quo patet, coniec„ turam Monachi de Guiſando, potius ſomnium, quam coniecturam appellari poſ„ ſe, cum ille Rodericus Aſturicenſis, etſi vir pius in Civitate Aſturicenſi fuiſſet na„ tus, ibi nutritus, in ea Eccleſia Præbenda nobilitatus, in eaque manſit vſque ad in„ greſſum Ordinis: Vt tenet in eius vita Siguença p. 3. l. 2. c. 40. In Monaſterio de „ Guiſando ſemper vixit, & ibi carnis debitum ſolvit. Etſi dum in Monaſterio Ro„ dericus vixit, ſcripſit libros, non fuit exponendo, ſed excopiando, & tranſcriben„ do; nam in arte ſcribendi erat ſtrenuus: ex quo non valet inferre, tranſcripſit plu„ res libros; ergo illos compoſuit.

76 Reſpondeo: Hanc obiectionem plura continere congeſta, quorum aliqua ſunt vera, aliqua ſuppoſita falſo. Verum enim eſt, Auctorem prædictæ Expoſitionis Davidicæ legiſſe Pariſijs, quoniam ipſe Incognitus ſuper Pſalmum 22. quærens: An in tintura, vel attramento poſit confici

Bap-

Baptiſmus? ait: *Iſte caſus realiter accidit Pariſijs, dum ibi legerem.* Verum etiam eſſe, Rodericum permanſiſſe in Monaſterio Guiſandi profeſsione facta, vſque ad mortem. Etiam ſimul eſſe verum, natum fuiſſe in Civitate Aſturicenſi, nobilitatumque fuiſſe Præbenda in Sancta illius Eccleſia Cathedrali, ac in illa ſtuduiſſe: Sed minime eſt verum, ibi permanſiſſe, ſine egreſſu, vſque ad ingreſſum Ordinis. Suppoſitum enim falſiſsimum eſt, Magiſtrum à Sancto Angelo affirmare, ita ſentire, & tenere in vita Roderici Siguençam loco ab ipſo citato, nam ſolum dicit, natum fuiſſe in Civitate Aſturicenſi, in eaque fuiſſe nutritum, & cum tempus iam eſſet, ſtudio vacaſſe: Eſſeque ingenij præclari, vt illico ſuperaret Condiſcipulos omnes, ſine controverſia, nec dubio.

77 Et cum valde eruditus Siguença minime dicat, Rodericum nunquam exijſſe de Civitate Aſturicenſi vſque ad ingreſſum Religionis, falſo attribuitur illi, ita affirmare, & ſentire; cum potiùs contrarium ſit multum veroſimile: Nempè, exijſſe de Civitate, in qua natus erat, diſcendique ſtudio Galliam peragraſſe, tamquam ad præclariſsimam Scholam, ſicut fecit Maximus P. Hieronymus, qui Stridone natus, diſcendi ſtudio peragravit Galliam, & multi alij Hiſpani, vt Sanctus Ignatius, Xaverius, Syliceus, ac plerique. Tum, quia Rodericus erat acutiſsimi ingenij, & non poterat, illud ſcientijs replere, niſi egrediendo de Civitate Aſturicenſi; nam tunc in illa, nulla alia Schola forſan erat, niſi primorum rudimentorum.

78 Tum etiam, nam vt aſſerit valde eruditus Siguença, dum Rodericus fuit, ſeu vixit in Monaſterio, ſcribebat libros, & ſcripſit multos, ſine animo ſculpendi illos. *Eſcrivia libros, y eſcriviò muchos, no para venderlos; davalos ſencillamente à los Riligioſos, la paga era, que le encomendaſſen à Dios.* In quo fatetur, fuiſſe Rodericum virum Sancte perdoctum, & valde eruditum; ſcripſiſſeque plura, non ſolum poſt ingreſſum in Monaſterium, ſed etiam ante eius ingreſſum. Vt apparet in mirabili Expoſitione ſuper Cantica Canticorum ab ipſo elaborata, & propria manu ſubſcripta anno 1424. vndecima die menſis Aprilis; in qua reſplendet Rodericus, plenus ſapientia, ac ſcientia, ſpirituque Cœleſti, ſicut Sol in Eccleſia Chriſti. Et cum hanc plenitudinem ſcientiarum non poſſet adquirere, ſemper ſiſtendo in ſua Civitate Aſturicenſi, abſdubio ab illa diſceſsit, peragravitque ſtudio diſcendi; ſed etſi quò expreſſe non conſtet, demonſtrabitur illico infra.

79 Ad hanc præclaram veritatem evanendam ait M. à Sancto Angelo, Rodericum Aſturicenſem non fuiſſe Scriptorem, ſed mere translatorem. Sequentia „ ſunt verba illius n. 382. Paucule quippè pia: Cum ergo (ait) V. Rodericus Aſturi- „ cenſis in arte ſcribendi eſſet ſtrenuus, transcribebat, & excopiabat libros. Ex quo „ inferre non valet: trancripſit plures libros, ergo illos compoſuit. Certiſsimum eſt, non valere. Sed vnde ſcivit P. M. Rodericum fuiſſe mere translatorem, minime vero Scriptorem? A quo didicit, eſſe vnice ſtrenuum in arte ſcribendi, ſi illum nunquam vidit, nec audivit, nec literam vllam eius vnquam perſpexit? Hæc quippè eſt ludrica coniectura.

80 Si enim Eximius Siguença loquens in ſua Chronologia de Viris Illuſtribus, dicit de Roderico, ſcripſiſſe libros per multos, optime licet inferre, illos compoſuiſſe, minimeque affirmare, ſolummodo tranſtuliſſe. Nam de nullo viro Illuſtri, dictum eſt vnquam ab Auctore ſacro, ſcripſiſſe opera multa, quin ſimul intelligatur, ea elaboraſſe. Sic prorſus fatetur ipſe P. M. à Sancto Angelo adducens pro ſuo Ayguano n. 63. eruditum Trithemium de illo loquentem: *Scripſit* (ait) *multa præclara volumina.* Nonne licebit alicui affirmare, Ayguanum ea ſolum copiaſſe, minimeque compoſuiſſe? Neutiquam. Si quis, pro, *ſcripſit Ayguanus*, audenter tranſponeret; *Ayguanus tranſcripſit*: Nonne diceret P. M. eſſe ludricam coniecturam?

Cum

81 Cum igitur egregius Siguença affirmet aperte, noſtrum Rodericum ſcripſiſſe libros per multos, neutiquam erit licitum affirmare, illos vnice copiaſſe, ſed potius eos egregie compoſuiſſe, ac elaboraſſe. Si enim vero P. M. nolit M. Siguença credere, credat operibus ipſius Roderici in ſua Cantica, infra dulciter perſonantis: Perſpicietque, videbit, ac audiet, non ſolum fuiſſe compoſitorem egregium; ſed etiam ſuper Divina Cantica Gloſſographum mirabilem eſſe, propria voce, ac manu dextere canendo, parili conſonantia, ac cecinit Davidicos Pſalmos exponendo.

82 Ad aliud dicitur, M. à Sancto Angelo falli, dum pro certo ſtatuit, Incognitum fuiſſe Doctorem Pariſienſem, nam etſi Incognitus exponens Pſalm. 22. aſſerat ſe legiſſe Pariſijs, ex hoc non ſequitur fuiſſe laureatum gradu Doctoris. Conſtat vero plurimos in ſingulis Vniverſitatibus legere, quin ſint earum Laureati Doctores. Verum enim eſt, Incognitum legiſſe Pariſijs, quia ipſe dixit in citato loco, ſed etiam eſt verum, nullo prorſus fundamento poſſe hoc de noſtro Roderico negari. Vnde enim oſtenditur, Rodericum non ſtuduiſſe, ac legiſſe Pariſijs? Non aliunde, niſi quia P. M. à Sancto Angelo ait: Natum fuiſſe in Civitate Aſturicenſi, ibique permanſiſſe vſque ad ingreſſum Ordinis, quod eſſe falſum manet oſtenſum n. 76. Fateor enim, neceſſarium eſſe, ad demonſtrandum verum Auctorem Expoſitionis Davidicę vulgatæ Compluti, duo præcisè requiri. Nempè legiſſe Pariſijs (quia ipſe dixit) & ſimul manifeſtare monumenta teſtantia, prædictam Expoſitionem potius ab opifice iſto fuiſſe compoſitam, quam ab alio. Primum minime ſufficit, nam de millibus affirmari poterat. Secundum vero, de ſolo vnice vno: Et quanto fuerint inſtrumenta magis efficacia, & vera, erit magis certa, ſeu probabilior oppinio. Quod inſtrumenta propoſita pro Roderico militent efficacius pro eo, quam appoſita pro Ayguano, ac Berchorio, ſapiens Lector iudicabit ex dictis n. 17. & ſeq.

83 Cum enim monumenta pro Roderico propoſita ſint poſitiva; & argumenta poſitive probantia, minime extenuentur mere negativis, circa idem aſſertum, ſemper extant pro Roderico, eſſe verum Auctorem Expoſitionis Davidicæ vulgatæ Compluti nomine Incogniti: cum conſtet, donatam fuiſſe vere realiter ab ipſo Monaſterio Guiſandi; extractamque ex ſua omnigena Bibliotheca, vt prælo daretur Compluti; quod ita notum eſt omnibus eruditis, vt à nullo negetur: Ergo etſi non poſitive ſciatur, Rodericum legiſſe Pariſijs; cum à nullo viro probo poſit cum veritate negari, perſeverat conſtitutus, vt Auctor verus, & legitimus: *Iuxta Regul. Iuris: In dubijs melior eſt conditio poſidentis.*

84 Sit exemplum pro Roderico. Si vſuveniat, quod aliquis appareat in platea expoliatus, & hora matutina mortuus enſe proprio illius; & diſquiſitione diligenter facta inveniatur veſtis, & enſis defunti in manu, vel domo alicuius; talis abſque dubio iudicabitur reus, etſi aliunde non ſciatur, ſed potius dubitetur, fuiſſe, vel non fuiſſe in platea ipſa hora; nullaalia ratione, niſi quia inſtrumẽta reperta in propria manu, vel domo, erant ſigna ita demonſtrantia, illum fuiſſe Auctorem huiuſcemodi ſceleris, quod nullus poſit poſitive affirmare, non fuiſſe in platea ipſa hora mortis. Quoniam adverſus eum extant inſtrumenta, vt ſine præiuditio fuiſſe in illa aſſeratur.

85 Cum igitur omnia monumenta relata, & reperta in Bibliotheca Guiſandi, circa Expoſitionem Davidicam vulgatam nomine Incogniti militent abſque dubio pro Roderico, minime vero pro Ayguano, nec Berchorio, vt conſtat ex dictis, convincitur, fuiſſe Auctorem illius, legiſſeque Pariſijs; quia ita veroſimile eſt, Pariſijs legiſſe, quod à nullo viro prudenti poſitive negetur, viſis inſtrumentis, demonſtrantibus, Rodericum multa à ſe manuſcripta Monaſterio donaſſe, inter quę erat prædicta Expoſitio Davidica, ſimulque cum illa alia Expoſitio ſuper Cantica

tica propria manu ſubſcripta, valde ſimillis illi: Quæ nunc publicæ luci datur, vt M. à Sancto Angelo, & Orbis totus cognoſcat, coniecturam pro Monacho de Guiſando non eſſe ſomnium, ſed clariſsimam veritatem. Simulque perſpiciet, Rodericum fuiſſe extrenuum, non mere in arte ſcribendi (vt prolibito autumat) ſed ita eſſe mirabilem in Divinis Canticis exponendis, ſicut fuit in Pſalmis.

86 Vlterius opponitur P. M. à Sancto Angelo, dicendo n. 384. ſe valde „ mirari: Tum, Monachos Guiſandi, in extractione prædictę Expoſitionis, vt dare- „ tur prælo, non advertiſſe, fuiſſe fœtum, vel eſſe potuiſſe alicuius Monachi illius „ Monaſterij ex antiquioribus. Tum etiam, Magiſtrum Siguença in ſua Chronica „ de Viris Illuſtribus Monaſterij Guiſandi, nulli illam attribuiſſe. Nec locutum „ fuiſſe verbum aliquod, quando editio Venetana, nomine proprio Ayguani, pro- „ dijt in lucem, cum adhuc eſſet ſuperſtes, & eius opera huic editioni Venetanæ „ poſtrema, vt patet ex editione operum Magiſtri Siguença.

87 Huic obiectioni reſpondeo 1. ad primum: Monachos de Guiſando tacuiſſe nomen Auctoris, vel quia de illo nullam habuere notitiam, cum à donatione Monaſterio facta Expoſitionis prædictæ vſque ad extractionem ex illo tranſacti fuerunt octoginta anni: & tunc Monachi magis, quam lectioni librorum, Cœleſtium contemplationi vacabant: Magis in ſpeluncis, & cavernis ſtudebant, plangendo, & ſe flagellando, Deo placere, quam manuſcripta in Bibliotheca collocata revolvere. Tum etiam, quia etſi vllam notitiam habuiſſent, cum tun ctemporis Monachi terrenę ambitionis negligentes, & Cœleſtis potius, quam humanæ gloriæ avidi eſſent, noluere nomen Auctoris in vulgus dare. Maxime cum Rodericus compoſuerit libros, ſine animo ſculpendi, nomenque ſuum vulgo manifeſtandi. Et ne Monachi opponerentur vltimæ voluntati ſui VenerandiConfratris,tradidere opus Davidicum ſincere, vt publicæ luci daretur, præſertim, cum nil conduceret, illud vulgare animarum ſaluti. Et ne incurrerent pœnam privationis donationis factæ, ſi publico nomine prælo daretur, vt in teſtamento erat expreſſum.

88 Hæc ſolutio conſonat dictis à M. Barranco *fol.* 81. *n.* 12. idem oppo- „ nente *fol.* 78. *n.* 8. & 9. Nempè, Monachos Eligienſes tacuiſſe nomen Berchorij „ in editione eius Davidica, arbitrantes ſupervacaneum in Commentario nomen „ Berchorij ſculpere, cum pro eo ipſum loquatur opus. Quam egregiè opus Roderici Aſturicenſis ſuper Pſalmos nomine Incogniti vulgatum, locutum fuerit in Eccleſia Catholica, notum eſt Orbi. Si ergo Monachi Eligienſes tacuere nomen Berchorij in eius Expoſitione Davidica, arbitrantes ſupervacaneum, nomen ipſius ſculpere; cur Monachi de Guiſando non potuerunt tacere nomen ſui Roderici, arbitrantes id ipſum.

89 Quod valde admirandum eſt, mirari M. à Sancto Angelo, eruditum Siguença in ſua Chronica non profiluiſſe pro Roderico, cum editio Venetana ſuper Pſalmos prodijt in lucem nomine Ayguani; dum ſuperſtes eſſet, & eius opera editioni Venetanæ poſtrema: Quoniam nec vnum, nec alterum eſt verum, ſed omnino falſum vtrumque: Nam opera noſtri Siguntini egregia, anteriora fuere Venetanæ editioni, vtpotè vulgata anno 1605. & ipſe debitum naturæ reddidit omnium Creatori, anno 1606. vt apparet in Chronica Religionis Hieronymianæ in eius laudabili vita *p.* 4. Expoſitio vero Davidica nomine Ayguani edita fuit Venetijs anno 1609. apud Guerilium, vt ex ipſa, quæ mecum eſt, conſtat. Igitur quod ab omnibus debet mirari, eſt, intendere M. à Sancto Angelo, perſuadere pro certo abſdubio, quod eſſe omnino falſum, perſpicitur oculis; non vero, quod poſt 200 annos à Complutenſi editione, pluries prolibito M. à Sancto Angelo autumat. Nam Eximius Siguença obijt tribus annis ante Expoſitionem Venetanam vulgatam:

no-

nomine Ayguani; ex quo patet, eſſe manifeſte falſum, fuiſſe ſuperſtem, ac eius opera poſteriora Venetanæ editioni, cum fuerint data prælo prius quatuor annis; nempè anno 1605. vt apparet in Matritenſi editione 3. *p.*

90 Nec mirum eſſe poteſt, editionem Venetanam latuiſſe eruditumSiguntinum noſtrum, etſi ei fuiſſet ſuperſtes aliquibus annis, cum ſine admiratione affirmet M. à Sancto Angelo, Expoſitionem Davidicam vulgatam ſemel Compluti, bis, ter, & quater repetitam Lugduni, latuiſſe plures Carmelitas, valdeque eruditos, fere centum annis ſilentio profundo decurſis; quanvis feliciter ſparſam per Eccleſiam „ Chriſti. Quod abſdubio non poteſt ſine ſtupore credi, eſt, Expoſitionem vulgatam „ nomine Incogniti, per ſæculum vnum cum medio ante editionem Complutenſem, „ fuiſſe apud omnes Carmelitas in magno pretio habitam, cognitamque vt fœtum „ fœcundi ingenij Ayguani, vt atteſtatur M. à Sancto Angelo *n.* 84. & nullum Carmelitam Hiſpanum, Italum, nec Gallum, proſiluiſſe pro ea, niſi poſt quartam editionem, ſeptuaginta quinque annis tranſactis à prima; vt etiam fatetur ipſe P. M. *n.* 372. adſtantibus vbique pluribus eximie eruditis: Maxime cum affirmet *n.* 281. Ayguanum dictaſſe Pariſijs ſua Commentaria Davidica, permanſiſſeque plura exemplaria tàm inter Carmelitas, quàm inter exteros, & præcipue vnum aſſervabatur in Regali Pariſienſi Maubertino Collegio Religionis Carmeli.

91 Nam etſi Hiſpani Carmelitæ non potuiſſent clamare, viſa Expoſitione Davidica, vulgata Compluti nomine Incogniti, quia nec levis notitia de Ayguani Commentario Davidico ad eos pervenerat; quod non eſt veroſimile, cum M. à Sancto Angelo affirmet *n.* 84. habitum eſſe in magno pretio inter Carmelitas per ſæculum vnum cum medio: (Niſi inter Carmelitas non computet Hiſpanos:) Etſi ſimiliter Itali non proſiluiſſent, niſi poſt quartam editionem Lugdunenſem, quia eos latuere omnes, quod credere, difficilimum eſt, cum communicatio inter Pariſienſes Doctores, ac Bononienſes, ſemper fuit pervia: Tamen Galli Carmelitæ debuere pro Ayguano proſilire, ſtatim, ac editio Davidica Complutenſis pervenit Pariſim.

92 Tum quia data fuit prælo Lugduni bis, ter, & quater, ſub nomine Auctoris Incogni, aſpicientibus ipſis. Tum, quia videbant, & ſimul audiebant, illam feliciter currere coram Pariſienſibus Doctoribus, ignoto nomine, vſque extremo laudatam, publiceque citatam in Cathedris, in Pulpitis, ac ſcriptis, & cum Ayguani Commentarium Davidicum inter Carmelitas, ſemper, & tunc eſſet in magno pretio, ita quod ab omnibus, per tria continua ſæcula, citabatur iam concionando, iam ſcribendo, vt M. à Sancto Angelo atteſtatur *n.* 385. & ſimul ſecum illud haberent in Regali Collegio Maubertino: Alijs pluribus ſparſis inter Carmelitas, & non Carmelitas, non debuere obmuteſcere.

93 Sed cur pro Ayguano non proſiluere? Quare oculis viſa claris, publicæ luci data Expoſitione Davidica nomine Incogniti ſemel Compluti, bis, ter, & quater Lugduni (& quod maximum eſt, ſummo honore, & æſtimatione laudata) tacuere, conſenſereque ſcientia, & patientia tot annis? Si ita facile erat, cognoſcere Incognitum, Margaritamque pretioſam deperditam, ſine iurgio, & contentione invenire; ac non difficile Commentarium Davidicum Ayguani, notum facere, cum plura eſſent exemplaria inter Carmelitas, & non Carmelitas, & vnum præcipue in Regali Collegio Maubertino, cur obmutuerunt tam profundo, longoque ſilentio? Si Carmelitæ Hiſpani non fuerunt locuti, viſa editione Complutenſi, quia nec minime notitia de Ayguani Commentario Davidico inerat illis; quomodo potuerunt, ſine læſione conſcientiæ graviſsima, Pariſienſes Carmelitæ merito Laureati, ſuis labijs clavem imponere, cum impenſo detrimento ſuæ matris vbique præclaræ; habendo ante oculos quater editam Expoſitionem Davidicam nomine ignoto, ſi

ſe-

ſecum tenerent eamdem, & ipſam à ſuo Ayguano elaboratam? Minime tacere debuere. Cum igitur notum ſit omnibus, nec vllum verbum fuiſſe locutos, nec vllum excitaſſe dubium; evidens eſt, Expoſitionem Davidicam nomine Incogniti vulgatam, diſtinctam, ac diverſam eſſe ab Ayguani Davidico Commentario.

94 Verum enim eſt, eruditum Siguntinum, in vita laudabili Venerabilis Roderici Aſturicenſis, non attribuiſſe illi vt Auctori proprio prædictam Expoſitionem Davidicam Vulgatam Compluti; quia cum de viris Illuſtribus ageret, ſecundum relationes à Monaſterijs tranſmiſſas, & hæ multoties eſſent valde diminutæ, vt ipſe conqueritur pluries 2. *p. l.* 2. *c.* 11. & alibi, ſolum referebat relata: Ita executus fuit maxima eloquentia, narrando præclaras virtutes, & opera Venerabilis Roderici, non ſpecifice, ſed generice tantum, qualiter erant prolatæ narrationes à Monaſterio Guiſandi tranſmiſſæ: Quoniam fere omnia manuſcripta fuere combuſta ignito naufragio Monaſterium devorante, antea tempore Auguſtiſsimi Cœſaris Caroli Quinti.

95 Sed quid inde? Sequetur ne, prædictam Expoſitionem minime fuiſſe à Roderico elaboratam, quia Eximius Siguntinus noſter, tàm præclarum opus profundo ſilentio præterijt? Neutiquam. Nam etiam præterijt eodem prorſus ſilentio Expoſitionem mirabilem in Cantica Salomonis, quæ abſdubio fuit fœtus illius; vtpote ab illo Monaſterio donata, ac ſua propria manu ſubſcripta, quia etſi non fuerit locutus de illa ſpecifice, fuit locutus de ea generice, cum dixit: *Eſcrivia libros, y eſcriviò muchos, no para venderlos; davalos à los Religioſos; la paga era que le encomendaſſen à Dios.*

96 Si denique opponatur ex dictis ſupra *n.* 13. Incognitus ſæpè remittit Lectorem in ſuum Dictionarium, in Poſtillas ſuas ſuper Michæam, Ioannem, & Apocalypſim, & etiam in Sermones Quadrageſimales, in Magiſtrum Sententiarum, ac in 2. 2æ. *D. Thom.* Sed in donatione facta Monaſterio Guiſandi à Roderico, nulla fit mentio Dictionarij, nec Poſtillarum, quod erat neceſſarium ad comprobandum, Expoſitionem ſuper Pſalmos, ab illo donatam, fuiſſe opus elaboratum ab ipſo, cum ipſe Incognitus affirmet in ſuis remiſsionibus, eſſe Auctorem illarum, non minus, ac Expoſitionis Davidicæ: Igitur dum non conſtet, Rodericum ſcripſiſſe Dictionarium, & Poſtillas in Michæam, Ioannem, & Apocalypſim, non poteſt, affirmari de illo, eſſe verum Auctorem prædictæ Expoſitionis; nam ſi ſcripſiſſet Poſtillas, & Dictionarium, illud, ac eas donaſſet Monaſterio ſimul cum Davidica Expoſitione.

97 Reſpondetur 1. Hoc argumentum æque premere omnes ob futura contingentia temporum: Nam nullus hucuſque dixit, (nec Trithemius Benedictinus) Berchorium, ſcripſiſſe ſuper Pſalmos, vt conſtat in diſſertatione M. Ximenez *fol.* 13. *n.* 1. Nec Ayguanus ſcripſit Poſtillas, vt manet oſtenſum *n.* 37.

98 Reſpondetur 2. Rodericum nullam feciſſe mentionem explicitam Dictionarij, ac Poſtillarum, in donatione facta Monaſterio. 1. vel quia prius donaverat ſuę Sanctę Eccleſiæ Aſturicenſi, & ſuis conſanguineis, quibus plura donavit ante diſceſſum ab illa, ſicuti in ipſa donatione Monaſterio facta diſpoſuit, illis donata transferri, ſi Monaſterium foret omiſſum; vt in *n.* 15. Quod quidem veroſimilimum eſt, cum Rodericus negligens vanæ gloriæ, vniceque Cœleſtis avidus, ſcriberet, non animo ſculpendi, ſed proximis inſerviendi. Ideoque, ſi manuſcripta ſincere Religioſis donabat, vt n. 78. manet oſtenſum, veroſimilimum eſt, plura donaſſe ſuis valde dilectis confratribus Præbendatis, vivendo cum illis, & ab illis in ipſo diſceſſu.

99 2. Quia, etſi in donatione facta Monaſterio, non fecit mentionem explicitam Dictionarij, & Poſtillarum, fecit tamen implicite, cum dixit: *E otros*

mu-

muchos tratados, è otras muchas cosas. Et aliquorum operum, ad quæ se remittit, memoriam fecit expresse, cum dixit: *E Sermones, è Conclusiones sobre el Maestro de las Sentencias, è vna Glossa sobre el Maestro de las Sentencias, sacada de los dichos de Santo Thomas, è Conclusiones sobre la 2. 2æ.* vt in n. 14. Eadem solutione, pro simili dubio, vtitur M. Barranco fol. 69. Igitur cum Expositio Davidica, vulgata Compluti nomine Incogniti extet pro Roderico Asturicensi, vtpote ab ipso donata Monasterio Guisandi, simul cum alia Expositione super Cantica, quæ absdubio fuit fœtus illius, & etiam cum alijs operibus, ad quæ se remittit; evidenter convincitur, illum fuisse verum Auctorem prædictæ Davidicæ Expositionis, non vero Berchorium, nec Ayguanum.

100 Nec tandem obest, Incognitum aliquando appellasse *Patrem nostrum Eliam*; nam ad hoc complete, ac erudite est factisfactum à R. P. M. Ximenez, quoniam etsi ex appellatione *Patris nostri* frequenter sequatur, eum esse vere filium, qui vtitur illa, multoties accidit contrarium. Quippè, Venerabiles Patres Prędicatores frequenter appellant Sanctum Franciscum *Parentem nostrum*; & similiter Patres Franciscani Sanctum Dominicum, quin eiusdem Instituti sint. Pluries etiam Sæculares appellant *Patrem nostrum Franciscum, Patrem nostrum Augustinum*, & neque vnius, nec alterius Institutum sunt profesi. Melius enim arguitur sic: Nullus vere, & proprie Carmelita, sive in scriptis, sive in contionibus nude vnquam appellavit *Eliam*; nec Franciscanus, *Franciscum*; semper enim addunt *Patrem nostrum*; ita quippè vtitur in omnibus Religionibus: Incognitus, etsi aliquando appellet Eliam *Patrem nostrum*; multoties eum nude Eliam vocat: Igitur ex hoc titulo potius evincitur non esse Carmelitam, quam fuisse. Nam si eius esset professione filius, semper Eliam appellasset *Patrem*, nunquam vero nude Eliam.

101 Et ne dicta RR. PP. MM. mihi in Christo valde dilectis, fastidium pariant, adducam verba mei P. Hieronymi, rescribentis suo intime amabili Augustino: *Nec ego tibi, sed causa causæ respondit, etsi culpa est respondisse, quæso, vt libenter audias; multo maior est provocasse. Hier. t. 2. ep. 96.* Cum ergo mea præclara Religio Hieronymiana, per fere duo sæcula ab Expositione Davidica Vulgata Compluti, nomine Incogniti, contenta esset opinione communi, rumore, & publica fama, stante pro ea; fœtū esse illius mirabilem prædictam Expositionem, vtpotè inventam in Monasterio eiusdem; extractamque ex illo, vt prælo daretur, toto Orbe sciente: Nam Thesaurus inventus in propria domo iure naturæ est, sine iurgio, Domini illius; non potuit non sua iura facere nota, cum perspiceret oculis, non solum publicis dissertationibus, illo violenter privari; sed M. à Sancto Angelo pluries voce maiori clamare, esse somnium, tale præsumere de invento Thesauro in prædio, domoque Guisandi.

102 Dicendo cum præexcelso Augustino: *Quid separas à me, quem genui ex me? Vnum quæris, & multos* (Confratres) *occidis, & ad eum, qui est vnus* (id est Incognitus, seu Rodericus, non vero Berchorius, nec Ayguanus) *attingere non potes. Aug. ser. 1. S. Innoc.* Vt sapientes iudicent, cuius sit somnium, vel veritas cuius. *Faceſcant igitur*, obsecro (Colendissimi PP. MM.) *istiusmodi dissertationes* (vt par est, partibus iam auditis) *sitque inter nos pura germanitas. Hier. ibi.* Sicque, Incognitus erit omnium: Nam in spiritu idem sunt Berchorius, Ayguanus, & Rodericus, & si in personis distinti. Valete.

CER-

CERTIFICACION.

FRAY Gregorio de los Santos, Prior de eſte Monaſterio de San Geronimo de Guiſando, certifico, que Rodrigo Alfonſo de Valverde, natural de la Ciudad de Aſtorga, y Canonigo que fue de la Santa Igleſia de la miſma Ciudad, ſiendo de edad anciana tomò el Santo Habito de Nueſtra Sagrada Religion en eſte dicho Monaſterio, donde ſiendo Monge de èl, viviò haſta ſu muerte, y por el Teſtamento que hizo, y otorgò, acabado el año de ſu Noviciado, y aprobacion, y antes de Profeſſar, conſta, que entre los otros muchos libros manuſcriptos que traxo, y mandò à eſte dicho Monaſterio, fueron tres tomos, Expoſicion ſobre los Pſalmos, que intitula Gloſſa, y ſon los miſmos que eſte dicho Monaſterio entregò à el Señor Don Juan de Fonſeca, Obiſpo de Burgos, para que ſu Señoria Iluſtriſſima los imprimieſſe, como lo executò en Alcalà de Henares, y ſon los que oy corren con nombre del Incognito: Y aſsimiſmo conſta del citado Teſtamento que traxo, y mandò à dicho Monaſterio otro libro eſcrito, y firmado de ſu mano, como oy ſe vè por èl, que le intitula, *Gloſſa moral ſuper Cantica Canticorum*: el qual ſiendo Prior de eſte dicho Monaſterio el Padre Fray Alonſo de Orgàz en los tres años de mil ſetecientos y nueve, diez, y onze, hizo copiar, y trasladar à la letra, con animo de darle à la Imprenta, lo que al preſente ſe executa en la Ciudad de Valladolid; el qual dicho libro original firmado, como dicho es, de Rodrigo Alfonſo de Valverde, Canonigo ſuſo dicho, y ſu ya citado Teſtamento, ſe guardan originales en eſte dicho Monaſterio, donde los podrà vèr en qualquier tiempo, quien quiſiere actuarſe, y certificarſe de eſta verdad: y para que conſte doy la preſente, que firmè en eſte dicho Monaſterio en primero de Abril de mil ſetecientos y veinte y tres años.

Fray Gregorio de los Santos,
Prior.

Y yo Fray Ignacio de Portillo, Monge Sacerdote, y Profeſſo de eſte dicho Monaſterio, y Notario publico Apoſtolico, por authoridad Apoſtolica, y Ordinaria, doy fee, y verdadero teſtimonio à los que el preſente vieren, que fuy preſente à la data de la antecedente certificacion, y que ſiendolo la firmò nueſtro Padre Prior Fray Gregorio de los Santos, y que el contexto de ella me conſta ſer cierto, verdadero, publico, y notorio entre los Monges de eſte dicho Monaſterio, y en fee de ello lo ſigne, y firmè en èl en primero de Abril de mil ſetecientos y veinte y tres años.

En Teſtimonio ✠ de verdad.

Fray Ignacio de Portillo.
Notar. Apoſt.

PIO LECTORI.

1 CUM Incognitus ſuper Pſalmos (pie Lector) ſit iam per ſua Cantica notus, aliqua notatione digna tibi proponam, vt in offenſo pede, hoc mirabile opus noſtri Venerabilis Roderici percurras, ac auribus ſanis ſui Divini Cantus Cœleſtes voces ſine vlla nota, nec levi diſſonantia, dulciter, ſuaviterque percipias. Primum, quod poteſt offerri, eſt, Rodericum citantem Sacram Scripturam pluries vti verbis diſtintis, ac in editione Tridentina reperiuntur ſcripta; non alia ratione, niſi quia ſenſus vtrobique erat verus, & idem; & quia tunc temporis inter plures editiones Scripturæ Sacræ, nulla erat ab Eccleſia prælata; quilibet vtebatur pro ſuo libito quaque: Et cum Rodericus ſcripſiſſet centum annis, & plus, ante Concilium Tridentinum, vbi editio Vulgata Parentis Hieronymi fuit alijs præelecta; non huic alligatus, ſolebat aliam allegare ex ab Eccleſia approbatis, vt erat licitum ante Sanctum Concilium Tridentinum omnibus Scriptoribus Sacris.

2 Eſt ſecundum: Rodericum ignito zelo Domus domini motum, non nunquam contra Prælatorum ſui temporis, Clericorum, ac Monachorum laxiorem vitam invehi ardentius: Nam in illo ſæculo, occaſione peſtilentiſsimi Schiſmatis dilacerantis Eccleſiam Catholicam, fere vbique diſciplina Eccleſiaſtica à priſtino ſplendore erat valde defiorata. Luxuria, avaritia, ſimonia, cæteraque vitia ſtatus fere corruperant omnes: Vt ex antiquijs, ac publicis Hiſtorijs notiſsimum eſt. Nec aliquid aſperius dixit Rodericus in ſua Cantica Gloſſa, quod prius non fuiſſet ab ipſo prolatum in ſua Davidica Expoſitione. Audi eum (Lector pie) ſuper Pſalmum 33. *verſ.* 505. qui eſt: *Accedite ad eum, & illuminamini*; poſt plura alia ſic voce maiori clamantem: *Ecce iam pene nulla eſt vitæ ſæcularis actio, quam hodie Clerici non adminiſtrent. Nulla mundi negotia, in quibus Miniſtri non ſe occupent: Nulla rerum improbitas, in qua Monachalis non ſe implicet Ordo.*

3 Et ne terrearis, audi Mellifluum Bernardum cuius ſpiritum Rodericus ebibit *Serm. ad Cler. in Concil. Rhemenſi*, poſt non pauca de Prælatis, ac Epiſcopis, ſic ſermocinantem: *Quem dabis mihi de numero Epiſcoporum, qui non plus invigilet ſubditorum evacuandis marſupijs, quam vitijs extirpandis? Quę enim in occulto fiunt ab Epiſcopis turpe eſt dicere.* Nec lenius, tempore Roderici, locutus fuit Sanctus Vincentius Ferrer tuba Cœleſti buccinans in ſermonem ad illa verba: *Ecce poſitus eſt iſte in ruinam*: terribiliora contra Prælatos, Sacerdotes, ac Religioſos inclamabat. Infelicia ſæcula, quæ talem dicendi ardorem poſtulabant! Blandius certe loquerentur Viri Sanctiſsimi ſi meruiſſent videre ſtatus Eccleſiaſtici diſciplinam à Sancto Concilio Tridentino valde inſtauratam: & hæc pro ſecundo ſufficiant.

4 Tertium eſt, quod in cap. 1. huius Expoſitionis n. 278. ait Rodericus: *In clauſtro Chriſti ſemper ſunt quatuor iſti: Eſt Giezi, Iudas, cum Petro, fur Ananias.* Sed hoc nil curæ poteſt eſſe legenti; ſententia hæc deſumpta eſt ex Divo Bernardo tractatu de modo bene vivendi ſerm. 48. & nullum ſenſum facit, quam quod reprobi cum electis ſemper reperiuntur admixti; nam in Clauſtro Chriſti, quod eſt Eccleſia, etſi ſemper ſint plures iuſti, numquam deſunt plurimi pravi, ac perverſi: *Nam plures ſunt vocati, pauci vero electi.* In clauſtro, vbi Chriſtus erat Rector, ſemper fuit Iudas, vſque ad mortem proditor. Diſcipuli ſæpè mormurantes, & fere ſæpè in multis deficientes. Nec *Ly ſemper*, etſi ſupponat pro omni tempore, minime accipien-

piendum eſt pro omni ſubiecto in clauſtro Chriſti vivente. Nec etiam opus eſt, vt pro omni tempore accipiatur ſtricte; ſed ſatis eſt, quod plerumque ſic accidat, vt ſemper accidere, morali, ac humano dicendi modo proferatur; ſicut cum dixit Apoſtolus: *Cretenſes ſemper mendaces*; non intelligitur, nunquam vera loqui, ſed raro: vt concorditer exponunt Interpretes ſacri.

5 Quartum enim eſt, quod in 1. cap. n. 397. Rodericus ait; hominem, *cum gleba terræ ſit, creatorem mundi comprehendere.* Hoc non intelligitur à Roderico de comprehenſione perfecta per viſionem intuitivam Dei provt eſt in ſe; ſed de comprehenſione continentiæ, vt conſtat ex antecedenti contextu. Dixerat enim Rodericus, hominem comprehendere mundum, quia homo aliquid ex omni creaturarum genere participat, propterea ſecundum Divum Gregorium: *Omnis creatura eſt homo*; & cum homo participet perfectiones Dei, ſitque ab eo formatus ad imaginem ſuam, ſicut dicitur comprehendere mundum, quia homo in ſe continet genera, & imagines mundi, ſic intelligitur comprehendere Deum, quia Dei continet imaginem, vtpotè factus ad imaginem eius. Rurſus poteſt intelli, hominem comprehendere Deum, eo ſane modo quo Sponſa ſancta ait; Deum tenuiſſe: *Tenui eum, nec dimittam.* Cant. 3. & in hoc ſenſu loquitur Rodericus.

6 Quintum enim oritur ex eo quod n. 447. ait: *Et ſicut Adam, ex quo comedit, totus eſt percuſſus, & totus cum generatione ſua extoſicatus; ita laſcivus à Deo percutitur per culpam, cum tota ſua generatione inficitur*: Huiuſmodi ſenſus non intelligitur de generatione, ſeu propagatione carnali filiorum; nam multi ſunt laſcivi ſine filiorum progenie; ſed intelligitur de progenie operum, quæ etſi aliunde ſint bona, à laſcivo inficiuntur; quoniam, *Arbor mala non poteſt bonos fructus facere: Modicum fermentum totam maſam corrumpit.*

7 Sextum, num. 485. ait: *Vnde hac die, quia Conſtantinus primo Eccleſiam his temporibus ditavit, audita eſt vox in Cœlo, dicens: Hodie venenum infuſum eſt in Eccleſia.* In quo videtur reprobare donationes, quibus à fidelibus ditatur Eccleſia. Quod abſit: *Nam dignus eſt operarius cibo ſuo. Qui altari deſerviunt, de altari vivunt.*

8 Vt fiat ſatis duritati verborum, audiamus Divinum Magiſtrum: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Non ſuper petram argenteam, vel auream; ſed ſuper petram humilem, pauperem, ac divitijs nudam: *Nam cum eſſet dives, factus eſt egenus, vt illius inopia vos divites eſſetis.* 2. *Cor.* 8. *v.* 9. Propterea dixit: *Niſi quis renuntiaverit omnia quę poſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Nolite theſaurizare theſauros in terra.* Et Apoſtolus Petrus non aſcendit ad ſummum Pontificatum divitijs plenus, ſed relectis omnibus: *Ecce nos reliquimus omnia.* Neque vti cæpit authoritate Apoſtolica fretus in auro, aut argento, ſed tantum in Verbo Dei: *Argentum, & aurum non eſt mihi; quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Nazareni ſurge, & ambula. Actor.* 3. *v.* 6. Nullum textum invenio, in quo Chriſtus ſuis Succeſſoribus præcipiat curam ponere in ditando Eccleſias auro, & argento; ſed in animas ſalvandas, ideo dicit Paulus: *Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos.* Ergo non eſt laudabile Eccleſias replere divitijs, ſed deteſtabile: Propterea venenum fuit in Eccleſia infuſum illa die, qua Conſtantinus illam divitijs ditavit. Abſit hoc.

9 Verum enim eſt, Chriſtum non commendaſſe ſuis Succeſſoribus Eccleſiam ditare divitijs, ſed virtutibus; ſed etiam eſt verum, diffiniſſe, deberi eis

ex

ex iuſtitia, ſuſtentationem congruam, & decentem: *Dignus eſt* (ait) *operarius cibo ſuo. Non alligabis os bovi trituranti: Qui in Sacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt.* 1. *Cor.* 9. Ad quam conſequendam, ſunt eleemoſynæ, ſeu donationes à fidelibus neceſſario faciendæ: Cumque vſus illarum cum debita æquitate, ac moderamine ſit ita difficile, vt vix ſine peccato aliquo poſit exerceri; ſiquidem tam in adquiſitione divitiarum, quàm in earum adminiſtratione ſemper, vel fere, peccatum committitur, vt Mellifluus Bernardus affirmat: *Divitiæ nunquam ſine peccato acquiruntur. Nullus adminiſtrat res terrenas ſine peccato. D. Bernard. ſerm. de modo bene vivendi.* Propterea cum donatio Conſtantini fuerit occaſio peccandi, etſi non ex natura ſua, tamen ex innata humana miſeria, poteſt dici, quod in die, qua fuit facta Eccleſiæ magna largitate donatio, fuit in illa venenum infuſum.

10 Quod mens noſtri Roderici huiuſmodi fuerit, patet ex dictis ab ipſo in ſua Expoſitione Davidica ſuper Pſalm. 51. v. 859. & Pſalm. 61. v. 87. & in Cantica Expoſ. cap. 1. n. 254. & n. 79. vbi ait: *Non ſunt vituperandæ divitiæ, quibus meremur Regnum Cœlorum, ſed cor appoſitum, quia non divitiæ, ſed amor in divitijs ponere, & eis abuti, damnant, & culpam generant.* Donatio quam Ananias cum Saphira vxore ſua fecit Eccleſiæ, fuit pia, & tamen fuit cauſa ſuæ damnationis, quia non donatio, ſed abuſus eius damnat, & culpam generat. Ergo donatio fuit ipſis venenum, quia fuit occaſio culpæ, & mortis. Sicque, &c.

11 Septimum; num. 503. & 523. ait Rodericus: *In Chriſto fuerunt tres naturæ: Deitas, anima, & caro*: De fide eſt, ſolum fuiſſe in Chriſto duas naturas; Nempè Divinam, & Humanam: Non ergo dici poteſt, fuiſſe in illo tres naturas. Dicendum; verum eſſe, tantum fuiſſe in Chriſto duas naturas completas, & adæquatas, vnam humanam, alteram Divinam; ſed quia humana etſi ſit vna ſola realiter, conſtat ex duplici inadæquata, nempè anima, & corpore, quarum quælibet eſt natura; ideo dicit Rodericus, fuiſſe in Chriſto tres naturas, vnam Divinam, & duplicem humanam, quibus competunt diſtintæ proprietates, ſeu operationes: Cumque Rodericus loquatur de natura humana provt corporaliter ſenſitiva, ſeu de operationibus diſtintis, provt à natura procedunt diverſis rationibus, ſeu gradibus; Siquidem anima ratione ſuæ ſpiritualitatis, & pro priori ad vnionem cum carne, non meruit pati, quia non contraxit peccatum originale, niſi poſtquam carni per generationem fuit vnita, propterea dixit: Fuiſſe in Chriſto tres naturas, Divinam vnam, ſpiritualem aliam, aliam corpoream, ſeu carnalem, non diſtintas realiter in eſſentia, ſed tantum in munere.

12 Propterea, etſi theologice loquendo non poſit dici, in Chriſto fuiſſe tres naturas; loquendo philoſophice certiſsimum eſt. Nam natura humana conſtat ex anima, & corpore, vt naturis inadæquatis conſtituentibus principium operandi, quod eſt natura perfecta conſtans ex forma ſubſtantiali, & materiali ſubiecto, ſicque natura humana, non eſt anima ſola, neque ſola caro, ſeu corpus, ſed conflatum ex ambobus, vt inadæquatis naturis. Ita D. Thom. 2. phiſic. Suar. t. 1. in 3. p. diſp. 7. ait: *Illæ naturæ corpus, & anima imperfectæ ſunt, & partes eſſentiales, quæ vnam perfectam naturam humanam componunt.* D. Bernard. *l.* 5. *de conſid. c.* 1. eiſdem vtitur verbis: *Vnus Chriſtus, vnaque perſona, verbum, anima, & caro, etiam mortuo homine perduravit.* Nihil ergo eſt, quod diutius de his vocibus diſputetur.

13 Octavum, n. 504. ait Rodericus: *Dixit Diabolus Chriſto: Totum ſanguinem tuum extraham de corpore, quod dominus conceſit.* Intelligitur permiſive, ſicut Iudæis conceſit eum flagelare, & crucifigere: Ideoque dixit: *Hæc eſt hora veſtra. Luc.* 22. *v.* 53. *Non haberes poteſtatem adverſus me, niſi tibi datum eſſet deſuper. Ioann.* 19. *verſ.* 11.

No-

14 Nonum eſt. In cap. 2. n. 49. ait Rodericus: *Quod licet ante peccatum primi hominis copula poſsit fieri abſque libidinoſa concupiſcentia, tamen poſt peccatum fieri non poteſt ſine libidinoſa concupiſcentia, quæ ſemper eſt vitium, & peccatum vt docet Magiſter l. 2. diſtent. 31. niſi excuſetur per bona matrimonij, vt ſcilicet ad mortale non imputetur. Sic ergo in peccatis concepit eum mater eius, quia parentes eum concipiendo peccaverunt ex libidinoſa concupiſcentia, ſaltem venialiter.*

15 Hęc doctrina videtur deficere ex capite extreme oppoſito propoſitioni nonæ damnatæ ab Innocentio XI. Nam hæc vniverſaliter docebat opus coniugij ob ſolam voluptatem exercitum carere omni culpa etiam veniali: Prolata à Roderico per oppoſitum videtur affirmare, omne opus coniugij infeſtum eſſe peccato, ſaltem veniali, quod non minus devium eſt à veritate, quam à Sancta Sede damnatum. Nam eſt in graviſsimum præiudicium Matrimonij Sacramenti aſſerere, non poſſe ſine labe culpæ in actum reduci. Quapropter propoſitio Roderici intelligenda eſt cum limitatione, ſcilicet quando opus coniugij ex mera libidine exercetur, non enim tradidit Rodericus doctrinam præfatam ex mente propria, ſed ex mente Magiſtri qui l. 2. diſt. 31. eiſdem terminis docuit ipſum. *Caro* (ait) *per peccatum corrupta fuit in Adam, adeo vt cum ante peccatum vir, & mulier ſine incentivo libidinis, & concupiſcentiæ fervore poſſent convenire, eſſetque Thorus immaculatus, iam poſt peccatum non valeat fieri carnalis copula abſque libidinoſa concupiſcentia, quæ ſemper vitium eſt, & etiam culpa, niſi excuſetur per bona coniugij.*

16 En Magiſtrum aſſerere, non poſſe (poſt peccatum Adæ) fieri copulam ſine libidine, & conſequenter, iuxta ipſum ſine peccato, quia cenſet, libidinem peccatum eſſe, quod ſæpius ibidem repetit. Idem pariter docuit Sanctus Gregorius *lib. 12. Regiſtri* ad decimam interrogationem Auguſtini, & habetur in tom. 4. vbi ſic ait: *Ipſa licita commixtio coniugum ſine voluptate carnis fieri non poteſt, voluptas ipſa eſſe ſine culpa nullatenus poteſt.* Idem ſenſit Orig. *hom. 6. in Numer.* Tribuiturque Siricio Papæ *epiſt. ad Hunericum*, & Hugoni relato *in cap. vir cum propria* 33. *p.* 4. Aliiſque Doctoribus Catholicis eandem doctrinam attribuit Sanctus Bonaventura *in* 4. *diſt.* 31. *ar.* 2. *q.* 1.

17 Ex quibus ſane conſtat, Rodericum noſtrum nihil in præſenti docuiſſe, quod à Sanctis Patribus, Doctoribuſque Catholicis non eſſet traditum, ac toleratum eo tempore, quo ipſe ſcribebat. Cum autem nunc tolerentur in præallegatis Patribus, ac Magiſtro, nihil certe eſt quod de hac Roderici doctrina nimis immoremur; maxime cum, vt iam prædixeram, eam non ſcripſerit omnino ex mente propria, ſed referens reſponſionem Magiſtri. Poſtea enim num. 51. ſequente adhibet veram reſponſionem de modo, quo peccatum originale contrahitur, vt explicuerat in Expoſitione Pſalmi 29. *v.* 428. ad quem locum ſe remittit tanquam ad propriam ſententiam.

18 Nihilominus apponam vnam, vel alteram interpretationem ſententiæ Magiſtri à Roderico allegatæ. Sit prima, quam inſinuat Eruditiſsimus Lorinus in Pſalmum 50. Ait enim, licet abſolute poſit coniugalis actus ſine vllo peccato exerceri, tamen plerumque aliquid intemperantiæ, ac inordinationis admiſceri, quod ſatis fuit viſum, vt vniverſaliter diceretur, non exerceri abſque peccato aliquo, nempè moraliter, & plerumque loquendo. Quod quidem ſatis indicavit *D. Thom.* 1. 2æ. *q.* 33, *ar.* 4. & *q.* 34. *art.* 1. Dum ex Philoſopho docet, vehementiam delectationis turbare vſum rationis, qua turbata, difficilimum eſt, quod aliqua deordinatio, & culpa non intercedat.

19 Secunda ſit, quam præſtat Cardinalis Bellarminus de Sacramento Matrimonij l. 1. c. 5. ad 4. argum. vbi pie exponens hanc doctrinam Magiſtri, aliorumque Catholicorum ait; quod dum de actu coniugij, tanquam de aliqua culpa, loquuntur, accipiendi ſunt non ſtricte, ſed late; nimirum, quod in eo actu ſemper inter-

tercedat aliqua immundities, & turpitudo, quod erudite confirmat ibi ex Sacris literis. Tandem 3. dici posset libidinosam concupiscentiam appellari malam, non quidem formaliter, sed causaliter, quatenus inclinat in peccatum, quod in nobis habitare asserebat Apostolus, quia in nobis habitat huiusmodi concupiscentia; eodem autem sensu dici potest actum coniugij esse culpam causaliter, quatenus in amorem voluptatis inclinat, non vero formaliter; quibus terminis in præsenti n. 51. vtitur Rodericus noster.

20 Vltimum, quod poterit offeri legenti, est quod in cap. 4. n. 20. Rodericus loquens de Meretricibus ad exemplum Rahab vittas coccineas facientibus ait: *Et salvabuntur in destructione mundi.* Nempè illæ, quæ ad exemplum Rahab suis exputis Idolis, se ad Deum fuerint vere conversæ, nam nemo sine pœnitentia potest salvari. *Si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis Luc.* 13. *v.* 5. Proindeque, propositio à Roderico prolata, scilicet: *Meretrices salvabuntur in destructione mundi,* secum includit conditionalem, si resipuerint. Nec deest similis propositio ab Apostolo tradita, dixit enim. *Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere* 1. *Timoth.* 1. *v.* 15. Id est, si prius per pœnitentiam fuerint in gratiam restituti, nam Deus non dat peccatoribus gloriam, sed solummodo iustis.

Hæc existimavi (pie Lector) tibi prænotare, ne in cantu tam dulci, & sonoro, dissonet aliquid.

Vale.

(o)



IN-

INDEX

AD FACILIVS INVENIENDVM VERSICVLOS, IN QVOS singula capita huius operis dividuntur.

DESIGNANTVR PER FOLIA.

VERSICVLI CAPITIS PRIMI.

¶.1. OSCVLETVR me oſculo oris ſui. fol. 1.
2. Fragrantia vnguentis optimis. 6.
3. Trahe me: poſt te. 12.
4. Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem. 27.
5. Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim. 35.
6. Indica mihi, quem diligit anima mea. 44.
7. Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres. 53.
8. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilavi te. 57.
9. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. 60.
10. Murenulas aureas faciemus tibi. 64.
11. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo. 67.
12. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi. 77.
13. Botrus cypri dilectus meus mihi. 79.
14. Ecce tu pulchra es amica mea. 84.
15. Ecce tu pulcher es dilecte mi. 98.
16. Tigna domorum noſtrarum cedrina. 109.

VERSICVLI CAPITIS SECVNDI.

1. Ego flos campi, & lilium convallium. 115.
2. Sicut lilium inter ſpinas. 117.
3. Sicut malus inter ligna ſilvarum. 119.
4. Introduxit me in cellam vinariam. 132.
5. Fulcite me floribus. 146.
6. Læva eius ſub capite meo. 148.
7. Adiuro vos filiæ Ieruſalem. 152.
8. Vox dilecti mei. 154.
9. Similis eſt dilectus meus capreæ. 160.
10. En dilectus meus loquitur mihi. 163.
11. Iam enim hiems tranſijt. 164.
12. Tempus putationis advenit. 165.
13. Ficus protulit groſſos ſuos. 166.
14. Oſtende mihi faciem tuam. 168.
15. Capite nobis vulpes parvulas. 170.
16. Dilectus meus mihi, & ego illi. 171.
17. Revertere: ſimilis eſto, dilecte mi capreæ. 171.

VERSICVLI CAPITIS TERTIJ.

1. In lectulo meo per noctes quæſivi. 172.
2. Surgam, & circuibo Civitatem. 173.
3. Invenerunt me vigiles. 174.
4. Tenui eum, nec dimittam. 174.
5. Adiuro vos filiæ Ieruſalem. 175.
6. Quæ eſt ita, quæ aſcendit per deſertum. 175.
7. En lectulum Salomonis. 176.
8. Vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum. 181.
9. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon. 181.
10. Reclinatorium eſt aureum. 182.
11. Egredimini filiæ Sion, videte Regem Salomonem. 182.

VERSICVLI CAPITIS QVARTI.

1. Quam pulchra es amica mea. 185.
2. Dentes tui ſicut greges tonſarum. 187.
3. Sicut vitta coccinea labia tua. 188.
4. Sicut turris David collum tuum. 194.
5. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreę gemelli. 196.
6. Vadam ad montem myrrhæ. 196.
7. Tota pulcha es amica mea. 200.
8. Veni de Libano ſponſa mea. 200.
9. Vulneraſti cor meum ſoror mea. 202.
10. Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ. 205.
11. Favus diſtillans labia tua ſponſa. 206.
12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa. 209.
13. Emiſsiones tuæ paradiſus malorum punicorum. 210.
14. Cypri cum nardo, nardus, & crocus. 211.
15. Fons hortorum: puteus aquarum. 212.
16. Surge Aquilo, & veni Auſter. 214.

VERSICVLI CAPITIS QVINTI.

1. Veniat dilectus meus in hortum ſuum. 215.
2. Ego dormio, & cor meum vigilat. 222.
3. Expoliavi me tunica mea. 228.
4. Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen. 230.
5. Surrexi, vt aperirem dilecto meo. 232.
6. Peſſulum oſtij mei apervi dilecto meo. 234.
7. Invenerunt me vigiles. 236.
8. Adiuro vos filiæ Ieruſalem. 244.
9. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto. 244.
10. Dilectus meus candidus, & rubicundus. 245.
11. Caput eius aurum optimum. 246.
12. Oculi eius ſicut columbæ. 252.
13. Genæ eius ſicut areolæ aromatum. 254.
14. Manus eius tornatiles. 257.
15. Crura eius columnæ marmoreę. 261.
16. Guttur illius ſuaviſsimum. 264.
17. Quo abijt dilectus tuus. 265.

VERSICVLI CAPITIS SEXTI.

1. Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum. 269.
2. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. 276.
3. Pulchra es amica mea. 276.
4. Averte oculos tuos à me. 277.
5. Dentes tui ſicut greges ovium. 279.
6. Omnes gemellis fœtibus. 279.
7. Sexaginta ſunt Reginę. 279.
8. Vna eſt columba mea. 280.
9. Quæ eſt iſta, quæ progreditur. 284.
10. Deſcendi in hortum nucum. 284.
11. Neſcivi: Anima mea conturbavit me. 288.
12 Revertere, revertere Sulamitis. 290.

VERSICVLI CAPITIS SEPTIMI.

1. Quid videbis aliud in Sulamite. 297.
2. Vmbilicus tuus ſicut crater tornatilis. 306.
3. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli. 306.
4. Collum tuum ſicut turris eburnea. 307.
5. Caput tuum ſicut Carmelus. 309.
6. Quam pulchra es, & decora. 311.
7. Statura tua aſsimilata eſt palmæ. 311.
8. Dixi: Aſcendam in palmam. 312.
9. Guttur tuum ſicut vinum optimum. 315.
10. Ego dilecto meo, & ad me converſio eius. 315.
11. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum. 315.
12. Mane ſurgamus ad vineas. 319.

13. Man-

13. Mandragoræ dederunt odorem ſuum. 322.

VERSICVLI CAPITIS OCTAVI.

1. Quis mihi det te fratrem meum. 323.
2. Apprehendam te, & introducam in domum matris meæ. 325.
3. Læva eius ſub capite meo. 331.
4. Adiuro vos filiæ Jeruſalem. 331.
5. Sub arbore malo ſuſcitavi te. 337.
6. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum. 340.
7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. 345.
8. Soror noſtra parvula eſt. 347.
9. Ædificemus ſuper eum propugnacula. 347.
10. Ego murus: & vbera mea ſicut turris. 347.
11. Vinea fuit pacifico in ea. 353.
12. Vinea mea coram me eſt. 356.
13. Quę habitas in hortis. 358.
14. Fuge dilecte mi. 360.



PROE-

PROEMIUM

IN EXPOSITIONE MORALI SUPER CANTICA Canticorum, ad quam imploro auxilium, gratiam, & donum ab eo, ad cuius laudem, & honorem refertur, qui eſt Alpha, & O.

AB *Aquilone veniet aurum, & à Deo formidoloſa laudatio*; vt ſcriptum eſt in *Iob.* 37. *D.* Sed quomodo ab Aquilone veniet aurum; ex quo teſte Ieremia: 1. *C. Ab Aquilone pandetur omne malum*? Significationes diſtingue, & concordabunt ſcripturæ. Aquilo dicitur hoſtis antiquus, quia aquas ligat: de quibus in Apocalip. 17. *D. Aquæ multæ ſunt populi multi.* Ligat vtique gelicidio peccati; quæ malleo verbi Dei non poſſunt confringi. Plerumque videmus, quod alius ita in luxuria; alter in invidia: alter in avaritia: alter in ſuperbia eſt congelatus, quod ſi omnes Prædicatores malleo verbi Dei ſuper eum percuterent; confringere non poſſent. De quibus in Proverb. 27. *D. Si contuderis impium in pila quaſi ptiſanas deſuper feriente pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius.* Et Ieremia 5. A. *Percuſiſti eos, & non doluerunt; attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam.* Verbum Dei malleus dicitur. Vnde Ieremia 23. *f. Numquid non verba mea ſunt ignis; dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petras*? Dicuntur ignis, vt gelu diſſolvant: malleus, vt confringant. Quando aquæ ſunt ita fortiter congelatæ, tunc dant viam tranſeuntibus, & pueris ludentibus. Sic Dæmones tranſeunt, & ludunt ſuper illos, qui in malitia ſunt congelati. Iob. 20. *D. Vadunt & veniunt ſuper eos horribiles.* Sicut enim adverſarius dicitur Aquilo aquas ligans; ita impius dicitur Aquilo; id eſt; aqua ligata. David, & Paulus, & plerique alij fuerunt Aquilo; id eſt; ligati à Diabolo: Sed Dominus radijs gratiæ ſuæ illos diſſolvit; auro ſapientiæ ditavit; ita quod ab eis venit aurum ſapientiæ, quo ditante rutilant Eccleſiæ. Sequitur: *Et à Deo formidoloſa laudatio.* Debemus enim laudare cum formidine, vt habetur in Pſal. 18. *C. Delicta quis intelligit*? Delicta verò faciunt, quod non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris. Pſal. 49. *c. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias*

Iob. 37. *D*

Ieremia. 1. *C.*

Aquilo dicitur hoſtis antiquus. Apocalip. 17. *D.*

Proverb. 27. *D.*

Ieremia. 5. *a.*

Verbum Dei malleus dicitur, & ignis. Ieremia. 23. *f.*

Iob. 20. *D.*

Impius dicitur Aquilo id eſt, aqua ligata.

Pſalm. 18. *C. Delicta faciunt quod non ſit ſpecioſa laus, in ore peccatoris. Pſal.* 49. *C.*

titias

titias meas? &c. Pleroſque video guloſos, peculantes, cupidos, ſuperbos, alta voce præconia Dei in Eccleſia iubilantes. Verumtamen blaſphemant in perverſa operatione. *Auguſtin.* Auguſtin. *Si modum naturæ debitum immoderantia voraciter excedas, & vinolentia te ingurgites: quantas, licèt, laudes, lingua tua ſonat; vita blaſphemat.* Quod de vno mortali intelligitur, & de alio. Tales ſunt ſimiles proditori, qui dulciter loquitur; ſed mortem machinatur. Ideò formidare debeo, ne lingua laudes ſonet, & vita mea blaſphemet. Cum formidine ergo de Canticis Canticorum cantare præſumo; Quoniam dulciſsimum Canticum in ore male cantantis; male ſapit. Merito Cantica Canticorum dicuntur: Quoniam inter omnia Cantica veteris, & novi Teſtamenti, hæc Cantica dulcius ſapiunt. In omnibus enim ſcripturis ſanctorum minas, vel pœnas temporales, vel æternales invenio. In iſtis Canticis, nèc vnam invenio comminationem: Sed omnia verba plena ſunt dulcedine; plena ſunt ſuavitate; plena dilectione; ita vt ſi carnaliter intelligantur; ſpiritualiter poſſunt vulnerare. *Hieronymus. ad Lætam.* Vndè Hieronymus de inſtructione cuiuſdam puellæ; Ad vltimum. *Sine periculo diſcat Cantica Canticorum; Ne, ſi in exordio legerit, ſub carnalibus verbis ſpiritualium nuptiarum Epithalamium non intelligens, vulneretur.* Epithalamium enim intelligens, non niſi dulcedinem in me ſentio. Ideò timeo, ne vox diſſona invocetur Philomenæ: Ne fel cum melle coniungens, totum faciam diſplicere. Sed Ieſu bone, qui facis aurum venire de Aquilone; radijs tuæ gratiæ gelicidium in me diſſolvas; calore tuo accendas: Et vt legitur in libro ſapientiæ 9. *C. Emitte ſapientiam de Cœlis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret.* *Sapientia. 9. C.* Et ſic ab Aquilone; & à Deo formidoloſa laudatio.

EXPO-

EXPOSITIO CANTICORUM.

CAPUT PRIMUM. *Verſ.* 1.

OSCVLETVR ME OSCVLO oris ſui.

N. 1. VOx optantis Eccleſiæ Chriſti adventum: Vox Eccleſiæ, vox animæ fidelis; Eccleſia dicitur ſponſa Chriſti, quæ incæpit in tempore Abel: Quoniam ex quo fuit Abel, vel aliquis iuſtus, vel aliqui iuſti, in quo, vel in quibus Eccleſia conſiſtebat. Quilibet igitur iuſtus, quælibet congregatio fidelium, ſivè ante tempus Chriſti, ſivè poſt, in ſancta Eccleſia ſponſa Chriſti dicitur, ante adventum ſalvatoris. Noe hanc ſponſam in arca tranſvexit; vt habetur in *Geneſ.* 8. *A.* Moyſes de Ægypto in deſertum: vt habetur in *Exodo* 12. *G.* Ioſue in terram promiſsionis induxit; vt habetur in *Ioſue* 4. *per totum.* Sanſon cum alijs Iudicibus defendit; vt habetur, *Iudicum* 13. *vſque ad* 17. G. *Et per totum librum.* David cum alijs Regibus in bello protexit, vt habetur in libris Regum. Multi multis cantilenis ſponſam demulcentes ſponſum venturum promittebant. Ait enim Iacob in Geneſ. 49. *B. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec ventat qui mittendus eſt.* Senſit Moyſes: Deuter. 18. *C. Prophetam*, inquit, *ſuſcitabit vobis Dominus de fratribus veſtris, quem audietis, ſicut me.* Cecinit Iſaia 7. *C. Ecce virgo concipiet, & pariet filium*, ſcilicèt, ſponſum tuum. *Et vocabitur nomen eius Emmanuel.* Cui cum multipharie, multis que modis olim Deus ſic loqueretur in Prophetis, & multi adventum ſponſi pronuntiarent: Sponſa Domini expectans, ex diuturnitate tedio affiicta, vt dicitur in Proverb. 13. B. *Spes, quæ differtur, affligit animam:* Sponſo clamat: *Oſculetur me oſculo oris ſui*: Quaſi diceret: O dilecte, nuncios tuos vidi; rumores tuos audivi; litteras tuas legi: Sed nihil mihi reſcribas; tu autem ipſe veni. Vndè tedio affecta de tot nuncijs; de tot litteris, & promiſsionibus; quaſi nihil de his curans, ait: Ille, quem, promittis, filius Dei vivi; *Oſculetur me oſculo oris ſui*: Quaſi diceret; carnem mihi ſimilem aſſumat.

2 Eſt autem oſculum incarnationis: oſculum paſsionis: oſculum prædicationis; oſculum contemplationis. De quolibet oſculo poteſt exponi. Oſculum incarnationis deſignatur in 4. *libro Regum* 4. *D. E.* Sunamitis, mortuo filio ſuo, venit ad Eliſeum ſupplicans, vt veniret, & ſuſcitaret filium ſuum. Eliſeus miſsit puerum ſuum cum baculo; qui venit, & poſſuit baculum ſuper puerum, & non eſt reſuſcitatus. Hoc eſt, miſsit Dominus

De deſiderio ſponſæ ante adventum Chriſti.

Eccleſia dicitur ſponſa Xpti. quæ incæpit in tempore Abel.

Noe Eccleſiã in arca tranſnexit. Gen. 8. A.

Moyſes de Egypto in deſertum Eccleſiam tranſduxit. Exod. 12. G.

Ioſue Eccleſiam in terrã promiſsion. induxit. Ioſue 4.

Iudicum 13. & per totum librum.

Sanſon cum alijs Iudicibus Eccleſiam defendit.

Libro regum. David cum alijs Regibus Eccleſiam in bello protexit Geneſ. 49. B. Deuter. 18. C Iſaia 7. C. Prover. 13. B

De quadruplici oſculo bono.

Oſculũ incarnationis.

4. Regum. 4. D. E.

Moyſem, & multos alios cum rigore legis Prophetarum; ſed humanum genus non eſt ſic ſuſcitatum. Venit Eliſeus in propria perſona, & clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum; & poſſuit os ſuper os pueri, & oculos ſuper oculos, manus ſuper manus, & incurbavit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. Sic verus Eliſeus filius Dei, oſculatus eſt ſponſam ſuam; quia os poſſuit ſuper os, oculos ſuper oculos, & homini ſe coaptavit; quando veram carnem ſimilem noſtræ carni aſſumpſit. Iſtud oſculum, clauſa pudoris porta, fuit celebratum in vtero virginis. Eliſeus ſurrexit, & deambulavit parum in domo, huc, & illuc, & iterum incubuit ſuper puerum, & oſcitavit ſuper eum ſepties, & revixit. Hoc eſt, quod filius Dei poſt nativitatem parum deambulavit in mundo, & iterum incubuit ſuper puerum, ſcilicèt, in cruce; & tunc oſcitavit humanum genus ſepties, ſeptem crimina expellendo, & ſeptem dona recipiendo.

3 In prima incurbatione, calefactus eſt puer; In incarnatione Chriſti calefactum eſt humanum genus ad gratiam. In ſecunda reſuſcitatur ad gloriam. In cruce Dominus dedit oſculum redemptionis. De incurbatione ſecunda, Dominus per David, ſecundum aliam translationem. *Quaſi mater lugens incurbabar ſuper vos.* Sicut mater cum videt filium ſuum infirmum, lachrymando porrigit ei oſcula, porrigit vbera: Sic bonus Ieſus ſuper humanum genus infirmum in cruce lugens ſe inclinavit, dicens; Quid petis fili? Vis vbera mea, quæ meliora ſunt vino? Quem cibum deſideras? Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus cuiuslibet morbi ſanativus. Iob. 6. A. *Numquid rugiet onager, cum habuerit herbam? Aut mugiet bos, cum ante præſepe plenum ſteterit?* Quaſi diceret: Cum habemus hanc herbam, quæ crevit in horto virginis, quæ omnes ſanat infirmitates: Cum habeamus præſepe altaris, quaſi corpore Chriſti plenum; Quare mugimus, & rugimus appetendo terrena? Hoc eſt antidotum, & implaſtrum humani generis: Nam, quia totum fuit infœctum, oportuit, quod tale implaſtrum ſuper poneretur, quod totum hominem occuparet. Sic filius Dei verus homo vera membra aſſumens, nobis ſe ipſum craptavit.

In Incarnatione Chriſti calefactum eſt humanum genus ad gratiam.

Oſculum redëptionis ſeu paſſionis.

Iob. 6. A.

4 Oſculum prædicationis dedit, quando in propria perſona os ſuum apperuit, & Eccleſiam docuit: vt habetur in *Math. 5. A.* Et in *Luc. 24. F. G.* De illo, qui oſculum repellit, dicitur in Pſal. 7. *B. Conſumetur nequitia peccatorum.* Maior eſt nequitia eorum, qui præcepta veritatis oderunt, quam eorum, qui filium Dei crucifixerunt. Item dixit Dominus Prædicatoribus in Luca 10. *B. In quamcumque civitatem intraveritis, & non receperint vos, dico vobis: Quod Sodomis in die illa remiſsius erit, quam illi civitati.*

De oſculo prædicationis. Math. 5. A. Luca 24. F. G Pſalm. 7. B.

Maior eſt nequitia eorum, qui præcepta veritatis oderunt, quam eorum qui filium Dei crucifixerunt. Luca 10. B.

5 Oſculum contemplationis eſt, inter Chriſtum, & fidelem animam. Anima Chriſtum oſculatur, quando eum devota meditatione Chriſtum contemplatur.

De oſculo cõtemplationis.

6 Eſt autem oſculum malum triplex: Carnis luxurioſum: Mundi ſeductioſum: Diaboli pernitioſum. De primo: in *Proverb. 7. B.* De muliere ſtulta, quæ apprehenſum iuvenem de oſculatur: *Ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas: garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians. Apprehenſum que deoſculatur iuvenem, & procaci vultu blanditur.* Hanc meretricem deoſcularis, quando conſentiendo de luxuria cogitas, vel voluptatem carnis per luxuriam, vel luxuriam adimples. Quædam mulier habens ſponſum pulcherrimum dimiſit eum, & de oſculata eſt aſsinum ſuum, & ad prandium, & lectum ſecum collocavit. Hæc mulier eſt anima, cuius ſponſus Chriſtus eſt. Sed hunc ſponſum ſpecioſum forma præ filijs hominum, vt habetur in *Pſal. 44. A.* Relinquit, qui carnem ſuam, quæ eſt aſsinus ſuus luxuriando, ſe ipſum in gurgitando, nutrit, adorat, & oſculatur.

De triplici oſculo malo.

De oſculo carnis luxurioſo. Prover. 7. B.

Exemplum.

Pſal. 44. A.

Oſcu-

Oſculum etiam carnis eſt, quando mulierem per luxuriam oſcularis. Sed attende frater, quod quælibet mulier, niſi vxor legitima, eſt lignum vetitum: Sed lignum vetitum Diabolus aſcendit, vt de eo guſtes; tibi dicit: Quacumque hora comederis, eris ſicut Deus: Quaſi dicat: Luxurioſe, ſi hanc pulchram oſculans luxuriãdo guſtares, ſicut Deus eſſes, quia omnem voluptatem adimpleres. Sed vt credo, non eſt mulier ita pulchra, circa cuius collum, ſi tu videres ſerpentem, & caput ſerpentis in ore ipſius, quod oſculum ei tribueres, immò fugeres. Et certe, frater, adhuc eſt ſerpens antiquus, qui ſi mulierem oſcularis, ſtatim interficit te. Sic Diabolus ſedet ſuper denarium; ſuper dignitatem, quam iniuſte deſideras.

Geneſ. 3. A.

Diabolus ſedet ſuper denarium: ſuper dignitatẽ, quã iniuſte deſideras.

De oſculo mũdi ſeductioſo; vel ſeditioſo.

7 Oſculum mundi in ſeductione, vel aliter, ſeditione: Hoc oſculum dedit Iudax Chriſto, vt habetur in *Matth. 26. E. Marc. 14. E. Luca 22. E.* Vndè veritas ait Iudæ: *Iuda, oſculo filium hominis tradis?* Quomodo autem tradidit? Dicit Iudas: *Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.* Ita dicit mundus: Quemcumque oſculor, quemcumque honoro, qui me diligit; ò vos Dæmones; ipſe eſt, tenete eum. Quoniam vt dicit Iacobus in ſua catholica: 4. *B. Amicus huius mundi, inimicus Dei conſtitutus eſt.*

Matth. 26. E Marc. 14. E. Luca 22. E.

De oſculo Diaboli mortifero. 2. Regum 20. C.

8 Oſculum Diaboli dedit Ioab Amaſiæ, vt habetur in 2. *Regum* 20. *C.* Dicens: *Salve mi frater*: & tenens mentum cum dextera manu, oſculatus eſt eum, & cum alia manu figens gladium in ventre; effudit viſcera ipſius. Ita dicit Diabolus cupido, & avaro: Salve, mi frater, dando divitias; ſed cum alia manu effundit viſcera in terram: facit enim quod cupidus intima ſua collocet circa terrena. Plerique enim ſemper cogitant, vt plus habeant: fraudes, mendatia, periuria faciunt, vt proximi decipiantur; & ita interiora eorum effuſa ſunt in terram; quæ deberent elevari ſurſum ad pœnitentiam.

De oſculo cordis.

9 De oſculo cordis: Ubicumque fueris, vide, quid oſcularis, quid amplecteris. Si delectando cogitas de luxuria, ſtatim ore cordis, licèt non ore carnis, aſsinum tuum oſcularis. Sicut carius eſt cor, quam caro: ita diligentius debes attendere, cui carius tribuas oſculum cordis, quam carnis, vt mundo, & ſecurius colloces cor tuum, quam carnem. Si cogitas qualiter favorem vicinorum acquiras, vel in aliqua vanitate ſtollaris; ſtatim mundum, qui dicitur meretrix, quæ ſedet ſuper multas aquas, oſcularis, vt habetur in *Iſaia 23. D. & Apocal. 17. A.* Si de divitijs male congregandis cogitas, ſtatim Dæmonio, quod mammona dicitur, oſculum huiuſmodi tribuis. Cum totum cogitaveris, nihil os cordis, niſi fœtidum, & maculatum reportat; *Quod corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt: Pſal. 13. A* Item & ad deteſtationem oculorum notandum, quod caro tua dicitur meretrix, quia pro modico pretio; ſcilicèt; pro modica fornicatione, pro vnica ingurgitatione, permittit ſe corrumpi: Similiter gloria mundi meretrix dicitur in *Apocal. 17. A.* Sed meretrix dicitur idẽ, quod puteo putes. Qui igitur aliquam putarum oſculatur, tantum fœtorem contrahit, quod Deus & Angeli bonì, fœtorem peccati abominanter, recedunt. Similiter Diabolus tantum in Cœlo putuit, quod à Deo, & ab Angelis tollerari non potuit. Vndè Dominus eum de Cœlo proiecit: *Iſaia 14. C.* Et omnis fœtor, qui eſt in mundo, per Diabolum originem habuit.

Mundus dicitur meretrix.

Iſaia 23. D. Apocal. 17. A.

Dæmonium dicitur mammona.

Pſalm. 13. A.

Caro tua dicitur meretrix.

Gloria mundi dicitur meretrix.

Apocal. 17. A. Meretrix dicitur idem, quod, puteo, putes.

Iſai. 14. C. Omnis fœtor, qui eſt in mũdo per Diabolum originem habuit.

10 Quantum igitur putet, qui cogitatione prædicta oſculatur: Certe totus homo ex hoc oſculo inficitur, & ex infœctione ſimilis Diabolo efficitur. Oſculare igitur Chriſtum; hoc eſt; de Chriſto cogita, qualiter pro te natus, pro te paſſus, pro te reſurrexit, ad Cœlos aſcendit, vt locum tibi præpararet. Verba eius dulciter audias, & opera eius devote pertractes: Quoniam vt dicit Auguſt. *Quælibet ſpeculatio tendit in errorem, niſi in ea habitet Dominus.* Hæc faciendo, Chriſtum oſcularis: Chriſtum amplecteris. Plerique multas dictas faciunt, vt oſculentur ſepulchrum Chriſti; oſſa Petri: Altare Iacobi.

Auguſtin.

Frater ſanius eſt, & dulcius ipſum Chriſtum prædicto modo oſculari. Tibi ſemper preſens eſt ; vbique affectat,te oſculari, te amplecti.

De mala muliere quæ dat marito ſuo cũ pugno.

11 Sed mala mulier,quando videt maritum ſuum ſimplicem, quod vult eam oſculari, dat ei cum pugno in roſtrum , & oſculatur adulterum. Sic plerique , cum deberent de Deo cogitare , vel verbum eius audire,vt Dominus porrigat eis dulce os ſuum ad oſculandum ſe ipſum , & amplectendum, dant ei cum pugno , dicentes Deo; vt legitur in Iob. 21. *B. Recede à nobis, viam ſcientiarum tuarum nolumus.* Et convertunt ſe ad aſsinum mundum , vel Diabolum. Aurum, & argentum plus ſapiunt quidam, quam Chriſtum. Hi ſunt Clerici , & Laici,qui de verbis Chriſti nihil curant:Sed de divitijs , & mulieribus, & alijs vanitatibus proponunt ; & tractant Chriſtum quaſi fœtentem. Undè Iſaia 53. *B. Nos putavimus eum quaſi Leproſum.* Sicut Leproſus à civitatibus expellitur : Ita Chriſtum à domibus cordium iſti expellunt. Venias ad advocatum , & dicas : Para mihi patrocinium in hac cauſa amore Ieſu Chriſti : quaſi Chriſtus fœteat ; faciem ſuam avertet. Porrige argentum , ſtatim bonus odor lucrifaciet eum in cauſa ſtare. Sic de medico: Sic de vſurario , qui nihil niſi pro denario accommodat. Ecce , quod Chriſtum quaſi fœteat viliter repellunt; denarios , & mercedes admitunt. Ideò dicit Dominus per Iob.19. *C. Halitum meum exhorruit vxor mea.* Quaſi diceret ; omnis anima mea in baptiſmo mihi deſponſata , oſculum tibi porrigo , te amplecti deſidero ; ideò manus in cruce expando ; Sed percutis me cum pugno; & cum ſim dulciſsimus, & prę filijs hominum ſpecioſus , tibi fœteo. Dicit Auguſtin. *Palato male ſano, mel inſipidum eſt.*

Quando aurũ & argentum plus ſapiunt quidam quam Chriſtum.

Iſaia 53. B.

Iob. 19. C.

Auguſtin.

12 Sed quid faciet Dominus tociens repulſus , & percuſus cum pugno perverſæ operationis: Certe,quod dicit per Math. 21. *D. Malos male perdet, & male repartiet.* Quoniam vt dicitur in Pſal. 57. *B. Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum.* Os tuum abluas , vt Chriſto oſculum tribuas.Si aliquis noſtrum, quandocumque oſculatus fuerit aliquid prædictorum ; abluat os ſuum lacrymarum effuſsione ; tergat per operis ſatisfactionem, & clamet ad bonum Ieſum: *Oſculetur me oſculo oris ſui* ; ſcilicèt ; vt ipſo valeam delectari ; brachijs animę amplecti ; ore cordis oſculari. Non deſperet , quia bonus Ieſus per omnes pius & compatiens eſt. Undè ait Zacharias 1. *A. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* Ecce ſi convertimur , ſe ad nos convertet ; & ſtatim dabit nobis oſculum reconciliationis , oſculum dulciſsimę devotionis , & oſculum devotę contemplationis. Non tamen ſufficit ſemel oſculum contemplationis exhibere ; ſed multotiens; quoniam vt ait quidam in quodam verſu.

Matth.21.D. Pſal.57. B. Os tuum abluas,vt Chriſto oſculum tribuas.

Zachar. 1. A.

Oſcula mellica non ſunt,
Niſi ſint repetita:
Nec ſapiunt bene multis
Oſcula ſumpta ſemel.

13 Certe ſicut ex vno oſculo fœtidę rei , tota anima fœtet, & inficitur: Ita econtrario , ex devota cogitatione de Chriſto , quaſi ex dulciſsimo oſculo , tota anima aromatizatur , & purificatur , ita quod Angeli , immò ipſe Deus cum anima habitare deſiderans : & ſponſa Zelotipa ſponſum diù abſentem ardentiſsime deſiderat oſculari ; ita quod frequenter ſuſpirat , & lacrymatur , dicens. *Quant vendra lidum lyfrane qui min icuer deſiderat?* Quando veniet ille dilectus meus , quem deſiderat cor meum ? & cum venerit cum lacrymis oſculatur. Oſculum illud quomodolibet plus mille aureis appreciatur. Deus ſcit , ſi credo de anima iuſti , cum poteſt Chriſtum cum devotione contemplari , cum ore cordis oſculari, non daret illud oſculum pro pretio rerum temporalium.

Romantium Galicorum eſt.

14 Certe bonus Ieſus oſculum animarum noſtrarum ardentiſsime deſideravit ; quod patet inde, quia verbera, & vulnera, clavos, & lanceam , crucem , & mortem ſuſtinuit, vt oſculum reconciliationis, & redemptionis animabus noſtris poſſet tribuere. Vndè ſtatim poſt mortem ad inferos deſcendit , vt

oſcu-

oſculum daret redemptionis animabus ibidem incarceratis. Dulciſſime Ieſu, merito te debemus oſculari, ex quo tam care oſculum noſtrum voluiſti. Ieſu bone, tribue nobis de te devote cogitare; de te loqui; pro te operari; Oſculum devotionis à te recipiamus, vt terminata iſtius peregrinatione miſerię, nos inter amplexus tuos recipias; oſculum ęternę glorię nobis tribuas, vt ſine intermiſsione inter dulces amplexus tuos, in oſculo ſuaviſsimo perpetuo maneamus; qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus per omnia ſęcula ſęculorum. Amen.

Oratio devota.

QVIA MELIORA SVNT UBERA tua vino.

De commendatione vberum Chriſti, quę ſunt duo teſtamenta.

15 QVaſi diceret. Merito oſculum incarnationis deſidero, quia vbera tua; ſcilicèt; ſuavia prędcepta legis Evangelicę, meliora ſunt vino, id eſt, aſperitate veteris legis: quoniam novum teſtamentum eſt brevius, ſanius, fructuoſius. De veteri teſtamento, *in Exod. 21. C. D. E. F. G.* Quod teſtamentum novum ſit brevius patet: quod ſuavius, hinc liquęt; quia in veteri dicitur; *Exodus 21. E. Leviticus 24. D. Deuter. 19. D. Oculum pro oculo, dentem prodente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore, &c.* In novo autem: *Matth. 5. F. Luc. 6. D. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Item; *Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos*: Et his ſimilia. Fructuoſius; quia in veteri lege promittebantur temporalia: frumentum, vinum, & oleum; in novo autem, vt habetur in *Matth. 5. A. Luc. 6. D.* Regnum Cœlorum, quod eſt ęternum. Sunt autem duo vbera Chriſti, quia lex nova in duplici ſenſu conſiſtit; literali, & miſtico: Vide infra verſ. 2.

Exodus 21. E Levitic. 24. D Deuter. 19. D

Math. 5. F. Luc. 6. D.

Geneſ. 27. D.

Math. 5. A. Luc. 6. D.

VEL VBERA TVA MELIORA ſunt vino.

De multiplici vino.

16 IDeſt, humanis conſtitutionibus; Philoſophicis diſciplinis. Quibuſdam ſemper placet bibere vinum Ovidij; aut Virgilij, vt ſunt grammatici: Alijs, vinum Ariſthotelis, vt Logicii. Alijs, vinum docleticum Iuliani, vt legiſtis. Alijs, vinum Galieni, Hipocratis, vt medicis. Qui omnes iam in infernum ſepulti ſunt. In nullis iſtorum vita æterna promittitur, ſicut in vberibus Chriſti. Merito ergo vbera tua meliora ſunt vino. Item; vinum eſt omne carnale delectamentum; luxuriari, inebriari, quidquid carni placet, adimplere. Sed meliora ſunt vbera Chriſti hoc vino; quoniam vbera Chriſti faciunt ſalire in vitam æternam: Sed hoc vinum in gehennam. Vndè in Ioanne 2. *B. Omnis homo bonum vinum primum ponit.* Scilicèt, mundus, Diabolus proponit primo delectabile. *Sed cum inebriati fuerint, tunc illud, quod deterius eſt*; ideſt, pœnas gehennę, fœces inferni, quibus male inebriantur, qui in prędſenti vino voluptatis delectantur. Greg. *Qui nunc male in voluptatibus ſe dilatat, cum poſt in ſuplicijs, pœna inanguſtat*: Quia potus iſte eſt calix receptivus furoris Domini.

Vinum eſt multiplex.

Vinum eſt omne carnale delectamentum.

Ioannes 2. B.

Greg. in mora lib. ſup. Iob. lib. 14. cap. 4.

17 Sunt vbera Chriſti: vbera matris Chriſti: vbera mundi. Vbera Chriſti ſunt prędcepta evangelica. Vbera matris Chriſti, illa, quę de Cœlo plena, Chriſtum lactaverunt. De quibus, Bernardus: *Sicut filius oſtendit Patri latus, & vulnera; Sic mater oſtendit filijs pectus, & vbera.* Vbera mundi ſunt duo; voluptas; ſcilicèt; & vanitas: Delectationem lactant vbera voluptatis: Superbiam, vbera vanitatis. Mundus deſignatur per quoddam monſtrum, quod dicitur Lamia; quaſi; Lania; quia cum nutrit filios ſuos dilaniat, & interficit, de qua in Trenis 4. *A. Lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos ſuos.* Sic mundus cum varijs voluptatibus ciborum, fornicationum lactaverit delicatos; favoribus, & vanitatibus ſuperbos, illos laniat; quia animam à corpore ſeparat; corpus tradit vermibus laniandum; animam Dęmonibus cruciandam.

Vbera Chriſti ſunt diverſa.

De diverſis vberibus.

Vbera Chriſti ſunt prędcepta evangelica. Bernard.

Vbera mundi ſunt voluptas & vanitas.

Mundus deſignatur per quoddã monſtrum, quod dicitur lamia. Trenis 4. A.

18 Laniat etiam poſſeſsiones; quia partem dat Regi, partem vni conſanguineo; partem alijs. In Eccleſiaſtico 10. *B. Morietur homo, here-*

Eccleſiaſticus 10. B.

hereditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes: Quia ſerpentes, ideſt, Dæmones aſportant animam: Beſtiæ, ideſt, conſanguinei, quaſi beſtiæ; quia bona pauperum vaſtant, & beſtialiter vivunt, poſſeſsiones ſuas hereditant. Vermes corrodunt corpus. Ecce quod impius laniatur in tres partes: poſſeſsiones dividuntur, & quilibet illorum ſua portione contentus eſt. Sugat ergo mel de petra, lac dulciſsimum de vberibus Chriſti. Si beata virgo porrigeret vobis vbera ſua; libenter aperiretis ora, vt de lacte eius guſtaretis: Sed meliora ſunt vbera Chriſti, quoniam faciunt ſalire de terra, in Cœlum; de exilio, ad patriam, quod non fecerunt vbera Mariæ. Vbera Chriſti ſugis, quando verbum eius audis; quando in operibus, & in præceptis illius delectaris.

Ubera Chriſti ſugis, quando verbum eius audis; quando in operibus, & in præceptis illius delectaris.

VERS. II.

FRAGRANTIA VNGUENTIS optimis.

De fragrantia vberum Chriſti.

19 ECCE magis commendat vbera, quæ fragrant, vt vnguenta optima; quaſi dicat: In vberibus Chriſti invenies fragrantiam vnguentorum optimorum, ſempiterna vnguenta optima.

De vnguentis malis: peioribus, & peſsimis.

De vnguento malo. Amos 6. B.

20 Sunt autem vnguenta mala: peiora: peſsima. Vnguenta mala ſunt delitiæ in petulantia: De quibus Amos. 6. B. *Qui dormitis in lectis eburneis, & laſcivitis in ſtratis veſtris; bibentes in phialis, & optimo vnguento delibuti, nihil patientes ſuper contritionem Ioſeph.* Loquitur impijs Clericis, & laicis, qui bibunt in vaſis præcioſis ad ebrietatem longam, palatum, & gutur pinguibus morſellis inungunt, optimis ſalſamentis piperatis gazofilacijs condiunt. Cibus enim delicatus non eſt, niſi quoddam vnguentum, quod os, linguam, & gutur in tranſitu delectabile inungit; Et nihil patiuntur ſuper contritionem Ioſeph; ideſt, Chriſti. Quidquid delectabile; quidquid mole; quidquid ſuave eſt exterius, carni coniungunt: quidquid eſt ſapidum intrinſecus ponunt, & nihil patiuntur pro eo, quod Chriſtus fuit exterius flagellatus; clavis confixus: Spinis coronatus; in mente dolorem; in ventre famen, in ore ſitim paſſus eſt. Totus Chriſtus pro te contritus eſt, pro te afflictus, & tu pro ipſo in delitijs reſolutus, vitijs repletus. O quam male remuneras Redemptorem tuum! Vnguentum peius, adulationis eſt: quando ex malo opere laudatur peccator: In Pſal. 9. C. *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ; & iniquus benedicitur.*

De Vnguento peiori. Quãdo ex malo opere laudatur peccator. Pſalm. 9. C.

21 Cum quis hominem interficit; cum pulchram dominam fornicando corrumpit; adeſt advocatus per mendatium in cauſa, optinuerit; adeſt adulator, dicens: quam beatus, quam bene operatus. Certe in hoc caſu magis nocet lingua adulatoris, quam gladius percuſoris: quia hæc lingua interficit animam; gladius, tantum corpus. Propter hoc orat Propheta in Pſal. 140. *A. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Id eſt, in malo non lætificet animam. Vnguentum, ſcilicèt, adulationis; de laude hominis. Undè Ambroſius. *Ne laudes hominem in vita ſua: Lauda poſt mortem; quando, ſcilicèt, nec laudantem vulnerat adulatio, nec laudatum tentat elatio.*

Magis nocet lingua adulatoris quã gladius percuſoris. Pſal. 140. A.

Ambroſius.

22 Vnguentum peſsimum eſt in inferno, quod conficietur, ex igne, ſulphure, & vermibus. Hæc eſt peſsima dialtea, quæ facit ſemper impium vigilare. Inungentur hoc vnguento latera; immo tota caro impiorum. Sicut pedes latronum oleo calidiſsimo inunguntur, vt ab eis veritas extorquæatur: Ita hi, qui præſenti vnguento voluptatis, & adulationis delectantur, hoc oleo peſsimo in gehenna inunguntur. De quo Ieremia 29. *E. Ponat te Dominus ſicut Sedeciam*; Iſti ſunt Sacerdotes præsbiteri convicti à Daniele ſuper facto Suſanæ, ſecundum quod dicit gloſa ibidem: *Et ſicut Achab, quos frixit Rex Babylonis in igne: pro eo quod fecerunt ſtultitiam in Iſrael.* Quaſi dicat; ſicut Rex Babylonis frixit illos impios in igne: Ita impij ponentur in frixorium gehennæ.

De vnguento peſsimo.

Ierem. 29. C.

23 Eſt autem vnguentum bonum: melius: optimum. Bonum compunctionis: melius compaſsionis:

De vnguento triplici bono, quo Chriſtum inunginus. De vnguento bono compunctionis.

nis: Optimum devotionis. Primo vnguento vnxit Maria Magdalena Iesum. *Luc. 7. F.* Quo, de peccatis præteritis pœnitens, ipsius pedes lacrymis rigavit. Vndè Dominus in eodem. *G. Mulier remittuntur tibi peccata tua.*

Luc. 7. F.

De vnguento melìori compassionis. Pauperes sunt pedes Christi.

24 Vnguentum melius est, compassionis; & est quando pauperibus, qui sunt pedes Christi, compassione in victu, & vestitu subvenimus. Unguentum optimum est devotionis; & est quando cum devotione de Salvatore, & operibus eius cogitamus. De hoc in Marc. 16. *A. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.* De quo dicitur, quod Maria Magdalena vnxit caput Iesu: *Math. 26. A.* Caput Iesu vngere, est beneficium incarnationis cogitare; qualiter caput voluit coniungi membris: qualiter caput, scilicèt, verbum Patris voluit humiliari, vt homo fieret; & huiusmodi que Deus pro nobis fecit. *Domus impleta est ex odore vnguenti*; id est, sancta Ecclesia reficitur in devotione iusti. Sed Iudas moritur bono odore, quo alij vivunt. Vndè exclamavit, dicens: *Math. 26. A. Marc. 14. A. Ioann. 12. A. Vt quid perditio hæc? potuit enim unguentum istud vænundari multo, & dari pauperibus.*

De vnguento optimo devotionis. Marc. 16. A.

Math. 26. A. Caput Iesu vngere est beneficium incarnationis cogitare.

Ioann. 12. A. Sancta Ecclesia reficitur in devotione iusti. Iudas moritur bono odore, quo alij vivunt. Math. 26. A. Marc. 14. A. Ioann. 52. A.

25 Similiter est, quando aliquis de Christo meditatur, in libris Salvatoris, misericordias, & iuditia contemplatur. Dicunt proditores Christi: vt quid perditio hæc? quasi dicerent; Iste homo perditus est; melius esset, quod laboraret, fœderet, araret; vel cum Prælatis, & divitibus æquitaret, & nobis aliquid acquireret. Ecce quam multi sunt proditores in mundo, & in clausstro, qui reputant stultitiam, quando quis cum devotione Christum contemplatur. Sed Christus eum defendit, dicens: *Quid molesti estis huic mulieri?* Scilicèt, tali Monacho, tali contemplativo. *Bonum enim opus operata est in me.* Certe, vt credo, magis appreciatur Dominus, cum das ei vnam cogitationem bonam, lacrymam cum devotione, quam si Ecclesiã fabricares, & pauperes sine devotione parceres.

26 O proditores, melius est obsequium devotionis Christo impendere, quam mundo, Principi, vel Episcopo; & caput Christi vngere, quam caput cuiusdam rustici, qui hodie floresçit, & cras computresçet. Seneca: *Qui nihil agere videntur, maiora agunt*; Divina, & humana simul pertractant. Sed vt dicitur in prima ad Corinth. 2. *D. Animalis homo non percipit ea, que spiritus Dei sunt: stultitia enim est illi.* Hoc triplici vnguento Christum inungimus. Sed vt dicitur in Ecclesiaste 10. *A. Muscæ morientes perdunt suavitatem vnguenti*: Id est, cogitationes immundæ sibi succedentes perdunt dulcedinem devotionis. Debetis igitur muscas fugere, id est, immundas cogitationes expellere, cum pectoris tunsione; sicut mulier muscas abigit, quando ollam percutit.

Seneca.

Ad Corinth. 2. D.

Ecclesiastes 10. A.

27 Est triplex vnguentum, quo vngit nos Christus. Primum bonum: secundum melius: tertium optimum. Primum est spiritualè gratiæ. Secundum est nostræ redemptionis. Tertium nostræ glorificationis. De Primo; in Psal. 88. *C. Inveni David servum meum; oleo sancto meo vnxi eum.* Licèt hoc de Christo dicatur, tamen de quolibet fideli dici potest: quia Dominus in baptismo oleo Sancto suo nos vngit, quando gratiam, sivè omnes virtutes infundit. Vndè ab illa vnctione, Christianus, id est, vnctus dicitur. Hoc vnguentum descendit de capite in barbam, barbam Aarõ. *Psal. 132. A.* Et de barba in ora vestimenti eius. Quia gratia descendit de capite Christi in Apostolos, qui per barbam, propter fortitudinem intelliguntur: De Apostolis, in cæteros fideles.

De triplici vnguento quo vngit nos Christus.

De vnguento bono gratiæ, quo vngit nos Christus. Psal. 88. C.

Psal. 132. A.

28 Secundum vnguentum nostræ redemptionis, est prætiosus sanguis Christi. De quo vnguento in Ecclesiastico 38. *A. Vnguentarius faciet pigmenta suavitatis, & vnctiones sanitatis conficiet.* Vnguentarius iste fuit bonus Iesus, qui fecit pigmenta suavissima, quæ sunt aqua & sanguis, qui fluxerunt de latere Christi. *Ioannes 19. F.* Et dico suavissima, quia vt nec pœnas asperrimas in gehenna sentiremus, tale pig-

De vnguento redemptionis.

Ecclesiasticus 38. A.

Sãguis Chriſti dicitur vnctio ſanitatis.

pigmentum nobis exhibuit. Item ſanguis dicitur vnctio ſanitatis. Unguenta fiunt de radicibus, de axungia porci, vel alterius animalis: Sed bonus Ieſus, de proprio corpore, & ſanguine ad ſalutem animarum nobis vnguentum compoſuit. Per hoc vnguentum proſecuti ſumus contra morbum mortalis culpę, ſanitatem.

29 Frater, ſi vulnus habes in renibus, quia continere non potes; hoc vnguento renes vnge, & ſtatim ſanaberis: hoc eſt, amore ipſius, qui puriſsimum ſanguinem pro te effudit, ſanguinem corruptum reſtringas; humorem putridum cohibeas, ne in luxuriam conſentias, & ſic vulnus renum per talem vnctionem ſanabis. Si venter ſit vulneratus propter guloſitatem: pectus per triſtitiam: manus per avaritiam, hoc vnguento ſanabis, ſi amore effuſionis ſanguinis Chriſti gulam temperes; pectus ſpiritualiter lętifices; manus per largitatem extendas.

De vnguento glorificationis

30 Optimum vnguentum eſt, glorificationis, quando Dominus balſamo immortalitatis nos inunget. Dicitur, quod balſamus reddit corpora imputribilia: Sed vera balſamus eſt ita, quia Dominus corpora noſtra taliter inũget, quod nunquam mori; nunquam lędi; nunquam deficere poterit. Vndè Apoſtolus in prima ad Corinth. 15. *G. Oportet corruptibile hoc, induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.* Hoc vnguentum quaſi ex quatuor ſpeciebus conficitur, quę ſunt, agilitas; claritas; ſubtilitas; impaſsibilitas. Hęc eſt vnctio quoad corpus; & eſt vnctio quo ad animam: Hęc eſt tota Trinitas, quę vnctio dicitur.

1. ad Corinth. 15. G.

Trinitas dicitur vnctio.

31 Hęc vnctio faciet te potentem, ſapientem, benignum. Potentem, vt omnia poſsis, quæ volueris. Vndè in prima epiſtola Petri

1. Petri 1. C.

1. *C. Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum.* Quaſi diceret; Sicut Deus eſt Sanctus, ſcilicèt, firmus, potens, Ita & nos. Hęc vnctio docebit nos de omnibus, vt ſciamus omnia, quęcumque voluerimus. Similiter hęc vnctio faciet nos benignos, vt ſumma, & mutua dilectione nos amplectamur; quoniam ibi eſt potentia ſine difficultate; ſapientia ſine errore; dilectio ſine fictione. Et ſicut Trinitas eſt in eſſentia divina; ſimiliter eſt Trinitas in eſſentia humana. Ioannes in prima epiſtola 3. *A. Fratres, nunc filij Dei ſumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt.* Greg. *Immutabimur in ipſo, quem videbimus; quia morte carebimus videndo vitam. Nobilitatem noſtram tranſcendemus; videndo immutabilitatem corruptione nulla tenebimur, videndo incorruptionem.*

1. Ioann. 3. A.

Gregor. ſuper Ezechi. homilia ſecunda: Linea finem, lib. 1.

32 Primum vnguentum eſt expulſivum, ſivè repercuſivum. Secundum eſt mitigativum. Tertium eſt ſanativum. Virtus, ſivè gratia, merito dicitur expulſivum: quia vt dicit Ambroſius: *Cum renuntiatur improbitati, ſtatim acquiritur virtus;* Ideſt, egreſſus vitiorum, virtutis operatur ingreſſum. *Cum igitur virtus confertur, expellitur vitium.* Sanguis Chriſti dicitur vnguentum mitigativum. Si enim vulnus, morbum, vel anguſtiam ſuſtines; cogita quod Chriſtus, vulneratus fuit pro te. Si dicas, famem, frigus ſuſtineo: Dicit tibi Chriſtus; Et ego verba, & verbera, & vulnera ſuſtinui in antea pro te. Sic mitigabitur anguſtia tua. Bernard. Vndè ad Romanos 8. *D. Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis, ad præteritam culpam, quæ remittetur: non ad præſentem gratiam, quæ immittitur: Non ad futuram gloriam, quæ promittitur.* Illa eſt, tanta amaritudo, quam Prophetę farina non dulzoret; quam non ſapidam reddat ſapientia? Lignum vitæ ſanativum eſt vltimum: quia Dominus Sanctos ſuos ab omni dolore cordis; & carnis ſanavit. In Eccleſiaſtico 50. *A. Qui curavit gentem ſuam, & liberavit eam à pernitie: qui adeptus eſt gloriam in conſumatione gentis ſuæ.*

Ambroſius.

Egreſſus vitiorum, virtutis operatur ingreſſum.

Sãguis Chriſti dicitur vnguentum mitigativum.

Bernardus. Romanos 8. D.

Eccleſiaſticus 50. A.

OLEUM EFFUSVM NOMEN tuum.

33 HOC nomen Chriſtus eſt oleum effuſum in genus humanum: quoniam omnes fideles à Chriſto Chriſtiani

Quod Chriſtus eſt oleum effuſum.

tiani dicuntur. Iſte eſt genus David; de quo in primo lib. Regum 18. G. *Et celebre factum eſt nomen eius nimis.*

1. *Regum* 18. G.

34 Celebre hoc nomen Ieſus eſt, oleum effuſum in vulnera humani generis: Quoniam ſic fuit homo percuſſus, quod à planta pedis, vſque ad verticem capitis non fuit in eo ſanitas. Hęc autem ſunt vulnera, mors, & morbus, calor, & frigus, ſitis, eſuries que. Laſsitudo quoque ſunt in me, credo, ſagittæ. Si ita ſumus vulnerati pro peccatis parentum; quanta igitur erunt vulnera pro peccatis proprijs? Item, nos percuſsit, quod magis percutere non potuit; niſi in inferno pœnitus damnaret. Vndè Iſaia 1. *B. Quo percutiam vos vltra addentes prę varicationem?* Quia prævaricationi parentum ſuperadditis propriam prævaricationem. Qualiter poſſet nos magis percutere, quam percuſsit? Plerique tamen ſe ſanos reputant, & hanc infirmitatem, ſanitatem dicunt. Sed dicit Bernardus: *Videbar mihi ſanus eſſe; & ecce pro me Dei filius videtur occidi.* Agnoſce, ò homo, quam gravia ſunt vulnera tua, pro quibus ſanandis, oportebat Chriſtum vulnerari. Et ſi non eſſent hæc peccata tua ad mortem ęternam, filius Dei non occideretur.

De vulneribus hominis, & oleo ſanativo.

Vulnera hominis, quid ſint, & oleum ſanativum.

NOTA.

Iſaia 1. *B.*

Bernard.

Si non eſſent peccata tua ad mortem ęternam, filius Dei non occideretur.

35 Item vides, quod Bos contentus eſt corio ſuo: Ovis lana: Avis pluma. Sed nos ita nudi naſcimur, & infirmi; quia oportet, quod veſtes, quaſi emplaſtra circa corpora noſtra ponantur. Alioquin, frigore, vel calore deficeremus. Quomodo ergo ſuperbit homo, qui totus incedit emplaſtratus? Quia capillum portat in capite, veſtes in corpore, calceas in pede. Ecce emplaſtra, quę potius deberent facere nos gemere, quàm ſuperbire: ſicut infirmus gemit, qui vulneratus per vicos incedit. Hęc ſunt vulnera in corpore. Diabolus autęm, & mundus tota die nos vulnerant in anima, gula, Luxuria, accidia, Avaritia, & cœteris vitijs intoxicant. Sed nomen Iesvs, quod interpretatur Salvator, id eſt, res huius nominis, eſt oleum effuſum, quod nos ab omni morbo qnaſi, & ab omnibus vulneribus corporis, & animę ſanavit. Vndè Salvator à ſalvando dicitur; *Quia ſanat contritos corde; Et aligat contritiones, &c. Pſal.* 146. *A.*

Ieſus interpretatur ſalvatur.

Pſal. 146. *A.*

36 Tertio modo nomen Chriſtus, eſt idem quod verbum Patris, ſcilicèt, filius. Hoc verbum eſt oleum effuſum, id eſt, ipſa miſericordia effuſa de Cœlo; *Quoniam miſericordia Domini plena eſt terra: Pſal.* 32. *A.* Per oleum, quia mitigat, ſignificatur miſericordia, quæ parcit. Vndè propter magnam miſericordiam eius, ipſa miſericordia, vndè Pſal. 58. *B. Suſceptor meus es: Deus meus miſericordia mea.* Greg. *Hoc conſiderans David: Mala noſtra aſpicit, & portat, culpas noſtras tollerat, & tamen nos per pacientiam, & per pœnitentiam ad prę mia reſervat; noluit Deum dicere miſericordem; Sed hunc ipſam miſericordiam vocavit.* Immenitas miſericordiæ ipſius multiplicetur, poteſt perpendi, pœnitus oblitus Angelum redimere: Quoniam inventa eſt iniquitas eius ad odium. Sed cum erga hominem *Iratus fueris, miſericordia recordaberis. Habacuc.* 3. *A.*

De miſericordia; vel de nomine Domini: Quod eſt idem, quod verbum Patris.

Pſal. 32. *A.*

Pſal. 58. *B.*

Greg. in Homil. 19. *ſuper Math. circa finem.*

Pſal. 35. *A.*

Habacuc. 3. *A*

37 Item, ſicut ad inefabilem memoriam aliquid in manu ponimus: Sic Pater in manu ſua ſignum poſuit: Quoniam vt noſtri memor eſſet, filium ſuum, qui manus eius dicitur, carnem aſſumere fecit. Item ipſe dicit per Iſaiam 49. *D. In manibus meis deſcripſi te.* Sicut quis nodum facit in zona ad memoriam alicuius rei habendę: Ita Chriſtus in manu tua cicatrices in memoriam noſtram portat. Patri hęc vulnera etiam demonſtrat, dicens: Pater, parce eis, pro quibus hęc vulnera ſuſtinui. Item, ò homo, in manibus meis clavis ferreis te depinxi, vt ſemper habeam memoriam tui.

Iſaia 49. *D.*

38 Item, immenſitas miſericordię, cuius in hoc attenditur pręcipue, quod ita viliter in cruce ſe totum tormentis, & morti pro nobis tradidit: Et ita amarè nos emère voluit. Vndè tanti emit nos, vt homo de cętero cariorem haberet eum. In prima epiſtola ad Corinth. 6. *D. Empti enim eſtis pretio magno;*

Qualitèr Criſtus emit nos, & qualem denarium dedit pro nobis.

1. *Ad Corint.* 6. *D.*

Glori-

Augustin. 9.

Glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Item August. 9. *Tanti emit nos, vt solus possideret.* Sicut igitur astationarius cum vendiderit pannum vni; & venit alius, vt emat eundem, dicit: Iam venditus est pannus, non vendam vobis. Sic tu miser homo, cum Diabolus vult te emere pro modica luxuria, pro vno perjurio; pro vno denario fraudulenter acquirendo, debes dicere: Iam semel emptus sum à Domino; nolo amplius vēdi Diabolo. Similiter amore beatæ Virginis, quę Filium suum dedit pro te, eius magna compassione saltem tui compatiaris, tui miserearis.

39 Cum beata Virgo haberet vnicum filium tam pretiosum, & speciosum, magna cordis angustia torquębatur, quando vidit Lignum in quo Filius eius habuit suspendi; clavos, quibus debuit crucifigi: Lanceam, qua debuit Lanceari: Tortores crudeles, qui Filium suum sine misericordia tàm male tractaverunt: totum tamèn patiebatur, vt Filius redimeret. Ergò ex quo tanti prętij fuisti in conspectu Domini, in conspectu matris, miserererearis tui ipsius. Care te habeas, ne pro tàm vili prętio Diabolo te vendas.

Care te habeas, ne pro tam vtili pretio diabolo te vendas.

Prima ad Corinthios: 7: *D.E. Prætio empti estis, nolite fieri servi hominum. Vnusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat apud Deum.* Item de hac prætiosa emptione in Apocal. 6. B. *Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario.* In denario est Crux ex vna parte, & Facies Regis ex alia, in extremo superscriptio. Christus igitur Crucifixus est denarius: qui ex vna parte fuit Crux a dorso; ex alia parte facies Regis; scriptio autem in summa: *Iesvs Nazarenus Crucifixus Rex Iudeorum.*

1. Ad Corint. 7. D. E.

Apocal. 6. B.

40 Isto denario fuit empta bilibris tritici, id est, Sancti intellectu, & operatione perfecti. Tres bilibres ordei sunt minores, qui Fide Trinitatis Salvati sunt. Omnes denarij, qui fabricati fuerunt ab initio mundi, vel possunt fabricari, non possent te redimere, nèc à potestate diaboli liberare. Istum ergò denarium plusquam totum mundum deberes appreciare. De hac misericordia & mirabili emptione, Bernar. *Pro te carnem, & animam suam posuit, vt Corpus, & Spiritum tuum vendicaret: Toto se, totum te comparavit. Quid vltra facere debuit, & non fecit?* Attende ergo consilium Dei tui, non solùm cum Patre regnantis: sed & dulcissimi amanti in Cruce patientis. Nèc falli potest, quia sapientia; nèc fallere te vult, pro quo tàm ignominiosam sustinuit mortem.

Bernar. 9.

IDEO ADOLESCENTVLÆ dilexernnt te nimis.

De superabundantia in dilectione.

Est in amore modus, non habuisse modum.

Quod debemus diligere Deum fortiter; dulciter, & sapienter.

41 DOMINE Iesu, quia osculum tuum dulcissimum est; vbera tua vino meliora; vnguentis optimis fragantia; & oleum effusum est nomen tuum. Ideò adolescentulę redues in fide, vel fideles animæ dilexerunt te nimis; vt notetur superabundantia in dilectione: quoniam est in amore modus, non habuisse modum.

42 Item nimis; id est, multum diligit, qui præceptum illud ad implet, vt habetur in *Deuter. 6. A. Math. 22. D. March. 12. C. Luca. 10. E. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & totis viribus tuis.* Ex toto corde, id est, dulcitèr, affectuosè; quia affectus circa cor attenditur. Ex tota anima; id est, prudenter; Quia anima sedes est sapientiæ. Et totis viribus; Id est, fortiter. Diligamus ergò Deum dulcitèr, sapienter, fortitèr. Dulcitèr, ne alecti: Sapienter, ne decepti: fortiter, ne oppressi: Hoc est, ne alliciamur, per voluntatem: ne decipiamur, per errorem: ne opprimamur per tribulationem. Deum dulciter non diligit; cui gulositas dulce sapit, Vnde *Exodus* 20. C. *Deuter. 5. C Math. 5. D.* Dominus pręcepit: *Non fornicabis.* Vide ne corda, nec anima graventur crapula, & ebrietate.

Deuter. 6. A. Math. 22. D. Marc. 12. C. Luca. 10. E.

Affectus circa cor atēditur. Anima sedes est sapientiæ.

Deum dulcitèr non diligit, cui gulositas dulce sapit.

Exod. 20. C. Deuter. 5. C. Math. 5. D.

Crapula procatio que, Langor & humor abundant.

43 In somnijs maculant extrema duo sine culpa. Si pro dulcedine Salvatoris abstines, Deum diligis, in quo maior est dulcedo, quam in creatura, vel crapula.

Deum diligis; si pro dulcedine Salvatoris abstines. Bernar. 9. Psal. 76. A. Bernar. 9.

Ber.

Bernard. *Nemo ſanæ mentis ampliorem credat in vitijs, quam in virtutibus eſſe dulcedinem*: Præſertim cum ſit Deus virtutum, & totius iucunditatis fons, & exultationis. Dicit Propheta. *Pſalm. 76. A. Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum.* Bernard. *Si mel, & lac dulce eſt ſub lingua: quid erit ſuper linguam?* Dulcis autem eſt Chriſtus in carne; dulcior in anima; dulciſſimus in Deitate. Item diligamus ſapienter, ne decepti per errorem. Quidam errant in fidei articulo, vt Hæretici. Alij errant in præceptis Dei, vt ignari. Alij errant in bonis moribus, vt impij. Hi ſunt, qui cum ſimiles ſint Deo in ratione; ſimiles efficiuntur beſtijs, per immunditiam vitæ. De quibus: Pſalm. 48. *D. Homo, cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* In hoc honore poſitus eſt homo, qui ſimilis eſt Deo: ſed per immunditiam, *Comparatur iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Nihil iudicant bonum, niſi quod carni eſt delectabile. Sicut porcus nihil aliud per totum diem quærit, niſi cibum ventris, luxuriam carnis: Sic plerique totum ſenſum ſuum collocant, vt ventrem paſcant; in voluptatibus luxuriæ ſe immergant. De huiuſmodi in Daniele 4. *F. Regnum tranſit à te, & ab hominibus te eijcient, & cum beſtijs, & feris erit habitatio tua: Fœnum quaſi bos comedes.*

Pſal.m76.A.

Bernard.

Pſalm.48.D.

Guloſi, luxurioſi nihil iudicant bonũ, niſi quod carni eſt delectabile.

Daniel 4.F.

44 Huiuſmodi beſtiales, regnum, quo ſe ipſos ratione regere deberent, amittunt, & ab hominibus, qui ratione vtuntur, deijciuntur, & cum beſtijs, & feris habitant, qui beſtialiter, & feraliter viuunt: Fœnum quaſi Bos comedunt, qui ſummum bonum in his temporalibus extimãt. Ex quo feraliter viuunt; Dominus ſine miſericordia in eos deſeviet: Sicut dicitur in Oſea 13. *B. Occuram eis quaſi vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum: & conſumam ibi eos quaſi leo, beſtia agri ſcindet eos.* Debemus Deum diligere fortiter ſine timore paupertatis, ægritudinis, vel mortis. Homicidium, vel vſuram qui perpetrant, Dominum non diligunt fortiter. Plerique enim in tantum timent incurrere paupertatem; in tantum laborant, vt filios pauperes non relinquant; quod vſurarij, periurij, & mendaces efficiuntur. Et tunc dicitur in Proverb. 10. *D. Quod timet ipſe, eveniet ei.* Impius timet paupertatem temporalem; ſed incurrit æternam: Sicut habetur in *Luca 16. E.F.G.* De divite, qui epulabatur quotidie ſplendide: Modo ponitur in ſumma egeſtate: ita quod de cætero nec vnam guttam aquæ frigidæ poterit pretio emere, nec precibus impetrare.

Qui beſtialiter, & feraliter viuunt cũ feris, & beſtijs habitant. Fœnum quaſi Bos comedũt, qui ſummum bonum in tẽporalibus extimant.

Oſee 13. B.

Qui perpetrãt homicidium, vel vſuram Dominũ non diligunt fortiter.

Prov. 10. D Impius timet paupertatem temporalem, ſed incurrit æternam. Luca 16. E.F.G.

45 Quando filij cum Patre in inferno torquebuntur, Pater filio imprecabitur, dicens: Maledicta ſit hora, qua te genui, quia iam pro te eſurio, ſitio, ardeo, & in ſæcula ſeculorum ardebo. Filij autem parentibus, ſic: Maledicti ſitis, quia vſuram pro nobis accepiſtis, acquiſita ex vſuris reliquiſtis, ex quibus comedimus, bibimus, induimus. Melius eſſet nobis de Bufone comediſſe, quia modo in perpetuum pro culpis noſtris, & veſtris in gehenna torquæmur in ſæcula ſæculorum. O quam malas cantilenas tunc audient, qui riſu & ioco ſe in præſenti confortantur, in rebus iniuſte acquiſitis exultant. De hac triplici dilectione, in Eccleſiaſtico 43. *A. Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris; tripliciter ſol exurens montes.* Fornax eſt paſsio Chriſti, in qua ſicut panis fuit decoctus; ſicut aurum examinatus; ſicut caro aſſatus. Hanc fornacem cuſtodivit, vt ſemper quaſi ad memoriam revocetur. In hac fornace tribus operibus charitatis nos accendit: Triplicem enim in paſsione ſuſtinuit miſeriam, ſcilicèt, afflictionem in crucifixione: Paupertatem in nuditate: Vilitatem in mortis genere. Primum, contra voluptatem: Secundum, contra cupiditatem; quod eſt error maximus: Tertium, contra vanitatem.

Eccleſiaſticus 43. A. Fornax eſt paſsio Chriſti

VERS. III.

TRAHE ME POST TE.

Vox venientium ad fidē. Chriſti: Vel, quòd non poteſt aliquis ad fidem Chriſti Converti, nec Chriſtū ſequi ſine ipſo.

46 HUcuſque vox petentium incarnationē Salvatoris, & dona gratiarum commendatur. Hic ſubiungitur vox illorum, qui volunt ad finem converti,& Chriſtum ſequi: Sed quia per ſe non ſufficit,dicit: Traheme poſt te.

Qualiter trahit Diabolus.

47 Trahit Diabolus,trahit Chriſtus: Diabolus ad peccatum trahit: ad confuſionem peccandi trahit:ad pœnas inferni trahit. Diabolus primo laqueos exponit: Vnde Pſal. 139. *A. Funes extenderunt in laqueum,&c.* In quibus rebus poſuit laqueos, dicit Bernard. *Laqueum poſſuit in auro, & argento,& in omnibus quibus abutimur, cum illis illicite delectamur,non ſolum laqueū dicere poſſumus; Sed & viſcum.* Viſcus eſt amor poſſeſsionis:affectus cogitationis: cupiditas honoris: voluptas carnis. His inviſcatur, & illaqueatur anima: proh dolor! his talibus ſuperatur ſepe fidelis.

Pſal. 139. A.

Bernard.

Viſcus eſt amor poſſeſsionis: affectus cogitationis: Cupiditas honoris: Voluntas carnis.

Titulus 3. De laqueo luxurię.

48 Item,mulier conſilio Diaboli ponit multos laqueos ad capiendas animas. Nam pictura, & rubor in facie: color in peplo: albedo in collo: riſus laſcivus: delicatus inceſſus: pulcer ornatus. Hæc omnia ſunt laquei ſuper cadavere meretricis, vt animas capiat.Animam verò capit, & interficit, quando quem pro ſua pulcritudine in ea conſentire facit: Sicut habetur in *Prov. 6. A.* Sicut auceps collocat epar,vel aliam carnes in cāpo, & multos laqueos, vel virgulas inviſcatas apponit circa, vt multas capiat aves: Sic Diabolus multos ornatus circa mulierem.Item ſicut caſeus aſſatus in muſcipula ponitur, & vt mus ſentit odorem caſei, intrat vt caſeum capiat, & à muſcipula capitur: Sic mulier pulchra eſt caſeus, quem Diabolus aſſat, quando facit, vt præ pulcritudine ſtulto bene ſapiat. Laborat ſtatim ſtultus hunc caſeum capere; per oſcula,& amplexus de eo guſtare; & à Diabolo capitur.

Prover. 6. A.

De laqueis ſuperbiæ, & avaritiæ. Auguſtin. Lucrum, & fraus, eſt laqueus.

49 Item, Auguſtin. *Diabolus proponit lucrum, vt trahat te ad fraudem. Non habebis lucra, niſi defraudes.* Lucrum eſt fraus, & eſt laqueus, quo capieris, ſi fraudem feceris; Quem vincit deſiderium, iſte cadit in laqueum. Sed ęſtum deſiderij temperat vmbraculum diei. His trahit Diabolus; verumtamen, nulli vim facit. Sed miſer homo cùm poſſet reſiſtere, in collum ſuum laqueum ſuum ponit, quando in pecatum conſentit. Et tunc Diabolus ducit in conſuetudinem peccandi. Vndè Gregor. *Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit*: Quoniam iniquitas ſedet ſuper talentum plumbi, quę ad diverſa peccata præponderare facit, & tandem ad infernum trahit. Vndè in Matth. 8. *B. Et* 13. *F. & Et* 22. *B. Et* 25. *C. Ligatis manibus, & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores: Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.*

Quem vincit deſiderium, iſte cadit in laqueum. Qnādo homo in peccatum conſentit, laqueum Diaboli in collū ſuum ponit. Greg. in mor. ſuper Iob. lib. 25. cap. 12. Iniquitas ſedet ſuper talentū plumbi

Matth. 8. B. Et 13. F. Et 22. B. Et 25. C.

50 Item diverſos laqueos tendit Diabolus, vt qui evadit vnum, incidat in alium. Ieremia 48. *G. Formido, & fovea, & laqueus ſit tibi, ò habitator Moab. Qui fugiunt à facie pavoris, cadunt in foveam: & qui deſcendunt de fovea, cadunt in laqueum.* Facies pavoris eſt ſuperbia, quæ alta petit. Vndè Prover. 17. *C. Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinam.* Fovea eſt Luxuriæ pertinatia. Prover. 23. *C. Fovea profunda eſt meretrix: & puteus altus, aliena.* Laqueus cupiditatis eſt vſura. Vſura eſt quidam laqueus: Simonia eſt alias. Vndè in prima ad Timoth. *6. B. Qui volunt divites fieri, incidunt in varias tentationes, & laqueos Diaboli.* Et ita contingit, quod qui implicat ſe in vno, volvitur in alio. Legitur quod beato Antonio apparuit mundus plenus laqueis; & ait ad Deum. Domine quis poterit ab his laqueis evadere? Et reſponſum eſt ei. Solus humilis.

Ierem. 48. C

Facies pavoris eſt ſuperbia, quæ alta petit.

NOTA. Prover. 17. C Fovea eſt luxurię pertinatia. Prov. 23. C. Laqaeus cupiditatis eſt vſura; & Simonia. 1. Ad Timoth 6. B. Exemplum.

51 Dominus econtra exponit funes amoris, quibus trahit nos ad Cœlum. Vndè in Ioann. 12. *E. Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me*: Id eſt, hominem, qui dicitur omnis creatura, vel omnia; quia ipſius eſt. Peccatum autem cum non ſit creatura, nihil eſt; quia omnis creatura eſt bona; peccatum autem, non eſt bonum, ergo peccatum nihil eſt. Et ita,qui peccat, non eſt ipſius in eo quod

Qualiter trahit Chriſtus. Ioann. 12. E. Homo dicitur omnis creatura. Peccatum cū non ſit creatura nihil eſt

quod peccat. Ergo ſi aliquid es, cõſtat, quod te ſurſum trahat. Funes, quibus trahit, ſunt timor, & amor. Vndè Oſee 11. *B. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* Funiculi Adæ ſunt pœnę temporales, quibus ligatus fuit Adã, & filij eius; quoniam naſcuntur in culpa. Vndè ſtatim plorare, & vlulare incipimus, propter pœnam præſentem, & futuram. Sicut clamat Latro cum intrat fornacem, in qua debet puniri: Sic puer, quia intrat mundum, vbi non expectat niſi pœnã. In iſta vita præſenti, frigore, fame, ſiti, aſperitate, dolore, ſolicitudine, affligimur: & in fine per mortem horribilem eximus. Vndè verſus.

Oſea 11. B. Funiculi Adæ ſunt pœnę temporales.

℣.

Væ mihi naſcenti,
Væ nato, væ morienti,
Væ mihi quanto ſum,
Væ non vivit filius Evæ.

Ex quo ſic puniti ſumus pro peccatis Adæ, timere debemus, & ex timore à peccatis abſtinere.

52 Si enim ſic ſumus puniti pro peccatis alienis, quid erit pro proprijs? Item; primum peccatum non potuit purgari, niſi filius Dei patere tur. Vndè Bernar. *Videbar mihi ſanus eſſe; & ecce filius Dei pro me præcipitur mori.* Timor igitur funiculorum Adæ eſt funiculus, quo nos Chriſtus trahit. Timor etiã gehennæ, timor culpę, timor iuditij, ſunt funiculi, quibus nos Dominus trahit.

Bernard.

53 Vincula charitatis ſunt amor Dei, qui in plurali dicitur vincula; propter diverſas cauſas amoris. Vna cauſa eſt, creatio: Alia, incarnatio: Alia, paſsio: Alia, reſurrectio. Verun tamen paſsio Chriſti, eſt efficaciſsimum vinculum dilectionis; quoniã humanũ genus fuit quaſi plauſtrum in luto profundiſsimo infixũ; quod nullus potuit extrahere. Vndè in Pſal. 68. *A. Infixus ſum in limo profundi.* Sed filius Dei aſcendit in crucem. Ibidem, ita fortiter traxit, quod ſanguinavit: Venę cordis ruptæ sũt in tantum, quod anima hoc tractu, de corpore exivit. Maledictus impius ita ponderoſus, vſurarius, avarus, luxurioſus, qui ad hunc tractum nõ trahitur, qui amore mortis Chriſti ſurſum non elevatur. Ecce ponderoſior eſt, terra, & ferro, qui in hoc tractu in altum non libratur: *Quoniam qui appendit molem terræ tribus digitis*, vt dicitur in Iſaia 40. C. *Qui palmo cęlos põderat*; totis viribus nos trahit. Filius Dei appendit terram tribus digitis, quia per potentiam creavit: per ſapientiam diſpoſuit: per benignitatem conſervavit. Sed non tantum tres vires; Sed orans apposuit, vt hominem redimeret, & in cælum traheret. Nemo enim trahitur niſi voluntarie. Vndè Auguſtin. *Si Poetę dicere licuit, trahit ſua quæque voluptas; non neceſsitas; Sed voluptas, non obligatio; ſed delectatio. Quãto nos fortius dicere debemus, trahi hominem ad Chriſtum, qui delectatur veritate; delectatur beatitudine; delectatur iuſtitia ſempiterna, quod totũ Chriſtus eſt.* Idem. *Ramum viridem oſtendis ovi, & trahis illam. Nuces puero demonſtrantur, & trahitur ad illas. Puer, ad quod currit, trahitur, & amando trahitur: ſine leſione corporis trahitur; cordis vinculo trahitur; cordis amore trahitur.* Ecce quod Auguſtinus ſimilitudines ponit hominibus, vt ad Chriſtum, cæleſtem beatitudinem, ad ſummum bonum trahantur.

De vinculis charitatis: Sunt amor Dei.

Pſal. 68. A.

Iſaia 40. C.

Nemo trahitur niſi voluntarie. Auguſtin.

54 Item, Diabolus ponit vincula luxurię, circa renes: Ingluviei, circa ventrem: Avaritiæ, circa brachia: Superbię, circa caput. Chriſtus vincula continentiæ ponit, circa renes: Temperantiæ, circa ventrem: Largitatis, circa brachia: Humilitatis, circa caput. In arbitrio tuo eſt, quem ſequi volueris. In Eccleſiaſtico 15. *D. A. Ante hominẽ bonum, & malum, vita, & mors: quodcumque placuerit dabitur ei.* Quantum in te eſt, aufer impedimenta: Ad Deũ cor tuum dirige, & trahet te. Vndè Iob. 34. *B. Si direxerit ad Deum cor ſuum, ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet.* Greg. *Deo ergo ſpiritum hominis, & flatum ad ſe trahere, eſt ad converſionem ſui deſiderij, & interiora noſtra, & exteriora commutare.* Vndè, omne, quod eſt homo ad Deum videre licèt, aquo eſt; & interius ſe edomando confringat. Sed quia ex toto non eſt in nobis, dicit: *Trahe me poſt te*: Quaſi diceret: Ieſu bone, non habeo vires in me, vt ſequar te: Sed, *Trahe me poſt te*; id eſt, da mihi, vt deſpitiam temporalia, & deſiderem æterna: Da mihi omnia relinquere, & ſequi te, vt per veniã ad te, qui es viaticum in via, præmium in Patria, &c.

Eccleſiaſticus 15. D.

Iob. 34.

Gregor. ſuper Iob. lib. 24. cap. 26.

IN ODOREM VNGVENTORVM tuorum currimus.

Quod Eccleſia exaudita iam non trahitur ſed currit.

55 PRæceſsit ſermo volentium ſequi Dominum. Vndè Eccleſia, ſive fidelis anima in perſona talium ait: *Trahe me poſt te.* Iam Eccleſia exaudita, non trahitur poſt eum; ſed currit. Vndè animæ fideles dicunt: *In odorem vnguentorum tuorum currimus.* De vnguentis plenius ſupra: Verſ. 2. quædam tamen adijciantur.

De vnguento pungitivo, & mitigativo. Luca 10. F. Vnguẽta ſunt Sacramenta Eccleſiæ. Vnguẽta ſunt miracula.

56 Vnguentum pungitivum eſt, comminatio terrens: Mitigativum, promiſsio demulcens, Hæc ſunt oleum, & vinum, quæ vt habetur in *Luca* 10. *F.* Infuſſa ſunt vulneribus ſauciati. Vnguenta etiam ſunt Sacramenta Eccleſiæ, in quibus corpus vngitur exterius, & anima ſpiritualiter interius. Vel, vnguenta ſunt miracula; quorum admiratione, & terrore, multi ad Deum converſi, poſt Chriſtum currunt. Proſequamur de comminatione, & promiſsione. Comminatio producit ex ſe odorem, qui eſt timor: Promiſsio autem, odorem, qui eſt amor. De timore dicit veritas: *Math.* 10. *C. Nolite timere eos, qui occidunt corpus: Sed eum timete, qui habet poteſtatem corpus & animam mittere in gehennã ignis.* Sic etiam habetur in *Luc.* 12. *A.* Deũ ergo timete, qui ab omnibus periculis poteſt liberare, & omnibus periculis exponere. Dicitur, quod non ſolum currere, ſed volare facit timor. Vndè Philoſophus ait. *Timor, alias, puer eſt: Uidet monſtra, & feſtinanter currit ad matrem ſuam.* Similiter ſi dæmones videres, inſequens mundum decipientem; carnem detinentem; infernum os ſuum aperientem, & animas devorantem: Ad Chriſtum in odore timoris currereres: Ad Chriſtum feſtinares.

Comminatio producit ex ſe odorem, qui eſt timor: Promiſsio autem odorem, qui eſt amor. Math. 10. C. Luca 12. A.

Timor non ſolum facit currere ſed volare. Philoſophus

Bernard.

57 De comminatione in morte dicit Bernard. *Nove oſtium domus noſtræ horribilis ſpiritus illi obſidet. Novæ exitum noſtrum larvales illi facies preſtolantur. Quis ille pavor erit anima mea, cum dimiſsis omnibus, quorum tibi eſt præſentia tam iucunda, tam gratus aſpectus, ſola in incognitã pœnitus regionem occurrentia tibi catervatim ruere teterrima illa monſtra videbis? Quis tuebitur à rugientibus preparatis ad eſcam? Quis cõſolabitur, quis te ducet? Certe ſolus Iesvs.* Ergo Ieſum time; in odorem timoris ad ipſum currere. Amor ſimiliter facit currere. Puer currit ad Cannam, quæ monſtratur ei: Milles ad bravium, quod exponitur, Ita & tu ſi intelligeres præmium, ſi guſtares adorem glorię, odorem cæleſtis curiæ, ad Chriſtum in hoc odore curreres. Vndè Greg. *Qui cæleſtis vitæ, inquit, quantum poſsibilitas admittit perfectè cognoverit, ea, quæ amaverat, cuncta libenter derelinquit. In comparatione illius vileſcunt omnia; deſerit habita; diſpergit congregata; inardeſcit in cæleſtibus animus, nihil in terrenis libet; deforme conſpicit quidquid terrenæ rei placebat ſpecie; quia ſola præcioſę margaritæ claritas refulget in mente.* Ecce quod odor dulcedinis patriæ cæleſtis ſic attrahit, quod omnia temporalia vilipendit.

Amor facit currere.

Greg.

Odor dulcedinis patrię cæleſtis omnia temporalia vilipendit.

58 Qui verò terra non deſpicit, cæleſtia non attendit. Greg. *Ideò præſentia diligunt; quia quam fugienda ſunt; non attendunt. Idem quantum quiſque minus æterna intelligit; tanto delectabilius in temporalibus quieſcit.* Item fel quibuſdam ſapit: mel autẽ abſinthium videtur: electuarium ſelectũ, fœtor eſt, ſapor. Ideo iſta tranſitoria ſunt dulcia, quia dulcedinem Dei, non ſentiunt. Si enim ſentirent, ita ſaperet eis Dominus, quod omnem fœtorem peccati deponerent. Vndè in prima Epiſtola Petri 2. *A. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes; ſine dolo lac concupiſcite.* Id eſt, Chriſtum qui dulcis eſt, vt mel, ſuavis vt Luc. Sequitur. *Ut in eo creſcatis in ſalutem.* Si tamen guſtatis, quem diligitis, eſt ipſe Dominus. De hoc odore Ioannes in exitu ait: *Odor tuus Domine in me concupiſcentias excitavit æternas.* In Geneſ. 27. *D.* Dixit Iſaac: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni.* Ager eſt mundus, qui plenus eſt tranſitorijs delitijs, quibus homines delectantur; & tamen omnes delitiæ illo in centuplo maiores, minores inveniuntur. In Chriſto in odore vnguẽtorum currimus, ſi ex timore, & amore ad Chriſtum feſtinamus.

Greg.

Greg. ſup. Eze quiel. libr. 1. hom. 10. circa finem.

1. Petri 2. A.

Ioannes in exitu.

Geneſ. 27. D.

Ager eſt mundus.

59 Notandũ autem, quod quidam iacent: quidam ſedent: quidam ſtant: quidam ambulant: quidam currunt: quidam volant. Iacet paraliticus: Sedes cæcus: Stat iuſtus: Item ambulant coniugati: currunt

De his qui iacent: ſedent: ſtant ambulant: currunt, & volant.

runt Prælati: volant contemplativi. Paraliticus in lecto eſt impius vitijs & delitijs reſolutus: Paralyſis enim dicitur reſolutio membrorum. Quod tangitur paralyſi, efficitur mortuum, & inutile. Sic mortalis culpa facit totum hominem mortuum, & inutilem. Mortuus eſt, qui amiſit illum; ſcilicèt; Chriſtum, qui eſt vita: Inutilis eſt, quia quæcumque operantur, nihil valent ad vitam æternam: Sed valent ad aliquam; ſcilicèt, vt citius ei gratia conferatur, vt bona temporalia acquirantur, &c. De hoc Lecto: Amos: 3. C. *Quomodo ſi eruat paſtor de ore Leonis duo crura, aut extremum auriculę: Ita eruentur filij Iſrael, qui habitant in Samaria in plaga lectuli, & in grabato Damaſci.*

Amos. 3. C.

Paſtor eſt Chriſtus Leo Diabolus.

60 Paſtor eſt Chriſtus: Leo Diabolus: Duo crura ſunt duo renes, vbi ſedes eſt Luxuriæ, quos habet Diabolus in ore eius, cum ad velle ſuum facit hominem, quodlibet genus luxuriæ exercere. Eruũtur ab ore Leonis duo crura, quando Dominus per gratiam ſuam facit hominem caſtum. Extremum auriculæ Dominus eruit, quando impium convertit, & eum, qui verbum Dei contempſit, libenter audire facit. Eodem modo eruuntur, qui habitant in Samaria in plaga lectuli. Per lectulum, caro, ſivè ſenſualitas intelligitur: per plagam dolor, ſivè duritia deſignatur. Eſt enim iſte lectus dolore plenus. Sicut enim laborans acuta febri, huc & illuc caput vertit, & nunquàm quietem, ſed dolorem invenit: Sic laſcivus, & impius ad delitias ſuas implendas, modo ad hoc opus, modo ad illud, ſe convertens, nunquam veram requiem; ſed anguſtiam, & dolorem invenit. Cum delitias ſemel impleverit, requiem invenire ſe credit; ſed magis tentationis aculeos ſentit. Damaſcus, ſaccus ſanguinis interpretatur. Et ſenſualitas noſtra, vel caro meri to dicitur ſaccus ſanguineus, quæ cum nobis deberet eſſe ſaccus humilitatis, & pœnitentiæ, facimus eam ſaccum ſanguineum; Id eſt, peccatis plenum. In hoc lecto iacent, qui in carnalibus delitijs reſoluti torpent. Sed Dominus qui paraliticum ſanavit; ab iſta paralyſi nos ſanare dignetur.

Damaſcus interpretatur ſaccus ſanguinis.

Senſualitas noſtra vel caro dicitur ſaccus ſanguineus.

61 Cæcus ſedebat iuxta viam quando deſcendit Dominus in Iericho, & exclamavit: *Fili David, miſerere mei.* Vt habetur *in Luca*: 18. *F: G*: Paraliticus iacet ex toto inutilis. Sed cæcus ſedens eſt, qui viam vitæ deſiderat monſtrari, & cæcitate impeditus, poſtulat videre. Exemplo igitur cæci, non aurum, non argentum, non divitias quæramus; quoniam hæc ſunt tenebrę palpabiles, quæ oculos tenent, & excęcant, ne lucem viſionis æternę videant. Stat iuſtus. De ſtante in 3. *Libro Regum*: 17. *à Dixit Elias de habitatoribus Galaad ad Achab. Vivit Dominus Israel, in cuius conſpectu ego ſto, ſi erit annis his ros, aut pluvia, niſi iuxta oris mei verba.* Ille ſtare dicitur, qui pro diverſis tentationibus non inflectitur, nec in culpam mortalem labitur. Vndè Apoſtolus ad Epheſios: *6. C. State ſuccinti lumbos veſtros.* Si quis ambularet ſuper oram putei, omni diligentia caveret, ne caderet: Sed non eſt maior puteus, quam peccatum, nèc caſus magis periculoſus, quam cum anima cadit, & moritur. *Iob. 36. C.* Gregor. *9. Omnis qui viam vitæ deſerit, in tenebris peccatorum ſe ducit, & ſemetipſum quaſi in puteum ſe demergit.* State igitur firmitèr, & genua debilia corroborate, ne in hunc puteum corruatis.

Luca: 18. F. G

3. Regum 17. A.

Epheſios. 6. C.

Puteus maior non eſt, quàm peccatum. Gregor. 9.

62 Item, ambulant coniugati, quia ſarcina curarum temporalium præpediti, currere non poſſunt: Quoniam vt dicit Apoſtolus. 1. ad Corinth. 7. *F. Qui habet vxorem cogitat quæ ſunt mundi, & qualitèr placeat vxori.* Currunt Prælati, quia ſarcina vxoris & filiorum depoſita, citius ad Deum feſtinant. Sed contemplativi volant, quia vxores, & filios, & poſſeſsiones deponentes, citius quam Prælati ad Deum tendunt. De ambulantibus, Apoſtolus ad Epheſios 5. *D. Videte quomodo caute ambuletis*; ne mortalitèr peccando in Latrones incidatis. Non eſt ita inſanus, qui ſi ſciret in via Latrones eſſe, qui eum interficerent; quod per eam ambularet, ſeù tenderent. Sed in via ad proſtibulum, ad vſuram ſunt Latrones, qui

1. ad Corinth. 7. F.

Epheſios 5. D.

animas perimunt : Igitur talem viam ſummo ſtudio devitetis. De currentibus : Iſaia : 40. *G. Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, current; & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.* De volantibus. Pſalm. 54. *B. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ ; & volabo? &c.* Item, ambulant extra quadrageſimam: currunt in quadrageſima : volant in ſeptimana penoſa. Dominus protector in via ambulat cum ambulantibus. Vnde *Matth. 4. C. Dominus ambulavit iuxta mare Galileæ.* Currit cum curtentibus. Vndè Pſalm. 18. *B. Exultavit vt gigas ad currendam viam.* Volat cum volantibus. Vndè Pſalm. 17. *A. Volavit ſuper pennas ventorum.* In odorem vnguentorum tuorum cucurrit Petrus ad patibulum ; Paulus ad gladium : Stephanus ad martyrium: Riſit Laurentius in craticula: Vicit Vincentius in Cataſta.

Iſaia 40. *G.*

Pſalm. 54. *B.*

Math. 4. *C.*

Pſalm. 18. *A.*

Pſal. 17. *A.*

Quod odor diaboli multos facit ruere in infernum.

63 Sed odor Diaboli multos inficit. In odore ipſius plerique ad proſtibulum currunt : alij ad tabernam : alij ad vicos, & plateas : alij ad beneficia, & dignitates. Vndè per mare & per terram fugitur paupertas. Tandem currunt ad cætum diabolicum. Dicitur, quod Cete, quando eſurit, odorem emittit, & piſces odorem ſentiunt, & ipſum ſequuntur, donec ſe ingerunt in os eius, quod ſtatim eos devorat. Sic Diabolus, quoſdam attrahit odore luxurię : quoſdam odore vſuræ, aut ſuperbiæ, & ſic eos devorat in pœnis gehennæ. Ezechiel : 11. *D. Quorum cor poſt offendicula, & abominationes ſuas ambulat, Horum viam in capite ſuo ponam.* Dicitur quod Beatus Hugo cluniacenſis Abbas, quadam nocte vidit Diabolum intrantem in dormitorium, cum gallina in veru aſſata, & traxit eam ter, per os cuiuſdam Monachi, & receſsit: Et in craſtino idem Monachus poſtulavit licentiam exeundi, dicens : Quod non poterat, ſuſtinere ordinis auſteritatem. Gallinas aſſatas, & cętera præcioſa affectavit.

NOTA.

Cete quando eſurit, odorem emittit.

Ezechiel 11. *D.*

Exemplum. De Beato Hugone cluniacenſi Abbate.

64 Et reſpondit Abbas: Ecce, frater, viſio, quæ mihi apparuit, & narravit ei ; tamen non potuit eum ſic tenere ; Sed egreſſus, factus eſt Latro in Nemoribus Burgundiæ, & poſtea ſuſpenſus eſt. Ecce quod Diabolus cum in odore ſuo, immò fœtore, ad ſe traxit : Et nunc ſingulis diebus trahere, non ceſſat: Miſeri verò mortem ſuam ſequuntur. De quibus ; Ezechiel. 8. *G. Replentes terram iniquitate, converſi ſunt ad vitandum me.* Et quare? Subiungitur : *Et ecce applicant ramum ad nares ſuas.* Hoc eſt, quod nil ſapit eis, niſi vxoris ſuæ laſcivia corporis. Fœtorem igitur temporalium relinquentes, in odorem vnguentorum Chriſti, ad ipſum totis viribus curramus, vt ad bravium vitæ ęternæ perveniamus.

Ezech. 8. *G.*

INTRODVXIT ME REX IN cellaria ſua.

Quod Chriſtus oſtendit ſecreta ſua Eccleſiæ de Gentibus.

65 IAM adoleſcentulæ currendo ad Chriſtum pervenerunt. Quid fecit eis ſponſus, ſubiunxit dicens. *Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Sicut Salomon oſtendit. 3. *Regum.* 10. *A. Et Paralipomenon ſecundo. 9. A.* Sapientiam ſuam, & domum ſuam, quam ediſicaverat ; nèc non & cibaria menſæ ſuæ, Reginæ Saba : Ita Chriſtus ſecreta ſapientiæ ſuæ, Eccleſiæ de Gentibus.

3. *Reg.* 10. *A.* 2. *Paral.* 9. *A.*

De Cellario multiplici.

66 Eſt cellarium ſcripturæ, gratię, & gloriæ. Cellarium gratiæ: Cellarium gloriæ. Primo introducitur ſponſa in cellarium ſcripturæ, quando rudimenta fidei incipit addiſcere. Secundo, in cellario gratiæ, quando Sacramenta recipiendo, ei gratia infunditur. Tandem recipitur in cellarium glorię ; quando præmia vitæ eternæ percipiuntur. In primo cellario bibit Eccleſia aquam vinum factam. In ſecundo, vinum de Cælo miſſum. In tertio, vinum defœcatum. Aqua vinum facta, eſt quando ſenſus hiſtorialis mutatur in miſticum. Vinum de Cælo miſſum, eſt infuſio ſeptem donorum. Vinum defœcatum, eſt præmium æternum, à fœcibus pœnæ & culpę ſeparatum.

De cellario ſcripturæ. Exodus 3. *A*

67 Si ſignum primæ introductionis, legitur in Exod, 3. *A. Moyſes minavit gregem ad interiora deſerti, & apparuit Dominus inflamma ignis in medio rubi.* Sic Prælatus debet ducere oves ſuas ad interiora ſcripturarum: Ibi apparebit Dominus

in

Rubus eſt homo vilis, & contẽptus ſpinis culpæ, & pœnæ repletus.

in rubo. Rubus eſt homo vilis, & cõtẽptus, ſpinis culpæ, & pœnæ repletus. Flamma in rubo eſt charitas in pectore. Deus apparet inflamma charitatis; *Quoniam qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* 1. *Ioann.* 4. *C.* In hoc cellario tot ſunt dolia, quot ſacræ ſcripturæ volumina. Moyſes appoſuit quinque: Prophetæ poſſuerunt ſua. Bonus Iesvs appoſſuit quatuor optima; ſcilicèt, quatuor evangelia. Apoſtoli cætera. Hauriatis igitur vinum de dolijs Salvatoris, quod faciet vos ſalire in æternam vitam.

Flamma in rubo eſt charitas in pectore.

1. Ioann. 4. C.

68 Non quilibet introducendus eſt in hoc cellarium. Unde veritas: Math. 7. *A. Nolite ſanctum dare canibus, & margaritas ſpargere inter porcos.* Hoc eſt, ne reveletis miſteria Eccleſiæ hęreticis, qui more canum ſemper oblatrant: Nèc porcis; ſcilicèt, Sarracęnis immundis, qui margaritas conculcant. Item, nec debemus introducere aliquos ad vanam gloriam. Vndè Ezechias ad vanam gloriam nuncijs Regis Babyloniæ, omnes thæſauros domus Domini, & domum aromatum oſtendit: Et ideò comminatus eſt ei Dominus; vt habetur 4. *Regum* 20. *C.* Et per Iſaiam 39. *C.* Dicentem: *Ecce dies venient, & auferentur omnia: quæ ſunt in domo tua.* Similiter ab illis, qui diſputant eleganter, aut ſermocinantur ad vanam gloriam, auferentur omnes ſcientiæ; quoniam humilitatem habenti dabitur. *Math.* 13. *B. Et* 25. *C. Marc.* 4. *C. Luca* 8. *C. Et* 19. *D. Habenti dabitur*: Et quod ſuperbus habere videtur; *Auferetur ab eo.* Quidquid docuerit Ariſtoteles, Plato, Hipocrates ad vanam gloriam, iam ablatum eſt eis in Babylonem, id eſt, in confuſionem ſuã. Oves Chriſti in hoc cellarium ſunt ducendæ.

Math. 7. A.

4. Regum 20. C.

Iſaia 39. C.

Mat. 13. B. & 25. C. Marc. 4. C. Luca 8. C. & 19. D.

De his, qui ducunt oves ſuas ad paſqua mortifera.

69 Sed plerique ducunt oves ſuas ad paſcua mortifera, id eſt, ad poſſeſsiones acquirendas, ad prebendas multiplicandas ad mortem ſuam. Iſti ſunt filij Cain, qui ait minori fratri ſuo Abel. Geneſ. 4. *B. Egrediamur foras*, & conſurrexit maior contra minorem, & interfecit eum. Sic Prælati verbo, & exemplo ſubditos ſuos, extra contemplationem cæleſtium, ad curas terrenorum ducunt, & animas eorum ſic interficiunt. Iſtud video. Nam ſi Cardinales, ſi Epiſcopi habent conſanguineos; non eos ad Theologiam collocant; nec religionem intrare faciunt: Sed ad poſſeſsiones, & dignitates acquirendas illos deputant. Ideò conquæritur Dominus per Ieremiam: Tren. 1. *F. Facti ſunt filij mei perditi, quoniam invaluit inimicus.* Et conquæritur Dominus de tali Cain: Geneſ. 4. *B.* dicens: *Vbi eſt Abel frater tuus? Quid feciſti?* Quaſi diceret; Quare verbo, & exemplo filios omnes interfeciſti? *Maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua.*

Geneſ. 4. B.

Treni 1. F.

70 Ita dicit Dominus Prælato. O Cain! Ita maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & non ſolum vnum Abel: Sed multos ſubditos ſuſcepit de manu tua, & ad infernum tranſmiſit. Sequitur: *Vagus, & profugus eris ſuper terram.* Hæc maledictio deſcendit iam in capita Prælatorum, qui ad villas, ad caſtra, ad curias Regum vagantur, qui denarios, & bonas procurationes venantur; De cura animarum minimam habentes curam. Plus dolet Prælatus, ſi equus moritur; quam ſi anima damnetur. Iſti egrediuntur à facie Domini, id eſt, à contemplatione cęleſtium, & habitant ad oriẽtalem plagam Edom; quod interprætatur delitiæ, & habitant in delitijs carnis, quas vt appeterent ab ortu ſuo contraxerunt. Iſti habitant in cellarijs Diaboli, quibus ſunt dolia luxurię, gulę, avaritię, & aliarum ſpinarum. Hęc ſunt tabernæ Diaboli, vbi animas ſuas interficiunt. Conſequenter in hoc cellario bibit vinum luxuriæ, & poculum gulæ. Achab, & alij vt habetur *Iudicum* 14. *&* 16. per totum. *Geneſ.* 25. *&* 3. *Regum* 17. Poculum idolatriæ, & ſenſum ſuum amiſſerunt, & plerique mortem in his guſtantes, damnati ſunt.

Malus Prælatus plus dolet ſi equus moritur, quam ſi anima damnetur.

Edon interprætatur delitiæ.

Iudicum 14. 16. per totũ. Geneſ. 25. 3. Regum. 17.

71 Raro intraret quis cellarium, in quo ſciret vinum venenoſum eſſe, de quo, qui biberent, morerentur. Iob. 6. *B. Quomodo quis guſtabit, quod guſtatum affert mortem?* Certe omnes iſti vinum venenoſum bibunt, mortem æternã incurrunt.

Iob. 6. B.

Iſaia

Iſaia 55. A.

Iſaia 55. *A. Omnes ſitientes venite ad aquas*: Ad cellaria Salvatoris: *Et qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite abſque argento, & abſque omni commutatione vinum, & Lac.* Mirum eſt: In cellario Salvatoris pro nullo bibes vinum ſalutiferum, quantum volueris. In cellario verò Diaboli oportebit, te aliquid dare, vt mortem bibas: Quoniam de viliſsima meretrice, non guſtabis, niſi aliquid tribuas. Sed de Salvatoris dolijs poteris, ſine aliquo pretio, bibere. Ecce quod carius emitur infernus, quam Paradiſus: mors, quam vita: dolor, quam lętitia. De regno Dei, dicit Greg. *Nibil vilius cum emitur, nihil carius cum poſsidetur.*

Meretricē viliſsimam non guſtabis niſi aliquid tribuas.

NOTA. Carius emitur infernus quam Paradiſus mors, quam vita dolor, quam lætitia.

Gregor.

De Cellario gratiæ.

72 De cellario gratię biberunt Apoſtoli in Penthecoſte, quando aperta fuit taberna Paradiſi, vbi inebriantur filij Dei. Vndè Ioel 2. *G. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem; & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ: Senes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuvenes veſtri viſiones videbunt*: Sicut potus corporalis facit hominem ſomniare; ita poculum gratię, quos inebriat, facit vera ſomniare, videre, ſcilicèt filium Dei in carne: Deum pati; à mortuis reſurgere, & vitam ętern am dare; ſomnium videtur prophanis, & mundatis. Sed pleni gratia hęc vera ſomnia videbunt, quæ Deus convertet in ſummum bonum. Item Iſaias 44. *A. Effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam: Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam.* Sic Deus effudit dona gratiarum in corda fidelium, & ſingulis diebus effundere, non ceſſat. Eijciatis ergo omnem immunditiam à cordibus veſtris; quoniam ea Dominus vino gratię, & benedictionis implere deſiderat.

Ioel 2. G.

Iſaia 44. A.

De cellario gloriæ.

Ioann. 14. A.

73 Cellaria gloriæ ſunt manſiones vitę ætern ę, de quibus *Ioann.* 14. *A.* Veritas ait: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt*: In his cellarijs, tot ſunt dolia, quot gaudia: Dominus largiſsimus de omnibus dabit ad bibendum. Iſaias 66. *D. Ecce declinabo ego ſuper Ieruſalem*: Ideſt, congregationem fidelium: *Quaſi fluvium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium, quam ſugetis.* Quaſi diceret: Salvandi nihil aliud bibent, nihil aliud ſugent, niſi gloriam, & gaudium. Vnum dolium erit iuventus ſine ſenectute; aliud, pulchritudo ſine deformitate: aliud, gaudium ſine dolore: aliud, vita ſine morte: aliud, dilectio ſine fictione: aliud, cogitatio ſine errore. Hoc vinum prędconizamus: Hoc gaudium clamamus, maius eſt in infinitum, quam laudare poſsimus. In Deut. 33. *D. Solus oculus Iacob.* Ideſt luctatores videbunt ipſum Deum, qui eſt panis vivus. Cœli dicuntur Doctores, qui coruſcant miraculis, intonant in hymnis, & pluunt doctrinis. Iſti caligabunt rore cęleſti, id eſt, multa dicunt de illa gloria, ſed totum quod dicunt, nihil eſt, reſpectu illius, quod tunc aparebit.

Iſaia 66. D.

Deut. 33. D.

Cœli dicūtur Doctores.

74 Regina Auſtri vt habetur in 3. *Regum* 10. *A. Et* 2. *Paralip. 9. A.* Quando vidit Salomonem, & converſationem eius, ait: *Vidi oculis meis, & probavi, quod media pars mihi nunciata non fuerit: maior eſt ſapientia, & opera tua, quam rumor, quem audivi.* Sic dicet quælibet fidelis anima, cum viderit in claritate cæleſti omnem ſapientiam veri Salomonis, domum, quam ędificavit nobis, & cibos menſę eius, & habitacula ſervorum, & ordinem miniſtrantium, veſtes que eorum, & pincernas. Domus quam ędificavit nobis verus Salomon, eſt templum non manu factum, ſed cęlum, vbi nec calor, nec frigus, nec grando, nec pluvia, ſed gaudium, & lętitia. Cibi menſæ, ſunt refectiones æternę. Habitacula ſervorum, ſunt multæ manſiones iuſtorum. Ordo miniſtrantium, ſunt novem ordines Angelorum. Veſtes ſplendidę, ſunt virtutes præclarę. Pincerna dicitur *à Pin*, quod eſt acutum; & *cerno*, quia debet acute cernere, ne potus deſit diſcumbentibus. Iſti ſunt Prælati, qui debent infirmitates, & mores cuiuſque attendere, vt vbicumque detur potus ſalutaris, vt parvuli lac habeant, maiores vino ſubtilioris doctrinæ abundent. Certe, quando iſta in Cœlo videbimus, dicemus, quod medietas gloriæ

3. Regum 10. A. 2. Paralipom. 9. A.

Pincerna à quo dicitur.

non

1. *Ad Corint.* 2. C.

non eſt nobis annũciata, quam hæc ſunt: de quibus Apoſtol. 1. *Ad Corint.* 2. C. *Quod oculos non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quę præparavit Deus ijs, qui diligunt illum.*

℣.

Nemo poteſt fari,
Nèc dicere, nèc meditari.
Gaudia iuſtorum;
Sed, nèc tormenta malorum.

Cellaria gehennæ.

75 Alia ſunt cellaria Gehennę, in quibus ſunt dolia plena igne, plena ſulphure, & fœcibus cuiuslibet immunditiæ. Quilibet impius, quilibet Diabolus erit dolium, quod in ſe pœnas continebit, & pœnis ſuis alios inebriabit. Heu, quantum meretrix fœtebit, quæ modo dulce ſapit! Iſta replebunt hæc dolia; ſcilicèt fletus, & gemitus, & vlulatus; luctus, & cruciatus; ſtridor, & clamor; timor, & tremor; dolor, & labor; ardor, & fœtor; obſcuritas, & anxietas; acerbitas, & aſperitas; calamitas, & ęgeſtas; anguſtia, & triſtitia; Tortiones, & punctiones; amaritudines & terrores; fames & ſitis; frigus, & cauma; ſulphur, & ignis ardens in ſæcula ſęculorum, atque vermis non moriens. Ecce calix iræ Dei. De his dolijs bibent, qui in præſenti vitijs, & delitijs inebriantur. Bibamus ergo de cellarijs ſcripturæ, & gratiæ, vt tandem ſatiemur in cellario vitæ æternæ.

EXVLTAVIMVS ET LÆTAvimur in te.

Quod non poteſt quis diu, ſine gaudio ſubſiſtere.

76 Exultatio eſt exterius, Lętitia interius: Exultatio in opere, lætitia in mente. Quodlibet animal tendit ad delectabile, tendit ad gaudium, quoniam de facili non poteſt diù ſine gaudio ſubſiſtere.

De his qui diverſo modo gaudent, vel de exultatione & lætitia.

Pſalm. 39. A.

77 Plerique gaudent illicitis, vt in dèlicijs carnis, in vanitatibus, in inſanijs falſis, vt habetur in *Pſalm. 39. A.* Quoſdam video, qui ſummum gaudium reputant cum ſplendide comedunt, cum bene ſe inebriantur, quos deflet Apoſtolus ad Philip. *3. D. Multi enim ambulant, quos ſepe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus, venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt.* Illi ventrem faciunt Deum, qui ita laborant de edendis, quaſi in iſta vita ſit ſalus alias: Quia ſicut legitur in Pſalm. 77. *D. Adhùc eſcæ eorum eran in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos.* Nam pingues morſelli cum tanta aviditate, cum tanta ingluvie quandoquidem aſſumuntur, quod gratia amititur, & ira Dei per culpam inmittitur. Sic quidam miſeri, qui cum tranſglutiunt morſellum dulcem & pinguem, aiunt; Hęu, quare non adhùc reverteris, ſcilicèt vt iterum in eo poſsim delectari. Et quæ eſt maior inſania, quam quod pro vno pomo, pro vno morſello, quis tradatur Diabolo, Leoni, & vrſo?

Philipenſes 3. D.

Pſalm. 77. D.

De Gaudio Luxuriæ.

78 Alij delectantur in Luxuria, pro qua diluvij aquę inundaverunt totam terram, & ſubmerſerunt tam homines, quam animalia. De hac Greg. *Brevis eſt delectatio fornicationis.* Item, Omnen bonum tollit. Vndè Prober. 29. *A. Qui autem nutrit ſcortum, perdet ſubſtantiam*; ſcilicèt, ſubſtantiam pecuniæ, id eſt bona temporalia: Subſtantiam naturæ, ſcilicet vires corporis, quia Luxuria eneruat corpus: Subſtantiam animæ, quia ipſam damnat: Subſtantiam gratiæ, quæ facit homines ſtare in bono: Subſtantiam gloriæ, de qua in Pſalm. 38. *B. Subſtantia mea apud te eſt.* Et ideò homo fit pecus per luxuriam: Vide in mea expoſitione morali Pſalmorum. Uer. 1824. Heu quam parva delectatio, quam modicum gaudium, quam grave damnum.

Greg.

Prov. 29. A.

Pſal. 38. B.

De Gaudio nobilitatis, & fortitudinis; & pulchritudinis de gaudio divitiarũ Seneca.

79 Alij delectantur in pulchritudine; In ſanguinis nobilitate; In corporis fortitudine. Dicit Seneca: *Generoſus es; Lauda Parentes: dives es; Lauda fortunam: pulcher, & fortis es expecta pauliſper, & non eris morigeratus: nunc demum laudaſti hominem.* Ieremia. *9. F. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur dives in divitijs ſuis: Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, & noſſe me.* Alij gaudent in divitijs. Oſſee. 12. *C. Dives effectus ſum, inveni idolum mihi.* Seneca: *Horum, qui felices vocantur, hilaritas ficta eſt.* Hinc eſt, quod quantumvis gravis, & ſub purpura, licèt non palam, triſtitiam gerunt. Ueruntamen,

Ieremia 9. F.

Oſee. 12. C.

Seneca.

☞ vt dico in mea Expoſitione ſuper Pſalmos, in Ver. 987. in fine; Non ſunt vituperandæ diuitiæ, quibus mercamur regnum Cœlorum; ſed cor appoſitum, quia non deuitiæ, ſed, amor in diuitijs ponere, & eis abùti, damnant, & culpam generant: Vide in prædicta Gloſa mea Pſalmorum, verſ. 1988. & 2515. Vis ſcire, ſi modum excedis in diligendo? Vide, ſi mendatium, periurium, furtum, vel ſimoniam pro diuitijs committeres. Amor diuitiarum eſt mortale peccatum. Si multum gaudes, cum diuitiæ adveniunt; Si multum doles, cum diuitiæ recedunt, cupidus es; auarus es; quoniam vt dicit Greg. *Sine dolore amittitur qui lquid ſine amore poſſidetur. Quę verò ardenter diligimus habita, graviter ſuſpiramus ablata.* Pone igitur manũ in ſinum; hoc eſt, conſidera te ipſum, & poteris perpendere, ſi diuitias diligis.

Amor diuitiarum eſt mortale peccatum.

Greg. ſuper Iob. Lib. 31. cap. 10. in medio.

80 Alij gaudent in riſu, in ioco, in verbis vanis, in dignitatibus, quæ omnes ſunt vanitates, & inſaniæ falſæ; ſicut fræneticus, vel demoniacus, ridet, & gaudet. Sed Parentes, qui ſciunt Diabolum in corpore, vel fræneſim in capite, dolent, & lacrymantur: Sic Prælati deberent dolere, cum viderent, impios in talibus gaudere. De his in Prov. 2. C. *Qui lętantur, cum male fecerint, & exultant in rebus peſsimis.* Greg. *Plerique gaudent iniquitatibus, quas flere deberent.* Quoniam vt dicitur in Luca. 6. D. *Væ vobis, qui ridetis nùnc; quia lugebitis & flebitis: Væ cum benedixerint vobis omnes homines.* Dicitur, quod Diogenes fere ſemper flevit, quia vidit homines ita intentos circa vanitates, quæ tam cito prætereunt. Dicitur etiam, quod alius Philoſophus ſemper riſit, quaſi homines deridendo; quia ita circa hæc tranſitoria erant ſolliciti. Hieronymus Doctorum maximus ait: Catonem illum Cenſorem ſemel in vita ſua riſiſſe. Certe, ſi latro duceretur ad ſuſpendendũ per prata, & amena loca, non delectaretur in eis: Nèc impij deberent in his delectari, quia plerique ad ſuſpendium inferni ducuntur. Greg. *Quaſi per amena prata ad carcerem pervenit, qui per proſpera preſentis vitæ ad interitum tendit.* Certe, qui eſt imitator talis, à Diabolo ducitur ad æternum ſupplicium; Ergo mirum eſt, quod in prato iſtius mundi talis delectetur.

De gaudio vano, & inſanijs falſis.

Prov. 2. C. Gregor. in Moral. Iob. Lib. 6. cap. 11.

Luca 6. D.

Hyeronymus.

Greg.

81 Quidam Rex ſemper erat triſtis, & nunquam ridebat, quæſivit ab eo frater eius, quare non gaudebat: Ait Rex, alias reſpondebo tibi: Conſuetudo ergo illius regni erat, quod, qui debebat interfici, fieret buccinæ ſonus ante ianuam domus eius: Miſsit ergò Rex tibicinem ante domum fratris, vt pulſaret buccinam, qui timuit dicens: Mortuus ſum. Ductus fuit ad Palacium Regis, & ſteterunt quatuor milites ex præcepto Regis gladijs evaginatis ſuper ipſum; & violatores, & tripudiatores vndique gaudium faciebant: Dixit Rex fratri: Quare non rideris? & quare non gaudes cum iſtis gaudentibus? Qui ait: Domine, quomodo ſum ridendus; ſivè gaudendus. Timeo enim, & contremiſco quatuor gladios, quos habeo ſuper caput, quia ego cogitans neſcio, quis citius percutiet me. Tùnc Rex fecit eum ſolvi, dicens: Nùnc reſpondebo tibi, quare gaudere non poſſum in mundo, quia quatuor gladijs ſuper caput meum manent, quos ſemper timeo, quando me ferient: Vnus gladius, eſt timor meorum peccatorum: Alius, eſt timor mortis: Tertius, eſt timor iudicij: Quartus, eſt timor inferni. Propterea nulli conceditur in mundo, neque diu gaudere, immò ſingulis diebus videt quilibet, quod in aliquo diſplicet.

Exemplum de quodam Rege qui ſemper erat triſtis.

82 Vndè Gregor. *Vbique luctus, vbique deſolatio, vndique percutimur, vndique amaritudinibus replemur, & tamen cæca mente carnalis concupiſcentiæ, ipſas eius amaritudines amamus: Mundum fugientem ſequimur; Labenti in hęremus; & quia labentem retinere non poſſumus; cum ipſo labimur.* Idem. *Alios in captivitatem duci; alios detruncari; alios interfici videmus: Si talem mundum adhùc diligimus, non gaudia, ſed vulnera amamus.* Non delectemur igitur in delitijs, in quibus fœditas: Non in divitijs, in quibus cupiditas: Non in honoribus, in quibus vanitas. Quia vt ait Greg. *Dignum eſt,*

Gaegor. in homil. 28. ſup. Evang. erat quidam regulus: circa finem.

Gregor.

vt

vt in ſe mortem inveniat, qui derelicto creatore in ſe gaudium quærebant. Sed delectemur in Deo, in quo veritas: quia vt dicit Bernar. *Omnis delectatio huius mundi, nèc non univerſa eius gloria; & quidquid in eo denique concupiſcitur, prorſus modicum eſt in illius felicitatis, in illius gloriæ comparatione. Si tamen modicum illud dici debetur, & non potius nihil.* Item Auguſt. *Quid pulcrius eſt eo, qui omnia fecit: Quid utilius: Quid potentius.* Item cum anima ſit creata à Domino, ille ſolummodo appetendus eſt ei iure, & nihil ſufficit ſibi niſi Deus: Ideò dicit Greg. *Non nos delectet in terris, qui Patrem habemus in Cælis.*

Bernar.

Auguſt.

Gregor.

NOTA. Angelus malus non poteſt eſſe in corde hominis per eſſentiam. Cor iuſti eſt ſedis Trinitatis.

83 Nota, quod dicunt Sancti, quod Angelus malus non poteſt eſſe in corde hominis per eſſentiam, quoniam cor iuſti eſt ſedes Trinitatis: Sed qualiter hoc eſt intelligendum; quod quia in corde carneo poteſt eſſe ventus, palea, vermis, non Diabolus? Si intelligas de corde quod eſt cogitatio, ſecundum illud, ibi fixa ſunt corda, vbi vera ſunt gaudia: ſic conſtat, quod Diabolus bene poteſt eſſe in cogitatione, quia plerumque de Diabolo cogitamus. Item, ſi cor dicitur anima conſtat, quod nihil ineſt animę, niſi forma eius per eſſentiam: Ergo vide quod nec etiam Deus poſſet in corde eſſe per eſſentiam ſolam: Intelligo quod ſumatur cor, pro anima, quę ſolius Dei eſt capax, & ſemper eſt in motu; donec ipſo Deo impleatur, donec in ipſo quieſcat, ſemper alienſiones ponit in corde, donec videat Deum Deorum in Sion. Ergò ſolus Deus poteſt eſſe in corde hominis per dilectionem, quando ſuavitas, vel bonitas, vel fortitudo eſt in homine, in ea delectatur: Sed in Deo ſumme delectabitur; ſumme quieſcet; ſumme gaudebit: Ideò cor iuſti ſolius Dei eſt capax. Etiam ait Aug. *Quod melius cognoſcitur res in verbo, quam in ſua propria natura.* Quia tunc cognoſcitur res in ſua vera, & ſumma Luce: in ſua vera, & ſumma eſſentia. Vnde maior erit in nobis tunc delectatio ex ipſo, & in ipſo, quam ex nobis, & in nobis.

Cor iuſti ſolius Dei eſt capax. Auguſt.

84 Ieſu bene qualiter poterimus in te delectari, niſi hoc dederis? Similes ſumus adulteræ, quæ habet maritum & Dominum pulcherrimum: Plus tantùm diligit viliſſimum rivaldum. Si quæritur ab ea, quare autèm rivaldum diligit? Reſpondit; Scio quod maritus meus pulchrior eſt & melior; tamen plus rivaldum diligo, quantùm verò neſcio. Sic bone Ieſu, ſcimus te eſſe optimum animæ maritum, dulciſſimum, pulcherrimum, ſapientiſſimum; tantùm plus, quam diligimus rivaldum turpiſſimum, viliſſimum, falſiſſimum; Scilicèt mundum iſtum. Item, ſimiles ſumus cuidam, qui potuit ſplendide comedere, & ſimiliter bibere in domo, & quieſcere in domo Patris ſui; ſed plus diligit, eſſe cum meretricibus; gallinas, cepe, & porros furari, & de furto vivere. Sic bone Ieſu, nos poſſumus bibere in domo tua vinum, id eſt in Eccleſia honeſte, & bene vivere; Sed plerique plus volunt cum meretricibus habitare, ex vſura & iniquitatibus vivere: quod dicit Salomon in Prover. 9. D. *Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavior.*

Prov. 9. D.

85 Similes ſumus Filio prodigo, qui exivit de domo Patris ſui, & ad tantam egeſtatem pervenit, quod volebat ſaturare ventrem de ſiliquijs porcorum, & nemo illi dabat. Vt habetur *Lucæ* 15. *D.* Sic plerique volunt habere delicata cibaria, pulchras mulieres, quæ ſunt cibus porcorum; id eſt immundorum, & tùnc habere non poſſunt. Igitur cum ſimus nati Filij iræ, carnem portamus peſſimam, quę ſemper ſuadet ſuavia; ſuplet gaudia. Mundum videmus turbidum, qui ſuadet inania, in talibus nèc non delectamur, niſi in te gaudere; in te delectari tribuas. Vnde dicit Aug. *Dulcedinem tuam Domine quærimus, qui nos tuis amaritudinibus & livore ſanati.* Ergò infunde nobis ſtillam tuæ dulcedinis, vt digne potentes dicamus: *Oculi omnium in te ſperant Domine*, vt illud tribuas; Pſal. 144. C. Qui dulcoravit crucem Petri; Lapides Stephani; ignem Laurentij, faciat nos in tribulationibus, in penurijs, in adverſitatatibus, exulta-

La 15. D.

Auguſt.

Pſal. 144. C.

re,

re, vt per huius mundi varietates, ſpiritualiter gaudentes, ad gaudia vitę eternæ, vbi exultabimur, & lętabimur in te, valeamus peruenire.

MEMORES VBERVM TVORVM ſuper vinum.

Quod plus ſapiunt ſcripturę, quam delitię carnis.

86 QVASI dicat: Nos fideles exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum ſcripturarum veteris, & noui Teſtamenti; non corporalis dilectionis. In tribus conſiſtit amor humanus: Aut in diuitijs, aut in delitijs, aut in vanis honoribus. Hęc omnia vinum dicuntur; quia quaſi vinum ſapiunt. Vbera ſcripturæ dicitur vir iuſtus: De his vberibus: *Pſal.* 18. *B. Deſiderabilia ſuper aurum*, quod diuitias ſignificat; *Et lapidem prætioſum multum*: Quod honores deſiderat. Item, *in via mandatorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs.* Quod plus ſapiunt, quam delitiæ; vt dicit Pſalmus citatus. *Dulciora ſuper mel, & fauum*, quam dulcedinem delitiarum ſignant. Et ecce in Eccleſiaſtico 23. *D. Nihil dulcius quam reſpicere in mandatis Domini.* Ideò iuſti memores ſunt vberum ſuper vinum. De vino multiplici, & de diverſis vberibus ſupra n. 12. 14.

Amor humanus conſiſtit in tribus.

Vir iuſtus dicitur vbera ſcripturę. Pſal. 18. B.

Eccleſiaſticus 23. D. De vino multiplici: Et de guloſis.

87 Eſt autèm vinum; quo inebriantur guloſi: Aliud, quo voluptuoſi: Aliud, quo damnati: Aliud, quo ſalvati. Vinum, quo inebriantur guloſi, eſt vinum materiale, de quo Iſaia. 5. *E. Væ, qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.* Vbi dicit Interlineal. *Potentior iudicatur magis ebrius.* In Prover. 23. *D. Cui væ? cuius patris vę? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? Nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?* Eccè pericula, quæ vinum indicit. Væ! Ipſi, qui Deum ſuum vinum committit. Væ! Patri, qui affligitur, quomodò Filius inebrietur; quoniam *Filius ſtultus eſt dolor Patris*: *Proverb.* 19. *B.* Cui rixæ quantum proximo, & ſecum frequentèr rixatur; multa ei dicit, & facit ebrius. Cui foueæ infernales: Quia hic inebriantur vino; in fovea gehennæ inebriātur ſupplicio. Cui ſine cauſa ſunt vulnera: Quo ad litteram, quam contigit.

Iſaia. 5. E.

Interlineal. Prouer. 23. D

Prou. 19. B.

88 Anima enim ſine cauſa vulneratur, quia cauſa compelente. Anima ex vulnere ebrietatis moritur. Cui ſuffoſio oculorum: Plerique enim ex vino paterentur, quod eis oculi ſuffoderentur, licèt de oculis mentis hęc poſſunt intelligi, & ſimili modo exponi. Attende quod Noè, per ebriatatem verenda detexit: Ebrietas ſeruitutem introduxit: Per ebrietatem Loth inceſtum commiſit: Vndè verſus quidam ait.

Anima ex vulnere ebrietatis meritur.

Gen. 9. D. Ebrietas ſeruitutem introduxit. Gen. 19. F. G.

Qui bibis in vaſo argenteo,
Diuitis, Lazari que memento.
Ut quia bibas parce
Loth te movet, & Patriarchę.

In tabernis eſt menſa Diaboli; in iocis talorum periuria, blaſfemiæ, verba polluta, quæ omnia ſunt fercula Diaboli multiplicata. Ebrietas ergo (vt dico in gloſa mea ſuper Pſalmos) eſt Dęmon blandus, venenum dulce; voluntaria rabies; ille cebra honeſtitatis, & pudoris inimica. Vide in Pſal. 77. Verſum. 1348. Per Deum iurare, eſt quantum in ipſo eſt, Deum interficere. Per dentes, vel oculos Dei iurare, eſt quantum membratim dilaniare: quoniam dentes eorum, & labia ſunt gladius accutus, qui Deum laniat. Si quis faceret alij iniuriam; baiulinus vile ſumeret vindictam. Sed ſi iniuria Deo infertur, nulla pœna talibus irrogatur. Item, non ſufficit eis ſatisfacere naturæ; Sed etiam epulas, vel aliquod ſalſum comedunt, vt excitent apetitum; Et in tantùm bibunt, quod in vinum ſepeliuntur.

Menſa Diaboli eſt in Tabernis: In iocis talorum periuria, blaſfemiæ, verba polluta.

89 Eſt vinum, quo inebriantur voluptuoſi. Hoc vinum, ſunt fornicationes: Adulteria: Comeſſationes: Riſus: Iocus, qui eſt ſomnus: Et cætera, quibus impij delectantur de quibus Iſaia 19. *C. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis, & errare fecit Ægyptum in omni opere ſuo; ſicut errat ebrius, & vomit.* Spiritus vertiginis, eſt quædam infirmitas, quæ facit hominem in circuitu ambulare, & cadere, & cum cadit, videtur quod

De vino culpę quod inebriat animā. Vel de voluptuoſo. Iſaia. 19. C.

Spiritus vertiginis.

quod mundus ſuper ipſum reverſatur; Sicut pueri, qui corruunt in circuitu talem ſpiritum habent in capite, qui facit illos huc, & illuc revertere, & cadere. Certe, hunc ſpiritum habent voluptuoſi, qui ad diverſas delitias inordinate currunt; qui cum ſatiati fuerint vno vitio, ad aliud tendunt, in tantum, quod in infernum currunt, ſeù cadunt, & totus mundus ſuper illos reverſatur, quia claudetur os putei ſuper illos; taliter, quod nunquam poterunt indè egredi. De his; Ieremia 25. *E. Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite*, permiſsive loquitur: Bibite vinum voluptatis; inebriamini delitijs: Uomite; hoc eſt, in iuditio; omnes ſordes vitiorum expellite, vt delitię, quæ nunc ſapiunt, tunc toti mundo fœteant. Tandem cadite in puteum gehennæ.

Ieremi.25. E.

90 Abſalon invitavit Amnon, & cum inebriatus eſſet, interfecit eum. Abſalon, qui interprætatur pax pacis, eſt Diabolus, qui conſulit vnicuique, quod peccet, & in fine pacem cum Deo faciet. Sed cum vitijs, & delitijs inebriati fuerint, interficit. De hoc vino dicitur in Deut. 32. *E. Uva eorum, uva felis, & botri amariſsimi; fel draconum vinum eorum.* Nihil enim amarius, nihil fœtidius, quam culpa. Si dicas, quod pœna, hoc falſum eſt; quoniam Chriſtus pœnam guſtavit; ſed culpam guſtare non potuit. Quando ergo Diabolus hoc vinum tibi porrigit, reſponde cum filijs Rechab dicentibus, vt habetur in Ieremia 35. *B. Non bibemus; quia Ionadab filius Rechab pater noſter, præcepit nobis dicens; non bibetis vos vinum; & filij veſtri, vſque in ſempiternum*: Ideò ſalvati ſunt quia vino culpæ in præſenti abſtinent.

2. Regum 13 F.

Abſalō interprætatur pax pacis.

Deut. 32. E.

Ieremi.35. B.

91 De vino infernali, quod potius fœx, & præfœtor, & ardor nuncupari poteſt. Ierem. 25. *Deſume calicem vini furoris Domini de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus: bibent, & turbabuntur, & inſanient à facie gladij, quem mittam inter vos*: Quaſi dicat: Potus pœnæ, & timor gehennæ, qui gladius poteſt dici, faciet ipſos inſanire, vt nullum ſenſum habeant, nil niſi pœnā ſentiant: Vndè dicit Auguſtin. *Erit in eorum mentibus oblivio Dei.* Tantis afficiētur doloribus, vt illuc ſolum intendat impetus cogitationis, vbi ſentitur vis doloris. Ieremias autem, cum multos numeravit filios perditionis, dixit. *Rex Seſach bibet poſt eos.* Seſach qui fuit Rex Ægypti, interprætatur ſaccus viliſsimus, & figuratur Diabolum, qui dicitur ſaccus, quia interius detinet iniquitatē: viliſsimus; quia exterius demōſtrat pulchritudinem: Iſte cum aliquos inebriaberit per culpam, inebriabit etiam per pœnam. Ecce quod qui in præſenti inebriantur, in futuro inebriabuntur ſupplicijs. Vndè Ierem. 25. *F. Bibentes bibetis, quia ecce in Civitate, in qua invocatum eſt nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quaſi innocentes, & immunes eritis?* Quaſi diceret; ex quo ſic punio iuſtos; nonne multo magis puniam impios? Greg. *Dum beati Iob pœnā conſidero, ad Ioannem Baptiſtam oculos emitto, qui vir tantæ ſeveritatis, ob riſum turpium moritur.* Hic collige, quid alij paſſuri ſunt, quos Deus reprobat; ſi ſic puniuntur, quos amat.

Auguſtin.

NOTA.

Ierem.25. E.

Seſach interpretatur ſaccus, & figuratur Diabolum.

Qui in preſentī inebriātur delitijs, in futuro inebriabuntur ſupplicijs.

Ierem. 25. F.

Gregor.

92 De vino gloriæ, quo inebriantur iuſti: Iſaias 25. *B. Et faciet Dominus exercituum omnibus Populis*: Scilicèt ſalvandis: *In monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum vindemiæ dæfœcatæ*: Quaſi diceret: Ibi erit vinum pinguium medullatorum, vindemiæ defœcatæ; quaſi, ibi erit vinum à fœcibus culpæ, & pœnæ defœcatum. Hoc vinum dicitur lac, & mel: Vndè Chriſtus dicitur, fluens lac, & mel, quando lacte humanitatis, quo nihil ſuavius: mele divinitatis, quo nihil dulcius; electos inebriat. Et quia talis eſt.

De vino Paradiſi.

Iſaia 25. B.

De vino infernali.

Ierem.25. D.

RECTI DILIGUNT TE.

93 QVam bonus Iſrael Deus, his qui recto ſunt corde. Qui rectus eſt, Deum diligit; & tam creaturam, quam creatorem. Iuſtus dicitur virga recta, & ad Deum erecta. Vndè, quæſitus Philoſophus ad quid factus eſſet, reſpondit: *Vt cęlum con-*

De recto, & curbo. Rectus Deum diligit. Iuſtus dicitur virga recta. Philoſophus

Ovidius.

templer, & cæli lumina. Vnde Ovidius: Cætera cumque, quæ ſpectent animalia, terram: Os homini ſublime dedit, cælum videre iuſsit, & erectos ad ſidera tendere vultos. De quo dicit. Pſal. 73. *A. Redemiſti virgam hereditatis tuæ.* Virga, quam redemit, nihil aliud eſt, quam homo. Vndè, Eccleſiaſtes 7. *D. Fecit Deus hominem rectum.* Ecce virga: *Et inmiſcuit ſe infinitis quæſtionibus.* Ecce iam efficitur torta. Hoc ſignatur per præſagium Moyſi, cui Dominus ait, vt legitur in Exod. 4. *A. Proijce virgã in terram: Proiecit, & verſa eſt in colubrum.* Vndè *Lucæ* 3. *B.* Vocat Phariſeos: *Genimina viperarum.* Quod de quolibet exiſtenti in mortali poteſt intelligi; qui ſunt venenati venenatorum filij. Vide: Si diligis cęleſtia, virga eſt recta: Si, terrena, coluber efficeris tortus. Iſaias 59. *B. Semitæ eorum incurbatæ ſunt eis:* Ita in Iob 30. *D. Frater fui Draconum: & ſotius ſtruthionum.* Ecce quod impij, dracones dicuntur: Sicut ſuperbus leo: Fraudulentus vulpis nuncupatur.

Pſalm. 73. A.

Virga, eſt homo.

Eccleſiaſtes 7 D.

Exodus 4. A.

Luca 3. B.

Iſaia 59. B.

Iob. 30. D.

Impij dicuntur, Dracones

Superbus dicitur, leo.

Fraudulẽtus nuncupatur, vulpis.

94 Sic qui in terrenis delectatur, ad vitia incurbatur: Tortuoſus, ſerpens dicitur: Quoniam vt dicit Iſaias 65. *D. Pulvis panis eſt*: Quia impius tantum in temporalibus reficitur, quę ſunt pulvis: Qui (vt dico in mea gloſa ſeu lectura ſuper Pſalmos. ver. 1259.) quęrunt in temporalibus requiem, decipiuntur; cũ moribus ſint plena. Bernard. *Si viderit hic quiſquã cuius ſit ſpiritus; quid diliget; quid cupiat; quid ſequatur. Dilectio autẽ non prohibetur; ſed qui diligit plus creaturã, quam creatorẽ, dignus eſt ſupplicio.* Plus diligit creaturam, qui contra præceptum Dei creaturę deſervit. Quidã autẽ diligunt ventrem ſuum, ſicut Eſau. Geneſ. 25. *D.* qui plus voluit ventri ſatisfacere, quam primogenita retinere. Dignitas primogenituręeſt quod obtineamus cælum, ad quod ſumus geniti. Sed primogenita vendunt, qui guloſe cibum ſumunt. Non igitur parvipẽdas primogenita tua more Eſau. Bernard. *Voluptas gutturis, quæ tanti hodie extimatur, vix duorum detinet latitudinem digitorum.* In ſcriptura reperitur comeſtio mala multiplex: Vide in dictionario meo, ibi, comeſtio.

Bernard.

☞

De dilectione gulæ.

Geneſ. 25. D.

95 Alij diligunt meretricem, ſicut Samſon: vt habetur: *Iudicum* 16 *B. C.* David Bethſabee. Ut in 2. *Regũ* 11. *A.* Amnon Thamar, vt in *eodem* 13. *A. B. C.* Hi omnes graviter peccaverunt. Illecebroſa margo libidinis, quantis laboribus, & diſpẽdijs interdicit, famę, vel honori, aut etiam ipſius periculo comparatur. Nam ad modicũ flagrans ſulphureus vapor furentibus ſtimulis agitat: cuius apetitus anxietatis, & vecordię actus abominationis, & ignominię, exitus pœnitudinis, & verecundiæ plenus eſſe digno ſcitur. Verſus.

Vxit in affectu venus,
Anxia punit in actu.
Inficit, & fœtet,
Quando patratur opus.
Poſt factum feciſſe piget,
Cito præterit illud,
Quod vitiat: æternum,
Quod cruciabit, erit.

Vndè; breve eſt, quod delectat, ęternum, quod crutiat.

De dilectione luxuriæ.

Iudicum 16. B. C.

2. Regum 11 A. & 13. A. B. C.

NOTA.

☞

Breve eſt, quod delectat: æternum quod crutiat.

96 Alij diligunt vanitatem mundi, ſcilicèt vocari largũ, bonum, probum, militem, bonum Clericum, ſapientem Epiſcopum. Vndè in Ioan. 12. *F. Dilexerunt enim gloriam hominum magis; quam gloriã Dei.* Quibus ait Chriſtus in Pſal. 4. *A. Filij hominũ vſquequo gravi corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendatium?* Quoniã tota gloria mundi vanitas, & mendax eſt; quia dicit: Felices, qui in dignitatibus alijs prę ferunt: *Quoniam beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt.* Sed mentiuntur: Quia quãto magis gloriabitur, tanto magis in gehenna torquębitur. In Apocal. 18 C. *Quantum glorificavit ſe homo, & in delitijs fuit: tantum date illi tormentũ, & luctum.* Non eſt ergo beatitudo, ſed ſumma infelicitas.

De vanitate gloriæ. Ioann. 12. F.

Pſalm. 4. A.

Gloria mũdi vanitas.

Apocal. 18. C

97 Alij diligunt divitias: In Eccleſiaſte 5. *C. Avarus non implebitur pecunia, & qui amat divitias fructum non capiet ex eis, & hoc ergo vanitas.* Alij diligunt parentes pluſquam Deum; de quibus Matth. 10. *D. Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me; non eſt me dignus.* Similiter de filijs in eodem: *Qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.* Alij amant filium, pluſquam Deum, qui pro filio vſuram, vel aliud mortale peccatum committunt: omnia hæc, mundus dicuntur; de quo Ioann. in pri-

De cupidis. Eccleſiaſtes. 5. C.

Matth. 10.

Ioannes in Epiſtola 1. cap. 2. B.

prima Epiſt. 2. *B. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt: Si quis diligit mundum non eſt charitas Patris in eo; quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Omnia enim peccata ad hæc tria reduci poſſunt. Et alibi: Iacobus 4. *B. Omnis qui voluerit eſſe amicus huius mundi, inimicus Dei conſtitutus eſt*: De his omnibus, Auguſtin. *Uæ tibi, ſi amaveris condita, & deſervieris conditorem, pulchra tibi ſunt; ſed quanto pulchrior eſt ille, qui iſta tibi formavit.*

Iacob. 4. B.

Auguſtin.

98 Videte ne ſubripiat à vobis Satanas dicens, quod ſolet dici: Bene nobis ſit in creatura Dei; quare illam fecit, niſi vt bene ſit nobis? Talia dicentes inebriabuntur, & pereunt, & obliviſcuntur creatorem ſuum Dominum; quia non temperate, ſed cupide vtuntur, immò & abutuntur creaturis, & creator contemnitur. De talibus, Paulus Apoſtolus in primo capitulo Epiſtolæ ad Romanos. *C. Coluerunt, & ſervierunt creaturæ; potius quam creatori*: Quod ad hoc vtique arram dat ſponſus, vt in arra ſua ipſe ametur. Item, quod hæc non ſint diligenda dicit Greg. *Pro magno diligi non debet quidquid fine circumſcribitur.* Temporalia momentanea ſunt, quia ea, aut amittimus moriendo, aut illa deſerunt pereundo: Sed illa diligenda ſunt, & ſummopere appetenda, quæ nèc inventa tranſeunt; nèc adepta deficiunt. Item, ſi diligis temporalia pluſquam Deum, vel Deum, non propter ſe, ſed pro temporalibus; amor tuus mercenarius eſt, quoniam meretrix, & vxor infidelis diligit ſponſum, non propter ſe; ſed, pro muneribus.

Ad Romanos 1. C.

Gregor.

Temporalia momentanea ſunt.

Meretrix, & vxor infidelis.

99 Omnes iſti ſe ipſos habent exoſos, quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Nonne habes odio, cui paras mortem; cui præparas pœnam: cui præparas ignem, vt comburatur: Cui facis patibulum, vt ſuſpendatur. Certe, ſuper hoc, facis tu animæ tuæ, cum peccas. Vndè Dominus per Iſaiam 50. *D. Ecce vos omnes accendentes ignem*: Hoc eſt, qui peccatis, ignem gehennæ accenditis: Quanto magis peccatis, tanto plura ligna apponitis: Vndè in die iuditij dicetur, vt in eodem legitur: *Accinti flammis ambulate in lumine ignis veſtri; & inflammis quas ſuſcendiſtis, in doloribus dormietis.* Vis ergo iuſtificari? Facias præcepta Dei; & hoc erit, Deum diligere. Vndè in Ioanne 14. *B. Si diligitis me, mandata mea ſervate.* Si venerint Dæmones, & dicant: Incurbare, vt tranſeamus, non credas, quoniam non tranſire, ſed manere ſuper te deſiderant. Si gitur ſis virga recta, & erecta, dicit tibi Diabolus: Inclinare ad divitias, ad delitias, diligas terrena. Amor Dei amore humano prævaleat. Hieronymus: *Difficile eſt humana non amare; ſed neceſſe eſt in quocumque mens noſtra trahitur affectu carnis, amore Chriſti ſuperetur; deſiderio deſiderium reſtringatur.* Quidquid indè minuitur, huic creſcit.

Iſaia 50. D.

Ioann. 14. B.

Amor Dei, amore humano prevaleat. Hieronymus.

100 Quidam in virga eſt inclinatus ad Orientem: Alius ad Occidentem: Tertius ad Auſtrum: Quartus ad Aquilonem. Ille dicitur virga inclinata ad Orientem, qui ea, quæ ex ortu carnis contraxit, ſectatur. Ex nativitate carnali traxit homo pronitatem luxuriandi; guloſe comedendi; delitias carnis adimplendi: Undè dicunt plerique: Luxuria naturalis eſt, & ideò in excuſabilis. De his Ezechiel 8. *Ecce in oſtio templi Domini inter veſtibulum, & altare, quaſi viginti quinque viri dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem.* Templum Domini, Chriſtus eſt. Hi vertunt dorſa ad Chriſtum, qui vitam ipſius imitari contemnunt. Sed delitias carnis, vt dictum eſt, adimplent. Tales ſunt filij Cain, qui fugiunt à facie Domini, & habitant in orientali plaga Edèm, quod interprætatur, delitiæ; quia in delitijs carnis totam vitam ſuam ducunt. Sed veritas. *Qui vult* (inquit) *animam ſuam ſalvam facere, perdet eam*: Id eſt, deſtruet animalitatem delitias ſubtrahendo.

Quod, quidã inclinãtur ad orientem: alij ad occidentẽ: alij ad auſtrum: alij ad Aquilonem.

NOTA.

Ezechiel 8. F

Templum Domini, eſt Chriſtus.

Edem interprætatur, delitię. Matth. 10. D Et 16. D. Marc. 8. D. Luc. 9. e. & 14. F. & 17. G. Ioann. 12. D.

De Virga inclinata ad occidentem.

101 Ille dicitur virga incurvata ad Occidentem, qui res caducas diligit, & concupiſcit; ſicut enim ait Greg. *Fructus mundi ruina eſt; ad hoc enim ereſcit, vt cadat: Ad hoc germinat, vt quod germinaverit cladibus conſummat.* Idem. *Nolite, fratres, diligere quæ videtis ſubſtare, non poſſe. Nolite diligere mundum, nec ea, quæ in mundo ſunt.* Infelix prorſus ambitio, quæ neſcit magna ambire. Vndè dicit Tholomeus: *Tota terra non eſt, niſi punctus reſpectu firmamenti: Nec aliquis totum punctum poſsidere poteſt.* Et quare cum tanto deſiderio particulam puncti appetimus, cum totum cælum lucrari valeamus. *Iob. 7. B. Memento, quia ventus eſt vita mea.* Greg. *Vita æterna, ſolida vita: hæc vita, nec ſolida, nec manere apparet.*

Gregor.

Tholomeus.

Iob. 7. B. Gregor.

De his qui ad Aquilonẽ inclinantur.

102 Ad Aquilonem inclinatur qui pro amore temporalium, vel paupertate, vel ſucceſſu proximi triſtatur. De hoc amplius infra capit. 4. Verſ. 16. Triſtitia ſæculi mortem operatur. Ecce Iohannas, qui triſtatur in deſtructione Edem, ſicut miſer in amiſſione pecuniæ: Quoniam domus, vinea, & pecunia non ſunt niſi Edem, quæ cito oritur, & cito moritur: Sed ſublata illa, infirmitas noſtra refocillatur.

Triſtitia ſæculi mortem operatur. Domus, vinea, & pecunia non ſunt niſi Edom.

De Lacrymis inutilibus.

103 Quantum vetula dolet, ſi amittit denarium, vel gallinam, non tantum dolet, ſi perdit animam. De talibus in Pſal. 13. *B. Tripidaverunt vbi non erat timor.* Id eſt, timere non debuerunt: De hoc amplius vide in mea gloſa Pſalmorum, verſ. citato 164. Item, Origenes ſuper illud: Flere cum flentibus, ait: *Sunt quædam lacrymæ, quibus noſtræ non ſunt iungendæ. Si luget, quia amiſſit pecuniam, meas lacrymas non iungam; quia tales lacrymas, luctus ſequitur: Et tantum ſi luget, pro peccatis, libenter iungam.*

Pſalm. 13. B.

☞

Origenes

De his qui ad Auſtrum inclinantur. Auguſtin. Gregor.

104 Ad Auſtrum incurvantur, qui de proſperis Lætantur. Auguſtin. *Mens illa Deum non invenit in adverſitate, quæ eum in proſperitate non quæſivit.* Gregorius: *Qui proſperitatem in terra invenit, authorem, qui eam tribuet, deſſerit.* Tales ſunt locuſtæ, quæ in æſtate cantant, in hyeme tacent. Nam cum divitias, & ſanitates corporum aſſequuntur, Deum laudant; Iuxta illud. Pſalm. 48. *D. Confitebitur tibi tum bene feceris ei*: Sed in adverſitate blaſphemant. De huiuſmodi: in Eccleſiaſtico *6. B. Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſsitatis.* Sic Dominus, quando vocat ad menſam; ad prævendam; ad divitias, multi ſocij veniunt; Sed quando clamat ad crucem, fere omnes recedunt. Sicut Petrus, qui ad menſam Chriſti venit; ſed à paſsione Chriſti receſsit.

P ſal. 48. D

Eccleſiaſticus 6. B.

105 Huiuſmodi ſunt lunatici, qui ſecundum crementum, & decrementum Lunæ deficiunt, & cadunt. Sic plerique operantur, quia incremento rerum temporalium lætantur: In decremento verò, triſtantur, & deficiunt. Vndè in Eccleſiaſtico 27. *B. Stultus ſicut luna mutatur.* Omnes iſti ſunt curbi; gibboſi; contracti: De quibus Pſalm. 43. *D. Conglutinatus eſt in terra venter meus.* Contractus cælum non reſpicit; ſed homines, qui aliquid ei porrigunt. Sic contracti, & curvi in anima non attendunt cæleſtia, ſed divites, vt dent eis beneficia; non quærunt alium Deum, quam Principes terræ. De his dicitur in Eccleſiaſtes 11. *A. Si cæciderit lignum ad Auſtrum, aut Aquilonem, in quocumque loco cæciderit, ibi erit:* Hoc eſt; ſi impius cadit in quocumque mortali, ibi erit. Sicut arbor cum ceciderit, per ſe non valet ſurgere, ſic nec impius. Ergo qui ſtàt, videat, ne cadat. Item, exponitur de caſu mortis: Quoniam qualiſcumque hinc exierit; talis in iuditio apparebit.

Eccleſiaſticus 27. B.

Pſal. 43. D. Contractus Cœlum non reſpicit.

Eccleſiaſtes 11. A.

106 Vir iuſtus, eſt virga recta, & ad Deum erecta, qui deſignatur per virgam Aaron, quæ erecta eſt coram Domino in tabernaculo; quę germinavit, & fronduit, & amigdalas protulit. Et quilibet iuſtus coram Domino in tabernaculo Eccleſiæ debet germinare per munditiã, & conſcientiam, frondem, per vbertatem doctrinæ, vt folium non de-

Vir iuſtus deſiguantur per virgam Aaron.

defluat: Florere per odorem bonæ famæ, amigdalas proferre, id eſt fructus bonæ operationis. Benedicta eſt virga, quæ fructus proiicit in vitam æternam. Immò iuſtus non ſolùm eſt virga, ſed ſcala Iacob in Cælum erecta: De qua in Geneſ. 28. C. *Vidit Iacob in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens Cælum*: Sed vbi cor eſt fixum, ibi verùm eſt gaudium. Vndè Apoſtolus ad Philipenſes. 3. *D. Noſtra converſatio in Cælis eſt.* Angeli ſunt, qui hanc ſcalam aſcendunt, & deſcendunt, per effectum, quando ſcilicèt faciunt iuſtum deſcendere, per operationem, vel aſcendere, per contemplationem. Vel deſcendunt opera noſtra conſiderando; & aſcendunt orationes noſtras ſurſum ferendo.

Iuſtus eſt ſcala Iacob.

Geneſ. 28. C.

Philipenſes 3. D.

VER. 4.

NIGRA SVM SED FORMOSA Filiæ Ieruſalem.

Vox ſinagogę. Quilibet iuſtus ſe ipſum vilem reputet.

107 VIdet Eccleſia, vel fidelis anima, quod afflicta eſt contritione, vel in inimicorum reputatione, ſeù oppreſsione: Vel contemptibilis mundi reputatione; dicit: Nigra ſum exterius, ſed interiori plenitudine, & Angelorum conſolatione, & Dei reputatione ſum formoſa.

De multiplice nigredine.

Ruth. 1. A.

108 Triplex eſt nigredo: Pœnæ: Culpæ: gehennæ. Nigredo pœnæ triplex eſt, vt prędictum eſt, ex eo quod interius conteritur. De prima, in libro *Ruth. 1. A.* Vbi Legitur quod Elimelech, & vxor eius Noemi peregrinati ſunt in terram Moab, quia fames fuit in terra Iſrael: Noemi verò amiſsit maritum ſuum Elimelech, & duos Filios Mahalon, & Chelion in terra Moab: Et quando vidit, quod Dominus viſitaſſet populum ſuum, & dediſſet ei eſcam, reverſa eſt cum ſola Ruth nuru ſua in Bethlehem, & dixerunt mulieres: *Hæc illa Noemi; quibus ipſa ait: Nolite me vocare Noemi (quod interpretatur pulchra) ſed vocate me Mara, (quod interpretatur amara) quia amaritudine replevit me Dominus.* Hæc Noemi ſignat animam fidelem, quæ (orta fame in terra Iſrael) ingreditur; ſed quando non datur eſca ſpiritualis in clauſtro, vel in Eccleſia, tranſit anima ad delitias carnales in terram Moab, (quod interpretatur ex patre) quia cum relinquitur terra bonę converſationis, fit ingreſſus in terram, quæ eſt ex patre Diabolo, vbi impius vivit, & commoratur.

Noemi ſignificat animam fidelem.

Moab interpretatur ex patre.

109 Moritur maritus eius Elimelech, (quod interprætatur regnum Dei); cum quis mortaliter peccat, tranſgreditur regnum Dei; in regnum Diaboli: In ipſo moriuntur Filij ſui Mahalon, & Chelion. Mahalon interprætatur ſecuritas: Chelion, incendium; quoniam ſecuritas bonæ conſcientiæ in ipſo moritur; quia ſcit, quod in poteſtate Diaboli commoratur: Chelion, (quod interprætatur incendium) ſignificat charitatem, quæ iuſtum ad bonum accendit. Chelion etiam moritur, quia incendium charitatis in ipſo extinguitur. Audit autem, quod Deus dedit eſcam populo ſuo, & revertitur, quando attendit, quod Deus dat refectionem populo fidelium, eſcam ſpiritualem in præſenti; eſcam glorię in futuro. Ruth interprætatur ratio, quoniam ſola ratio ſemper cum ipſo moratur; quoniam imagine, id eſt, ratione, qua ſumus Deo ſimiles, pertranſit homo.

Elimelech interprætatur regnum Dei. Mahalon interpretatur ſecuritas. Chelion interprætatur incendium ſignificat charitatem.

Ruth interpretatur ratio.

110 Mulieres, quæ prius illam noverant, dixerunt: *Hæc eſt illa Noemi*: Mulieres iſtę ſunt Angelicæ poteſtates, quæ inventa dragma congratulantur, quia *maius gaudium eſt in regno Cęlorum ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, &c.* Animam igitur ad Deum converſam vocant Angeli Noemi; Id eſt pulchram, quia non debet dici, quod fuit, cum incipit eſſe, quod non fuit: Quia vt ait Ecechiel 18. *E. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quę operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iuditium, & iuſtitiam: Vita vivet, & non morietur: Omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor.* Non aborret peccatores recipere Dominus, nèc peccatrices. Ierem. 3. *A. Si dimiſſerit vir vxorem ſuã, & recedens*

Mulieres Luca 15. B. C

Ecechiel 18. E.

Ierem. 3. A.

dens ab eo duxerit virum alienum: Nunquid revertetur ad eam vltra? nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: Tamen revertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.

111 Quaſi diceret: Quantumcumque peccaverit, licèt maritus noluerit vxorem, quę cum pluribus fornicata eſt, recipere: Tamen quantumcumque cum Dæmonibus per diverſa peccata fornicata fueris, recipiam te ſponſam meam, decoram meam vocabo te; hoc eſt, quod pater occurrit Filio prodigo revertenti, & cadit ſuper collum eius. Sed anima converſa dicit; nolite vocare me Noemi, id eſt pulchram; Hoc eſt, quod ait Filius prodigus: vt habetur in Luca: 15. *D. Iam non ſum dignus vocari Filius tuus:* Sed vocate me mara; Hoc eſt, quod dicit Filius prodigus: *Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis.* Item dicit, quia amaritudine replevit me Dominus: *Quia egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* Uere plena, quia à Deo repleta duobus Filijs; Id eſt ſecuritate conſcientię, & incendio charitatis concomitata: Sed in terra Moab, id eſt, in poteſtate Diaboli eſt omnibus bonis evacuata.

Luca 15. D.

112 Dæmones enim dicunt exinanite, exinanite; quaſi quidquid boni habetis, effundite; Hoc eſt, quod legitur in Ieremia: 50. *C. Primus comedit eum Rex Aſur; Iſte noviſsimus exoſſavit eum, Nabucho-Donoſor Rex Babylonis:* Aſur interprætatur dirigens; & ſignat ſuperbiam, quę erigit ſe contra Deum; quoniam ſuperbia eſt primum peccatum, quod hominem deiecit. Ex quo aliquis intendit contra Deum peccare, ſtatim devorat eum ſuperbia. Nabucho-Donoſor interprætatur, ſedens in anguſtia, & ſignat Diabolum, qui novit propriam culpam, & pœnam. Iſte ex toto exoſſat, quando per peccatum ſuperbiæ impium acquirit, & de peccato in peccatum impellendo; omnia bona extrahit.

Ieremi. 50. C

Aſſur interprætatur, dirigens.

Nabucho donoſor interprætatur, ſedens in anguſtia, & ſignat Diabolũ.

113 Ideò quilibet pœnitens debet reputare ſe nigrũ, & turpem, & miſerum; eo quod amiſsit Elimelech, Mahalon, & Chelion, id eſt, regnum Dei, & ſecuritatem conſcientiæ, & incendium charitatis. Item alia eſt ratio, quare anima debet ſe reputare nigram; quia guta ſanguinis, vel olei, ſi cadit in pannum Laneum, ſemper aliquam relinquit maculam. Sic eſt de mortali culpa; quia quantumcumque, per Lachrymas abluatur; Tamen aliqua macula in anima relinquitur. Item tibia fracta, numquam ita bene reparatur, ſicut, ſana. Item calceus fractus, & reparatus; numquam ita prętioſus eſt, ſicut, integer, & novus. Equus ſemel Limphatus, nunquam ita ſanus, ſicut, qui numquam fuit aquatus. Sic ille, qui ſemel, vel pluries per mortalem culpam vulneratus eſt; nunquam ita bene per pœnitentiam reparatur, ſicut, qui numquam vulneratus eſt. Verùntamen Dominus auri faber, cum Lacrymas aureas, vel argenteas, chypho fractoapponit; prætioſiorem facit, quam priùs fuerit. Sed quilibet pœnitens ſemper ſe viliorem, & minus prætioſum reputet: Quoniam vt ait Greg. *Tùnc opera noſtra apud Deum creſcunt; cum apud nos metipſos per humilitatem decreſcunt.*

Quilibet pœnitens reputare ſe debet contemptum, & miſerum: vel qui iuſtius reputare ſe debet indignum, & turpem, & nigrum.

Numquam bene reparatur ſicut, ſana Calceus fractus, & reparatus, nunquam eſt tam prætioſus, quam novus.

Greg.

114 Secunda nigredo, eſt ex eo, quod ab alijs in anima, vel in corpore afligitur homo. Quando enim alicui adverſitas contingit, dicit: O quam nigra dies fuit iſta. Plerique vellent fugere perſecutiones: veruntamen ſic Dominus operatur, quod interius, vel exterius aliquam patimur perſecutionem, vel tribulationem. Hieronymus ad Heliodorum: *Erras frater, erras, ſi putas vnquam chriſtianum perſecutionem non pati; & tunc maxime oppugnaris, ſi te oppugnari neſcis.* Item, ſi ſemper eſſemus in proſperitate ſecundum quod aliqui ſibi, & ſuis charitas optant, ſemper in hos ſæculo nequam eſſe vellemus. Proſperitas quæ operatur, his verſibus continetur:

Pax tibi, gaudia, laus,
Decus, omnia ſint que repleta;
Orrea meſsibus dolia
Vinis, & arca moneta,
Pertica veſtibus, aula
Clientibus amplificetur.

De nigredine adverſitatis.

Hieronymus ad Heliodorũ

De his qui mundana appetunt.

℣.

Hęc

Nec tua ſumptibus aula
Frequentius evacuetur.
Sors tibi proſpera, nulla det
Aſpera, nil que minetur;
Sed tibi prebeat, & magis
Augeat id, quod habetur.

Quod vtile eſt flagella tollerare.

115 Sed Dominus pius ſuccurrens fatuitati noſtræ, verſat lectum tranquilitatis noſtræ, in infirmitatem, & ad commodum noſtrum ttibulationem mittit: Quia ſicut dico in gloſa mea morali ſuper Pſalmos: Verſ. 1873. Tribulatio, ſivè pœna oculos mentis aperit: quos culpa claudit, & vide amplius in verſo citato: Item vt dicitur ſuper illud compellere intrare: Facilius ad Deum convertitur, qui nihil habet in mundo, in quo delectetur. Greg. *Mala, quæ nos premunt, de mundo nos exire compellunt.* Item: tribulatio tentationes vincit. Greg. *Quiſquis appetit plene vitia vincere, ſtudeat humiliter purgationis ſuæ flagella tollerare.* Item: Acquirit præmia: Greg. *Qui humiliter flagella ſuſcipiunt poſt flagella ad requiem ſublimitatis ſuſcipiuntur.* Item: Signum eſt dilectionis. Vndè in Apocal. 3. D. *Ego quos amo, arguo, & caſtigo.* Econtra: Proſperitas ſignum eſt odij: Vndè Greg. *Continuus ſucceſſus temporalium, divinæ reprobationis eſt inditium.* Et dicit item Greg. *Tanto ſpes ſolidior in Deo ſurgit, quanto quis pro eo pertulerit graviora.*

Greg. Tribulatio tentationes vincit.

Greg. Tribulatio acquirit premia

Greg. Tribulatio ſignum eſt dilectionis.

Apocal. 3. D. Proſperitas ſignum eſt odij.

Greg.

Greg. in Moral. ſup. Iob. lib. 10. cap. 22 De tertia nigredine; & quatuor gradibus in vili penſione.

116 Tertia nigredo eſt, ex eo, quod quis à mundo contemnitur. Circa hanc materiam ſunt quatuor gradus. Primus gradus eſt, quod nullum deſpicias; quia proximus tuus eſt: Eccleſiaſticus 10. *B. Quid ſuperbit terra, & cinis.* Secundus gradus eſt, vt mundum deſpicias; quia totus vanitas eſt. Vndè Eccleſiaſtes 1. *A. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas,* & per totum capitulum citatum. Item Eccleſiaſticus 33. *B. Omnes homines de ſolo, & ex terra, vndè creatus eſt Adam*: Item Geneſ. 3. *D. Quia pulvis es, & in pulverem reverteris*: Et ſimilia ibi in ipſo. Geneſ. 18. *D. Cum ſim pulvis, & cinis.* Tertius gradus eſt, vt deſpicias te ipſum, quia vilis res es. Vndè: Iſaia 40. *B. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri*: Et plenius de hoc dixi in libro de *Miſeria hominis.* Es enim ſperma fœtidum, vas ſtercorum, eſcavermium, cinis, & pulvis, & in pulverem reverteris. Quartus gradus eſt, ne contemnas, ſi contemnaris: quoniam, qui te contemnunt, iuditium accipiant. Vndè Apoſtolus, ad Galatas 5. *B. Qui autem conturbat vos portabit iuditium.* Item: Quintus gradus eſt, quod gaudeas, ſi ab alijs contemneris: Vndè dicitur in actibus Apoſtolorum 5. *G. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij; quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Hi quinque gradus continentur in his quinque verſibus:

Geneſ. 3. D.

Geneſ. 18. D. Deſpicias te ipſum.

Iſaia 40. B.

Spernere nullum.
Spernere mundum.
Spernere ſe ſe.
Spernere ſperni.
Si ſperneris, hic gratulari.

Ne contemnas ſi contemnaris. Galatas 5. B.

Gaudeas ſi ab alijs contemneris. Acta Apoſt. 5. G.

117 In hoc autem gaudendum, quia ſi contemnimur, Chriſtum, & Apoſtolos imitamur. De Chriſto legitur in Pſal. 21. *B. Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominũ, & abiectio plevis.* De Apoſtolis legitur in prima ad Corinthios 4. *B. Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus*: In eodem legitur *C. Tanquam purgamentum huius mundi facti ſumus omnium peripſema vſque adhuc*: Super purgamentum; id eſt, periptema proijciuntur, extra domum. Ita nos proijcimur a mundanis. Item vt dicit Ambroſius: *Quanto quis deſpectior eſt in hoc ſæculo propter Deum tanto magis exaltatur in futuro.* Ecce ergo quantum bonum conſequimur ſi in mundo contemnimur. Item Hieronymus: *Si Ciconiarum deprehenderis poſt te colla curvari, aut manu auriculas aſini agitari, aut æſtuantis carnis linguam protendi; nulli detrahas.* Ecce ſigna deriſionis, quæ quando à clauſtralibus, & à ſæcularibus turpiter fiunt in deriſſum. Item Greg. de quadam domina quandoquidem multum accepta, ſed poſtea paralyſi percuſa cunctis hominibus deſpecta videbatur, quod vix ad illam accedere, vel quis illam videre dignaretur; ſed iacebat in ſterquilinio margarita Dei.

Pſal. 21. B.

1. Ad Corinthios 4. B. C.

Ambroſius.

Hieronymus.

Greg.

118 Sterquilinium, fratres, hanc ipſam

ipſam incorruptibilitatem appello; & ſterquilinium augmentum paupertatis nominatur. Aſſumpta eſt hæc margarita, quæ iacebat in ſterquilinio,& poſita eſt in cæleſtis Regis ornamento : Ergo , Clerice, ſi contemneris à Prælatis , quia neſcis adulari, advocare,gaudias,quia præ tioſior es Deo , quanto magis contemneris in mundo. Miles debilis, ruſticus , pauper, claudus, vilis, deformis , ſi à mundo contemneris, gaudeas ; quia maior tibi corona præparatur in Cœlis. O Clauſtralis, ſi ſocius tuus ad conſilia, ad officia ab Abbate vocatur , non doleas. Si ſocius tuus pergit ad prandium Abbatis , ad curas , & ad curias Prælati ; & tu pergas ad Chriſtum Regem : Ipſe loquatur cum magnatibus ; & tu loquaris cum Chriſto. Cum Chriſto loquæris , cum legeris , vbi loquitur tibi Chriſtus. Nonne hoc melius , & prætioſius eſt,quam ſi loquatur tibi Abbas,vel Epiſcopus? Quia qui hodie loquitur , & floret , cras deficiet. Certe, ſi Deum ſuper omnia appręciaris; te loqui cum Chriſto , & ipſum loqui tecum,magis quam omnes margaritas ſæculi apprætiaberis : Immò dolebis , cum à ſacro officio contemplandi , ad luctuoſa officia iſtius mundi te tranſire oportebit. Si igitur niger ſis mundo , gaude, quia formoſus es Deo.

Prætioſior es Deo quanto magis contemneris in mundo.

Cum Chriſto loquæris cum Legis vbi loquitur tibi Chriſtus.

De nigredine culpæ. Ieremia in Trenis: 4. B.

119 Eſt nigredo culpę , de qua Ieremia in Trenis : 4. *B. Candidiores Nazarei eius nive ; nitidiores Lacte , rubicundiores ebore antiquo , ſaphiro pulchriores. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis.* Loquar de quatuor ordinibus antiquorum Patrum. Nazarei , id eſt Sancti , ſunt candidiores nive, quoad Virgenes, quibus candor munditiæ adaptantur. Nitidiores lacte , quoad confeſſores: qui lacte ſuavitatis , verbo, & exemplo ſubditos imbuerunt. Rubicundiores ebore antiquo ; Ecce martyres ; qui proprio ſanguine fuerunt rubricati. Saphiro pulchiores ; Ecce Apoſtoli , qui cæleſtem colorem ex converſatione cum Cælo Cælorum contraxerunt ; Quoniã Cęlum Cælorum Chriſtus eſt.

120 Saphirus autem cæleſtem colorem prætendit. Sed nunquid tales ſunt Prælati,& Clerici præſentis temporis ?Minimè : Immò denigrata eſt facies eorum ſuper carbones ; id eſt,ſuper Dæmones , qui ſemper ſua culpa , pœna ſunt accenſi : facies eorum , quia turpiores ſunt ipſis Dæmonibus ; quoniam Dęmones tantum , ira , invidia , ſuperbia, triſtitia, culpis ſpiritualibus poſſunt affici : Sed Clerici in luxuria , gula , & avaritia Dæmones excedunt. Et ideò turpiores in anima Dæmonibus apparent. Item,ſi non ſunt cogniti , id eſt diſcreti , ſivè ſeparati , in plateis ſunt tamen , quia ita bene vendunt , & revendunt , & negotiantur , & publice,vt Laici.

De nigredine pœnę. Ioel. 2. B.

121 De nigredine gehennæ: Ioel. 2. *B. A facie eius cruciabuntur populi : Omnes vultus redigentur in ollam.* Id eſt,in nigredine ollæ. Diabolus eſt præſtigiator,qui habet pyxidem in ſuperiore parte vacuam; in inferiori , fuligine nigra plenam. Dicit puero ; ſuffla;qui ſic facit , & exeunt nigri cineres,qui totam pueri faciem denigrant. Sic Diabolus multos decipit, dicens : Frater,fornicare,qui ita facit : Vſuras commite , impius obedit,& nihil mali contingit. Item, dicit ; fortiter culpam culpę adijcias, & impius ita fortitèr peccat, quod tandem in infernum corruit, vbi faciem ſuam dignigratam invenit.

Quod iuſtus dicitur pupilla.

122 Dicitur igitur, nigra ſum, ſed formoſa. Sed quomodo nigra, & formoſa ? Ad hoc dicendum: Quod in quibuſdam rebus magis decet nigredo , quam albedo,ſicut, in pupilla oculi. Pupilla enim , ſi ſit alba , indecens eſt,& extincta : Pulchra & decens,eſt nigra. Certe , ita eſt de iuſto, qui comparatur pupillę, vt dicitur in Pſal. 16. *B. Cuſtodi me (Domine) vt pupillam oculi.* Et Zacharias. 2. *C. Qui enim tetigerit vos,tangit pupillam oculi mei.* Si igitur pupilla oculi Dei,ſcilicèt anima fidelis, exterius per tribulationem; per vilipenſionem , ſit nigra,eſt pulchra ; ſi verò ſit alba , quod totus mundus ei irrideat , nihil niſi proprium contingat , tùnc eſt pupilla indecens , & extincta. Et ſicut nihil in toto corpore , tantum homo ap-

Iuſtus comparatur pupillæ Pſal. 16. B.

Zachar. 2. C.

prę-

præciatur, quantum pupillam : Sic Dominus in vniverſitate creaturarum magis appręciatur hominem.

Apprætietur quilibet proximum.

123 Non enim pro Angelis, vel alijs rebus, ſicut pro homine, paſſus eſt. Igitur quilibet apprætietur proximum, ne ipſum offendat; ſe ipſum apprætietur; ne pro vili pretio ſe vendat. Auguſtinus ait: *Nolet ſub nigro habitu anima ſatis pulchra ſatiare: Nèc multum interſt, ſi non portet quis candidam veſtem, dum habeat candidam conſcientiam.* Propter hoc Monachi nigras habent veſtes, vt exterius ſint viles, & nigri; In anima autem, prętioſi, & pulchri. Undè dicitur in Pſal. 44. *D. Omnis gloria Filię Regis ab intus.*

Se ipſum apprætietur quilibet.

Aguſt.

Monachi qua re portant veſtes nigras.

Pſal. 44. D.

De pulchritudine animæ.

Ambroſius.

124 Item, vt ait Ambroſius: *Illa anima à Deo pingitur, quæ habet in ſe virtutum gratiam, renitente ſplendore pietatis.* Illa anima eſt bene picta, in qua relucet divinę operationis effigies. Illa anima eſt bene picta, in qua ſplendor eſt gloriæ, & paternæ imago ſubſtantiæ; ſecundum imaginem in ſe depictam, pulchra, vel turpis iudicatur. Igitur; attende quid in te depingatur; quia ſi luxuria, vel avaritia, maculatus es; turpiſsimus es. Si iuſtitia, temperantia, & cęteræ virtutes ſint in te, pulcherrimus es. Sed puer, ſi pulchritudinem attendat exteriorem, turpis, & impudicus eſt. Vndè dicit Hieronymus: *Impudici oculi magis noverunt attendere pulchritudinem corporis, quam, animæ.* Sed contra illos dicit Hieronymus: *Quanto fœtidior, tanto pulchrior. Quod facit in facie, chriſtiane, purpuriſſum, aut canam, quorum alterum ruborem gœnarum, labiorum que mentitur: Alterum colli, & oris.* Iſta ſunt ignis iuvenum fomenta lividinum. Impudicæ mentis indicia, ornatus iſte non Domini eſt, velamen iſtud Antichriſti eſt. Idem. Hieronymus: *Mulier ad ſpeculum ſe depingit in contumeliæ creatoris, conatur enim ſe pulchriorem facere, quam nata ſit.* Ecce quanto aliqua ſe præparat, vt placeat mundo, tanto turpiorem facit animam ſuam, vt diſpliceat Deo.

Hyeronymus.

Hyeronymus.

Mulier quanto ſe prępa-rat vt placeat mundo; tanto turpiorem facit animam ſuam, vt diſpliceat Deo

125 Murilegus in pelle comburitur, & vegetur; ſic crines mulierum deberent comburi; Pepla deberent denigrati; habere pellicam arietum: Quia ſic præparare non deſiderant, ad plateas, & ad vicinas diſcurrere. Quædam mulier dixit, quod ornabat ſe, vt marito ſuo placeret; & concluſit ei quidam dicens: Mulier; quando pergis ad Eccleſiam, vel ad plateas, tantùm ornas te quantum potes: Quando verò es domi cum marito, veſtes prætioſas in pertica ſuſpendis; & vilibus veſtibus in domo tua vteris. Mulier ergo, quæ ornat ſe, vt viro ſuo placeat, extra domum vilioribus veſtibus vtatur; in domo autem, prętioſis. Pulchritudinem ergo vilipendentes exteriorem, interiorem, qua ſponſo noſtro placeamus, ſummo deſiderio appetamus, vt cuilibet ſit formoſa.

SICVT TABERNACVLA Cedar.

126 CEDAR fuit Filius Iſmaelis, vt habetur in Geneſ. 25. B. De quo dictum eſt, vt habetur in Geneſ. 16. C. *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & e regione vniverſorum fratrum ſuorum figet tabernacula.* Ad litteram.; Pro nequitia ſua habitavit ſemotus à civitatibus in tabernaculis. Similiter Cedar Filius eiùs. Pſal. 119. B. *Habitavi cum habitantibus Cedar.* Vndè in Lectura, ſeù gloſa mea ſuper Pſalmos. In hoc ver. 2254. dico: Dolent enim iuſti ſe malis eſſe permixtos; quia illi ſunt lingua doloſa: Illi ſunt labia iniqua: Nam iuſti volunt ſurſum aſcendere: Iſti autem deorſum præmere volunt. Ideò iuſti pro meritis ſuis credunt ab hominibus contemni; à mundanis expelli. Vnde Apoſtolus ad Hebreos 11. G. *Sancti Ludibria, & verbera experti, inſuper, & vincula, & carceres, &c.* Quaſi tot paſſi ſunt, quod mundus talibus non erat dignus, vt talia pro Chriſto paterentur: Magna enim dignitas attenditur, quando quis magna pro Chriſto patitur. Greg. *Tanto ſpes in Deo ſolidior exurgit, quanto quis, pro eo graviora pertulerit.*

Quod iuſti contemnuntur à mundanis, & reputantur nigri. Geneſ. 25. B. & 16. C.

Pſal. 119. B.

Hebreos 11. G.

Dignitas

Gregor. in Moral. ſup. Iob. lib. 10. cap. 22.

127 Plerique credunt, quod quan-

quando alij affliguntur, vel à mundo abijciuntur, quod ſic pro meritis infelices reputantur. Video enim iuſtos abjici; adulatores, & falſidicos in curijs honorari; ſed vt dicit Hyeronymus: *Plerunque ſit gratia, quod ira dicitur: Plerunque ſit ira, quod gratia putatur.* Ecce ſi à mundo expelleris, gratiam reputes, ſi honoraris, iram Dei intelligas. Item; propter nominis interpretationem comparatur vir iuſtus Cedar, quod interpretatur tenebrę; quoniam iuſti reputantur nigri. Vnde nigra ſum: Ita nolite, conſiderare quod fuſca ſim. Sequitur.

Hieronymus.

Iuſtus comparatur Cedar. Cedar interpretatur tenebrę.

SICVT PELLIS SALOMONIS.

128 DICITUR quod Salomòn fecit ſibi tabernaculum de pellibus rubricatis; in quo delectabatur. Sic poteſt diſtinguere; nigra ſum ſicut tabernacula Cedar; ſed formoſa ſicut pellis Salomonis.

De tabernaculo Salomonis.

129 Sunt pelles terrę Madian. Sunt pelles Iacob. Sunt pelles Salomonis. Pelles terræ Madian, pœnitentes: Madian interpretatur ex iudice: Pelles igitur Madian turbabuntur, quando quidam timore iudicij, pro peccatis conteruntur. De pellibus Iacob legitur in Gen. 27. *B. Pelliculas que hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.* Vt Patri ſuo putaretur Eſau eſſe.

De diverſis pellibus. Madian interpretatur ex iudicæ.

Geneſ. 27. B. Qualitèr Iacob decepit Eſau: Iſaac, & Laban.

130 Notandum quod Iacob tres perſonas decepit: Eſau: Iſaac: Et Laban: vt Legitur in *Geneſ.* 25. *D.* & 27. *B.* & 30. *F. G.* Decepit Eſau per Lenticulas: Iſaac per pelliculas; & Laban per virgulas. Eſau quia guloſus, fuit deceptus: Iſaac quia cæcus: Laban quia iniquus.

Geneſ. 25. D. & 27. B. & 30. F. G. Qualitèr debemus decipere mundum, carnem, & diabolum.

131 Eſau interpretatur, vel factura, vel rubens, & ſignat carnem noſtram pœna, & culpa rubricatam: Hanc debes decipere, per Lenticulas, ſcilicet, vilia cibaria, tribuendo cibaria, ne deficiat; vilia, ne Laſcivet. Vnde Hieronymus: *Caro mea aluit, non habet remedium, niſi vt tollatur ei ordeum, & dominentur ibi paleæ ad exidium: Vinum autem, per modicum, vt nullus ibi ſtrigilet ardor:* Legem imponat nec dimittat ad paſtum, niſi forte ad veſperam, & tunc videbis eam, iam non poſſe, quod poterat. Idem. *Qui Chriſtum deſiderat, & illo pane veſcitur, non quærit magnopere de quam prætioſis cibis ſtercus conficiat.* Decepit Iſaac per pelliculas. Iſaac interpretatur riſus, & ſignat mundum, qui ſemper vellet in riſu, & ioco commorari, & tu cæcus, quia magis diligis Eſau, quam Iacob, malos, quam bonos.

Eſau interpretatur, vel factura vel rubens, & ſignat carnem noſtram.

Hyeronymus.

Iſaac interpretatur riſus, & ſignat mundum.

132 Hunc debes mundum decipere, & carnem. Carnem tuam pellibus hœdulinis cooperias; Hoc eſt, opera ſimilia cùm mundo facias, ſicut Chriſtus comedit, bibit, & ambulavit, ſimilibus veſtibus, inter quos converſabatur, vſus eſt. Igitur propter ſimilitudinem carnis peccati; mundum decepit. Si verùm enim Deum mundus ipſe cognoviſſet, numquam Dominum glorię Cruzifixiſſet; nec ita miſterium noſtræ ſalutis ad impleviſſet: Hoc eſt, ridere cum ridentibus; flere cum flentibus: Cum fueris Romę, romano vivito more: cum fueris alibi, vivito ſicut ibi; alias, more loci. Dicitur quod quidam Monachi beati Bernardi, ſecreto coxerant vnum anſerem, quem in nocte comederunt. Abbas domus Monaſterij perſcrutans invenit eos anſerem comedentes; at ille commendans eos, pariter ſedit, & anſerem cum eis comedit: Ipſi de benignitate eius admirati magis accenſi ſunt ad illum diligendum, & ad mores ſuos ex dilectione corrigendos: Ita quod de cætero tale quid non commiſſerunt.

Mundus ſi verum Deum cognoviſſet, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſet.

Exemplum de Monachis.

133 In omnibus igitur, præter quam in peccatis, ſocijs cum quibus converſaris te conforma, & ſic paulatim aliquos tibi alliciendo mundum decipies. Decepit Laban per virgulas. Laban interpretatur de albatus, & ſignat Diabolum, qui pulchritudinem exterius demonſtrat, ſed vulnus peccati interius occultat. Hunc debes decipere, virgas decorando, id eſt, ſcripturas vario modo exponendo, quoniam varietas plus in illis habetur. Aug. *Quanto magis mandata Dei translatis verbis, videntur operta; tanto magis, cum fuerint aperta dulceſcunt.* Verba Dei expo-

Labam interpretatur de albatus: & ſignat Diabolum.

Aug. Uerba Dei exponunt benignitatem Dei, vt diligatur.

exponunt benignitatem Dei, vt diligatur: Malignitatem Diaboli, vt odio habeatur: Et ſic poteris lucrari oves Laban, id eſt peccatores, qui quandoquidem fuerunt ſub poteſtate Diaboli. Qualia enim, videntur, & audiuntur tales fœtus in mundo formantur. Pulli enim cantant, ſicut Patrem audiunt cantare. In Eccleſiaſtic. 10. *A. Qualis rector eſt civitatis, tales, & inhabitantes in ea.*

Pulli cantant ſicut patrem audiunt cantare.

Eccleſiaſticus 10. A.

De pelle Salomonis.

134 Pelles Salomonis ad literam, ſunt pelles rubicatæ, de quibus fecit tabernaculum, in quo delectabatur. Verus Salomòn Chriſtus eſt, qui multas pelles habuit; pellem propriam: Pelles martyrum, & confeſſorum. De pelle propria dictum eſt; Pellem; pro pelle, & quidquid habet homo, dabit pro anima ſua: ſic Chriſtus dedit pellem ſuam, pro nobis, qui ſumus anima ſua, quia ſicut, pro nobis dedit pellem ſuam, & vt propriam, nos dilexit, dedit pellem, & omnia pro nobis. Dedit enim pellem, carnem, ſanguinem, & animam. Dedit pellem, in verbere; ſanguinem in vulnere; carnem in cruce: Animam in morte. Pellem limpidiſsimam, pro pelle ſcabioſa, ſanguinem puriſsimum, pro noſtro putridiſsimo; carnem inmaculatam, pro noſtra maculata, animam mundiſsimam, pro noſtra immundiſsima.

Verus Salomon Chriſtus eſt.

Pſalm. 115. A.

135 *Quid igitur retribuam Domino, pro omnibus, quę retribuit mihi?* Frater; ſi vis felicem te fore, redde vicem; dentem, pro dente oculum, pto oculo, livorem, pro livore; & ſic quantulacumque ſit recompenſatio. Saltem pro pelle, da pellem, per largitatem: Pro ſanguine puriſsimo da ei ſanguinem tuum, per caſtitatem; Pro carne crucifixa, carnem crucificatam, per ſobrietatem: Pro anima prętioſa, da animam tuam, per humilitatem. O quam ferreus eſt avarus, qui paleam rerum terrenarum, ad tempus ſibi acommodatam, non diſtribuit amore ipſius, qui pellem, quam aſſumpſit de Virgine, tormentis pro eo expoſuit. Quam luxurioſus, & inmundus, qui ſanguinem, per caſtitatem non iſtit, amore ipſius, qui ſanguinem à vulneribus effudit. Quam obſtinatus, qui carnem, per temperantiam, non reſtringit, amore ipſius, qui eam totam Cruci expoſuit; Quam ſuperbus, qui animam ſuam humiliare non poteſt, amore ipſius, qui animam ſuam, ita viliter, ita humiliter tradidit, & mortem crucis tolleravit; ſi hoc feceris, calicem ſalutaris, calicem martyrij accipies.

136 Non oportet alium martyrium ſubire. Vndè beatus Bernardus. *Quod martyrium gravius eſt quam inter epulas exurire, inter veſtes multas, & prętioſas algere, paupertate premi, inter divitias, quas offert mundus, quas malignus oſtentat, quas deſiderat ipſe noſter appetitus? An non merito coronabitur, qui ſic certaverit, mundum abijciens promittentem, inimicum irridens tentantem.* Qui hoc fecerit, habebit deitatem in præmium.

De martirio ſpirituali Bernar. in Serm. 1. omnium Ser. 1. omnium Sanctorum in fine.

137 Pellis iſta, eſt liber vitæ optimum pergamenum, in qua tota vita noſtra deſcribitur. Hæc pellis fuit alba per innocentiam, nigris litteris deſcripta, quia diverſis aſperitatibus fuſcata, tandem fuit proprio ſanguinis miniunculo, vel vermiculo illuminata, & quando vermiculus fuit deſiccatus more illuminatorum, qui apponunt azulum. Sic ſanguine ſiccato in livoribus, livorem prętendit; cuius livore ſanati ſumus. Perfecta igitur fuit pellis, vt legere poſsimus; deſcripta rubeo colore, & iacintino illuminata, in die reſurectionis auro glorificationis decorata.

Qualiter in pelle Chriſti eſt ſcripta ſalus noſtra.

138 Item, ſicut abecedarium affigitur tabulæ cum clavis, vt parvulus legat, ſic pellis Ieſu Chriſti fuit clavis tabulæ Crucis affixa, vt quilibet in ea litteras ſuæ ſalutis, aperte, & plane valeat addiſcere. Et ſicut per abecedarium venitur ad ſcientiam ſcripturarum, ſic, qui frequenter has litteras legerit, & perfecte intelexerit; ad noticiam omnium ſcientiarum, ſcilicet ſeptem artium legum, phiſicè, & Theologice, perveniet plenarie. Iſtæ ſunt introductiones, in omnem artem, in omnem ſalutem, in omnen beatitudinem. Sed perverſus puer, ſpuit in abecedarium, & fugit: Sic Iudęi ſpuebant in Chriſtum; & abecedarium

rium lacerabant. Sic impij contemnunt Chriſtum; & fugiunt ad mundum, ad Diabolum; Undè Iob in perſona Domini. *Et faciem meam ſpuere non verentur.* Dominus adhùc ſputum ardentem in facies eorum proijciet.

Iob. 30. B.

De Abecedario in pelle Chriſti, & tabula Crucis.

Litteræ quinque vocales ſunt qninque vulnera Chriſti.

Litteræ conſonantes ſunt ſputa, flagella animę, & cetori pœnæ Chriſti.

139 In abecedario ſunt quinque vocales, per ſe ſonãtes: Cæteræ ſunt litterę conſonantes, id eſt, cum alijs ſonantes. Sic in iſta pelle ſunt quinque vocales, quinque vulnera ſalvatoris, per ſe ſonantes, quoniam per ſe ſalutem noſtram ſonuerunt, & veniam humano generi clamando impetraverunt. Litteræ autem conſonantes ſunt, ſputa, flagella, minæ, cum iſtis quinque vocalibus efficaciter ſonantes: Clamant autem quinque modis ad Patrem: ad Angelos, ad homines. Ad Patrem, ad ignoſcendum: Ad Angelos, ad protegendum: Ad homines, tribus modis; ad diligendum, ad compatiendum, ad confugiendum. Clamant ad Patrem ad ignoſcendum. Vndè ad Hebræos. 12. *F. Acceſiſtis ad Sion, & cætera:* Ad ſanguinis effuſionem vel aſperſionem melius loquentem, quam Abel. *Ibi* dico in expoſitione, ſuper Epiſt. ad Hebreos quod ſanguis Abel clamat vindictam; ſanguis Chriſti veniam. Ille damnationem; iſte ſalutem. Clamant ad Angelos, vt nos protegant: Ex quo enim vulnera pro nobis ſuſtinuit; bene indicit Angelis, vt nos protegant. Angelus populum Iſrael in deſerto præduxit; vt habetur Gen. 48. *C. Angelus, qui eripuit me de cunctis malis* & in Exodo 23. *D. Mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum, quem paravi,* Et in eodem. *E. Præcedet que te Angelus meus, & introducet te ad Amorræum* Et in Pſalm 90. *C. Angelis ſuis mandavit de te.*

Hebreos 12. F.

Geneſ. 48. C.

Exodo 23. D. & C.

Pſalm. 90. C.

140 Clamant ad homines, vt Chriſtum diligant. Sicut enim, qui alij dat pecuniam, vel aliud beneficium, compellit eum, vt diligat ſe; ſic Dominus aurum, & argentum, proprium ſanguinem nobis dedit, propriam carnem, quinque locis vulneratam, nobis tribuit. Ergo iſtud nos cogit, vt eum diligamus. Item, ſi frater tuus prote infirmatur, compateris ei: Multo igitur fortius, ex quo filius Dei ſic pro nobis patitur, neceſſe es, vt ei compatiamur. Clamant ad refugium. Clamat mater ad filium, cum videt eum currere in periculum. Speculator, cum videt, homines extra civitatem, decurrere, & hoſtes ex adverſo imminere, vt confugiant ad civitatem ad caſtra, clamat: Sic Dominus noſter Ieſus Chriſtus clamat per vulnera ſua, vt ab hoſtibus, a peccatis, ad ſe confugiamus; per portas vulnerum clamat, vt ad ſe aſcendamus, qui vera eſt fortitudo, & vera defenſio noſtra.

De impijs, qui dimittunt vulnera Chriſti, & currunt ad proſtibula

141 Item, vulnera Chriſti clamant; vt miſeri, qui currunt ad tabernas, ad proſtibula, ad furta, & ad puteum infernalem, confugiant ad Chriſtum; qui eſt petra, refugium herinacis; confugiant ad turrim fortiſsimam, qui aperit eis quinque portas, in quibus refugium ab omnibus periculis inveniant. Si aliquis perſequæretur te ad mortem, & aliquis aperiret tibi oſtium, vt manus inimicorum effugeres, ſemper eum diligeres. Hoc facit Chriſtus; qui oſtia quinque tibi aperuit, vt te à Dęmonibus in ſequentibus liberaret. Item, in hoc refugio, invenies refectionem; nam ſicut venator, cum videt avem evolantem, oſtendit ei carnem rubeam; avis autem bene erudita venit ad reclamatorium, ſivè ſibilum: Sic nobis Ieſus oſtendit nobis carnem ſuam totam rubeam, vulnera ſua clamantia, vt ad eum ad veram refectionem veniamus.

142 Sed ſicut malę avi, minus bene eruditæ, tota die poteris carnem rubeam oſtendere, clamare, lachrymari, priuſquam ad reclamatorium tuum veniat; & illa non ad te, ſed ad cadavera, & ad inteſtina feſtinat; certè ſic ſunt plerique, vt milui, ſilveſtres, rapaces, & male eruditi, quia licèt Chriſtus, lacrymando, in cruce clamavit, carnem rubeam nobis oſtendit, vt ad tam nobile reclamatorium veniamus, ipſi non ad Chriſtum, nèc ad ſuum reclamatorium vadunt, ſed ad cadavera luxuriæ, & ad inteſtina gulæ, & plerique vt rapaces, milvi, volant

ad pullos Eccleſiæ, quia ſimplices ſpoliant, & devorant, vt ſunt milites, vſurarij,& huiuſmodi rapaces. Sed vt habetur Matth. 21. *D. Dominus malos male perdet*; & huiuſmodi ſilveſtres ſupplitijs gehennæ ſubmittet, ex quo voluerunt refici in carne Salvatoris, & inebriari præclaro calice ſanguinis Chriſti, ſaciabuntur vermibus, inebriabuntur ſulphure, & putidiſsimo potu gehennæ.

Matth.21.D

143 Pelles martyrum ſignantur per pelles rubricatas in Tabernaculo Moyſi, in tabernaculo Salomonis, in quibus delectabatur. Sic verus Salomon delectatur in martyribus. Pelles iacinctinæ, quæ fuerunt in tabernaculo Moyſi, ſignificant confeſſores, quoniam h acinctus talem colorem prætendit; converſatio autem confeſſorum in cæleſtis eſt, id eſt, in ſacris ſcripturis, in quibus cælantur miſteria Eccleſiæ. Fuit autem tabernaculum Moyſi coopertum decem cortinis, & poſtea vndecim ſagis pellibus arietis rubricatis, ſimulque pellibus hiacinthinis. Cortinę decem ſignificant illos, qui adimplent decalogum. Saga vndecim, ſignificant pœnitentes, qui decalogum tranſgreſsi ſunt. Vndè merito, per vndecim, qui eſt numerus tranſgreſsionis, deſignantur, per pelles rubricatas,martyres; per hiacinthinas confeſſores.

Pelles martyrum ſignantur per pelles rubricatas in tabernaculo Moyſi.

Pelles iacinti næ ſignificant confeſſores.

Exodus 26. Cortinæ decẽ ſignificat illos,qui adimplent decalogum.

Sagaundecim ſignificăt pœnitentes vndecim numeros eſt tranſgreſſionis.

Quod Angeli, & iuſti non vilipendunt peccatores.

VERS. V.

NOLITE ME CONSIDERARE qnod fuſca ſim quia decoloravit me Sol.

144 EXPONITUR de Eccleſia, & fideli anima. Quaſi diceret; Nolite attendere, quod fuſca ſint, quod deſpecta ſim, quia Sol, id eſt,œſtus tentationis, ſivè tribulationis decoloravit me; Id eſt, vilem, dolentem, & deſpicabilem fecit me, quoniam hæc omnia dulcia ſunt mihi,& libenter amore Chriſti ſuſtineo.Bernardus. *Si quid amaritudines ſentio, non ſine dulcedine eſt, quoniam cum iratus fuerit, miſericordiæ recordabitur: Immò, ipſa amaritudo, non aliundè eſt, quam de ipſa miſericordia. Quos enim amat arguit, & caſtigat: Apocalip. 3. D.* Gregor. *Hic ferit, vt in æternum parcat: Hic parcit, vt in æternum feriat.* Item, ſermo eſt hominum ad Angelos, corruptarum ad virgines, ſecularium ad Religioſos, imperfectorum ad perfectos, quaſi diceret: O vos Angeli, puritate conſcientiæ perſpicui, virtutibus decorati, in beatitudine confirmati; nolite conſiderare, quod fragiles ſumus; quod corruptibiles; quod maculis culparum ſumus deturbati; quod diverſis pœnis ſingulis diebus attriti, fame, ſiti, nuditate, frigore, quia Sol decoloravit nos, pro primis parentibus; & ſic afflixit nos.

Bernard.

Prover.3. D. Hebreos 12. B. Apocalip.3.D Gregorius.

145 Eſt autem triplex Sol, ſcicilicèt, ipſe Chriſtus: Ardor tribulationis: Æſtus tentationis. De primo: *Elevatus eſt Sol, & Luna ſtetit in ordine ſuo. Habacuc. 3. C.* Elevato Sole, Luna in ordine ſtatuitur; quando aſcendente Chriſto, authoritate Eccleſia prędicationis roboratur. Iſte Sol nos decoloravit, quando pro peccatis parentum nos graviter percuſsit. Vndè Iſaias 34. *A. Quoniam inebriatus eſt in Cœlo gladius meus, ecce ſuper Idumæam deſcendet.* Gladius in Cœlo inebriatus fuit, quando in Angelos, tam ſevere, iudicavit. Gladius deſcendit in Idumęam; id eſt, in terram: Quando nos, non tamen ita aſpere punivit, quoniam proiecit Satan; Idest, procul iecit, quia non patet ei reditus. Sed eiecit Adam; id eſt, extra iecit, non procul, quia humanum genus redire poteſt.

De tripliet Sole.

Habacuc 3. C.

Iſaias 14. A.

146 De ſecundo: ſine radicibus ſemina orto ſole aruerunt. *Marc. 4. A. Aliud ſemen cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram multam, & ſtatim exortum eſt, quoniam non habebat altitudinem terræ: & quando exortus eſt Sol, exæſtuavit; & eo, quod non habebat radicem, exaruit:* Gregor. *Semina in corde terrenorum, temporali momento virentia, ſuperveniente ardore perſecutionis, ſiccantur.* Semen in Petro viruit,

De his qui ad tẽpus credunt & in tempore tentationis recedunt. Marc.4.A.

Gregor.

quando inſtructus à Chriſto dixit, vt ait Mattheus 26. C. *Etiamſi oportuerit, me mori tecum, non te negabo* : Et Marcus 14. D. *Et ſi oportuerit me ſimul commori tibi, non te negabo.* Sed ſemen in eo aruit, quando timore mortis, quaſi ex ardore tribulationis, eum negavit. Quędam Avicula, quę gratiles habet tibias, circa feſtum ſancti Martini, quando folia ab arboribus cadunt, ſub arbore quadam iacuit, contra ſolem, & calefacta, erexit ſurſum tibias dicens: Quantum bene eſt mihi; certe, ſi Cœlum caderet, cum tibijs meis totum ſuſtentarem: Tunc cecidit folium iuxta eam, & per pavorem exterrita ſurgens, & fugiens ait: Sancte Martine, Sancte Martine, ſucurre tuæ avi.

Matth.26.C.
Marc.14.D.
Exemplum de avicula.

147 Sic eſt de quibuſdam, qui cum ſunt, in proſperitate ſplendide refecti, & inebriati, dicunt; ſe paratos carcerem, & mortem ſuſtinere; ſed venientes ad prolationem vnius verbi, ſtatim ſcandalizantur. Vndè decit Greg. *Qui cadit inter verba, quomodo ſtabit, inter verbera?* In tentatione luxuriæ, vel gulę ſtatim ſuccumbunt: *Filij Effren intendentes, & mitientes arcum converſi ſunt indie belli. Pſalm.* 77. *B.* Tunc pauper cornua ſumit.

Gregor.
Pſalm.77.B.

148 In Tribulatione reſpiciamus Chriſtum, & vitam ſanctorum, qui tribulatione preſi, non deficiũt, nèc defecerunt. Quando aliquam perſecutionem, vel deriſionem oportet, nos ſuſtinere; vt dicit Iob. 12. *A. Deridetur enim iuſti ſimplicitas*: Lampas contempta apud cogitationes dictum parata ad tempus ſtatutum: Quia licèt viles ſint in mundo, tamen prętioſi apparebunt in iuditio; hoc eſt, parati, vt appareant in tempore ſtatuto; quoniam vt dicitur in Apocalip. 6. *D. Sol factus eſt niger, tanquam ſaccus cilicinus*: Ex quo, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, factus eſt talis, quaſi ſaccus cilicinus, id eſt, vilis, & contemnibilis; non eſt mirum, ſi nos, qui ſumus arena maris, à reprobis vilipendamur. Sol etiam eſt Prędicator gratiæ: Sol cilicinus oſtenditur, quando fulgens prædicantium vita, ante reproborum oculos, aſpera, & deſpecta monſtratur.

Iob.12.A.
Apocalip.6.D.
Sol eſt prædicator gratiæ.

149 De tertio Sole legitur in Deuteronomio 23. *B. Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra, & non rebertetur priuſquam ad veſperam labetur aqua, & poſt Solis occaſum regredietur in caſtra*: Hoc eſt quandiu œſtus tentationis aliquem occupat; quandiu in delectatione tentationis verſatur, reputet ſe indignum numero electorum. Sed poſt ocaſum tentationis lotus aquis lacrymarum poterit ſe reputare de caſtris Eccleſię.

De tentationibus. Deuteron. 23.B.
Sol, ſive eſtas tentationis.

150 Homo de coloratus in delectatione: Moritur in conſenſu: Effertur in operatione: Sepelitur in conſuetudine. Decoloratur autem, quia incipit infirmari per delectationem, quoniam, vt dicit Ambroſ. *Maiores animę ſunt œſtus, febres que animarum, quam corporum.* Gregor. *Quis neſcit, quod melius eſt ardere flamma febrium, quam flamma vitiorum?* Item, de hoc œſtu; Hieronym. ad Heliodorum: *Indè me perſequitur luxuria, indè avaritia conatur irrumpere; indè venter meus vult mihi Deum eſſe pro Chriſto; perſequitur me vndequaque hoſtis, cui nomina mille, & mille nocendi artes; & ego infelix, victorem me reputabo, cum patior.* Bernard. *Dæmon ſuggerit carni, & fit impiorum conſilium; dicunt enim ſibi invicem: Omnium noſtrum ſit vnum marſupium. Ponunt in memoria vnuſquiſque obulum ſuum.*

Qualiter anima decoratur; infirmatur moritur.
Ambroſ.
Gregor.
Hieronym.
Bernard.

151 *Dæmon ſugeſtionem; caro delectationem; Spiritus conſenſum. Deindè tanquam de ſymbolo comparant ſibi victum competentem. Caro quidem combuſtionem, ignem, ſcilicèt inextinguibilem. Spiritus malam cõſcientiam; id eſt, vermem non morientem. Dæmon autem vtriuſque ſanguinem.* His febris ita graviter œſtuat animam, quod in tantum infirmitatur, quod niſi verus ſuccurrat medicus, ſtatim moritur. Dicèt aliquis: Tentationes non ſentio, quia forſitam de carnis luxuria non tentatur. Sed dicit Bernard. *Non ſentit, qui conſentit, ſed ſentit, qui deſſentit.*

Bernard.

Variæ

Variæ enim ſunt tentationes, quibus vt credo, quilibet iuſtus vexatur, quoniam aut diuitias; vel dignitates; pulchritudinem; vel eloquium; commendari ab hominibus; vel favorem mundi appetimus. In quibus omnibus eſt mors, ſi mortifere conſentimus.

152 Si igitur his tentamur; ſi his telis vulneramur, vos qui ſpirituales eſtis, nolite conſiderare, quod ſic decoloravit me Sol; quoniam iuſti, quandoquidem aſcendunt vſque ad Cœlum, per contemplationem, quandoquidem deſcendunt, vſque ad Abyſſum, per tentationem. Gregor. ſuper Ezechielem. *Plerumque, qui plus, per contemplationem rapitur, contingit vt amplius in tentationem fatigetur. Quantum tentatio aggravat, ne contemplator inflet, ideò, contemplatio elevat; ne tentatio demergat. Vnde ne magnitudo revelationum extollat me, & cætera.* Bernard. *Non contemſit adultos; qui ait: Neſcio quomodo tenerius aſſitior erga eos, qui reverſi ſunt, quam erga eos, qui nec peccaverunt.*

Gregor. ſuper Ezechielem. lib. 2. homil. 14.
Tẽtatio agravat. ne contẽplator inflet. Cõtemplatio.
2. Ad Corinth. 12. C.
Bernard.

153 Quidam frequenter tentatus à luxuria conſulit quendam ſenem, qui nunquam tentabatur, & ait: Miſer eſt, & non eſt dignus vocari Monachus, qui tales tentationes reſpicit. Alius deſperatus ad ſæculum ire cepit; cui obviavit Abbas Appolo, qui cauſam ab eo viæ quæſivit; & narravit ei, qualiter ſenex eum deſperare fecerat. Tunc Abbas confortavit eum, dicens; quod reverteretur. Oravit autem ille, quod, qui deſperare eum fecerat, Deus eum tentari permiteret. Et incipiens prædictum ſenem vidit, quod Etiops eum ſagitis perforabat. Senex autẽ tanquam ebrius ferebatur, & non potens ferre tentationem, iter ſuum arripiebat, vt ad ſæculum rediret: Quod videns Abbas, quæſivit ab eo, quid haberet, & quo ire vellet: Qui ex verecundia dicere non audebat. Sed Abbas intelligens cor eius iaculo tentationis percuſſum, confortavit eum dicens; quod de cætero ſuã infirmitatem cognoſceret. Hoc ideo contigit, quia illum, quem debueras confortari, & conſiliari, deſperare feciſti. Nolite ergo contemnere, quos Sol decoloravit.

Exemplum de tentatione

154 Quidam Sacerdos de partibus Galleciæ magnam ingutturæ habebat inflationem, ſcilicèt papum appellatum in vulgari. Videns autẽ illum quidam excutifer celebrantem, & volens ei illudere, mandavit cuidam puero, vt cum iunco acutiſſimo eum percuteret, in inflamationem, quod & fecit puer. Sacerdos autem iniuriam paſſus, intra ſe oravit Dominum dicens; vt & illi ſimile permitteret evenire, quod ſic factum eſt: Et non ſolum vna ſed, & plures inflationes prædicto excutifero in gutture natæ ſunt, in tantum, quod plurimum verecundabatur, apparere. Ergo nolite contemnere, quos Sol decoloravit.

Exemplum de Sacerdote quodam.

FILIJ MATRIS MEÆ PVGNAverunt contra me.

Sermo ad Prælatos, & generaliter ad homines.

155 QVEM impugnaverunt Iudæi, qui fuerunt filij Synagogæ, quæ fuit mater Chriſti, impugnaverunt Chriſtum in propria perſona; Impugnaverunt ipſum; Apoſtolos, & Fideles; perſequendo.

Synagoga fuit mater Chriſti.

156 Exponitur etiam de Clericis, & de falſis Chriſtianis, qui deberent eſſe filij ſponſæ, amando, & timendo ſponſam, ſed ſunt filij Synagogæ, per imitationem, quia Synagoga, tantum quæſivit frumentum, vinum, & oleum, & cętera temporalia, & ipſum Chriſtum perſecuti ſunt. Sic plerique Clerici tantum beneficia quærunt, de animabus nihil curant. Sicut Iudæi, frequenter cultum Dei relinquentes, idolla adoraverunt; ſic Clerici ad cultum idollorum converſi ſunt.

Qualiter Iudæi impugnaverunt Chriſtum, in propria perſona.

157 Si enim addiſcis ad vanamgloriam, ad mundi favorem; adoras idollum Bahalim, quod interprætatur, ſuperiores. Plerique enim, vt Superiores in mundo appareant, in ſcientijs laborant. Si addiſcis, vt divitias acquiras, pecunia tua Deus eſt. *Simulachra gentium argentum, & aurum. Pſalm. 113. B.* Si, vt bene comedas, vt bene bibas, venter eſt Deus tuus. Si vt voluptuoſe cum meretrice vivas, tunc mulier, ſivè Venus idollum tuum eſt, Dea tua eſt. Amplius dico tibi, quod ſi venerit

De Clericis, qui adorant Idolla.
Bahalim interpræpatur ſuperiores.

Pſal. 113. B.

rit nova meretrix in villam; primus qui inveſtigaverit eam, erit Canonicus, vel Clericus. Dicit enim; O quam pulchra mulier; immo, quam pulchrum idolum; quam pulchrum Diabolum, hodie invenit, qui animam ſuam interficit! Et quia nèc de Deo, nèc de anima ſua curat, divitias, quæ de patrimonio crucifixi acquiſivit, in eam collocat, ſeù conflat. Et fit ex eis ſicut legitur in Exodo 32. *A. B.* Filij Iſrael tullerunt in aures aureas de auribus vxorum, filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, & fecerunt ſibi vitulum conflatilem, & adoraverunt, & ambulaverunt coram eis, & illi dixerunt: *Hi ſunt Dij tui, Iſrael; & ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt, ludere.*

Exod. 32. *A. B.*

158 Sic plerique Clerici ad conflandum vitulum ſuum; Id eſt, ad mulierem ornandam parati ſunt, tunicas, & pallia, & quæcumque prætioſa conferre, & ad iſta primitias habent; ſed ad opus pauperum denarium non habent. Sic ergo Deum cum rebus, & perſonis, quantum poſſunt impugnant; ludunt, & cantant meretricibus ſuis. *Hi ſunt Dij tui Iſrael*: Quaſi diceret, quando carvimus iſtis delitijs, fuimus in miſeria, & anguſtia; ſed modo habemus Deos noſtros, quos diligimus, quos amplectimur, à quibus habemus conſolationem. Quid reſpondebunt miſeri, in die iræ, quando Dominus, qui poſſeſsiones temperales nobis in nuditate ſanguineas guttas ſudando, pro nobis, acquiſivit, quas ita illicite, & viliter collocant; exegerit rationem vilicationis noſtræ? Pauperes enim conquærentur, eo quod res ſuas abſtulerunt, quoniam res Eccleſiæ pauperum ſunt.

159 Dicit Hieronym. *Rapinam committere conantur, qui vltra neceſſaria retinere, comprobantur.* Iſti ſunt ſimiles Abſaloni, qui vt legitur in 2. *Regum* 16. *D. Ingreſſus que eſt ad concubinas Patris ſui coram vniverſo Iſrael: Et ſic fœdavit lectum Patris ſui.* Verus David Chriſtus eſt, qui dicitur, habere ſponſas, & amicas, ſcilicèt Eccleſias per orbem diſperſas. Sed indigni, qui non ad morum vtiliatem; ſed ad carnis voluptatem, eas recipiunt, & lectum Patris ſui violant; Iſti ſunt, Ruben, de quo Iacob. in Geneſ. 49. *A. Rubem primogenitus meus, principium doloris mei, effuſus eſt ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubiculum patris tui.* Huiuſmodi maculant Eccleſiam Dei, quæ eſt ſponſa eius, de quibus. Ieremias 2. *Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius, & ingreſſi contaminaſtis terram meam, & hereditatem meam poſuiſtis in abominationem.* Hoc eſt, introduxi vos in Eccleſiam, & intrantes, male vivendo, locum polluiſtis. Quod facit porcus ſub querco, ſcilicèt, fructus comedit, locum polluit. Hæc facit in Eccleſia Prælatus voluptuoſus.

Hieronym.

2. Regum 16. *D.*

Verus David Chriſtus eſt.

Geneſ. 49. *A.*

Ierem. 2. *B.*

159 Qui ſic Dominum impugnant, à Domino gravius impugnabuntur; in Levitico 26. *D. Si ambulaveritis contra me, & ego incedam adverſus vos, in furore contrario.* Et qualiter incedit dicit. Iſaias 56. *C. Omnes beſtiæ agri venite ad devorandum, vniverſæ beſtiæ ſaltus.* Per agrum populus, qui per legem Dei excolitur, intelligitur. Beſtiæ ſaltus ſunt, Dæmones, qui præſunt Sarracenis, qui eſt ſaltus incultus: Quaſi diceret: Omnes Dæmones, qui exercetis fideles, & devoratis infideles, venite ad devorandum Prælatos perverſos. Subiungit, cauſam: *Quoniam ſpeculatores eius cæci ſunt omnes, neſcierunt vniverſi; canes muti non valentes latrare.* Bene noverunt cantare pro beneficijs; litigare pro poſſeſsionibus: Sed non noverunt latrare per prædicationem, contra Dæmones, pro animabus, quas, vt cruenti lupi quærunt devorare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia, Canes impudentiſsimi.

De pugna quam Dominus facit contra impios clericos. Levitico. 26. *D.*

Iſaias 56. *C.*

Per agrum populus inteligitur.

Beſtiæ ſaltus ſunt dæmones.

160 Sicut enim canes ſine vlla verecundia ligantur cum caniculis; ita multi ex ipſis amore turpiſsimo, omnibus ſcientibus, & ab horrentibus, cum cu-

NOTA.

cubinis ſuis ligantur, taliter quod nullatenùs volunt eas dimittere. Vndè in Eccleſijs, & plateis iam vulgariter dicitur: Hæc eſt amaſia, & hic eſt filius iſtius Sacerdotis; & illius Canonici; & tàm minus verecundãtur, quam Layci: Immò quod peius eſt, multò cenſeo ipſo gaudent. Ideò meritò dicuntur canes impudentiſsimi. Item, canis impudenter ad vomitum revertitur: Sic Clerici ad peccatum redeunt, quod priùs per confeſsionem eiecerunt.

Quod Clerici tribus modis Deum impugnaverunt.

161 Iſti ſunt Filij Synagogę, qui tribus modis impugnaverunt Deum, vno modo, mandata ſua contemnendo: Vndè Ierem. 5. *B. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: Ipſi enim cognoverunt viam Domini, iuditium Dei ſui, & ecce magis hi ſimul confregerunt iugum, rumperunt vincula*: In quorum figura legitur in Ieremia 36. *pertotum*: Quod Ioachin Rex Iuda ſedebat in domo hiemali ad prunas; quando oblatus eſt ei liber Ieremiæ, qui ei comminabatur, & miſsit eum, in ignem, & cremavit illum. Hyems eſt vita præſens, quę multis tempeſtatibus hominem affligit ſed contra hanc hyemalem domum facimus, quærentes divitias temporales, ne præſentes ſentiamus miſerias. Prunæ ſunt, ardentes concupiſcentiæ temporales: ad quas Petrus, & multi alij ſe calefaciunt, dùm Chriſtus In membris ſuis male tractatur. Iſte ignis accenſus eſt in atrio ſummi Pontificis, ad quem, quandoquidem ſe calefaciunt Cardinales: Immò accenſus eſt in atrio cuiuſlibet Principis, ad quem ſe calefaciunt miniſtri eorum, dùm pauperes Chriſti male tractantur. Tales proijciunt in ignem Librum Ieremiæ, qui propter divitias temporales contemnunt comminationem divinæ vindictæ.

Ierem. 36.

Prunæ ſunt ardentes concupiſcentiæ temporalis

163 Secundo modo impugnant Deum, qui animas quas Chriſtus proprio ſanguine emit, per oſtenſionem pravi exempli, vel ſubtractionem verbi divini interficiũt. Vndè Prælatus tot mortibus eſt dignus, quod pravitatis exempla adſubditos tranſmitit. Item, per ſubſtractionem verbi dicitur in Ezechiele. 3. *D. Si dicente me ad impium: Morte morieris; non annunciaveris ei, neque locutus fueris, vt avertatur à via ſua impia, & vivat: Ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram.*

Prælatus tot mortibus eſt dignus, quot.

Ezech. 3. D.

164 Tertio modo, proprias animas, per culpam mortalem perimendo. Hoc vltimo modo omnes impij Deum impugnant. Nihil tamen nos tantum debet hortare, vt ſimus ſolliciti circa ànimas noſtras, & alienas, quantum cum eas Dominus noſter proprio ſanguine acquiſivit, propria morte comparavit, quia prętio magno empti ſumus: Vndè in Actibus Apoſt. 20. *E. Attendite nobis, & vniverſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Bern. *Quid ego infelix, quo me vertam, qui prætioſum depoſitum, quod Chriſtus de proprio ſanguine, proprio verè iudicavit ſervandum accepi? Si ego ſtillantem de cruce Domini ſanguinem collegiſſem, & eſſet repoſitus in vaſe vitreo, quod circumferri ſepius oporteret; quem putas animum in tanto diſcrimine habere deberem? Ego verò illum theſaurum accepi ſervandum, pro quo mercator non inſipiens ſanguinem ſuum dedit.*

Omnes impij Deum impugnant.

Acta Apoſt. 20. E.

Bern. in 3. Ser. Adven. circa finem.

165 *Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, in quibus gravius, quam in vaſis vitreis periculum imminere videtur.* Ex quo Prę lati perverſi gravius, quam aliud genus hominum, impugnant, Dominus ipſos gravius omnibus alijs inpugnabit; Vndè in libro ſapientiæ. 6. *A.* 8. *Iudicium duriſsimum in his, qui preſunt, fiet*: Id eſt Prelatis. *Potentes potenter tormenta patientur. Fortioribus fortior inſtat cruciatio.* Ad vos Reges animarum; hi ſunt ſermones mei. Item, *Amos 6. B. Migrabunt in capite tranſmigrantium*: Qui primi tranſibunt in ſupplicium Sicut enim cæcus, cum cæcum ducit, ambo cadunt in foveam, & qui primo cadit magis læditur, quoniam ſubtus ſternitur; ſic Prælatus magis ſubditis lædetur, quia ſub ipſis infũdum inferni prępcipitabitur.

De pœnis Prælatorum.

Sapienc. 6. A. B.

166 Prælati perverſi vaccę dicuntur. Amos 4. *A. Audite verbum*

Prælati perverſi vaccæ dicuntur. Amos. 4. A.

hoc vaccæ pingues quę eſtis in monte Samariæ; id eſt. O Prælati, qui eſtis in eminentia dignitatis, quos vaccas pingues vocat, quia divitijs eſtis ſaginati. Sequitur: *Qui calumniam, facitis egenis, qui dicitis dominis veſtris afferte, & bibemus*: Dicitis maioribus, vt pauperes ſpoliant; divitias iuſte, & iniuſte acquiramus; hoc eſt afferte, & bibemus de ſubſtantia; ſudore, ſeù ſanguine pauperum. Sequitur Amos in 4. *A. Iuravit Dominus Deus in ſancto ſuo, quia ecce Dies venient ſuper vos, & levabunt vos in contis, & reliquias veſtras in ollis fervẽtibus.* Ecce, quod tales vaccæ per pedes à carnificibus inferni ſuſpendentur in palis, & ibi excoriabuntur, & fient fruſtra de talibus impijs, quaſi in macello conſtitutis dicantur, & proijcientur canibus inferni; in teſtina illorum ponentur in ollibus ferventibus Gehennæ, in quibus in ſæcula ſæculorum fervebunt.

Amos. 4. *A.*

De penis impiorum.

167 Item, qualiter impugnavit omnes impios, qui cum in preſenti impugnare non deſinunt, habetur in libro Sapientiæ 5. *C. D. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum, acuet autem duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Ibunt directè emiſſiones fulgurum, & ad certum locum inſilient*: Scilicèt ſuper capita impiorum: Sequitur; *Apetroſa ira*: Id eſt; dura & inflexa: *Plenæ mittentur grandines, excandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter.* Ecce quod quatuor elementa; ſivè omnes creaturæ vindicabunt creatorem ſuum; in *Deuteron.* 28. C. Numerantur diverſæ pœnæ perditorum; aer miniſtrabit fœtorem: ignis ardorem: Terra duritiem: Aqua algorem.

Sapientia 5. *C. D.*

Deut. 28. *C.*

168 De aere dicitur: *Percutiet te Dominus aere corrupto, & rubigine*; Item: *Sit Cœlum, quod ſupra te eſt Æneum; & terra, quam calcas, ferrea.* Item, de Cœlo Quid potes ſpectare? Pluviam igneam: Vndè in eodem: *De Cœlo deſcendat ſuper te ignis, donec conteraris.* Item, de aquis Iob. 24. *D. Ad nimium calorem tranſeat, ab aquis nivium.* Hæc ſunt pœnæ exteriores. Et quę erunt pœnæ interiores? Quia habebit febres; tortiones; æſtum, & frigus. Vndè Deut. 28. *C. Percutiat te Dominus egeſtate, febri, & frigore, ardore, & æſtu.* Quid fiet de corpore? In eodem: *Sit que cadaver tuum in eſcam cunctis volatilibus Cœli, & beſtijs terræ, & non ſit qui abigat.* Omnia genera Dæmoniorum, qui dicuntur volucres Cœli, & beſtiæ terræ, carnes tuas lacerabunt; nèc à Deo, nèc ab Angelis fugabuntur. Item, quid fiet animæ, vt in eodem dicitur: *Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis.*

Iob. 24. *D.*

Dæmones dicuntur volucres Cæli.

169 Sed nunquid aliqua pars corporis erit ſine pœna? Minime. In eodem: *Percutiet te Dominus vlcere peſſimo in genibus, & in ſuris, ſanari que non poſſis à planta pedis vſque ad verticem capitis.* Item; ex quo noluiſti ſervire Domino Deo tuo, quales Dominos habebis? Tales; de quibus in eodem. *E. Servies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame, & ſiti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugum ferreum ſuper cervicem tuum, donec te conterat.* Item Iſaias 19. *A. Tradet te Dominus in manu dominorum crudelium.* Ecce qui non dabunt tibi requiem die, ac noctè: Et ecce quod nunquam comedes de die, nunquam dormies de nocte. Ecce, quod pœnæ impijs præparantur. *Vtinam homines ſaperent, & intelligerent, ac noviſſima providerent.* Deut. 32. *D.*

Iſaias 19. *A.*

Deut. 32. *D.*

170 Item, Gregor. in moralibus ſuper illud Iob. 10. *D. Ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Illic dolor dilaniat, pavor anguſtat. Tunc erit reprobo dolor cum fortitudine; flamma cum obſcuritate; ſit miſeris mors, ſine morte: finis, ſine fine: Defectus ſine defectu: Quia mors vivit, finis ſemper incipit, deficere defectus neſcit.* Idem: *Quid prodeſt iſta prœcognoſcere, ſi non licèt evadere?* Bernard. *Eu! quam iniquæ erunt viæ perditorum, cum ſuper ſe videhunt iratum iudicem, ſubtus infernum animas devorantem, à dextris peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita Dæmonia ad ſupplitium trahentia: Foris mundum ardentem: intus cogitationem vrentem: conſcientiam contra ſe teſtimonium perhiben-*

Greg. ſuper Iob in moralibus: lib. 9. cap. 48.

Greg. Inmoral. Iob. lib. 9. cap. 50. *Bern.*

bentem : Timorem torquentem. Miſer homo, ſic de prehenſus, quid faciet? Apparere enim, intollerabile ; latere, impoſsibile erit. Si quæras quis te acuſavit ? Dico quod orbis terrarum: *Quoniam pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.* Ideò dicit Gregor. *Tota intentione curandum eſt, vt cum tempus vacationis accipimus, bene vivendi ſtudio malorum vlciſcentia tormenta fugiamus* : Quod ipſe prestare dignetur.

Sapientia. 5. D. Gregor.

De tribus Filijs malis, & matre eorum. Eva genuit nobis tres filios malos.

FILII MATRIS MEÆ, &c.

171 MOraliter Mater noſtra Eva eſt, quæ genuit nobis tres filios ; ſcilicèt : motus illicitos : afflictiones : falſos fratres. Genuit nobis motus illicitos, per peccatum, quia ipſius motus illicitos habemus, & ſentimus. Similiter afflictiones, quia Patres noſtri comederunt uvam acerrimam in paradiſo, & adhùc dentes filiorum obſtupeſcunt. Similiter perverſos frates genuit, quia omnes ab Eva deſcendimus. Primi filij pugnant contra nos, maculando : Secundi, puniendo : Tertij, detrahendo. Illiciti motus maculant per ſuggeſtionem; interficiunt per conſenſum; per opus, per cõſuetudinẽ. Vndè tres mortuos dicitur Dominum reſuſcitaſſe. De hac pugna, Apoſtolus ad *Galatas. 5. C. Caro enim concupiſcit adverſus ſpiritum, ſpiritus adverſus carnem.* Item, ad Romanos. 7. *D. Videò autem aliam legem in membris meis, repugnantem Legi mentis meę.* Lex membrorum, eſt, motus illicitus ; lex mentis, eſt motus licitus, & ordinatus.

Filij quomodo pugnant contra nos.

Dominus reſuſcitavit tres mortuos. Galatas. 5. C.

Romanos 7. C.

Lex membrorum eſt motus illicitus. Lex mentis eſt motus licitus.

172 Item, figura iſtorum legitur in *Geneſ.* 25. *C.* De Iacob, & Eſaù : *Collidebantur in vtero parvuli.* Per Eſaù, qui fuit pilloſus, inteliguntur motus carnis, qui ſunt ſuperflui, ſicut pilli. Vndè Sacerdotibus præceptum eſt ; vt habetur in *num.* 8. *B.* Vt pillos raderent; id eſt, motus refrenarent. Per Iacob, qui fuit lenis ; inteligitur motus licitus, & ſpiritualis. Eſaù prius ventrem egreſſus eſt : Sed Iacob tenuit eum per plantam, quia liciti motus illicitos debent refrenare: Vnde Hieronymus : *Neceſſe eſt, vt quocunque mens noſtra trahatur affectu, amor carnalis, Chriſti amore ſuperetur : Deſiderium deſiderio reſtringatur* : Quidquid huic diminuitur, huic accreſcit. Ambroſ. *Ipſe Apoſtolus fluctuat, habere affligitur. Vt ait ad Romanos 7. B. Captivari ſe aſſerit in lege peccati, & mortis corpore debilitari, nèc poſſe evadere, niſi eſſet, de Domini noſtri Ieſu Chriſti gratia.*

Motus carnis

NOTA.

Numerum 8. B.

Motus licitus

Hyeronymus.

Ambroſ.

Romanos 7. B

173 Alij filij contra nos pugnant, affligendo : Iſti filij ſunt iſtæ ſeptem ; ſagitta ; mors ; morbus ; calor ; frigus ; ſitis ; eſuries ; laſitudo quoque ſunt in me credo ſagittæ. Pſalm. 114. *A. Circundederunt me dolores mortis ; & cætera.* Tertij filij ſunt detractores de quibus dicitur in Pſalm. 10. *A. Paraverunt ſagittas ſuas in pharetra.* Sagittas parant, cum detractionis cauſas excogitant. Igitur & nos pugnemus contra eos. Contra primos, per memoriam mortis. In Eccleſiaſtico 7. *D. Memorare noviſsima tua, & in æternum non peccabis,* Gregor. *Nihil adeò valet, ad edomanda carnis deſideria, quam cogitare, qualis ſit mortua.* Contra ſecundos filios pugnemus, per ſpiritualem hilaritatem, vt habeamus ſquamas, & penulas. Vndè Iacobi 1. *A. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.* Contra tertios, pugnemus, bene converſando, providentes bona, non tantum coram Deo ; ſed etiam coram hominibus. Ita viperam proijcimus in ignem cum Paulo. *Actuum 28. A.*

Filij ſeptem nos affligunt.

Pſalmus 114. A.

Pſalmus 10. A.

Eccleſias. 7. D. Gregor.

Iacobi 10. A.

Actа 28. A.

POSVERVNT ME CVSTODEM in vineis : vineam meam. Non cuſtodivi.

Vos Chriſti Quod Chriſtus eſt cuſtos vinearum.

174 IN perſona ſui cuſtodit, quia hæc conſecutus ſum ex perſecutione Iudæorum, quia licèt vineam meam, quæ fuit in Ieruſalem malitia Iudæorum relinquærim ; tunc factus ſum cuſtos multarum vinearum in gentibus : Hoc eſt vineam; ſcilicèt populum Iudæorum ; meritis ſuis exigentibus ; non cuſtodivi: Sed poſſuerunt me cuſtodem in pluribus Eccleſijs, in populo gentili : quia cæcitas in parte

De multiplici vinea.

parte contigit in Iſrael, vt plenitudo gentium intraret.

Vinea dicitur beata Virgo.

175 Vinea dicitur beata Virgo. Synagoga; & quælibet fidelis anima, & mortalis culpa. Beata virgo eſt vinea. In *num.* 13. *C. D. E.* Miſsit Moyſes exploratores in terram promiſsionis, vt conſiderarent qualitatem terrę, hominum, & vrbium; & deſcendentes ad vallem vberrimam, tulerunt, demalogranatis; & de ficubus illius loci, palmitem cum vua abſciderunt, quam præ magnitudine in vite duo Viri tulerunt. Ob hoc appellatus eſt locus ille Neheleſcol, quod interprætatur Torrens botri; quia dedit nobis talem botrum, qui ſufficit ad refectionem omnium hominum, & Angelorum. De hoc botro in Gen. 49. *B. Lavabit in vino ſtollam ſuam & in ſanguine uvæ pallium ſuum*: Id eſt carnem propriam ſanguine cruẽ tavit. Hæc vua, in torculari crucis preſſa effudit liquorem dulciſsimum vinum, quod triſtes lætificat; morbidos ſanat; dæmones fugat; ignem inferni ſtinguit; & in cælum ſalire facit.

Numeo. 13. *C. D. E.*

Nehelescol interpretatur torrens botri.

Geneſ. 49. *B.*

Iſaias 5. *A.*

176 Item, Synagoga: *Iſaiæ* 5. *A. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei: & ſepivit eam; munimine Angelorum, & lapides elegit ex illa*: Id eſt: Offendicula & peccata: *Et plantavit vineam electam, & ædificavit turrim in medio eius*: Id eſt: Civitatem Ieruſalem: *Et torcular extruxit in ea*: Id eſt: Templum in quo multa animalia, quaſi vuæ in torculari ſacrificabantur. *Expectavit vt faceret vuas*: Bonorum operum; *& fecit labruſcas*: Id eſt: Opera amaritudine plena. Quid eſt quod debuiſacere, & non feci, vineæ meæ? In eodem 5. *B. Vinea autèm Domini Exercituum domus Iſrael eſt.*

Iſaias 5. *B.*

Qualitèr vinea excolitur.

Iſaias 5. *A.*

177 Vinea miſtice dicitur Eccleſia; ſivè; fidelis anima. *Hæc vinea facta eſt dilecto*: Id eſt, Chriſto, in cornu Crucis: Id eſt; fortitudine, qua Chriſtus; Id eſt, filius olei, Eccleſiam acquiſivit. Hæc, ſic, excolitur; Primo in quibus Dominus partibus extercoravit; poſtea excavavit: poſtea putavit. Tertio foditur: Quarto paſtinatur; Quinto paxillatur. Stercoratur per cordis contritionem: Circum foditur, ſivè excavatur; per oris confeſsionem: putatur per operis ſatisfactionem, Paſtinatur per bonorum operum ſuper additionem: Paxillatur exemplis Sanctorum. Item, extercoratur quando peccata, quæ ſibi dulcia fuerunt, ſibi fœtent. Vndè Iudas, vt dicitur *Geneſ.* 28. *E.* Miſsit hædum ad Tamar. Iudas interprætatur confeſio: Tamar, Amaritudo: & ſignat peccatum, quod cuilibet vertitur in amaritudinem penitentię, in præſenti; vel penæ ęternæ in futuro.

Geneſ. 38. *E. Iudas interpretatur confeſsio. Tamar interprætatur amaritudo, & ſignat peccatum.*

178 Huic amaritudini debet quilibet mittere hœdum ad notandum, quod ei fœteat peccatum, quoniam vt dicit Iſaias 3. *D. Erit, pro ſuavi odore, in voluntate fœtor; in contritione amaritudo.* Circum foditur; quando radix vitis, ſoli aperitur; & hoc, quando occulta peccata, cogitationes, & opera, penitens Deo, & Sacerdoti confitetur. Poſtea putatur; quando per ſatisfactionem ſuperflua reſecantur. Tria enim in ſatisfactione, principalitèr attenduntur. Ieiunium: Elæemoſina: Et oratio: Ieiunium reſecat ea, quæ ſuperfluitate cibi, & potus vineam noſtram occupaverunt. Eleemoſyna reſecat ſuperfluitatem divitiarum, quę male conſervatæ fuerunt. Orationes amputant pravos motus, qui ex ſuperbia concreverunt; Quoniam ieiunium eſt, contra vitium carnis. Eleemoſyna, contra divitias. Oratio, contra ſuperbiam. Quod ſi quis nihil ſe habere, niſi a ſolo Deo conſidetat; Ideò hoc orat; vt bona conferat, collata augmentet, & præmia concedat.

Iſaias 3. *D.*

179 Paſtinatur, quando terra circa vitem movetur, & vrticæ, & malę herbæ velluntur. Licet enim pœnitentiam quis peregerit, veruntamen; neceſſe eſt quod ſemper Labori intendat; quoniam vt dicit Gregorius: *Semper aliquid eſt agendum, ne ager noſter, malarum cogitationum ſentibus occupetur.* In Parab. 24. *D. Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti; Et ecce totum repleverant vrticæ.* Aug. *Non facile à tentatore capitur, qui bono vacat exercitio.* Hyeronymus

Contra ociũ.

Greg.

Parabolę 24. D.

Aug.

Hyeronymus ad Ruſticum.

mus: *Semper facito aliquid operis, vt te semper Diabolus inveniat occupatum,* Quæritur Egistus, quare sit factus adulter? In prontu causa est: Disidiosus erat. Legitur in *Math.* 12. *D.* Quod Diabolus assumpsit secum septem Spiritus nequiores se, & invenit domum mundatam, & ornatam. Mundatam à vitijs; ornatam virtutibus; sed vacantem à bonis operibus; & ideò intravit.

Math. 12. *D.*

180 Item, *In* 2. *Regum* 11. *A. Factum est eo tempore quo solent Reges ad bella procederere, misit David Ioab, & servos suos, & universum Israel, & vastaverunt Filios Ammon.* Ille autem domi in ocio remãsit, & vidit Bethsabee lavantem se, & pro ea misit, & adulterium perpetravit: Postea homicidium incurrit. Si enim in expeditione fuisset impeditus negotijs; adulterium non commisisset. Hoc est contra Episcopos, & Abbates, qui plerunque mittunt subditos suos contra filios Ammon; & ipsi in vitijs, & delitijs torpent: Ammõ interpretatur; Populus iniquus, & signat Dæmones, qui sunt populus iniquus filios hominum nequiter impugnantes; quorum filij sunt; superbia; Avaricia; Luxuria; & cętera: Quoniam vt dicitur in libro sapientiæ. 2. *D. Invidia autem Diaboli mors.* Id est peccatum; *introivit in orbem terrarum.* Ista enim est stella, quæ dicitur, in *Apocalip.* 8. *D.* Absintium, quæ cæcidit in terram; & infecit humanum genus. Contra hos filios Ammon, Prælatus subditos mittit: Quomodò resistant vitijs, bene instruit; sed ipse domi in ocio moratur, vitijs, & delitijs repletur, & laqueis Diaboli, cum David, capitur; quoniam hoc est tempus, in quo Reges animarum solent ad bella procedere. Tota vita nostra est militia super terram; vt habetur Iob. 7. *A. Militia est vita hominis super terram.*

2. *Reg.* 11. *A.*

Ammon interpretatur populus iniquus.

Sapientia 2. *D.*

Apocal. 8. *D.*

Iob. 7. *A.*

Numquam bella pijs?
Numquam discrimina desunt?
Et cum quo certet;
Mens pia semper habet.

181 Si verò hæc vinea, per varios labores non collitur, vt dixit Isaias. 5. *B. Auferam sepem eius*: Id est custodiam Angelorum; & *erit in direptionem*: *Diruam maceriam eius*: Id est; protectionem virtutum: *Et erit in conculcationem*: & *ponam eam disertam*: *Non putabitur*: Per tribulationem: *Et non fodietur*: Per timorem; vel confessionem: *Et ascendent*: Id est super eam: *Vepres & spinæ*: Id est pænæ, & culpæ.

Isaias 5. *B.* *Gentibus*

182 Item, istius Vineæ vitis est Christus: Nos palmites. Vndè veritas in Ioane. 15. *A. Ego sum vitis vera, vos palmites, & pater meus agricola est*: *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat*: *Si quis in me non manserit; mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mitent, & ardet.* Quoniam sarmenta, ad nihil sunt vtilia, nisi ad comburendum. Sic de impijs in iuditio nihil fiet, nisi quod vtiles sunt ad Gehennam ad comburendum. Diabolus autèm per cultelum luxuriæ; gulæ; vel superbiæ; vel alteriùs culpæ, scindit palmitem a vite; impium; à Christo. Et facit, eum ardere, & mittit in ignem gehennæ; vbi non admodum siccorum sarmentorum igne consumetur, in ardendo; sed tandiù ardebit in inferno; quandiù Deus erit in Cęlo.

Quod Christus est vitis vera quæ bene fuit exculta.

Ioannes 15. *A.*

183 Hæc vitis; scilicèt Christus; fuit cum clavis quasi diversis fossorijs fossa. Undè in Psalm. 21. *C. Foderunt manus meas, & pedes meos, & cætera.* Undè Versus.

Psalmus 21. *C.*

Fossa dabit multos optato tempore fructus.
Fossa caro Christi Cælica regna dedit.

Putata fuit, quando abstulerunt ei vestimenta sua, quasi superflua. Paxillo crucis paxillata. Lancea Lateris, & corona capitis revinata. Et sic nos bonorum operum paxillo gratiæ, quo sustentamur in via, quo reficimur in patria, ad exemplum ipsius debemus paxillari. Quatuor paxilli sunt, quibus fuit paxillata: Vnus; scilicèt columna, ad quam fuit Christus ligatus. Alius arundo, qua porregerunt ei acetum felle mixtum. Tertius paxillus crux Christi. Quartus Lancea, qua Latus fuit per foratum. Si aliqui tibi inferunt verba, vel verbera, non iraſcaris, ne cadas, per mortale: Sed appo-

Paxilli Christi sunt quatuor.

apponas tibi columnam Chriſti, id eſt Crucem, & dicas. Exquo Chriſtus verba, & verbera, & vulnera pacienter ſuſtinuit pro me; oportet me pro ipſo ſimilia ſuſtinere. Ecce optimus paxillus. Et ſic te habendo optimis paxillis eris appodiatus.

De vinea luxuriæ, campo ſuperbiæ & puteo avaritiæ.

numeri 21. E. Deuter. 32. E Sodoma interpretatur: nuta Gomorrha aſpera.

184 De vinea culpæ mortalis in *numeris* 21. *E.* Dixit Iſrael ad Sehon Regem Amorreorum: *Obſecro vt tranſire mihi liceat, per terram tuam; non declinabimus in agros & vineas; non bibemus aquas exputeis*: Quia vinea Diaboli eſt *Vinea ſodomorum.* Deuter. 32. *Et de ſuburbanis Gomorræ.* Sodoma interpretatur muta. Gomorra; aſpera. Hæc eſt vinea luxuriæ, quæ illum, quem inebriat, mutum facit in confeſsione, & replet conſcientiam ſpinarum compunctione, Undè; *Fel draconum, vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.* Fel draconum eſt peccatum luxuriæ, quæ pungit caſtitatem; ſicut Draco occidit Elefantem, per quem caſtitas deſignatur.

Deuter. 32. E Peccatum luxuriæ, eſt fel draconum. Elefans ſignat caſtitatem.

Venenum aſpidum eſt mentis obduratio.

185 Venenum aſpidum eſt mentis obduratio, per quam homo per dilectionem præſentium peccatorum, & dulcem recordationem præteritorum aures obturat, ad verba prædicationis, ne delatibulo cordis exeat peccatum, per confeſsionem; ſicut Aſpis ad vocem incantatoris, ne virtute incantationis exire cogatur de ſpelunca, aures obturat: Vnam auriculam affigit terræ, per quam ſignificantur peccata præſentia: Alteram cauda obturat, per quam ſignificantur præterita, quæ ad delectationē revocantur. Aquas putei intelligimus divitias, quæ cum labore de profunditate negotiationum, & fraudis hauriuntur. De quibus dicitur, quo plus ſunt potitæ, plus ſitiuntur aquæ. Quandoquidem vt dicitur in Eccleſiaſtes 12. C. *Convertitur hydria ſuper fontem, & conſtruitur rota ſuper ciſternam ſuam.* Quandoquidem cum hydria implecta fuerit aquis, frangitur, & relabente ſitula ſitibundus remanebit.

Aſpis ad vocem incantatoris aures obturat.

Aquæ putei inteliguntur divitiæ.

Eccleſiaſtes 12. C.

186 Sic, divitiæ, cum labore fuerint acquiſitę, contingit, quod per furtum, vel aliam fortunam diſperguntur: Ita quod non contingit eis vti, qui acquiſierunt, & pereunt divitiæ, cum maxima afflictione; quoniam divitiæ cum labore acquiruntur, cum timore poſsidentur: Cum dolore amituntur. Non enim deſeritur ſine dolore, quod poſsidetur cum amore. Sic igitur viri iuſti tranſeuntes, per hunc mundum, in terram promiſsionis, non debent declinare ad agros ſteriles ſuperbiæ mundanæ: Nec ad vineas ebrietatis, carnis, & libidinis: Nèc bibant aquas divitiarum, de puteo iniquitatis, & malitiæ. Sed tranſeant viam regiam incedentes; id eſt, per viam, quæ Chriſtus eſt, vitam ipſius imitantes, & præcepta eius adimplentes: Donec veniant, ad terram fluentem lac humanitatis, & mel divinitatis; vbi eſt, qui eſt in ſæcula ſæculorum.

Divitiæ cum labore acquiruntur, &c. deſeritur non ſine dolore, quod poſsidetur cum amore.

VERS. VI.

INDICA MIHI QUEM DILIgit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.

187 AD Sponſum animarum, ad Chriſtum, videns que, quod eſuriens non poteſt ſatiari; dolens nequit conſolari; laborans nequit quieſcere, niſi in ſponſo: Ipſum quærit, in quo vere ſatiabitur; quo conſolabitur; in quo veram pacem conſequætur.

De voce adoleſcentularū ad ſponſum.

188 Quærit Chriſtus: Quærit Diabolus: Quærit iuſtus. Quærit Chriſtus ſponſam; Diabolus animam; Iuſtus vitam. Vidit Chriſtus, qui in Cœlo eſt, animam ad ſimilitudinem ſui creatam. Et licèt Angelos videret, non fuit contentus, niſi deſcenderet, & animas quæreret. In cuius typum filij Iſrael miſerunt Patri ſuo Iacob, tunicam Ioſeph intintam ſanguine; vt habetur, in Geneſ. 3. *G. Quam, cum vidiſſet Iacob, ait: Tunica filij mei eſt; fera peſsima devoravit filium meum Ioſeph: Sciſsiſque veſtibus, indutus eſt cilicio, luxit eum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius, vt lenirent dolorem Patris, noluit conſolationem recipere; ſed ait: Deſcendam*

Quod Chriſtus querit ſponſam: Diabolus auimā iuſtus vitam.

Geneſ. 37. G.

Tunica Ioſeph fuit caro Adæ.

dam ad filium meum lugens in infernum. Tunica Ioſeph, fuit hæc caro Adæ ſanguine peccati plena: Quam Dominus videns; ait: Tunica filij mei eſt, fera peſsima; id eſt, Diaboli invidia devoravit filium meũ. Vndè Diabolus dicitur a Dia, quod eſt, duo; & bolus, quod eſt morſus; quia fecit ſibi duos morſellos, vnum de anima, alterum de corpore; vel vnum de Adam, alterum de Eva.

Diabolus dicitur à Dia: quod eſt duo: & bolus quod eſt morſus.

189 Scidit veſtimenta ſua, quando Cęlos dirupit, id eſt, occultationem deitatis, & cilitium noſtræ carnis aſſumpſit: Congregatis cunctis liberis, id eſt Angelis in Cælis, vt lenirent dolorem eius, noluit conſolationem recipere; quoniam non eſt contentus conſortio Angelorum, niſi delectaretur conſortio hominum. Venerunt etiam Angeli, & in terra confortaverunt eum, ſed noluit conſolari: Sed lugens deſcendit ad infernum ad Filium ſuum Adam, quoniam cum lacrymis, & dolore vallido emiſit ſpiritum & ſic liberavit genus humanum. Ecce quantum animas dilexit, quas cum tanta diligentia quęſivit.

De Prælatis, & quod Chriſtus ſuper omnia diligit animam. 2. Regum. 3. C.

190 Similitèr: Quando Abner venit ad David, vt traderet ei terram Iſraèl, ait ei David. *Optimè ego faciam tecum amicitias: Vnam rem peto à te, dicens: Non videbis faciem meam, ante quam adduxeris mihi Michol filiam Saul;* vt habetur 2. *Regum.* 3. *C.* Sic dicit verùs David Prælatis: De terris, & vineis non placet mihi: Unam rem peto: Scilicèt, quod ducatis mihi Michol Filiam Saul: Id eſt, animam, quę per peccatum eſt filia Saùl; Id eſt, Diaboli. Quare dilexit David Michol: Quare pro ducentis præputijs Philiſthinorum ipſam emit; & Chriſtus duplicem immunditiam Dęmonum, per paſsionem à nobis abſtulit. Scilicèt, immunditiam carnis per afflictionem; quam ſuſtinuit in carne: Immunditiam animę; per afflictionem, quam ſubſtinuit in anima, & quia tam care nos emit; tam ardenter nos dilexit. Vndè in Actibus. 20. *E. Attendite vobis, & vniverſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit Chriſtus proprio ſanguine.* Non ait attendite bobus, & aſinis, & cæteris multiplicandis. Nihil autèm tantum artat nos, vt animas diligamus, quam quod Dominus eas in tantum diligit, quod proprio ſanguine ipſas redemit.

191 Homo debet ſe ipſum appręciari, ex quo Sanctiſsimus, non deceptus, ſicut nos, eſt appræciatus. Certè, neſcit homo prætium eius. Nèc pro Angelis, nèc pro toto mũdo Chriſtus ſanguinem ſuum daret, quem pro anima dedit. Undè Bernardus. *Totus iſte mundus ad vnius animæ prætium extimari non poteſt.* Non enim pro toto mundo Deus animam ſuam dare voluit, quam pro humana anima dedit. Sublime ergo animę prętium, quæ non, niſi ſanguine Chriſti redimi potuit. Math. *Quam dabit homo commutationem pro anima ſua;* qui pro nihilo dat illam. Animas ergò noſtras ſuper omnia apprætiemur. ò Vani! Nèc pro modica delectatione; fornicatione; vel detractione eas Diabolo tribuamus; quia Dominus tantum nos dilexit, quod capillos noſtros, ne aliquem amittamus, numeravit: Math. 10. *C. Veſtri autèm capilli capitis omnes numerati ſunt.* Et idem. *Luca.* 12. *B.* Vndè Aug. *Si capillorum noſtrorum meminit, multò magis meminit animarum.*

Actus 20. E. De multiplici pretio animi, & quod Chriſtus ſuper omnia animas appretiatur. Bernar.

Math. 16. D.

Math. 10. C. Luca. 12. B. Auguſtinus

192 Bernardus admirans Dei miſericordiam, & prætium prætioſum animarum attẽdens dicit: *Beatus Iob ait: Quid eſt homo quia magnificas eum; aut quid apponis erga eum cor tuum? O Pater miſericordiarum, quod apponis erga hominem cor tuum? Scio quod; vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum Matth. 6. C. Quomodò ergò nihil ſumus, ſi theſaurus tuus ſumus?* Ergò animas noſtras, quaſi theſaurum prætioſũ cuſtodiamus.

Bern.

Iob. 7. D.

Bern. in Ser. 5. de Dic. Eccleſiæ. Matth. 6. C. Anima eſt Theſaurus Chriſti.

193 Item; ex quo ſic nos caros habuit, & care redemit, miratur Dominus, quod Diabolo ſervimus. Vndè Bernardus *Populo meus quid debui facere, & non feci? Quæ cauſa eſt, quod inimico meo, veſtro que; plus libet ſervire quam mihi? Nèc enim ille creavit vos, nèc paſcit quidem, nèc tempora veſtra ipſe diſponit. Si parva hæc videntur O, ingrati!*

Bernard. In meditationib. ſer. ſuper illud Ecce nos reliquimus omnia: circa finem.

Non

Non ille ; ſed ego redemi vos. Sed quo prætio? Non vtique corruptibilibus; auro, & argento, non ſole, vel Luna, non ſaltem aliquo Angelorum, ſed propio ſanguine vos redemi. Denique, ſi nèc tam multiplici iure debitum valeam elidere à vobis famulatum, omiſſis omnibus, mecum ſaltem ex denario diurno convenite. Math. 20. A. Nihil vobis volui, licet nihil videar pro fuiſſe: Ei optèperate, qui plurima vobis largitur, & pauciora vobis pollicetur.

Math. 20. A.

De Prælatis qui plus appræciamtur paleas, quam animas.

194 Ecce quantum appræciatur Dominus, quem Prælati tamparum appræciantur: Quoniam non animas, ſed paleas, & ſtercora vocant Prælati res Eccleſiæ. Et circa tales res ; circa talia ſtercora, tota eſt Prælatorum ſolicitudo. Viliſsimum officium quarundam mulierum eſt ; ſcilicèt ſtercora canum quærere. Sed hoc eſt iam officium Prælatorũ, quærere, & multiplicare temporalia, quę omnia ; ſecundum Apoſtolum ad *Philip. 3. B.* Sunt ſtercora : Ideò facti ſunt, vt ſtercus terrę. Stercus ſuper terram, fructum facit temporalem, quia triticum, & ordeum multiplicat : Sic Prælati noſtri temporis, ſtercora terræ ſunt dicendi, quia nihil, niſi temporalia, ad modum ſtercorum multiplicant. Iam Prælati non poſſunt computare, quot animas acquirunt; ſed comendant ſe dicentes: In tantum Eccleſiam meam melioravi, ex quo Prælatus fui ; tot redditus: Tot vineas: Tot Bobes : Hoc eſt, tot ſtercora acquiſivi.

Philipenſes 3. B.

195 Frater, ſeù Pater, non hoc iniunxit tibi Dominus, quia non eſt ei cura de Bobus ; ſed de animabus. Ait enim Appoſtolus. 2. ad Corinth. 12. *D. Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos.* Prælati verò dicuntur è contrario. Non quæro vos, ſed ea, quæ veſtra ſunt: ſcilicèt lac, & lanam, & porcos, & gallinas pauperum. Dicit Bern. *Cadit aſyna & eſt qui ſuſcitet eam : Perit anima, & non eſt, qui reputet.* Maior eſt cura alicui Epiſcopo de aſina ; quam de anima. Similes ſumus ruſtico, qui profeſſus eſt ſe ſcire artem carminandi beſtias, & cum videret carminari oves vicini ſui, ait. Alba ovis; Nigra ovis; tantum mea refert : Si tu vixeris, quantum ſi mortua fuiſſes: Albę, nigræque mihi mors ovis eſt gravis æque.

2. ad Corint. 12. D.

Bernar.

196 Ita eſt de Prælatis, dummodo habeant lac, & lanam, tantum appræciantur, quantum ſi vivant, vel moriantur. Zacharias in 11. *A. Pasce pecora occiſionis, quæ qui poſſederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea dicentes : Benedictus Dominus, divites facti ſumus : Et paſtores eorum non parcebant eis.* Hoc faciunt Prælati noſtri temporis, per prabum exemplum vendunt animas Diabolo : Sicut Lapidarius lapidem, quem minus appretiatur parvipendit : Sic Prælatus inter omnes poſſeſsiones, animas minus apretiatur. Et quia cum cura animarum multas acquirunt divitias, dicit, vel dicunt ; iuxta prædictum verbum Prophetæ. Benedictus Dominus ; divites facti ſumus: Igitur O Prelati! Animas, quas Chriſtus quæſivit, quæratis ei, & acquiratis ; quoniam qui convertit peccatorem ab errore ſuo, ſalvat animam eius.

Zachar. 11. A

Qualitèr quę rit animas Diabolus

197 Item, quærit Diabolus idem quod Chriſtus : Sed Diabolus ad perdendum ; Chriſtus ad Salvandum. Qualitèr quęrit Diabolus; dicitur ; in Luca 11. *C. Cum immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per loca in aquoſa, quærens requiem, & non inveniens, dicit: Revertar in domum meam, vndè exivi.* Diabolus exit ab homine per baptiſmum, vel pœnitentiam: Ambulat per corda Sanctorum, ab omni nequitia, & malitia fluxarum cogitationum, & humore lividinis deſicata ; ſed tali loco greſſus ſuę nequitiæ figere non poteſt ; & ideò revertitur ad domum, vndè exivit.

Luca 11. C.

198 Interius autem ſi domum invenit vacantem abonis operibus, quia invenit eã ocioſã ; *Tùnc aſſumit ſecum alios ſeptẽ ſpiritus nequiores ſe, & ingreſi habitant ibi, & fiunt noviſsima hominis illius; peiora prius:* Quia per luxuriam facit eam pollutam ; vel per avaritiam accenſam, vel per invidiam, vel ſuperbiam confractam, & cætera. Itaque, qui prius laborabat, vnius morbo peccati ; multorum poſtea fit habitatio peccatorum, ſeù Dæmoniorum.

Sem-

Semper ergo, frutres, de bono cogitate, vel de his, quæ Dei ſunt, & ſic Diabolus intrare non poterit domum veſtram; hoc eſt cordium veſtrorum habitationem. Vndè Ambroſ. *Cum hoſpitium tuum adverſarius viderit occupatum, Cæleſtis fulgore præſentiæ, intelligit locum tentamentis ſuis prœcluſum.*

Ambroſius.

INDICA MIHI QVEM DILIgit anima mea; vbi paſcas; vbi cubes in meridie.

Querit anima ſponſum: Sed ad ipsũ; niſi per ipsũ venire nõ poteſt.

199 DOminus paſcitur; cum noſtris actibus delectatur. Cubat in meridie, quando apud electorum ſuorum pectora refrigerium invenit cogitationis bonæ. Vel verba ponuntur in tertia perſona: ſecundum hoc, eſt vox ſubditorum ad Prælatos Eccleſiæ dicens: Indica mihi Chriſtum, quem diligit anima mea; vbi paſcat, vbi cubet in meridie.

De indicatione multiplici, & vbi Chriſtus non invenitur; ſed Diabolus. Iob. 28. B.

200 Primo indicemus; vbi non eſt, vt melius inveniatur. Vbi nõ eſt, dicitur in Iob. 28. *B. Neſcit homo prętium eius, nèc invenitur in terra ſuaviter viventium. Abyſſus dicit: Non eſt in me: Et mare loquitur: Non eſt mecum.* Neſcit homo extimationem prætij, quia ſi ſciret, non cogitaret prætium eius repellere. Siquis intelligeret; quam magnus; quam bonus; quam potens eſt Dominus, nèc infiniti mundi poſſunt ei comparari. Et qui ipſum habet, pro infinitis mundis vendere, vel amittere non deberet.

De venditione Chriſti.

Zacharia 11. C.

201 Plerique enim pro modico pretio Chriſtum vendunt; ſed quia tam levi prætio venditur, conquæritur in Zacharia 11. C. *Si bonũ eſt in oculis veſtris, afferte mihi mercedem meam; & ſi non, quieſcite* Quilibet iuſtus poſsidet Deum: Sed quando mortaliter peccat vendit eum: Sicut guloſus, pro vna ingurgitatione: Luxurioſus pro momentanea delectatione: Avarus pro denario: Quoniam ſi mentitur, periurat; vel vſuram, vel aliquod mortale, pro denario committit; Chriſtum pro denario vendit. Si ergo bonum eſt in occulis veſtris, quod me, qui ſum filius Dei, creator mundi pro tam vili mercede venditis: Afferte mercedem meam, & conſiderate prætium ipſius, & prætium mei. Video quam veſanus, & viliſsimus mercator, qui pro minima delectatione dat ſummum bonum, pro meretrice, Chriſtum: Pro denario, Deum. Si non videtur vobis bonum, quieſcite, ne vlatenus me vendatis.

202 Sequitur: *Appenderunt mercedem meam triginta argenteos; & dixit Dominus ad me. Proijce illud ad Statuarium, decorum pretium, quo appreciatus ſum ab eis. Et tuli triginta argenteos; & proieci illos in domum Domini ad Statuarium.* Et Iudæi noluerunt quieſcere. Iudas enim vendidit, & Iudęi emerunt pro triginta argenteis, & quia pro tam vili pretio fuit venditus, dicit, quod proijciat illos ad ſtatuarium: Id eſt, monſtret vile pretium Deo Patri, qui eſt ſtatuarius noſter: Quia facit figuras corporum noſtrorum, quaſi ad opinionem vendentium. Quo pretio dixit Chriſtus appretiatus ſum ab eis. *Zach. 11. C.*

203 Sed plerique mãgis quam Iudęi vilipendunt Chriſtum: Sicut meretrix, quę vendit pro denario: Guloſus pro morſello: Ebrius pro vino: Immundus pro vna delectatione: Superbus pro vna vanitate; & ſic de cæteris. Certe, proijciet filius tale pretium Patri ſuo conquęrendo, quod pro tam modico ipsũ alienaverit; qui pro tam modico Chriſtum vendidit; pretiũ eius neſcit; nèc invenitur in terra ſuaviter viventium: Id eſt, volumptatem carnis adimplentium. Plerique omnem ſuavitatem in cibo; & potu; luxu; veſtitu; & fornicatione ſectantur: Non ibi Dominus, ſed Diabolus invenitur.

204 Sequitur: *Abyſſus dicit; Non eſt mecũ;* id eſt profunditas cupidorum, qui ita exquiſite cogitant, qualiter divitias acquirant. *Mare loquitur non eſt mecum;* Id eſt, tumultuoſa corda ſuperborum. Ex quo patet, quod in iſtis, non eſt Chriſtus, qui eſt vera ſapiẽtia Patris: Ergo reſtat, quod in eis ſit Diabolus, &c. quod in his, vel huius ſit ſedes Satanę: Quoniam vt dicit *Iob.* 40. *C.* de Diabolo. *Sub vmbra dormit in ſecreto calami, & in locis humentibus*: Id eſt, in cor- *Iob. 28. B.* *Iob. 40. C.*

dibus cupidorum, qui nihil cupiũt, niſi vmbram: *In ſecreto calami*: Id eſt, in vacuo corde ſuperborum, qui habent ſonum elationis, ſed carent ſenſu bonitatis. *In locis humentibus*: Id eſt in ebriosis, & luxuriosis.

De cubatione & poſtu, & vbi invenitur Chriſtus.

205 Vbi igitur paſcit, vbi cubat? Paſcit in activis: Cubat in contemplativis; quia in bonis operibus iuſtorum reficitur; in quiete contemplationis recreatur; & hoc totum in meridie; id eſt in charitatis ferbore. In meridie Sol altior, & clarior. In illis enim paſcitur, qui altitudine ſanctitatis morantur, qui fervore altitudinis accenduntur, qui charitate conſcientiæ ſerenantur.

De meridie multiplici.

206 Eſt autem meridies, ſivè hora meridiana proſperitatis; Plaga meridiana cupiditatis. Eſt meridies charitatis in via: Eſt meridies claritatis in Patria. De meridie proſperitatis legitur in 2. Regum 4. *B. Venientes igitur filij Remmon Berothitæ, Rechab, & Baana ingreſsi ſunt fervente die domum Iſboſeth; qui dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie. Et oſtiaria domus purgans triticum obdormivit. Ingreſsi ſunt autem domum latenter aſſumentes ſpicas tritici; & percuſerunt eum in inguine Rechab, & Baana frater eius, & fugerunt. Cum autem ingreſsi fuiſſent domum, ille dormiebat ſuper lectum, in conclavi, & percutientes interfecerunt eum.*

2. Regum 4. B.

207 Iſboſeth dormit in meridie, quando quis ab omni opere ceſſat: Torpens in proſperitate vana. Baana interprætatur, venit reddens: Rechab concedens. Iſti ſunt adulatores; quorum ſunt duo genera: Unus dicitur concedens, quia quidquid dicit dives, concedit. Si dicit Cornix eſt alba, non negat: Si dicit æſtus ſudat; ventitat eum. Baana interpretatur; venit reddens: Ecce mundus pro varijs operibus, laudes conferens. De his veritas in Mattheo 6. *A. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam*, quia nihil volunt pro operibus ſuis, niſi laudem humanam. Iſti interficiunt animas in proſperitate torpentes, quia benedicunt impium in deſiderio animæ ſuæ. Et tunc plus nocet lingua adulatoris, quam gladius percuſoris, quia gladius, interficit corpus; lingua verò animam.

Baana interpretatur; venit reddens: Rechab; concedent.

De adulatione.

Matth. 6. A.

Plus nocet lingua adulatoris, quam gladius percuſoris.

208 De plaga meridiana cupiditatis. Ioſue. 10. *G. Percuſit itaque Ioſue omnem terram montanam, & meridianam, atque campeſtrem, & Aſedoth, cum Regibus ſuis: Non dimiſit in ea vllas reliquias, ſed omne quod ſpirare poterat, interfecit.* Terra montana eſt ſuperbia: Meridiana, cupiditas: Campeſtris, luxuria: Aſedoth, fractura populi interpretatur: Et eſt turpis imaginatio præcedentis peccati, quæ multos frangit, etiam velociſsimum Aſaelem interfecit Abner, averſa haſta. 2. *Regum* 2. *E.* Ita Diabolus multos interficit, ſeu frangit, recordatione peccatorum. Et non dimiſsit reliquias; id eſt, omnes occaſiones, & circunſtantias peccatorum delevit.

De plaga, & terra triplici; & de meridie cupiditatis. Ioſue 10. G.

Terra montana.

Aſedoth interprætatur, fractura populi.

2. Regum. 2. E.

209 De meridie Charitatis in via ſcriptum eſt in *Geneſ.* 18. *A.* Cũ ſederet Abraham, in convalle mambre. In oſtio tabernaculi ſui in fervore diei: Scilicèt in meridie, & elevaſſet occulos, apparurunt ei tres viri, & dedit eis panes ſubcinericios, butyrum, & lac, & vitulum ſaginatum. Mambre interprætatur; diviſio, & ſignat decreſtionem, quæ dividit bonum à malo, eligendo bonum, & repellendo malum. Sub convalle Mambre ſedet in oſtio tabernaculi, qui diſcernens, bonum à malo, conſiderat introitum, & exitum huius mundi, & fervet in meridie, qui fervet in charitate, diligendo Deum ſuper omnia, & proximum ſicut ſe ipſum. Talis meretur tres Angelos hoſpites ſuos, ſcilicèt tres perſonas, hoſpites ſuos recipere. Et debet eos recipere, & reficere panibus ſubcineritijs; id eſt, operibus humilitatis; lacte: Id eſt ſuavitate ſimplicitatis; butyro: Id eſt pinguedine devotionis: Vitulo ſaginato: Id eſt hillari mortificatione carnis.

De diſcretione, & meridie charitatis. Geneſ. 18. A.

Mambre interprætatur: Diviſio.

210 De meridie claritatis eternæ in *Geneſ.* 43. *G.* Fratres Ioſeph comederunt in meridie, & biberut, & inebriati ſunt cum eo: Quoniam Chriſtus illos, qui per imitationem vitę

De meridie claritatis Eternæ. Geneſ. 43. G.

vitæ ſunt fratres eius, inebriavit, ab vbertate domus ſuæ, in claritate viſionis ęternæ. Ubertas domus ſuæ, ſunt immenſa cælorum gaudia, de quibus verſus.

Ibi pax; pietas; vnitas; lux; virtus, boneſtas.

Gaudia, lætitiæ; dulcedo, vita perennis.

Gloria; Laus; requies; amor, & concordia dulcis.

Glorioſa dicta ſunt de te Civitas Dei Pſal.86. A. Sicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te. Omnes delectantur de Deo: Facies decora, & eloquium dulce, delectabilis eſt ad videndum: Suavis eſt ad habendum; dulcis ad perfruendum. Ipſe per ſe placet: Per ſe ſufficit, ad præmium, ad auxilium. Quidquid aliun de poſtulas, in illo totum invenitur. Ad iſtud convivium perducat nos Dominus noſter amen.

Pſalm.86.A.

NE VAGARI INCIPIAM POST gregem ſodalium tuorum.

Qui dicuntur ſodales Dei.

211 SOdales Dei dicuntur, qui dicunt ſe, vel fingunt iuſtos: Sicut Hęretici: Sciſmathici: Falſi Chriſtiani; qui dicunt ſe noſſe Deum; factis autem negant. Dixit ſupra, quod indicaret ei dilectus, vbi paſcat, & cubet, vt cum dilecto poſsit paſcere, & in Chriſto, cum ipſo quieſcere; quoniam ſi in illo non habet ſolatium; Si dulcedine ipſius non detinetur; neceſſe habet vagari poſt gregem Hęreticorũ; Sciſmathicorum, vel falſorum Chriſtianorum. Qui enim non habet ſolatium in Deo, quęrit ſolatium in mũdo; & ideò, neceſſe eſt cuilibet, vt monſtretur ei; quanta eſt dulcedo, quãta refectio: Quãta quies in Chriſto; ne incipiat vagari poſt gregem; id eſt, congregationem impiorum, qui ſodales Dei ſe mentiuntur.

De vagatione duplici; ſcilicèt corporali; & mẽtali. Geneſ.4.C.

212 Vagatur homo; anima; vagatur homo pedibus corporis. Vagatur anima affectibus mentis. De vagatione hominis, dictum eſt in Geneſ.4.C. Ait Cain. *A facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus in terra. Egreſſus que Cain à facie Domini, habitavit profugus in terra, ad orięntalem plagam Edèn.* Cain impius eſt, qui fugit à facie Domini, quando præſentiam Dei nèc timet; nèc reverętur: Sed quaſi Deus eſſet abſens, omnes ſpurcitias, in cogitatione, & opere committit: Et tamen Deus præſens omnia conſiderat: peccata notat, & in libro ſcribit: Quæ omnes aquæ de mundo, nèc ignis; nèc gladius delere poſſent; niſi cultelus contritionis, vel lacrymæ devotionis; quoniã vt dicit Iob.14. *D. Signaſti, quaſi in ſacculo delicta mea.* Ideò dicit Boetius: *Magna neceſsitas bene vivendi nobis eſt inventa, cum omnia facimus coram oculis cuncta cernentis.*

Iob.14.D. Boetius.

213 De his, qui præſentiam Domini non reverentur. Credo, ſi impius Chriſtum ſtantẽ iuxta ſe intelligeret, & eum rogantem, quod pro amore ſui, amore quinque vulnerum; amore paſsionis, & mortis, à fornicatione, & furto abſtineret, ex reverentia ipſius obtemperaret. Sed hoc facit bonus Ieſus, qui in eo, quod Deus eſt, vbique eſt. Ergo ex amore, vel timore ſaltem, abſtineamus. Item, per præſentiam peſsimi ribaldi abſtineres, quoniam in Ezechiele 1.C. *Facies hominis, & facies Leonis.* Quare ergo non abſtines, in præſentia Salvatoris? Nunquid Ribaldum magis, quam Deum times? Cum quid turpe facis, aliquo ſpectante, rubes. Cur ſpectante Deo, nõ magis rubes? vt in Pſal.15.B. *Providebam Dominũ in conſpectu meo ſemper.* Dicit tibi Caſiodorus *Qui Deum ſemper facie mentis intuetur; non peccatis iniquinatur.*

De his qui preſentiã Dei non verẽtur.

Ezechiel 1.C.

Pſal.15.B.

Caſiodorus.

214 Item, cogitationes non oportet propter hominem cohibere, ſed Deus tam minimas, quam maximas cogitationes videt. Ergo à turpi cogitatione, pro ipſo abſtinendũ eſt. Seneca: *Quidquid pudeat dicere, pudeat, & cogitare.* Idem. *Sic vive cũ hominibus, tanquam Deus videat; ſic loquere cum Deo; tanquam homines audiant.* Item, *Ionas* 1.B. Fugit à facie Domini, & in ſentinam navis fortiter dormivit, quod nèc tempeſtatem, quæ debuit navẽ, & ipſum ſubmergere, advertit. Per Ionam ſignãtur impij, qui non attendentes præſentiam Domini in ſentina; id eſt, fętore vitiorum obdormiunt, ita fortiter, quod tempeſtatem, qua totus mundus ſingulis diebus perijt, non advertunt.

Seneca.

NOTA.

Ionas 1.B.

Impij ſignantur per Ionã.

215 Quidam enim interficiuntur: quidam propia morte moriuntur: Ita quod ſingulis diebus aliqua tempeſtate mundus in parte periclitatur, & totus tempeſtate iuditij in fine deſtituetur. Sed impij in vitijs delectantur: In vitijs ampliantur, & vanitates amplexantur, quaſi nunquam deberent mori. Tales ſunt vagi, & profugi: Vagi, quia viam rectam non tenent: Profugi, quia ſalutem ſuam fugiant.

De veneratione, & quod ſimiles ſunt homines venatoribus parvis; & araneis.

216 Homines iſtius mundi ſimiles ſunt venatoribus, qui tota die per campos, & nemora vagantur, & currunt, & tandem vnum leporem, vel perdicem capiunt, & gallinas, quæ ſunt bone carnes, quas domi habere poſſent, capere non delectantur. Sic plerique, pro divitijs, vel gaudio mundano laborant, & difficilius gaudia Paradiſi obtinent. Vnde Elaù. *Geneſ.* 27. *A.* Per totum diem diſcurrit, & tandem vnum hœdum accepit. Iacob domi remanſit hœdum in grege invenit, & benedictionem, pro parvo labore impetravit. Impij, qui tantum, pro cura temporali laborant, & modicum, vel nihil acquirunt; dicent, vt ſcriptum eſt, in libro Sapientiæ 5. *A. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias difficiles; viam autem Domini ignoravimus.* Merito laſſantur, qui per viam iniquitatis, id eſt, inæqualitatis, gradiuntur.

Geneſ. 27. *A.*

Sapientia 5. *A.*

De mundo comparato vacce: Et de vacca percuſſa ab Oeſtro. Quæ comparatur impio.

217 Similis eſt mundus Vaccæ percuſſæ ab Oeſtro, quæ huc, & illuc, per devia vagatur: Oeſtrum verò, ei adhærens, non excutitur. Sic plerique aculeo ſtimulantur cupiditatis, quod per diverſa loca inordinate vagantur. Alij aculeo ſuperbiæ, qui in contemplatione cæleſtium, non poſſunt ſubſiſtere; ſed exterius cupiunt aperire. Sic Oeſtro luxuriæ ſtimulantur alij, & ſi credunt aculeum extinguere, iterum reſecantur, ſivè punguntur; & iterum, & iterum ſtimulantur, & ſic non extinguitur aculeus; ſed acuitur. Ideò dicitur Oſſee 4. *C. Fornicati ſunt, & non ceſſaverunt; quoniam dominum dereliquerunt, in non cuſtodiendo; id eſt, Mandata.* Sequitur. *Spiritus enim fornicationum decepit eos.* Item, ibidem. *D. Sicut vacca laſciviens declinavit Iſrael*, Gloſ. Sicut vacca percuſſa à filo, id eſt, muſca, ita percuſi ſunt Hæretici, ſcilicèt omnes, qui errant percuſi ardentibus Diaboli ſagitis.

Oſeæ 4. *C.*

218 Mundus ſimilis eſt parvulo, qui currit poſt papilionem, qui quandoquidem læditur, & labitur, & tamen papilionem non capit. Sic plerique tranſeunt mare; montes, & valles, vt divitias acquirant; læduntur, labuntur; quia quandoquidem ſpoliantur in via; quandoquidem vulnerantur; quandoquidem interficiuntur; vel in mare ſubmerguntur; & tamen divitias non conſequuntur. Clerici currunt, & diſcurrunt per loca arida, & periculoſa; Romam pergunt, vt beneficium acquirant, & forſitam vacui redeunt. Omnes iſti in mundo vagantur, vt lepores capiant. Similes ſunt homines araneæ, quæ telam ordiendo, multum laborat, vt muſcas capiat: Sic Clerici, cum Epiſcopis, & Cardinalibus diſcurrunt in legibus, in phiſica laborant; hoc eſt, quod telam ordiuntur, vt muſcas capiant.

NOTA. Mundus ſimilis eſt parvulo.

219 Quoniam beneficium, quod acquirit, nō eſt, niſi quædam muſcula ſtimulans, vel tumultuans, maculans per luxuriam, & ingluviem. Cū quis enim beneficium acquirit, luxurioſe, & guloſe omnia expēdit. Muſca eſt ſtimulans, quādo beneficium acquiſitum, per curas, & ſollicitudines, ipſum ſtimulat, quod contigit, quando cupidus in tantum cogitat, qualiter poſsit, poſſeſsiones conſervare, & conſervata augmentare; augmentata autem conſanguineis, vel mundialibus diſtribuere, ſeu relinquere. Muſca tumultuans eſt, quādo ex beneficio, familiam, & equos ſibi multiplicat, vt cum magno apparatu pompatice incedat. Ecce quam miſeri, qui poſt papilionem vagantur, & qui vt muſcas capiant telas ordiuntur. O quam miſeri, qui circa tantā miſeriam, totum tenium collocant!

NOTA. De beneficio male acquiſito; & muſca maculante: Stimulante: Tumultuante

Aqui-

Aquila non capit muſcas. Leo papiliones non inſequitur.

220 Aquila non capit muſcas: Leo papiliones non inſequitur. Igitur, O homo, ad imaginem Dei factus, ea, quæ Dei ſunt, quæras: Facilius acquiritur regnum Cælorum, quam temporalem beneficiũ. Bernardus. *Infelix ambitio; quæ neſcit magna ambire.* Si beneficia diligis, illa, quæ in Cælo ſunt, acquiras: Pro illis enixius ambula, quia facilia, quam quæque aliâ, conſequi poteris. Hyſidorus. *Magis torquætur impius exagregando mundi commoda, quam iuſtus tollerando adverſa.* De his dicit *Iob. 6. C. Ambulabunt in vacuum, & peribunt.* Gregor. *In vaccuum quippe ambulant, qui nihil ſecum, de fructu ſui laboris portant.* In lege dicitur Exodo 34. *C. Non apparebis in conſpectu meo vacuus.* Gregor. *Qui pro merenda vitę mercede bene agendo non providet in aſpectu; id eſt, in conſpectu Dei; vaccuus apparebit.* Item, dicitur in Pſalm. 23. *A. Qui non accepit in vano animam ſuam*: Gregor. *Animam ſuam in vano accipit, qui ſola prætia cogitans, quæ ſequntur in perpetuum non attendit.*

Facilius acquiritur regnum Cęlorum quam, &c. Bernar.

Hyſidorus.

Iob. 6. C. Gregor. in moral. Iob. lib. 7. cap. 17.

Exodus 34. C. Gregor. in moral. Iob. lib. 7. cap. 17.

Gregor. in moral. Iob. lib. 7. cap. 17.

℣.

221 Vndè quidam. Si quod ſuſtineo, pro Chriſto ſuſtinuiſſem: Par tibi, Martine, vel par tibi, Line, fuiſſem. Videò, quod lachrymari; gemere: Eleemoſynas dare poteris: Sed Epiſcopus pro illis nèc vnum ovum tribuit. Pro his tamèn Dominus Regnum Cælorum emptum tibi in Cælo impendet. Mille Miſſas celebrare poteris, nil impetrabis, quia de carcere Epiſcopi exire non poteris: At tamèn pro viliſsimo labore vnius momenti dabit prebendas; & dignitates. Si conſanguineus Epiſcopi, cognoſcendo mulierem, filium genuerit; quantumcumque ſtultus fuerit, primam vocationem, volente Deo, vel nolente, habebit. Legiſta pro mendatijs beneficia obtinebit.

222 Igitur, O Clerice, Regnum Cęlorum facilius habere poteris, quam beneficium temporale. Ergò pro meliori labore contendas. Heronymus. *O quanta apud Deum mèrces, in præſenti, præſentia non ſperare! Quantis ſudoribus hæreditas promiſſa exquiritur; minori labore margarita Chriſti emi poterit.* Ierem. in

Hieronym.

Ierem. 31. D.

31. *D. Uſque quo delitijs diſſolveris filia vaga? quia creavit Dominus novum ſuper terram. Femina circum dabit virum.* O fidelis anima Dei filia, vſque quo diſſolveris, per diverſa peccata, quare vagaris ſectando temporalia? Quoniam femina circumdabit virum; id eſt; beata Virgo Chriſtum ad quem currendum, in quo eſt delectandum.

De Vagatione animę.

223 Vagatur anima per diverſas cogitationes. Multotiens enim labia ſunt in Pſalmo: Corpus in choro; ſed cor eſt in foro; tùnc peſsime dividitur homo. De vagatione cordis. Bernar. *Nil eſt in me corde meo fugatius; quod quotiens me deſerit, & per pravas cogitationes defluit; totiens Deum offendit. Cor meum, cor vanum, vagum & inſtabile, dùm ſuo ducitur arbitrio, & divino caret conſilio, in ſe ipſo non poteſt conſiſtere; ſed omni mobili mobilius per diverſa trahitur, & huc, illùc que, per innumera diſcurrit, & per diverſa requiem querit, & non invenit, ſed in labore miſerum, à requie manet vacuum. Sibi non concordat; à ſe diſſonat, à ſe reſilit; volũtates alterat; cõſilia mutat, ædificat, novat eadem iterum, atque iterum, alio, & alio modo mutat, & ordinat, quia vult, & non vult: Et nunquam in eodem ſtatu permanet.*

Bernard. in meditationibus cap. 9.

224 *Sicut enim molendinum veloxſcitatur, voluitur, & nihil reſpuit, ſed quidquid imponitur, molit, ſi autèm nil apponitur, ſe ipſum conſumit: Sic cor meum ſemper eſt in motu, & nunquam requieſcit; Sed ſivè dormiam, ſivè vigilem, ſomniat, & cogitat, quidquid illi occurrit. Quia ſicut molendinum, ſi imponitur arena, exterminat, lutum inquinat, palea occupat: Sic cor meum cogitatio amara turbat, immunda maculat, vana inquietat, & fatigat. Et ita cor meum, dum futurum non curat gaudium, nèc divinum querit auxilium, ab amore cęleſtium elongatur; & in amore terreſtrium occupatur. Cum labitur ab illis, & in voluitur in iſtis, vanitas illud recipit, curioſitas deducit, cupiditas allicit; voluptas ſeducit; luxuria polluit, torquet invidia, turbat iracundia, cruciat triſtitia: Sic quę artibus miſeris ſubiungitur omnibus vitijs.*

225 Ecce qualitèr anima, qui

eſcente corpore, vagatur ; quia aſcendit in Cælum, & deſcendit vſque ad Abyſſum, quia longas habet tibias, & alas veloces. Anima eſt, quandoquidem ſicut coluber ſuper petram : Navis in medio maris : Avis per medium aeris ; quas vias ſapiens ſcire non poteſt. Si ergò vis animam tenere ; mitte pedes eius ; id eſt, affectus in compedes ſcientiæ. Cum enim quis mentem ſuam ſcientiæ ſcripturæ applicat ; tenet eam, quaſi ne valeat evolare.

Scientia ſcripturæ tenet animam.

226 Item, qui debet tranſire per loca ſpinoſa, ſerpentibus plena, neceſſe eſt, quod habeat impedibus calceamenta. Alioquin a ſerpentibus toxicabitur : A ſpinis perforabitur. Sed mundus iſte plenus eſt ſerpentibus. Quare? Quia vbi eſt mulier, ibi eſt ſerpens, quia fornicationem inſtigat. Si per divitias, tranſis, eſt ibi ſerpens, qui ad concupiſcentias oculorum alludit. Si vadis ad congregationem hominũ, ibi eſt ſerpens, qui, vt magnus, & probus in aliquo appareas, & favorem hominum acquiras, te accendit. Neceſſe eſt igitur, vt pedes, id eſt ; affectus tuos calceamentis evangelicæ doctrinę munias. Vndè Apoſtolus ad Epheſios. *6 C. Calceati pedes in præparatione Evãgelij pacis*

De Serpente tripliici nocente, & quod pedes ſunt calceati, calceamentis, Doctrinæ. NOTA.

Epheſios 6. C.

227 Si vides mulierẽ, non concupiſcas ; ideò dicitur in Evangelio Matth. 5. *D. Non mœchaberis : Ego autem dico vobis : Quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Si affectus hac prohibitione fuerit calceatus, ſerpens non nocebit : Spina non perforabit. Si videris divitias ; calcea pedes hoc calceamento evangelij. *Math. 19. C. Marcus 10. D. Et Luca 18. E. Facilius eſt enim Camelum perforamen acus trãſire, quam divitem*, id eſt. Diligentem divitias ; *intrare regnum Dei.* Si vides multitudines hominum, coram quibus vis gloriam ; attende qualiter Chriſtus, coram tanta multitudine, ignominiam paſſionis ſuſtinuit, vt oſtenderet, quod in hoc mundo, non gloriam, ſed verecundiam, peccatis exigentibus, habeamus. Vndè dicit Hieronymus: *Quantuncumque deſpectus fueris, nunquam nunquam deſpectior Chriſto eris.* Si talibus calceamentis fuerint pedes animę calceati, poteris ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulare, & conculare Leonem, & draconem. Relinquite ergò errores, O Laruij: Nolite per devia vagari.

Matheus 5. D

Math. 19. C. Marc. 10. D. Luca 18. E.

Hieronim.

228 Ite ergo per viam Salvatoris, vt perveniatis ad gloriam æternæ ſalutis, quoniam finis noſtri itineris eſt vita æterna: via, per quam incedendum, eſt ſcala Iacob Geneſ. 28. *C. Vidit Iacob ſcalam, & Dominum innixum ſcalæ.* Quaſi qui hanc ſcalam aſcendit, in amplexus Domini pervenit. Scala eſt pœnitentia, cuius duo latera ſunt : gemitus cordis ; quaſi dextrum ; labor ſatisfactionis quaſi ſiniſtrum. Vndè; *Laboravi in gemitu meo.* De duobus lateribus. Michæas 4. *C. Dole, & ſatage filia Sion, quaſi parturiens: Quia nunc egredieris de civitate, & habitabis in regione, & venies vſque ad Babylonem ; ibi liberaberis, Ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.* Dole : Ecce contritio cordis: Satage : Ecce ſatisfactio operis. Egrediens de Civitate Ieruſalem, quia peccaſti, debes te reputare egreſſus de Paradiſo ; nomen tuum deletũ de libro vitæ, & veniens in Babylonem, vt, te ipſum confundas ; te ipſum conteras ; vilem reputes ; & maledictum, quia Deum tuum reliquiſti ; pœnas æternas meruiſti.

Qualiter per viam pœnitẽtię incedendũ eſt ad vitam. Vita æterna eſt finis itineris noſtri. Geneſ. 28. C. Scala Iacob eſt via. Scala Iacob eſt pœnitentia. Pſalm. 6. B. Micheas 4. C

229 In hac confuſione liberaberis : In hac contritione ſalvaberis. Gradus, ſive paſſus illius ſcalæ, ſunt virtutes : Quoniam ibunt ſancti, de virtute, in virtutem : *Pſal. 82. C.* Donec videant Deum Deorum in Sion. Pœnitentia autem eſt Crux noſtra. Sicut in ſumitate crucis fuit titulus. *Ieſus Nazarenus crucifixus Rex Iudæorum:* Ita in fine pœnitentiæ, in venies Chriſtum ; quod eſt Regnum Cœlorum. Vndè Matth. 3. *Penitentiam agite :* Ecce Crux: *Apropinquavit Regnum Cœlorum :* Icce titulus : Iſaia 19. *C. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius.* Altare in quo Chriſtus fuit immolatus pro nobis, eſt Crux eius; & titulus, ſcilicèt ; *Ieſus Nazarenus*, quem in termino pœnitentiæ conſequimur. Qui

Pſal. 84. C. NOTA. Pœnitentia eſt Crux noſtra.

Matth. 3. A.

Iſaia 19. C.

Altare in quo Chriſtus fuit immolatus eſt Crux.

De pœnitentia.

Consideratio præmij minuit vim flagelli.

230 Qui ergo pœnitet, id eſt, pœnam pro peccatis tenet, oculos dirigat ad titulum; quoniam conſideratio præmij minuit vim flagelli. Micheas 4. C. *Congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ, quæ dicunt: Lapidetur: Et aſpiciat in Sion oculus noſter.* Gentes ſunt Dæmones, & homines gentiliter viventes: Iſti congregantur ſuper pœnitentem, vt eum à pœnitentia retrahant: divitias acquirat: Delitias adimpleat: Minime ſe affligat. Sed oculus noſter, ſemper ſit in Sion: Id eſt, in cæleſti Patria; ſicut Stephanus, quando lapidabatur, vidit Ieſum ſtantem, & ideò lapides torrentis illi dulces fuerunt. Et nobis, fratres, ſit afflictio pœnitentiæ dulcis, ex quo tam bonam remunerationem oculis noſtris aſpicimus, quam ipſe præſtare dignetur.

Micheas 4. C Gentes ſunt Dæmones; & homines gentiliter viventes.

VERS. VII.

SI IGNORAS TE, O PVLCHERrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos, iuxta tabernacula paſtorum.

De pulchritudine corporali, & Spirituali.

231 PLerique triſtantur, & viles ſe reputant, quia mundus eos non appretiatur: Homines eis non applaudunt, nèc ſunt contenti, gratiam Dei interius habere, niſi habeant gratiam exterius. Talibus loquitur Dominus permiſsive, dicens: O filia Dei anima fidelis; ò pulchra inter mulieres, ſi ignoras te; ſcilicèt; quam pulchra ſis interius; quantum te Deus diligit, & appreciatur: egredere à conſortio; & amicitia Dei, & abi poſt veſtigia gregum tuorum; id eſt, hæreticorum, vel impiorum; & paſce hædos tuos; id eſt, motus carnales, in conſpectu fœtidos, & olentes, non redolentes iuxta tabernacula paſtorum. Id eſt; corpora eorum, qui bene ſe paſcunt; de quibus Ezechiel. 34. *A. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis; gregem autem meum non paſcebatis.* De pulchritudine autem ſpirituali dictum eſt ſupra, num. 73. 74.

Ezechiel. 34. A.

De pulchritudine triplici,

232 Quoniam contraria iuxta ſe poſita maxime apparent: Videndum eſt de turpidine. Triplex eſt enim turpitudo. Vna provenit ex mala diſpoſitione membrorum; alia ex defectu cordis: Tertia ex turpitudine colorum. Prima eſt ex membrijs contrarijs; vel aliter male diſpoſitis; ſicut ille, qui habet naſum tortum; vel manus contractas; alias curbas, & ad dandum collectas. De his dicitur: *Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt. Pſalmus 113. B.* Si habent divitias, nullatenus poſſunt ad vtilitatem eas palpare. Talis habet manum aridam, quæ adeò ab humore gratiæ eſt deſicata, qui nullatenus poteſt eam extendere. Videò enim quoſdam induratos, qui bene loqui, bene poſſunt lacrymari.

vel; de avaritia: ſuperbia & luxuria: Contraria iuxta ſe poſita.

Turpitudo eſt triplex.

Pſalmus 113. B.

233 Si quidam habens plenam burſam denarijs, vidit pauperem fame afflictum, & flentem, & ſedit iuxta eum, quærens, quid haberet; qui expoſuit ei egeſtatem ſuam; dives verò compatiendo, cum eo planxit, & lacrymas emiſit; ſed burſam non potuit aperire; vt egeſtatem eius ſublevaret: Ecce in quantum manus habuit contractas, qui eas ad ſuccurrendum egeno, licèt plorans, non potuit extendere. Talis habet naſum tortuoſum, qui cum deberet habere rectum, vt recte ſaperet, & non ſapit ei Chriſtus, ſed nummus. Talis etiam dicitur impregnatus, quoniam venter animæ plenus eſt impietate. Contra naturam eſt, quod maſculus habeat, ita groſſum ventrem, quod ſit in premnatus. Vndè in Pſalm. 7. *B Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Diabolo enim ſemper infundente concipit verum temporalium apetitum.

Exemplum de avaritia.

Pſalm. 7. B.

234 Item; male ſe diſponunt, qui dorſum habentes deorſum, ſuper manus gradiuntur, ſicut ioculatores, qui caput ponunt deorſum, ſed pedes erigunt ſurſum. Iſti ſunt avari, qui caput mentis collocant in terra, terrena appetendo, quoniam *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum. Matth. 6. C.* Pedes erigunt ſurſum, quaſi Deum, & Sanctos eius vilipendendo, qui ſupra nos ſunt, & cum pedibus repellendo. Illud enim vilipendimus contra quod, pedem eri-

Math. 6. C.

Superbia Illud vilipendimus contra quod.

erigimus. Iſti ſunt ioculatores, qui ludunt Dæmonibus. Et ſicut ſedentes in ſpectaculo, dant aliquid ſuo ioculatori; ſic Dæmones tales ioculatores remunerant dupliciter: In præſenti per diverſas fraudes divitias dando: In futuro miſerabiliter perpetuis pœnis affligendo.

Bernar.

235 Bernard. *An non confunderis ſurſum caput habere, qui ſurſum cor non habes? Corpore rectus ſtare, qui corde repis in terra? An non repere eſt in terra carnalia ſapere; carnalia deſiderare; Carnalia quærere?* Quibus in præcatur Iob. 20. C. *Cum ſatiatus fuerit arctabitur, æſtuavit, & omnis dolor irruet ſuper eum.* Cum ſaciatus fuerit divitijs; arctabitur in tumulo, inter duas tabulas, æſtuabit anima in inferno, & irruet omnis dolor in eum, in extremo iuditio. Sequitur: *Vtinam impleatur venter eius*: Quaſi venter, qui impletus eſt impietate, tunc implebitur inextinguibili ardore. Sequitur: *Pluet ſuper eum bellum ſuum*: Id eſt ſicut guttę multę cadunt in pluvia; ita multæ pœnæ ardentes avarum affligent.

Iob. 20. C.

236 Item; quis evacuavit avarum, quia ita groſſus eſt, & à Diabolo impręgnatus? Dicitur Iob. 20. *B. Divitias quas deboravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.* Sicut horribile eſſet, ſi quis brachium poneret ſuper guttur alicuius, & cor & epar, & inteſtina ab eo extraheret; Ita Dominus omnes divitias, quas avarus devoravit, per ſeveritatem iuditij ab eo extrahet, & loco divitiarum ponet incendia flammarum. Igitur: O larvij, vt bene ſitis diſpoſiti omnem curbitatem; omnem tenacitatem abijciatis. Si divitiæ te velint incurbare, melius eſt vt eas abijtias, & rectus, & pulcher inconſpectu Dei incedas.

Iob. 20. B.

De mutilatione membrorum vel de turpitudine ſuperbiæ. Anima habet duos oculos.

237 Alia turpitudo eſt ex mutilatione, vel defectu membrorum; vt cum quis amiſit oculos, vel naſum, vel huiuſmodi. Qui perfectus eſt indiſpoſitione; habet duos oculos; Vnum dextrum, & alium ſinixtrum. Sicut miſtice anima habet duos oculos: Dextrum, quo contemplatur cæleſtia, quæ adextris ſunt: Sinixtrum, quo contemplatur, quæ à ſinixtris ſunt, ſcilicèt temporalia. Qui gloriam temporalem parvipendit, & gloriam æternam appetit: Talis vtrumque habet oculum.

De tentatione Diaboli facta, verò iuxta, vel de his, qui dextrum oculum, & dexteram partem amiſerunt.

238 Vt legitur in libro *primo Regum.* 11. *A.* Naas Ammonites noluit aliter fœdus inire cum viris Iabes Galaad niſi quod emeret oculos eorum dexteros. Iabes interprætatur exſiccata: Galaad; aceruus teſtimonij. Iabes ergò Galad ſignat animam fidelem, quę ex acervo, id eſt, ex multitudine bonorum operum habet bonæ conſcientiæ teſtimonium, quę debet eſſe exſiccata ab humore conſcientiæ carnalis. Corium exſiccatum bene ſonat, & in eo bene ſcribi poteſt: Non inhumetato. De hac ſcriptura Iſaia. 44. *A. Hic ſcribet manu ſua Domino; & in nomine Iſrael aſſimilabitur.* Manu ſua Domino ſcribit, qui omnia opera ſua Domino tribuit. Qui hãc ſcripturam plantaverit, in nomine Iſrael aſsimilavitur, quia videns Dominum vocabitur.

1. Reguu 11. A.
Iabes interprætatur ex ſiccata.
Galaad, acervus teſtimonij.
Iabes Galaad ſignat animã fidelem.
Iſaias 44. A Manu ſua Domino ſcribit, qui omnia opera ſua Domino tribuit.

239 Naas, interprętatur ſerpens: Ammonites, comprimens, vel coanguſtans. Serpens capite blanditur, & cauda punit, ſeù pungit, & ſignat Diabolum, qui bene dicitur ſerpens; quoniam blanditur in delectatione; pungit in intimis conſcientiæ: Comprimit, & coanguſtat, in exactione pœnæ. Vnde *Luca 19. F.* Dominus flens ſuper Ieruſalèm perituram dixit: *Circundabunt te inimici tui vallo, & coanguſtabunt te vndique.* Scilicèt, in exactione pœnę. Iſte ſerpens nobiſcum facit fœdus, vt eruatur oculus noſter dexter, vt gloriam, quæ adextris eſt, non attendamus; ſed gloriam, quæ ſinixtris eſt, appetamus.

Naas interprętatur ſerpens, Admonites, comprimens, vel coanguſtans. Serpens. Luca 19. F.

240 Omnes Monoculi fuerunt Philoſophi, qui laudem in mundo; pro ſumma gloria habuerunt. Monoculi ſunt etiam milites, qui vt extrenui dicantur; in torneamentis laborant. Multas expenſas faciunt, vt largi dicantur. Monoculi ſunt Clerici, qui ſtudent; diſputant; allegant, vt tantum in mundo iſto appareant. Iſti totam dexteram partem amiſerunt; ſcilicèt; dextrum oculum; dextrum brachium: Dextrum pedem. Dextrum oculum, quia

Parvuli mulieres, & Clerici ſunt monoculi. Monoculi.

Monoculi Junt Clerici.

quia non attendunt gloriam Dei; ſed gloriam mundi: Dextrum brachium, qua nihil pro Deo operantur: Pedem dextrum, quia per ſemitas iuſtitiæ, ad præmium æternæ gloriæ, non ambulant. Meritò ergò deturpati ſunt, quia Diabolus quidquid adextris fuit, abſtulit.

Iob. 31. C.

241 Non fuit monoculus Iob, qui in cap. 31. C. ait: *Si vidi ſolem, cum fulgeret, & lunam incedentem clare: Et lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo. Quæ eſt iniquitas maxima, & negacio contra Deum altiſſimum.* Sol in fulgore eſt opus in manifeſtatione. Luna incedit clare, quando fama divulgatur, in nocte præſentis miſeriæ, in qua, qui lætantur, oculo ſiniſtro intuentur. Sed Iob nèc in manifeſtatione boni operis, nec in claritate humani favoris lætatus eſt; quoniam, qui habet oculum dextrum, apud Dominum pariter conſiderat, quæ aguntur, & apud mundum. Item; manu ſuam oſculatur, qui opera ſua commendant, vndè dicit Gregorius: *Auctoris ſui gratiam negare convincitur; quiſquis ſibi attribuit, quod operatur.*

Sol in fulgore Luna incedit clare.

Greg. in Moaal. Iob. lib. 22. cap. 10.

242 Tertia turpitudo eſt ex malo cloore, vel macula in facie. De hac macula in *Eccleſiaſtico* 47. C. De Salomone loquens. *Inclinaſti fœmora tua mulieribus: Poteſtatem habuiſti in corpore tuo, dediſti maculam in gloria tua.* Maculam turpiſsimam ponit in gloria ſua; qui per luxuriam ſe polluit; quoniam *qui tangit picem inquinabitur ab ea. Eccleſiaſtici.* 13. *A.* Picem tangit, qui mulieri ſe iungit, quia ſtatim turpis, & coinquinatus efficitur. Tùnc poteſt dici ilud Iſaiæ 1. *F. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam*: Quia ſapientia Salomonis maculata fuit per luxuriam. Hæc eſt rubigo, quæ totum corpus polluit. Polluit pedes, qui ad proſtibulum ambulant; manus, quæ luxurioſe mamillas vel aliud tangunt; oculos, qui ad concupiſcendum aſpiciunt: Aures; quæ verba procacita audiunt, & ſic de cæteris membris. Et licèt pellis appareat extra alba, interius nigredine infernali eſt deturpata, vt legitur in vita Sanctorum.

De macula luxuriæ: Vel de turpitudine luxuriæ.

Eccleſiaſtic. 47. C.

Eccleſiaſtic. 13. A.

Iſaia: 1. F.

Pollait pedes qui ad, &c.

243 Quidam tentatus à luxuria dixit Patri ſuo: Domine, non poſſum ſuſtinere tentationes carnis. Et dixit ei Pater: Accipe panem ordeaceum, & vade in deſertum, & ſis ibi per quadraginta dies. Qui fecit ſic. Quando verò fuit ibi per viginti dies, apparuit ei Diabolus in ſpecie Ethiopis nigri turpiſsimi; & ipſe admirans quæſivit; quis eſſet: & dixit Diabolus. Ego ſum ſpiritus fornicationis, qui appareo hominibus pulcer, ſed propter merita tua; appareo tibi qualis ſum. Et dixit iuvenis; ex quo tu ita turpis es, nunquam amplius de te curabo; & reverſus eſt ad cellam, & Patri ſuo narravit, quod acciderat. Et ait Pater: Si per maius tempus moram in deſerto feciſſes, maiora his vidiſſes. In *Proverbijs* 7. *D.* Loquens de meretrice. *Uiæ inferi domus eius; penetrantes in interiora mortis.* Idem. Proverb. 5. *A. Nitidius oleo guttur eius: Noviſsima autem illius amara, quaſi abſynthium.* Benedicit noviſsima, quia vel in præſenti relinquit acculeos pœnitentiæ; vel in futuro aculeos gehennæ.

Exemplum de quodam tentato à luxuria.

Prov. 7. D.

Prover. 5. A.

244 Quædam cometiſſa pulchra de corpore ſuo larga, mortua eſt. Et quidam Abbas corpus illius fœtens erexit, vt qui delitias cum ea duxerant, fœtorem ipſius ſentirent; & vocabit eos protinus: Qui fœtorem ſentientes; ipſorum quidam promiſerunt, quod numquam amplius cum mulieribus polluerentur. Tunc bene illi poterant dicere id quod legitur in Iſaia 21. *B. Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum.* Quaſi dicat. Quæ mihi fuit dulcis, ſuavis, & delectabilis; modo eſt mihi abominabilis. Item, vt legitur in *Geneſ.* 7. *D.* Diluvium inundavit ſuper terram, & ſubmerſit quidquid vivum inventum fuit ſuper terram pollutione luxuriæ. Item, vt legitur in Libro *Numeri*: 33. Millia pro fornicatione cum Madianitis interfecti ſunt.

Exemplum de quadam cometuſta.

Iſaia 21. B.

Geneſ. 7. D.

Numer. 33.

245 Item, vt legitur Iudicum Pluſquam centum millia interfecti ſunt, quia filij Beniamin fornicati ſunt cum vxore Levitæ. Qui ergò vult Deo in naturalibus, & gratuitis aſſimilari, & pulchritudinem cuſtodire: Videat ne membra ſua

ſint

ſint contracta, vel male diſpoſita, per avaritiam: Nèc mutilata, ſivè ablata per vanam gloriam; nèc maculata, ſivè deturpata, per luxuriam. Tùnc poterit de eo vere dici. O pulchra inter filias Ieruſalèm Quoniam, *Beatus Vir qui inventus eſt ſine macula. Eccleſ.* 31. *A.* Aliter: Dives. Ad hoc enim, vt ait Aug. *Quis ſit aptus ſacrificio, neceſſe eſt vt ſit ſine macula: Iuſti enim ſine macula ſunt ante Thronum Dei. Apocalipſis* 14. *A.*

Eccleſiaſtic. 31. *A.* *Auguſt.* *Apocalip.*

246 Item, licèt pulcher, vel pulchra ſis in anima, nam ignoras, immò attende, quam periculoſus ſit ſtatus tuus in ſæculo: Quia vt dicit Ber. *Multi multa ſciunt, & ſe ipſos neſciunt.* Item, Idem: *Recole primordia; attende media, memorare noviſſima: Hæc pudorem adducunt; iſta dolorem ingerunt, illa metum incutiunt. Cogita vndè veneris, & erubeſce: Vbi ſis; & ingemiſce: Quo vadis, & intremiſce. Vide ne adijcias adhùc ignorare, ne forte ſuper te veniat terribilis illa comminatio, quam ſponſus intonat dicens. O pulchra inter mulieres, egredere; & abi poſt greges conſodalium tuorum. Erubeſce, quod pro conſortio Angelorum, ſortitus es conſortium peccatorum.* Immò Dęmoniorum. Idem: *Memor eſto nobilitatis tuæ: Pudeat te tantæ deiectionis. Ne ignores pulchritudinem, quam habuiſti, vt de fœditate amplius confundaris.*

Bernar. *in eodem Serm. ne ignores.*

247 Item, media vidè, dicit Bernard. *Quid enim hic, niſi labor, & dolor; & afflictio ſpiritus. Eccleſiaſte* 1. *D.* Tu pro mayoribus compedibus quibus aſſuetus es, minores anulos requiem putas. Comedere appetis, quia fames gravior eſt: Comedere neſcis, eſſe laborem. Sic ſe habent vniverſa ſub ſole, vt nihil ſit in eis verè immundum; ſed ab vno ſemper valeant tranſire ad aliud. Ecce miſeria noſtra. Sicùt vermis huc; & illuc, movetur, & proijcit caput, vbi melius poſsit incedere: Sic miſer, hùc, & illùc, caput, & latus vertit, vbi ſuavius collocari poſsit. Hæc eſt infirmitas humani generis. Ecce media. Bern. *Habes iam primordia; habes, & media: Sed noviſſima quæ ſunt? Ipſa ſunt mors iudicium, & gehenna. Quid horribilius morte? Quid iudicio terribilius? Quid gehenna intolerabilius?* Cogita quem metuas, nam ſiquis ad iſta non trepidat; non dormit; ſed iure mortuus eſt.

Bernardus in eodem Serm. *Eccleſiaſtes* 1. *D.*

Bernar. *in eodem Sermone.*

248 Item, quidam non ſunt contenti in clauſtro, vt amplectantur Chriſtum, oſculentur ſponſum; Manna verbi Dei reficiantur; niſi clauſtrum exeant, mundum, qui eſt leproſus, oſculentur; divitum curias frequentent: Divitibus in convivijs, & conſilijs aſiſtant. Item, quidam Clerici non ſunt contenti dulcedine Theologica vt ſpeculentur Cælum, & Cæleſtia; faciem Chriſti per ſpeculum videant; cum eo colloquium habeant; ſed ad leges, & ad phiſicam tranſeunt, & ſecuntur gregem iſtius mundi; motus carnis; gregem Diaboli; & tandem portabuntur ad macellum inferni. Vndè Debora, ſicut ſcriptum eſt in libro *Iudicum* 5. C. Vituperans Rubem, quia non venit ad prælium contra hoſtes Ieruſalem; ait: *Quare habitas inter duos terminos vt audias ſibilos gregũ?* Duo termini ſunt; Infernus; & Paradiſus: medium mundus. In inferno; Solum malum, & ſummum. In paradiſo; Solum bonum, & ſummum. In mundo, bonum, & malum, vtrumque medium.

De his qui adeunt curias: Et ſententias vel de his qui abeũt poſt gregem ſodalium.

Iudicum 5. C.

Termini duo ſunt infernus & paradiſus.

249 O homo, quare habitas, inter iſtos duos terminos, vt audias ſibilos gregum? Sibilus eſt ſerpentum: Gres ſunt omnes perverſi: Ergò quaſi quadam ſimplicitate ovina multos aliciunt: Sed in noviſſimo more ſerpentum graviter pungunt. Dicunt enim; eamus ad proſtibulum; ad convivium; ibi ſummum bonum; ſed in fine pœnitentibus alij ſibilant. Audis phiſicam & leges, & omnia primo; in fine verò, vel nunquam, audis theologiam; ſicut ruſticus, qui primo comedit panem ordeaceum, ſeù ſigalinum, poſtea quando in tantum eſt repletus, quod vult erepare, quærit albam micam vt dicit Iſaias. 3. 1. *D. Piloſus clamabit alter ad alterum.* Quoniam malitia perpetrata, ad malitiam perpetrandam provocat. Vndè Profeta in Pſalm. 118. *L. Narraverũt mihi iniqui fabulationes.*

Sibilus eſt ſerpentum. *Gres ſunt omnes perverſi.*

Iſaias 34. C.

Pſalm. 118. *L.*

250 Non credas: Non audias ſibi-

sibilum gregum: Non sequaris vestigia impiorum: In Christo quiesce; in Christo delectare; In præceptis eiusdem conversare, & ducent te ad viam gloriæ. Verùtamèn, si ignoras te, quam pulchra, quam honorabilis, quam beata sis; si in Christo quieseis, & ista dignitate contenta non fueris; vade ad cætum Diabolicum, & sequere gregē impiorum, qui ducent te, per pratum istius mundi ad infinita genera tormentorum.

VER. 8.

De curru faraonis, & de conversione Pauli.

EQVITATUI MEO IN CVRRIbus Pharaonis: Asimilavi te amica mea.

251 IN curru Pharaonis; id est Diaboli, sunt omnes impij, sed Dominus misericordia sua multos convertit, ita quod, qui fuerunt in equitatu; & curru Pharaonis. *Eccleſiaſt. c. 20. A. Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam.* Per misericordiam conversi eficiuntur de equitatu Iesu-Christi. Paulus fuit in curribus Pharaonis, quoniam persecutus est Ecclesiam Dei: Sed conversus factus est equus trahens currum Christi in quo curru multos trahit ad Paradisum.

Ecclesiast. 20. A.

De tribus curribus Pharaonis, & quatuor rotis Currus.

252 Sunt autem tres currus Diaboli; scilicèt, malitia: Luxuria: Avaritia: Currus malitiæ, quatuor habet rotas: Sevitiam; audatiam; impudentiam; impacientiam: Quasi quatuor comprehuntur, in secundo libro Machabæorum *C. 9.* Vbi dicitur de Antiocho, qui severus occidendo; audax templum expoliando; qui impudens in sacrilegio, qui in patiens in ore, currum agebat. Sic, enim currum duxit; quod ipse est præcipitatus cum illo; & interfectus. Luxuria similiter; quatuor habet rotas, quæ sunt; ventris ingluvies; vestis molicies; appetitus libidinis; resolutio corporis. Vndè Amos: *6. A. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciviti in stratis vestris: Qui comeditis agnum de grege, & vitulum aemedio armenti.* In primo vestis molicies; in secundo appetitus libidinis; in tertio, & quarto ventris ingluvies.

De malitia. 2. Machab. C. 9. A.

De curru luxuriæ.

Amos 6. A.

253 Avaritia etiam quatuor habet rotas; quæ sunt, pusillanimitas; inhumanitas; contemptibilitas; oblivio mortis. De primo Aug. super versum illum: *In quacunque die invocavero te, ecce cognovi, quoniam Deus meus es. Psal. 55. B.* dicit: *Magnæ divitiæ sunt hæc: Quantumcumque sis avarus, solus Deus tibi sufficit. Quid enim, avare, quid quæribas? possidere terram? Dilata os tuum, adde, & Cælum, adhùc, magis est tibi Deus.* De secundo; omis dives, aùt iniquus, aut iniqui. Vndè Habacuc 2. *B. Væ ei qui multiplicat non sua; & agravat contra se densum lutum! & cætera.* In Psalm. 51. *B. Prævaluit in vanitate sua.* Glosa, Grandis contemptus avari, cui plus est nummus, quam Deus.

De curru avaritiæ.

Augusti.

Psalmus 55. B.

Habacuc 2. B.

Psalm. 51. B. Glosa

254 Item, ideò dixi in morali glosa mea, super Psalmos, in Psalm. 51. & versu 859. Sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & cætera. Damnosæ sunt divitiæ sperantibus in eis; quia impediunt cognitionem: Sunt dolosæ; quia non reservant promissionem: Sunt spinosæ; quia inducunt damnationem. Oblivio mortis: Ecclesiasticus. 5. *A. Noli attendere ad possessiones iniquas; & ne dixeris; est mihi sufficiens vita: Nihil enim proderit in tempore vindictę, & obaudtionis.*

Gloſa ipſius autboris ſuper Pſalmos.

Oblivio mortis. Eccleſiaſt. 5. A.

255 Equi istorum curruum, equi Diaboli sunt perversi, qui cum curribus vitiorum submergun tur in aquis vehementibus, & in pœnis infernalibus. Diabolus sedens super equum suum, vrget cum duobus calcaribus, timore malitiæ humiliante, & amore male attendente. Timor male humilians est; quando aliquis timore paupertatis; afflictionis, vel mortis efficitur vsurarius; periurius; latro. Amor male intendens est; quando, quis ardenter appetit illicitum, quod vt illud consequatur, fornicationem; furtum; periurium committit. Diabolus his calcaribus ita vrget equos suos, quod discurrunt, per mundum divitias, & delitias appetentes; Tandem ita stimulant, quod currunt in infernum. Equus etiam dici potest felicitas humana, de qua agemus in fine.

De equis qui portant istos curras vel de equis Diaboli.

Equus dici potest felicitas humana.

256 Subvertet Dominus quadri-

drigam, & aſcenſorem eius, & deſcendent equi & aſcenſores, ſeu aſſeſores eorum. Quadriga iſta temporalis cum quatuor temporibus, quaſi quatuor rotis voluitur, & equus humana felicitas, ſivè ſuperbia eſt, quæ falax eſt ad ſalutem. Equus autem quatuor habet pedes, qui ſi in vno infirmus eſt; quantumcumque fortis ſit, in alijs ttibus inutilis eſt.

NOTA. Pedes huiuſmodi equi ſunt voluptates; divitiæ; honores; & ſanitas corporis. Quantumcumque autèm ſolidi ſint tres pedes huius equi; quartus tamen eſt in firmus, & ideò

Iudicum 5. C. inutilis iudicandus. Iudicum. 5. C. *Vngulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortiſsimis hoſtium.*

257 Ungula, pars ſolida, & extrema eſt in equo; quæ ſi cadit; a pede inutilis eſt factus. Ungula igitur; id eſt, finalis ſoliditas, quæ cadit ab equo; eſt felicitas temporalis; Undè totus equus inutilis eſt reputandus: Fugientibus impetu hoſtibus, & præmentibus; Et iſte

Barac interprætatur fulgurans: Vel percutiens. eſt Barac, quod interprætatur fulgurans: Vel percutiens, per quem ſignificatur Chriſtus, quem multi fortiſsimi in temporalibus fugiunt ſectantes in impetu deſideria cordis ſui. Sed quando fulgurabit, & percutiet in iuditio, tùnc non licebit effugere: Immò ab omnibus victoriam obtinebit.

De triplici curru Salvatoris. 258 Contra hos tres currus Pharaonis; ſunt tres currus Salvatotis: Currus humilitatis; continentiæ; & largitatis. Currum humilitatis trahunt quatuor equi; ſcilicèt.

℣ *Spernere nullum.*
Spernere mundum.
Spernere ſe ſe.
Spernere ſe ſperni.

Quatuor hæc bona ſunt, contra illa quatuor mala, de quibus, ſupra.

NOTA. Currum continentiæ trahunt quatuor equi; ſcilicèt. Munda cogitatio; eloquium caſtum; caſtus aſpectus; intactus corporalis. Equi trahentes currum largitatis, quatuor ſunt: Scilicèt: Contemptus divitiarum, ne doleat ex datione: Compaſsio proximi, vt det ex compaſsione: Diſcretio, ne det ioculatoribus; hiſtrionibus; Divitibus, pro mundi favore: Hilaritas mentis: Quoniam *Hilarem datorem diligit Deus.* 2. *ad Corinth.* 9. B.

2. ad Corint. 9. B.

259 In curru humilitatis ſedit David; qui nudus ſaltavit coram Arca, quem cum vidit Michol ſalientem in conſpectu Domini; deſpexit eum in corde ſuo: Et ait Michol; *Quam glorioſus fuit hodie Rex Iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſervorum ſuorum, & nudatus eſt quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris: Dixit que David ad Michol. Ludam ante Dominum; & vilior fiam, pluſquam factus ſum; & ero humilis in occulis meis*, vt habtur *in ſecundo Regum* 6. C. D.

De portantibus hos currus

2. Regum 6. C. D.

260 In curru caſtitatis ſedit Eunuchus: *Actuum* 8. E. F. G. Qui à Philipo baptizatus eſt. In curru largitatis ſedit Laurentius, qui theſauros Eccleſiæ diſperſit, & dedit pauperibus, & poſtea ſe ipſum Deo in odorem ſuavitatis. Iuſtus autem equus Chriſti debet habere phaleras, id eſt, arnes: Hæc ſunt: Frenum diſciplinæ: Sella humilitatis: Cingulę caſtitatis, & charitatis; Calcaria timoris. Equus ergò ſcilicèt; Iuſtus; frenum diſciplinæ libenter excipit. Sellæ ipſius, id eſt, humilitati, cui inſidet Chriſtus, libenter, ſe ſubſternit. Calcaribus amoris, & timoris ſtimulatus, cingulis caſtitatis, & charitatis cingulatus, in Paradiſſum incedit.

Acta: Apoſt. 8. E. F. G.

Iuſtus equus Chriſti.

261 Equus etiam, dicitur Prędicator; de quo Iob. 39. C. *Numquid præhebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum?* Quaſi diceret, ſolus Deus dat Prædicatori fortitudinem, contra vitia: Collum hinnitu circundatur, quando, ne ad perverſa opera prodeat, ſuis vocabulis vita prędicantis reſtringitur. *Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas?* id eſt, facies iſtos locuſtas, qui vincunt Gigantes: Agnos, qui vincunt lupos: Iuſtos, qui vincunt Dæmones. Sequitur: *Gloria narium eius terror*, id eſt, Iuditium, quod, quaſi naribus animæ perſtringit, quod eſt terror impijs; gloria ſibi; & alijs iuſtis.

Prædicator dicitur equus Iob 39. C.

262 Currus etiam, ſivè plauſtrum ſunt præcepta faciliora. Vndè in *Geneſi.* 45. E. Dixit Pharao ad Ioſeph. *Præcipe vt tollant plauſtra de*

De prœceptis comparatis curribus, vel plauſtro facilioris Doctrinæ. Geneſ. 45. E.

terra Egypti, ad ſubvectionem parvulorum. Quoniam lacte facilioris doctrinæ parvuli ſunt paſcendi.

263 Plauſtrum etiam dicitur Crux Chriſti, ſive diſciplina regularis, quæ crux contemplatorum dicitur, vt legitur in 1. *libro Regum* 5. *per totum.* Philiſthijm cæperunt Arcam Domini; ſed quandiù tenuerunt eam, plerique moriebantur: Alij in ſecretioribus percuſi ſunt. Ideò; vt habetur in eodem *libro primo Regum 6. B. C.* Tulerunt plauſtrum, & ibant vaccæ directæ, per viam, quæ ducit Bethſames, & non declinabant ad dexteram, nec ad ſinixtram mugientes; donèc plauſtrum venit in agrum Ioſue Bethſamitæ. His verbis proceſſus variæ diſciplinæ intelligitur.

De plauſtro, qualiter dicatur crux Chriſti, vel de plauſtro regularis diſciplinæ.
1. Regum 5. C. & per totum.
1. Regum 6. B.C.

264 Arca Domini, eſt fidelis anima, in qua ſunt ſecreta Domini: Fides Trinitatis: Spes de æternis: Tabulæ Teſtamenti; Id eſt. Vetus Teſtamentum, & Novum: Manna gratiæ: Uirga Aaron, Id eſt, potentia ſe ipſum regendi; Et Deutheronomium: Id eſt, ſecunda lex: Id eſt, ſcripturæ ſanctorum, quę poſt Vetus Teſtamentum, & Novum, quaſi ſecunda lex ſubſequntur. Hęc Arca propter peccatum Finees, & Filiorum ſuorum, fuit capta à Philiſtheis. Similiter anima, propter defectum Prelatorum à Dæmonibus captivatur. Sed Dominum incutit timorem Philiſtheis, ita quod animam dimittunt.

De arcba animæ comparata.

NOTA.

265 Duæ vaccæ ſunt viri perfecti, qui trahunt plauſtrum ruris, in quo, qui dimiſſus eſt à Dæmonibus, & ad dexteram converſus, collocatur: Vaccæ ibant in directum mugientes, vitulis domi relictis. Hæc Uaccæ ſunt viri iuſti, vt Auguſtinus: Benedictus: Et huiuſmodi, qui relinquentes, & memorantes homines, mundum retinentes, debent mugire; Id eſt, pro illis lacrymari, & orare compatiēdo, eo quod in hoc nequam ſæculo remanent. Qui debent incedere, ſivè incedunt recta via, nèc declinantes ad dexteram proſperitatis; per vanam lætitiam; nèc ad ſinixtram adverſitatis, per vanam triſtitiam; donèc veniant ad agrum Ioſue Bethſamites.

De Iuſtis dolentibus pro periculo mundanorum.

266 Ioſue interpretatur ſalvator, idem quod Iesvs: Bethſamites; Domus ſolis, quoniam viri ſancti debent ducere Arcam; id eſt animam, ad agrum Salvatoris; id eſt ad Cæleſtem Patriam, quæ eſt domum veri ſolis. Vndè Cœlum dicitur, à Caſſa, & helios, quod eſt Sol. De nemine ergo deſperandum; ex quo, vt patet, de equo Diaboli fit equus Chriſti. Vndè Appoſtolus factus eſt de Saulo; Paulus; de Lupo, agnus, de impio, iuſtus. Vndè, Leo Papa. *Nemo deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt, quia nonunquam, quod diffidentia ætatis deffertur, conſilio maturiore perficitur.* Immò, plerumque videmus, quod qui ſolent eſſe laſcivi; talem ſaltum verſus Deum faciunt, quod præcellunt illos, qui diù ſanctam vitam tenuerunt. Vndè Gregorius: *Plerunque: Qui poſt nos venire cernitur; per agilitatem nos boni operis antecedit, & vix omnes eum ſequimur, quem pręire hodie videbamur.*

Ioſue interpretatur ſalvator, idem, quod Iesus; Bethſamites; domus Solis.

Cœlum dicitur à caſa, & helios.

De nemine deſperando.

Leo Papa.

Gregor.

267 Item, contigit, quod qui nunquam peccaverunt quaſi negligenter vivunt; ſed, qui lapſi ſunt, enixius cogitant, qualiter Deo ſatisfatiant. Gregor. *Nonunquam qui ſe aliqua egiſſe illicita meminerunt, ex ipſo ſuo dolore compuncti ad amorem Dei inardeſcunt, ſe ſe que in magnis virtutibus exercent: Et quia ſe à Deo errare conſiderant, præcedentia damna lucris ſequentibus recompenſant:* Quoniam impius incomparabile damnum intulit Deo, quia regnum eius ei abſtulit. Regnum Chriſti eſt anima fidelis, quam magis appretiatur, quam totum mundum. Item, ad damnum, quoniam prætium ſanguinis ei abſtuliti in terram ſuam; id eſt, corpus Diabolo inimico ſuo dedit. Ergo, multum pœnitens debet laborare, ſi Deo tale damnum vult reſtituere: Sicut Paulus, qui plus alijs quandoquidem peccavit: Plus in ſatisfatiendo laboravit.

Gregor.

Regnum Chriſti eſt anima fidelis

* * * * * *
* * *

VERS. IX.

PVLCHRÆ SVNT GENÆ tuæ ſicut turturis.

De commendatione animæ per turturis ſimilitudinẽ: Vel quod iuſtus debet aſſimilari turturi.

268 COmendat ſponſus pulchritudinem ſponſæ comparando genas eius turturi. Et ſic comendat animam per turturis ſimilitudinem. Sunt genæ interiores in anima; exteriores in carne. Vndè de interioribus ſemper formantur exteriores.

℣.

Quales vultus erunt:
Talia corda gerunt.
Verecundia in corde:
Facit verecundiam in facie.

Vndè;heu! quam dificile eſt,crimen non prodere vultu: Undè nigredo culpæ in conſcientia, denigrabit totam faciem in Gehenna. Iſaia 13. *B. Unuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit.* Mulieres enim, quæ hic viderunt facies ſuas lucentes,& rubicundas, & colore adulterino depictas, admirabuntur, eo quod tunc videbunt eas,ita deturpatas, & denigratas,quod nèc omnes aquæ,nèc omnes munditiæ de mundo illam nigredinem poſſent auferre. Genæ autem ſponſæ turturi comparantur,hac ratione; quia turtur eſt avis caſta, quæ pare ſuo mortuo; nunquam alium ſibi adiungit: Viridemque ramum non aſcendit; puro grano non veſcitur; cadavere non vtitur.

Iſaia 13. B.

Genæ ſponſæ turturi comparantur.

269 Sic anima fidelis; Ex quo ſponſus eius Chriſtus mortuus eſt; & mirabili morte,quia amore mortuus eſt;nunquam ſibi alium coniungit; ſed ſpectat, donèc in Patria eum recipiat. Sicut mulieres, quæ viros ſuos ita diligunt; quod, eis mortuis, alios ſibi nunquam copulare nolunt; quim ſpectant, quod eos in caſta dilectione in vita recuperabunt. Item,ramum viridem non aſcendit: Quia donèc ſponſum ſuum Chriſtum recuperet,in viriditate iſtius mundi non delectatur. Undè ſcriptum eſt in *Ezechiele* 8. *G.* Quod multũ irritabatur Dominus ex quo homines applicabant ramum viridem ad nares: Id eſt, in virore temporalium delectabantur. Puro grano verbi Dei, quod è Cælo cecidit,vtitur. Cadavere gulæ,vel luxuriæ non veſcitur; quia aliter non genas turturis,ſed corui haberet. Hæc etiam gemitum pro cantu reddit. Homines, qui in præſenti ſuas habent delectationes; ſuum ſponſum; Id eſt,nimium cibum,interdum cantant,& gaudent,&noviſsima eorum in dolorem vertuntur.

Ezechiel 8. G.

270 Sed tu,qui ſponſum habes in Cælo,debes, pro cantu, gemere, & lugere;donèc ſpõſus tuus Chriſtus inter amplexus te recipiat. Genæ turturi comparanrur proptèr pudicitiam. Qui pudici ſunt, pudibundi ſunt; quoniam erubeſcunt, in conſpectu Dei, immunda cogitare; immunda loqui; immunda operari. Veruntatem, cogitationes, quæ in cogitationes hominum ſe ingerunt, ex quibus erubeſcit, vitare penitus non poteſt.

COLLVM TVVM SICVT monilia.

De monilibus

271 COmmendavit ſponſam de pulcritudine genarum. Nunc commendat eam à pulchritudine colli,ornamenta adaptans ei. Collum coniungit caput cum membris: Cibũ traijcit: Spiraculum recipit. Collum ergo eſt Prælatus, qui corpus Eccleſiæ,cum capite Chriſto, coniungit: Impios convertendo in corpus Eccleſiæ: Tanquam cibum in ventrem traijcit; vt dictum eſt Petro in actibus 10. *B. Occide, & manduca*: Quia Prælatus debet vitam impiorum vitioſam mactare; & in corpus Eccleſiæ trahere. A ſerpentibus enim, & reptilibus impinguata eſt Eccleſia. Item, ſpiraculum gratiæ recipit, & in corpus Eccleſiæ per doctrinam,& vitam tranſmittit.

Collum eſt Prælatus.

272 Monilia ſunt ornamenta mulierũ,quę fiunt ex auro, & lapidibus prætioſis;id eſt, operibus bonis. Undè, quandoquidem dicuntur monilia aurea, vt hic. Quandoquidem Vaſa aurea: Quandoquidem argentea; Quandoquidem ænea: Quæ omnia ſunt templi ornamenta. Iſtorum vaſorum: Exodus 27. *A. C. Omnia vaſa ex ære fabricabis, & cætera.* Faber eſt,qui fabricavit auroram, & Solem. Et antiqui Patres Petrus,& Paulus, & alij Sancti, qui Eccle-

Moniliæ ſunt ornamenta mulierum.

Exodus 27. A. C.

Faber eſt Deus.

Ecclesiam fundaverunt; Ministros ordinaverunt; vasorum fabricatores dicuntur. Hi significantur per Beseleel, de quo in *Exod.* 31. *A.* Ait Dominus ad Moysem. *Ecce, vocavi ex Beseleel filium Vri, de tribu Iuda, & implevi eum spiritu Dei, sapientia, & inteligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandum, quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære.*

Beseleel signat.

Exod. 31. *A. Beseleel interpretatur vmbra Dei.*

273. Beseleel interpretatur vmbra Dei. Beseleel ergo est benedictus quoad claustrales. Augustinus quoad reglares. Sanctus Dominicus, quoad Prædicatores. Sanctus Franciscus, quoad discalciatores. Petrus, & Paulus, quoad omnes fideles. Vere dicuntur vmbraculum Dei, quoniam sub vmbra illorum quiescunt, qui filij Dei dicuntur. Tales vocat Dominus ex nomine, quia spirituali dilectione eos amplectitur. Talis dicitur filius Vri, quod interpretatur ignis. Est ignis Diaboli: Est ignis Dei. Ignis Diaboli est accensio vitiorum; de quo in Psalm. 57. *B. Super cecidit ignis, & non viderunt solem.* Super cecidit suggestio Diaboli; & non viderunt solem iustitiæ. Ignis Dei gratia ipsius accendit hominem ad bene operandum; quia charitas numquam est otiosa. 1. *Ad Corinthios* 13. *B. C.* Vnde. Priscianus: *Nec vna hora avarus negligit lucrum; nec pius iustitiam.*

Vri interpretatur ignis.

De igne triplici.

Ignis Diaboli.

Psal. 57. *B. Ignis Dei.*

1. *Ad Corint.* 13. *B. C. Priscianus.*

274 Benedictus ergo est filius Vri; id est, filius gratiæ Dei. Hunc implent spiritu gratiæ Dei, ad hæc tria, vt haberet intelligentiã, sapientiam, & scientiam. Intelligentiam, vt intelligant, quid bonum, quid vtile. Sapientiam, quoad dispositionem in spiritualibus. Sciẽtiam, quoad mensuram, in temporalibus. Quidam enim habent, intelligentiam, qui intelligunt, quod vtile esset vitam religiosam ducere; sed non habent sapientiam, vt sciant eam quantum ad spiritualia informare. Alij habent intelligentiam, & sapientiam; sed non habent scientiam, vt cognoscant qualiter corpora sint temporaliter sustentanda; ne deficiant; vel nimium rigorem minuagant, nimium relaxent. Ideo hæc tria sunt, necessaria, vt vtilitatem intelligant; disciplinam mentis instituant, & corpora gubernare cognoscant.

NOTA.

275 Vasa ex auro sunt sapientes in claustro. Vasa argentea sunt eloquentes. Vasa ærea sunt in Ecclesia canentes, seu psallentes. Uasa aurea, qui fulgore bonæ vitæ refulgent. Vasa argentea, qui tinitu eloquentiæ resonant. Vasa ærea, qui non habent sapientiam, & eloquentiam; tamen psalunt; officium Ecclesiæ recitant cum devotione præmium obtinebunt. Quidam verò sunt sapientes, eloquentes, & bene psalentes. Isti poterunt dici aurea vasa, argentea; & ærea. Sed iam (peccatis exigentibus) multa sunt vasa ærea, & vix vnum aureum, vel argenteum in monasterijs invenitur. Non enim quærunt, si sunt iam bonæ vitæ; si sciant prædicare; sed solummodo, si sciant, notas revolvere, responsoria, & antiphonas cantare.

De Vasis multiplicibus, & comparatis, vel de tribus generibus claustralium. Uasa tria.

Genera tria claustralium.

276 Iam impletum est, quod legitur in tertio libro Regum 14. *F. Sesac Rex Ægypti ascendit in Ierusalem, & tulit thesauros de domo Domini, scuta quoque aurea, quæ fecerat Salomon; pro quibus fecit Roboam scuta ærea.* Sesac interpretatur saccus bissinus, & figurat Diabolum, qui quasi saccus bissinus continet impium, quem mollet: Quem in bisso delectationis defert ad infernum. Iste Sesac aufert thesauros de domo Dominisid est, homines ei iustos, & scuta aurea; id est, viros sapientia præditos, quos constituit verus Salomon in Ecclesia, secum asportat.

3. *Regum* 14. *F.*

Sesac interpretatur saccus bissinus.

277 Sed Roboam; id est, perversus Prælatus, qui deberet esse successor Domini, iam constituit, pro scutis aureis scuta ærea; id est, pro Monachis per bonam vitam fulgentibus; Monachos in antiphonis, & responsorijs sonoros. Tantũ distat ęs ab auro; quantum ortus, ab occidente; mors à vita: Sonus à sapientia. Pica, & asinus alta voce clamãt; sed ratione carent. Sunt alia vasa irę, quæ reformavit Diabolus, de quibus. Isaias 45. *G. Ego creavi fabrum*

Prælatus perversus.

Isaias 54. *G.*

brum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum. Faber eſt Diabolus,cuius eſſentiam creavit Dominus. Hic faber ponit aliquem in prunis ; id eſt , in diverſis generibus peccatorum. Quoſdam enim collocat inter prunas fornicationis , immunditiæ , & gulæ. Alios verò inter prunas avaritiæ; invidiæ; & ſuperbiæ.

Faber eſt Diabolus.

278 Sicut enim prunæ comburunt corpus;ſic iſtæ ſunt prunę,quę comburunt animam. Diabolus ſufflat prunas,vt ardeant , quando impium,ad incentiva vitiorum inflammat, & tandem format quoſdam in opus ſuum, quia quendam facit fornicatorem;alium ſuperbum ; alium invidum;alium cupidum: Quæ omnia faciunt opus Dei. Iam obſcuratum eſt aurum ; mutatus eſt color optimus.Æs habet apparientiam auri;ſed non eſſentiam : Sic quidam Monachi,habent habitum Benedicti:Canonici, ſuperpelitium auguſtini;ſed habent vitam Iudæ proditoris ; vel Ananiæ latronis : Quoniam in clauſtro Chriſti,ſunt ſemper quatuor iſti. Eſt Giezi : Iudas;cum Petro,fur Annanias. Huiuſmodi non poſſunt dicere cum Paulo ; qui ad *Galatas 2.D.* ait; *Chriſto confixus ſum cruci.* Sed poſſunt dicere : Chriſto conpictus ſum cruci; quoniam picturam crucis portant in veſte ; ſed non figuram in carne.

NOTA. Æs habet apparentiam curri.

℣.

Galatas 2.D.

279 Cuculla enim figurã habet crucis. Hoſpitalarij crucem portant in capa ; ſed lupum rapacem in anima.Certe,aſinus habet in dorſo crucem depictam: Sed propter hoc intrabit in gloriã? abſit. Vndè Ierem. 12.B.*Nunquid avis diſcolor hereditas mea mihi? an avis tincta per totum?* Minime. Avis ſignat contẽplativos, qui pennis virtutum liberaliter , & ſecure volánt ad ſe liberandos: Sed avis diſcolor eſt , qui in quibuſdam operibus prætendit ſanctitatem ; in alijs oſtendit iniquitatem: Sicut video quoſdam ſobrios , tamen cupidos,& mẽdaces. Ecce avis diſcolor, alterius coloris eſt habitus; alterius verò animus. Avis tincta pertotum eſt,qui in omnibus exterioribus habet apparentiam religionis ; in interioribus verò duplicitatẽ falſitatis. Vndè in Matth.7.C. *Attendite à falſis Prophetis , qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium , intrinſecus autem ſunt lupi rapaces; à fructibus eorum cognoſcetis eos.* Talis autem vix poteſt deprehendi.

Ierem.12.B.

Aves ſignat contemplativos.

Avis tincta.

Matth.7.C.

280 Diſcurre ab Oriente in Occidentẽ, in quolibet Monaſterio invenies ſcuta aurea,ſcilicèt Monachos ſingulis diebus , & noctibus pſallentes;& licèt aliud neſciant, & cum devotione pſallunt,ſalvari poterunt. Iſaias 22. *F. Figam illum paxillum in loco fideli; & ſuſpendent ſuper eum omnem gloriam domus patris eius.* Vaſorum diverſa genera; omne vas parvulum avaſis craterarum,vſque ad ome vas muſicorum. Paxillus Chriſtus eſt. Vaſa creaturarum ſunt Prædicatores populo , verbo Dei,alios inebriantes.Vaſa muſicorum , ſunt cantores , vt dicit Gloſa; quia dulci modulatione corda auditorum delectant , & ad Dei amorem invitant. Sed dicit Auguſtin. *Quid valet ſtrepitus oris,vbi mutum eſt cor?* Greg. *Dum blanda vox quæritur; vita bona deſideratur.* Legi , & relegi opera Chriſti : Vitas Apoſtolorum;raro,vel nunquam legi Chriſtum ceciniſſe; notas rebolluiſſe; ſed ſepe legi eum prędicaſſe. Nunc autem econtrario video,tota die,Clericos, & Monachos cantare;raro autem,vel nunquam prædicare.

De Auro.

Scuta aurea.

Iſaias. 22.F.

Vaſa diverſa

Paxillus eſt Chriſtus.

Vaſa.

Gloſa.

Auguſtin.

Gregor.

281 Immò dicunt;non poſſumus intendere ſermoni , propter officiũ Eccleſiæ;cum potius deberent, officium ſuſpendere,pro prædicatione; ſicut Dominus etiam comeſtionem ſuſpendit,vſque ad noctem.Sed vndè hoc,quod volunt cantare , quod non intelligunt , quam audire , vt vitam Chriſti intelligant ? Forſitam propter hoc,quod ita habent Chriſtum odio , quod nullatenus de eo audire poſſunt ; vt dicit Iob. 21. *B. Qui dixerunt Deo : Recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Dicunt etiam , quod ſcriptum eſt , in Iſaia 30.*C. Loquimini nobis placentia , videte nobis errores : Auferte à me viam , declinate à me ſemitam ; ceſſet à facie noſtra Sanctus Iſrael.*

Prædicatio anteponitur omnibus.

Iob.21.B.

Iſaia.30.C.

282 Mirum eſt:Computationes reddituum,panis,& vini,& pecuniæ diligentiſsime audiunt ; ſed de Deo audire nullatenus poſſunt:

Cæleſ-

Cęleſte Manna faſtidiunt, porros, cepe, & alia Ægypti commemorant. Sipontinus aſsignat rationem, dicens: *Qui æternam non diligunt ſcientiam, ad eam dirigentem faſtidiunt.* Iam mutati ſunt Monachi in ioculatores. Vndè Milites ardua opera faciunt, quando bene pugnant: Et adverſarios impugnant. Ioculatores verò opera illorum cantando recitant, ſed nunquam bene pugnant. In pugna nunquam bonum ictum tribuent. Strenui Milites ſunt Petrus, & Paulus, Martinus, Hieronymus, Benedictus, & cæteri, qui vitia, & Dæmones expugnaverunt.

Si pontinus.

283 Sed Monachi præſentis tęporis iam pugnare neſciunt; & tantum pugnas, & ſtrenua opera Sācto rum cantando, & legendo alta voce recitant. Maledictum clauſtrum vbi plures ſunt ioculatores. Ioculatores contenti ſunt veteribus pannis, & calceamentis, quæ à Militibus relinquuntur. Sic Monachi contenti ſunt his temporalibus, quæ veri Milites Chriſti reliquęrunt; ſeù contempſerunt: Pro his cantant, geſticulationes ſignorum, & inclinationes faciunt. Et quia hæc temporalia ſtercora dicuntur: Quam miſer ioculator; qui pro ſtercoribus cantat!

NOTA.

De deſiderio temporalium deſiderare tẽporalia.

Temporalia.

284 Iam; (peccatis exigentibus) contigit in clauſtris; quod ſcriptum eſt in quarto libro Regum *6. E. Facta eſt fames magna in Samaria, & tandiù obſeſſa eſt, donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum, quinque argenteis.* Hæc fames verbi Dei, ita invaluit inter clauſtrales, quod non inveniuntur, qui frangant panem ſpiritualem, & ideò convertuntur ad conſolationem, ſcilicèt, carnalem. Caput aſini eſt dignitas, ſivè, pręeminentia in ſtoliditate iſtius mundi. Hanc emunt multi pro octoginta argenteis. Octoginta idem ſignat, quod octonarius, ſecundum Theologos. Octonarius autem ſignificat vitam æternam, quæ in octava ętate confertur.

4. Regum 6. E

Caput aſini eſt dignitas.

Octonarius ſignificat vitam æternã.

285 Octoginta argentei ſunt, præmia claritatis æternæ: Hæc plerique tribuunt, vt dignitatem in hac ſoliditate obtineãt. Quicumque enim ſimoniam perpetrat; Vel pro dignitate terrena; magis quam pro pręmio æterno laborat; hic caput aſini pro octoginta argenteis ſibi comparat. Quam infelix comertiũ; dare ęternum, pro temporali; granum pro palea; roſam pro vrtica; vinum pro fæcibus; mel pro felle; aliquid pro nihilo! Item, tribuunt quinque argenteos, pro quarta parte cacabi ſtercoris columbarũ. Columbę ſunt viri contemplativi; quorum ſtercora ſunt temporalia, quæ reliquerunt, ſicut ſtercora: Sicut ſcriptum eſt ad *Phil. 3. B.* Quãdo ait Apoſtolus: *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.*

Octoginta argentei ſunt.

Columbæ ſũt viri contemplativi. Philip. 3. B.

286 Quidquid enim nos à Deo ſumme dulciſsimo retrahit; quaſi ſtercus reputare debemus. Sed hæc ſtercora iam emunt clauſtrales. Pro quinque argenteis. Per quinque argenteos inteligimus quinque ſenſus: Quos ſi in omnibus bonis operibus collocamus, poterimus, quaſi pro quinque argenteis Regnum Cælorum comparare. Sed plerique illos quinque ſenſus collocant; vt divitias, & delitias, quæ ſunt ſtercora columbina, acquirant; quia quinque ſenſus tantum circa temporalia expendunt. Vel quinque argentei ſunt, pietas, & reverencia Deo exivita: Munditia mentis, & corporis, quam ſibi debet vnuſquiſque: Iuſtitia, & innocentia, quæ debentur pro Chriſto: Quintum eſt æternæ felicitatis expectatio.

De quinque ſenſibus.

287 Cum igitur propter delitias, vel quæſtum peccuniæ, vel honorem terrenum, Dei reverentia poſtponitur; corpus; vel anima inquinatur, nèc ad proximum innocentia, vel iuſtitia ſervatur; ſed per iniuſtitiam, nobis temporalia appropiamus, quæ deberent eſſe communia. Cum (æternis poſtpoſitis) nimis terrena appetimus; tùnc quinque argenteos pro ſtercoribus columbarum commutamus. Certè, ſi vellitis tantum audire, & intelligere de Chriſto, quantum placet, audire de mundo; in tantum ipſum diligeretis, quod Patrem, & matrem, Filos, & Fratres, & totum mundum pro Chriſto; contempnetis.

1. *Regum* 18. *A.*

288 Vndè in primo libro Regum 18. *A. Factum eſt, cum David compleſſet loqui ad Saul; anima Ionathæ conglutinata eſt animę David, & colligata, & dilexit eum Ionathas quaſi animam ſuam.* David interpretatur manu fortis, & vultu deſiderabilis. Ille eſt, Iesvs, in quem Angeli deſiderant proſpicere. Immò vt dicit; Auguſtinus. *Si poſſet eſſe: Impij malent videre Deum, & eſſe in pœnis; quam non eſſe in pœnis, & non videre Deum.* Ecce quam deſiderabilis, & quam delectabilis aſpectus; Quam amicabilis, & dulcis vultus, qui omnes pœnas inferni mitigaret. Vndè lapides torrentis illi dulces fuerunt Stephano; quia Chriſti vultum vidit in Cælo.

David interpretatur manu fortis; & vultu deſiderabilis. Auguſtin.

289 Certè, ita eſſet de vobis; ſi velletis verba iſtius delectationis audire; quod numquam ſic locutus eſt homo; & faciem eius oculis mētis inſpicere; anima veſtra eſſet cum Chriſto conglutinata glutinio charitatis; vinculo amoris; quod nihil aliud in mundo diligeretis: Omnia temporalia, fel, lutum, pulverem reputaretis. Paulus raptus ad tertium Cęlum, hanc faciem vidit; verba eius audivit; & conglutinata eſt anima eius cū Chriſto; ita quod omnia temporalia: Divitias; & delitias; & dignitates; ſtercora, fel, & abſinthium reputavit.

VERS. X.

MVRENVLAS AVREAS FACIEmus tibi vermiculatas argento.

De murenulis, & de voce ſponſi. Murenulæ ſunt catenulę

290 VOX ſponſi, & Apoſtolorum ad ſponſam, ſivè ad fidelem animam. Murenulæ ſunt catenulæ circa collum adornatum, vel quibus monilia collo ligantur: Et dicuntur murenulæ, à murena piſce, quæ ſimilis eſt lampetrę, quia catenulæ inflexibilitate, & varietate ſimiles ſunt murenæ. Scripturę ergò ſunt murenulæ aureæ, propter fulgorem ſapientiæ, vermiculatæ; id eſt, diſtinctæ; argento propter nitorem eloquentiæ. Iam Sancta Eccleſia plena ornata pluribus libris; & Sanctorum expoſitionibus abundat; quam omnes alię ſcientiæ. Vndè Hieronymus inducit hoc carmen. *En quia nuda fuit; viſſa eſt paratio illis.*

Scripturæ ſunt murenulę aureæ.

Hieronym.

291 Verba Dei, quę dicuntur murenulæ; aliter dicuntur Rete; vnde in *Luca* 5. *A.* Dictum eſt Petro, & cuilibet Prælato, vt ducat in profundum maris rete prędicationis. Iſaia. 40. *Loquimini ad cor Ieruſalem.* Sicut enim mare eſt profundum, & inexcrutabile; ſic cor hominis; ſivè profunditas vitiorum, in quo volvuntur piſces. Sicut rete capit piſces; ſic verbum Dei capit homines. Alibi dicitur pluvia; rox; nix; vndè Iſaia. 55. C. *Quomodò deſcendit imber, & nix de Cælo, & illuc vltra non revertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam; & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti & panem comedenti: Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo non revertetur ad me vacuum.* Ecce effectus verbi Dei.

De Verbo Dei multiplici, & de virtute verbi Dei. Luca 5. A. Verba Dei. Iſaia 40. A.

Uerba Dei.

Iſaia 55. C.

292 Quando deeſt pluvia, homines faciunt proceſsionem, & orationem pro pluvia. Sed quia cor hominis maioris prætij eſt, quam terra; pluvia cęleſtis maioris dignitatis, quam aeris: Ergò pro pluvia iſta, quæ animas nutrit; ſanat; & ſalvat, deberent omnes homines orationes facere, & proceſsiones, & miſſas celebrare. Item; non revertitur ad Dominum vaccuum; ſed aliquem piſcem capit, & in Cęlum erigitur. Item, qui vult capere piſcem per hamum; circa ferrum ponit eſcam; & tu ponas eſcam carnis Chriſti circa ferrum clavorum: Hoc eſt, expone populo, qualiter Chriſtus fuit Crucifixus, & multi piſces, per hunc hamum: Hoc eſt, per conſiderationem paſſionis Chriſti capientur.

293 Item, verbum Dei dicitur gladius; malleus; ſtimulus pungens; quoniam percutit Dæmones: Confringit duros; ſtimulat pigros: Ad Epheſios 6. C. *Gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* Quod ſit Malleus; Ieremia 23. F. *Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram?* Quod ſit ſtimulus: Eccleſiaſtes 12. D. *Verba ſapientium ſunt ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi.* Tres ſunt cauſę, quare audiendum

De gladio cōparato verbo Dei, vel quod verbum Dei: dicitur: gladius: malleus: & ſtimulos. Epheſios 6. C. Ierem. 23. F. Eccleſiaſtes 12. D.

NOTA.

De tribus cauſis audiẽdi verbum Dei. Titulus 4.

dum eſt verbum Dei. Vna proptèr reverentiam loquentis, qui eſt Chriſtus, cui debetur honor, & gloria in ſęcula ſæculorum. Vndè Prædicator dicitur, os Domini. Ieremia 15. *D. Si ſeparaveris prætioſum à vili, quaſi os meum eris*: Si ſeparaveris prætioſum; id eſt, animam prætioſam, ſeù ſpetioſam à vilitate vitiorum.

Ieremi. 15. D.

294 Item, propter vtilitatem propriam, quæ eſt noſtra glorificatio. Vndè in primo libro Regum 2. *F. Quicunque glorificaverit me, glorificabo eum.* Tertia, propter ſalvationem proximorum, quia ſicut venenum fuit infuſſum in humanum genus per aurem, quando ſerpens locutus eſt, ad Evam: Vt legitur in *Geneſ. 3. A.* Ita neceſſe eſt, quod tirus vulgariter tiriaca; id eſt: Omnium peccatorum medicina, infundatur per aures. Et ſicut Beata Virgo; quia Chriſtum concepit. *Luca 1. D.* Carnalis mater effecta eſt. Ita peccator, ſi verbum Chriſti recipit; ſpiritualiter efficitur mater Chriſti, ſecundum illud Matth. 12. *E. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & Mater eſt.* Sicut enim beata Maria virgo filium concepit in ventre: Sic Iuſtus ex verbo Dei, concipit Chriſtum in mente.

1. Reg. 2. F.

Geneſ. 3. A.

Luca 1. D.

Matth. 12. E

Diſplicet Diabolo cum homo peccator audit verbũ Dei.

295 Item, nihil tantum diſplicet Diabolo, quam cum homo peccator audit verbum Dei. Lupus enim cum tenet agnum; nollet audire latratus canum; & ſi audit; quandoquidem agnum dimittit. Sic Diabolus, quando tenet aliquam ovem Chriſti, aliquam vetulam, quam portat ad inferos; cum audit, vocem Prædicatoris; ad hanc vocẽ, ovem dimittit. Item, latro in domo abſconditus; nunquam vellet, lucem videre; quoniam per eam deprehenditur. Diabolus eſt peſsimus latronum; quia theſaurum prætioſum; ſcilicèt, animas noſtras frequentiſsime furatur: Sed Prædicator affert lucernam verbi Dei; quæ omnes angulos cordis quærit, & illuſtrat. Diabolus quandoquidem latet, in corde, vt cum homines dormierint in culpa, omnia bona auferat: Omnem theſaurum, quem congregarunt aſportat.

Exemplum.

Latro in domo abſconditus.

Diabolus eſt peſsimus latro.

Diabolus latet in corde.

296 Dicitur, quod, cum beatus Bernardus adhùc iuvenis, ſivè puer, ante quam religionem intraret; in domo cuiuſdam matronæ hoſpitatus fuiſſet: Illa adoleſcentem decorum conſiderans aſpectu; vehementer in concupiſcentia eius exarſit. Cum autem ſeorſum lectum ſterni feciſſet: Ipſa inpudenter, & ſilenter de nocte ſurgens, ad eum acceſsit: Quam ille ſentiens, protinus exclamavit: Latrones: Latrones: Ad quã vocẽ mulier fugit: Familia ſurgit: Lucerna accenditur; Latro quæritur; ſed minime invenitur. Ad lectulos ſinguli redeunt, quieſcunt cæteri: Sed non illa miſera requieſcit: Nam denuo exurgit; Bernardi lectum petit. Sed ille; Latrones; Latrones; denuo exclamavit: Latro iterum quæritur: Sed nequaquam ab eo, qui ſolus noverat publicatur. Vſque tertio improba mulier ſic repulſa, tandem motu, vel deſperatione victa ceſſavit.

In floribus ſanctorum exemplum de Sto. Bernardo.

297 Cum autèm ſequenti die iter ageret: Arguentes eum ſocij, quod totiens Latrones ſomniaverit; perquirebant, quare clamaret? Quibus ille ait: Veracitèr hac nocte inſidias ſum perpeſſus Latronis; quia hoſpita mihi nitebatur auferre theſaurum irrecuperabile caſtitatis. Perpendens igitur non eſſe tutum cohabitare ſerpenti, fugam meditari cępit, & ordinem Ciſtercienſium ex tunc ingredi deliberavit. Quod, cum fratres eius cognoſcerent, & eum, ab hoc propoſito modis omnibus prohibirent; tantam ei Dominus gratiam contulit; vt non ſolùm ipſe à converſione non prohiberetur; ſed omnes fratres ſuos, & multos alios, ad religionem Domino lucraretur. Ecce, quod lucerna verbi Dei beatum Bernardinum ſic illuminavit; quod Latronem deprehendit.

298 Item, ſunt quædam animalia deformia, quę non expectant Solem, ne turpitudo eorum appareat, & odio habeantur. Sicut Bubo: Noctua: Talpa. Sic Diabolus non expectat lumen verbi Dei, ne eius deformitas appareat; & odio habeatur: Quoniam ſi ſcirent homines, quam turpis, & horribilis

Animalia quædam

eſt

Diabolus eſt Zelotipus.

eſt Diabolus; ipſum, & opera eius abhorrerent. Item, Diabolus eſt Zelotypus, & in tantum diligit animam; quod nunquam vellet audire commendationem Chriſti. Scit enim quod ſi homo cordialiter audiret: Quam dulcis; Quam ſuavis: Quam pulcher eſt Chriſtus; ipſum Diabolum, & mundum ſperneret; & ſolum Chriſtum ſuper omnia diligeret. Item, in hoc diſcernuntur filij Dei à filijs Diaboli. Quoniam *qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Ioannes* 8. *F.* Qui verò ex Diabolo eſt; ea audire contemnit.

In quo diſcernuntur filij Dei à filijs Diaboli. Ioann.8. F.

De effectu magno verbi Dei. Vel quod Uerbum Dei mortuos reſuſcitat. Ioann.5.D.

299 Item; magnus eſt effectus verbi Dei, quia mortuos ſuſcitat. Vndè veritas in Ioanne. 5. *D. Venit hora, & tunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint vivent.* Qui enim in peccato mortali detinetur; mortuus eſt in anima, quia, vitam, quæ omnia vivificat; id eſt, Chriſtum, amiſsit: Sed per verbum Dei ab hac morte ſuſcitatur. Semel contigit, quod quidam Canonicus regularis confeſsionem cuiuſdam mulieris audivit; cuius verbis, & facie accenſus; in concupiſcentiam eius ardens, conſenſit. Tandem ad ſe reverſus, & mortem ſuę animæ; ſcilicèt peccatum, conſiderans: Memorans que, quod; *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam; iam mœchatus eſt in corde ſuo. Matb.* 5. *D.* Dormitorium intravit, & dixit Sachriſtę, quod faceret campanas pulſari; eo quod vnus frater mortus eſſet; quod & fecit Sachriſta.

Homo qui in mortali peccato detinetur, mortuus eſt in anima. Exemplum de quodam Canonico regulare.

Matth.5. D.

300 Canonici verò ſtupefacti: Tranſeuntes perlectos, & quærentes, quis eſſet mortuus; cum venirent ad eum; dixit: Ego mortuus fui: Et narrans eis totum factum; devote rogavit eos, quatenus pro eo Deum orarent, vt ipſum à tali morte ſuſcitare dignaretur. Ab huiuſmodi motte, vt dictum eſt, reſuſcitat verbum Dei. Iſtę ſunt murenulæ aureę, argento eloquentię vermiculatæ; non quia valde neceſſaria eſt eloquentia: Quoniam vt dicitur in Eccleſiaſtico. 4. *C. Non abſcondas ſapientiam tuam in odore ſuo.* Id eſt; in ornatu verborum. Item, in prima ad Corinthios. 1. *C. Non in ſapientia verbi, vt non evacuetur crux Chriſti*: Quaſi in ornatu verborum non eſt vis facienda; ſed ad ornatum ſermonis attenderunt Iudæi; & Hæretici, vt ſic evacuetur crux Chriſti.

De eloquentia, & prędicatione Chriſtiana.

Eccleſ.4.C.

1. Ad Corinth.1.C.

301 Attende, quod prædicatio non debet eſſe acuta: Subtilis: Seù verbis ornata: Sed rudis, & plana, & tùnc facit fructum. Vndè Ambroſius: *Prædicatio Chriſtiana non indiget compoſitione, & cultu verborum.* Ibi enim compoſitio verborum quæritur, vbi teſte virtute; ſeù aliter veritate, commedat ſe ipſa veritas. Qui fidem vult verbis ornare, obſcurat illam verborum ſplendore. Vndè ſicut ſcriptum eſt in tercio libro Regum 10. *D. Non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur, in diebus Salomonis.* Nèc in tempore veri Salomonis Chriſti argentum eloquentiæ: Id eſt, ornatus Sermonis eſt magni pretij. Vndè Iſaias 2. *A. In diebus illis conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas infalces*; Id eſt: Acutam, & ſubtilem prædicationem in rudem, & in excultam.

NOTA. Prędicatio.

Ambroſ.

Ornare.

3.Regum 10.D.

Iſaias 2.A.

302 Item, Iudicum. 3. *D. Samgar percuſsit de Philiſthijm ſexcentos viros vomere vno* & Samſon, *ibi.* 15. *C.* Cum mandibula aſini plures: Quam Phinees, vt habetur in numeris 25. *B. Cum pugione.* Quia plures per planam prædicationem convertuntur, quam per acutam, & obſcuram. Item, mirum eſt, de verbo Domini, & de verbo Diaboli, quia de facili non inveniens ioculatorem, qui narret tibi, de mendatijs, niſi dederis ei aliquid: Filius autem Dei optimus ioculator nihil à te exigit, vt verba ipſius vera, & ſalutifera audias. Vndè *Iſaias* 55. *A. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite; venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & Lac*: Quaſi diceret; Nihil detis mihi; ſed venite, & dabo vobis vinum; id eſt, aſperitatem comminationis, & Lac; id eſt; ſuavitatem promiſsionis.

Iudicum 3.D

15.C. Num.25.B.

Combertuntur plures per planam prędicationem, quam per acutam, & obſcuram. Chriſtus ioculatur.

Iſaias 55. A.

303 Immò, Dominus dat nobis in pręſenti omnia bona, vt Deum audiamus; inſuper in futuro, vitam æternam; vt dicit per Iſaiam. 1. *F. Si audieritis me, bona terrę comedetis*

Iſaias 55. A.

tis; quod si nolueritis, & meam iracundiam provocaveritis; gladius devorabit vos. Ecce quod bona promittit auditoribus,& gladium æternæ damnationis contemptoribus,& tamen vix habet pauciſsimos auditores. Vndè conquæritur Matth. 11. *C. Cecinimus vobis,& non ſaltaſtis: lamentavimus, & non planxiſtis.* Cecinit Chriſtus quando ait Lucæ: 12. *D. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum.* Item Math. 11. *D. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Et tantum ſaltant, id eſt, ad Cæleſtia ſe erigunt. Lamentavit Chriſtus in paſſione, quando lacrymis, & clamore valido emiſsit ſpiritum; & tamen pauci ſunt, qui plorant. Optimus Ioculator fuit iſte, qui hoc totum fecit, vt corda noſtra exhilararet, & nos æterna lętitia iocundos faceret.

Math. 11. C. Cecinit Chriſtus.

Luca 12. D.

Math. 11. D.

Lamentavit Chriſtus.

Chriſtus iocu lator.

VER. XI.

DVM ESSET REX IN ACCVbitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.

De voce marię.

304 VOX Mariæ, ſivè fidelis animæ. Nardus eſt humilis herba, calida, & aromatica. Per nardum intelligimus humilitatem, quæ ex calore charitatis procedit, quę odorem ſuavitatis Deo tranſmittit. Sic exponitur de beata Virgine. Dum filius Dei Rex omnium eſſet in accubitu ſuo; id eſt; in ſinu Patris; nardus beatæ Virgines, odorem humilitatis in Cælum tranſmiſsit; ſcilicèt; filium Dei, qui propter virginis odorem humilitatis, in vterum ipſius virginis deſcendit. Vndè illud: Nulla charitas meruit; aut caſtitas ſimplex humilitas.

Nardus ſignat humilitatem.

De acubitu quadruplici.

305 Eſt autem quadruplex accubitus: In ſinu Patris: In domo Simonis: In gloria æternitatis: In corde fidelis. De primo accubitu dictum eſt. De ſecundo habętur. Lucæ. 7. *F. Mulier quę erat in civitate peccatrix vt cognovit quod Iesvs accubuiſſet in domo Phariſæi attulit alabaſtrum vnguenti: Et ſtans retro ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* De tertio accubitu. Lucæ. 11. *A. Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amicè, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponam ante illum. Et ille deintus reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere, & dare tibi, & ſi ille perſeveraverit pulſans: Dico vobis; & ſi non dabit illi ſurgens eo quod amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios.*

Luca 7. F.

Luca 11. A.

306 De quarto: Sedes ſapientiæ eſt cor iuſti. Hoc deſignatur, per cenaculum grande ſtratum: In Luca. 22. *B. Introeuntibus vobis in civitatem occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: Sequimini eum, in domum, in qua intrat, & dicetis Patri familias domus: Dicit tibi Magiſter: Vbi eſt diverſorium, vbi paſcha cum diſciplinis meis manducem: Et ipſe oſtendet vobis cenaculum magnum ſtractum.* Iſtud cænaculum eſt cor hominis, quod eſt grande comprehenſione; quoniam ſi mille eſſent mundi, omnes comprehenderet; & tunc impleri non poterit; niſi ipſo Deo. Iſtud eſt ſtratum non tapetis ex Egypto; ſed virtutibus de Cælo.

Sedes ſapientię eſt cor iuſti.

Luca 22. B.

De Cenatulo triplici.

307 Homo iſte timor eſt: Amphora; dolor: Aqua; copia lachymarum: Quaſi diceret; vbi timor, & dolor, cum copia lachymarum intrat; ibi Dominus intrabit; & in corde ipſius cænabit. In primo cęnaculo: Nardus trita debet ſpirare odorem humilitatis, & tunc filius virginis, qui ad odorem humilitatis in ventrem Virginis deſcendit; deſcendit in mentem peccatoris. Secundus accubitus in domo ſimonis; eſt vita clauſtralis. Simon enim interprætatur obedientia. Meritò vita clauſtralis, domus obedientię dicitur, in quam qui intrat, obedientia ſe obſervare profitetur. In hac domo nardus tua, debet, dare odorem, quem dedit glorioſa peccatrix; quia pedes Chriſti debes lacrymis rigare; id eſt; affectus, per quos gratia nos lavit, ex devotione

Cor contritum eſt cenaculum Domini.

Uita clauſtralis eſt cubitus Simon interpretatur obedientia.

tione plorare. Per pedes enim, affectus quibus in terram venit, intelliguntur: Vias egreſſuum eius, ſivè affectus nominat.

Bernard. 308 *Bernardus. Quid tibi durum vel dirum eſſe poteſt, cum recordatus fueris, quod ille, qui cum eſſet forma Dei, in die æternitatis ſuæ, in ſplendoribus ſanctorum; venit ad carcerem tuam, & ad limum tuum?* Pſal. *Pſalm. 68. A.* 68. *A. Infixus ſum in limo profundi.* Id eſt; *vſque ad cubitos in limo profundi. Quid non ſuave tibi eſſet, cum collegeris omnes amaritudines Domini, & remoraveris, primum quidem infantilium neceſsitatum: Deindè, laborum, quos pertulit, in prædicando: Fatigationum in diſcurrendo: Lacrymarum in compatiendo: Inſidiarum in colloquendo: Poſtremo; periculorum in falſis fratribus: Vinculorum; convitiorum; ſputorum: Collaphorum: Flagellorum: Irriſionum: ſubſanationum: Ex probationum: Clavorum, & horum que ſimilium, quę in ſalutem noſtri generis triginta, & tribus annis, operatus eſt, & paſſus, in medio terræ.*

309 *O quam in debitâ miſeratio! Quam gratuita, & ſic probata dilectio: Quam inopinata dignatio: Quam ſtupenda dulcedo; Quam invicta manſuetudo! Regem gloriæ, pro deſpicatiſsimo vernaculo, immò vermiculo crucifigi. Quis audivit vnquam tale, aut quis vidit huic ſimile! Vix enim pro iuſto, quis moritur: Ipſe autem pro iniuſtis, & inimicis mortuus eſt.* Ecce per quot pericula, & per quot ſpinas tranſierunt pedes Chriſti. Labores; fatigationes; vincula; convitia: Sputa; collaphi; flagella; & irriſiones fuerunt ſpinæ; & clavi, quibus, id eſt; affectus Chriſti fuerunt perforati.

310 Multi enim mallunt, pedes carnales clavis ferreis perforari; quam tales verecundias; talia oprobria, in conſpectu mundi pati, ſivè ſuſtinere. Si igitur lacrymas ex compaſsione effundis; ſi ſuperflua pauperibus tribuis; ſi devotus omnia perficis; tunc lacrymis pedes abluis; capillis tergis; & vnguento devotionis vngis, in hoc accubitu. Tùnc nardus tua reſpirante, domus; id eſt, cæleſtis curia, ex odore iſtius nardi implebitur. Item, cum vita clauſtralis, ſit domus Simonis; in hac domo ſunt quatuor officinæ; ſcilicèt; oratorium; capitulum: refectorium; & Dormitorium.

De quatuor officijs domus vel clauſtri. 311 In oratorio, Nardus tua debet ſpirare odorem prudentiæ: In capitulo, odorem iuſtitiæ: In refectorio, odorem temperantię: In dormitorio, odorem fortitudinis. Quoniam prudentia neceſſaria eſt in oratorio: Iuſtitia in capitulo: Temperantia in refectorio: Fortitudo in dormitorio.

Oratorium. 312 Proſequamur de ſingulis. In oratorio neceſſaria eſt prudentia ſecundum illud Pſalmiſtæ. *Pſalite regi noſtro pſalite: Pſalite ſapienter: Pſalmus* 46. *A.* Gloſa: Diſipienter pſalit; qui quod pſalit non intelligit: id eſt; mentem ad illud, quod orat, non apponit. Et ſicut dico in gloſa mea morali ſuper Pſalmos, in verſu: 772. *Quoniam rex omnis terræ Deus & cętera*: In prędicto Pſalmo: *Ille autem Deum laudat ſapienter, qui diſcrete: Ille autem diſcrete, qui colit quod eſt colendum: Et quod non eſt colendum non colit. Ille autem ſapienter orat, qui Deum quærit orando; non quæ ſunt ſupra terram; vel ille ſapienter pſalit, qui Deum, quem verbis colit; corde, & operibus venerat: Et amplius videbis in loco citato, & in verſu antecedenti: Pſalite Deo noſtro: Et cæter.* Plerique enim ſimplices non intelligunt, quod dicunt: Sed tamen intentionem ad Deum dirigunt.

Pſalmus 64. A.

313 Sepè cum cogitationes in Deum transferimus, veniunt muſcę morientes, & perdunt ſuavitatem vnguenti: Id eſt; cogitationes ſuccedentes ſibi: *Quoniam lumbi animæ impleti ſunt illuſionibus: Pſalmus. 37. B.* Vt dicit Aug. *Illuſiones animę infinitæ ſunt, quæ aliquando vix orare ſinunt. Maginationes enim corporis occurrunt in illam: Venit oblivio; & recordaris huius, pro illo.* Iob. 1. *B. Cum veniſſent filij Dei, vt aſsiſterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.* Filij Dei, quos Spiritus Sanctus generat ex anima; filij ſunt cogitationes ſanctę; quę aſsiſtunt coram Deo, cum Deo, & operibus eius meditaris, vel devote oras; ſed inter eas ſe miſcet Satan.

De muſcis ſivè de cogitationibus pravis.

Pſalmus 37. B. Aug.

Iob. 1. B.

Ple-

314 Plerunque enim cum cogitationes mundæ ad conſpectum Dei tranſmittimus, ſubito inſerit ſe prava cogitatio, de mundi vanitate; vel carnis voluptate; invidia; ira; vel ſuperbia. Et ſtatim, cum vir iuſtus, hoc advertit, debet dicere in corde ſuo: Vndè venis Satan? Vndè venis cogitatio perverſa? Quare niteris filios cogitationum bonarum turbare; & interficere? Et debet etiam dicere ad Satam: Nunquid conſideraſti ſervum meum Iob, quod, non ſit ſimilis ei in terra? Iob interprætatur dolens. Uerùs Iob; Chriſtus eſt; qui pro gloria nobis acquirenda, multos dolores paſſus eſt: In quo ſervus noſter, ſervus humani generis comprobatur.

Iob interprætatur dolens.

Chriſtus eſt verùs Iob.

315 Nunquam ſervus Domino ſuo ita ſerviliter ſervivit; ſicut ſervus iſte. Vndè Ioannes 13. B. *Lavit pedes diſcipulorum.* Ad notandum, quod debuit lavare peccata credentium. Et cum deberemus nos ſuſpendi in inferno; ipſe pro nobis ſuſpenſus eſt in mundo, quod vix aùt ſervus facit, pro ſuo domino. Dicitur etiam; dolens; quoniam ſingulis diebus facit eum impius cum peccat, dolere. Vndè Dominus per Ierem. in trenis 1. D. *O vos omnes, qui tranſiſtis per vitam, attendite, & vidite ſi eſt dolor, ſicut dolor meus.* Loquitur admodum pugilis, qui pugnavit pro alio, & inimicum expugnavit: Vulnera tamen in pugna ſuſtinuit, & venit ad domum illius, pro quo pugnavit; & pretium poſtulat: Sed ille vt impius ingratus, pugilem nobilem expelit: Prætium, & hoſpitium ſibi negat. Nonne talis ſuper dolorem vulnerum, dolorem addit?

Ioannes 13. B.

Trenis 1. D.

316 Certe, ſolus Chriſtus fuit, pulgil noſter, qui contra inimicum mortalem pugnavit, & vicit, & tamen in pugna vulneratus eſt. Venit in die Paſchæ, quaſi vulneribus recentibus; & rogat, quod in hoſpitio cordis eum recipiamus, & prætium; ſcilicèt; animas noſtras ei exibeamus. Sed per mortale eum expedimus: Animas noſtras ei negamus; ergo, dolorem ſuper dolorem vulnerum addimus. Ideò magis eum dolore facimus; quam qui cicatrices in ſua carne poſuit; quia prætium totius paſſionis, quod pro nobis tàm carè contulit; amittimus. Cum igitur prava cogitatio nos pulſat; ſemper ad Chriſtum fugiamus. Cum aliqua cogitatio Satanæ interſerit; ſemper convertamus cogitationes noſtras ad Deum; & per ipſum fugiamus Satan; & quocunque voluerimus, ducemus.

Chriſtus fuit pugil noſter.

317 Vndè Iſaia 37. F. *Cum furores adverſum me, ſuperbia tua aſcendit in aures meas: Ponam ergò circulum in naribus tuis, & frænum in labijs tuis, & reducam te in viam, per quam veniſti.* Per nares intelligimus incendia, & inſidias Diaboli. Vndè Iob 41. *De naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ, atque ferventis.* Fumus procedens de naribus Diaboli, eſt tentatio oculos mentis excecans, & calore noxio accendens. Sed pone in naribus ipſius circulum; id eſt; tentationibus infere Chriſtum, qui merito circulus dicitur, quia proceſſus eius fuit circularis; nam egreſſus eius à Patre: Regreſſus eius ad Patrē. Excurrus vſque ad inferos; recurſus ad ſedem Dei. Bubalus non poteſt domari; niſi per circulum in naribus. Sic Diabolus; niſi per Chriſtum in tentationibus.

Iſaia 37. F.

Mriores ſignant.

Iob. 41. B.

Fumus procedens de naribus.

Chriſtus dicitur circulus.

Bubalus

318 Cum ergo, venit ad te Satan pravam cogitationem immittendo; ſtatim hanc cogitationem ſpernens dimittas, & ad vitam; doctrinam & opera Chriſti te transferas: Et ſic pones circulum in naribus Diaboli; & duces eum, per viam per quam venit: Quaſi diceres: De inferno venis? In infernum te ducam. Similitèr Chriſtus eſt frænum ipſius: Quoniam ſicut equus infrænatus comedere non poteſt; ſed bibere: Sic Diabolus Chriſto infræna tus, nullatenus poteſt ſolidos, & reſiſtentes devorare: Sed fluidos, & leves bene poteſt bibere.

Chriſtus eſt frenum Diaboli.

319 Ille poſuit circulum in naribus Diaboli, qui vehementer tentatus, de luxuria; venit ante Crucifixum dicens: Domine; Ad te cito confugio: Uenit hoſtis antiquus, & nititur mihi hanc terram auferre: Sed defende eam, quia vires non habeo defendendi eam: & dabo tibi ſeptuplex Pater noſter, & totidem

Exemplum

Ave

Ave Marias. Et ſtatim ceſavit tentatio. Ecce quod circulum poſuit in naribus Diaboli, & frænum in ore eius, vt reduceret eum in viam, per quam venerat. Hoc facit; qui auxilium Dei cum devotione poſtulat: Vel de vita; operibus, & verbis Chriſti cogitat. Tùnc vt dicitur in

Iſaia 10.G. Iſaia 10. *G. Computreſcit iugum à facie olei.*

De iugo Diaboli: vel de ponderoſitate peccati. 320 Iugum Diaboli eſt peccatum: Quod magis ponderat; quam omnes lapides mundi; qua lapides deprimunt debiles ad terram: Sed non eſt ita fortis, qui ſi habeat vnicum mortale, poſſet ſtare; vel ad terram duntaxat, cadere: Quoniam facit eum pondere ſuo cadere vſque ad fundum inferni. Diabolus facit more illius, qui vult canem ſuum interficere: Nam adulatur primo, donec eum teneat: Et poſt quam tenuerit; lapidem ad collum ei ſuſpendit; & in flumen proijcit, & ſubmergit. Sic Diabolus adulans dicit homini; Pecca frater, adulterare, fornicare; & ſi miſer conſentit: Tùnc Diabolus lapidem collo eius apponit, vt in flumen infernale præcipitet.

Apocalip. 18. G. 321 Legitur in *Apocal.* 18. *G.* Quod *ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem, quaſi molarem magnum, & miſsit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, & vltra iam non invenietur.* Et in

Iſaia 13.D. Iſaia 13. *D. Erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta ſuperbia Chaldęorum: Sicut ſubvertit Dominus Sodomam; & Gomorrham.* Per lapidem molarem, intellige ponderoſitatem peccati; ſivè impium ponderoſum, quia cum magno impetu proijcietur ad inferos. De hoc pondere, in

Lapis molaris. *Trenis 1. E.* Trenis 1. *E. Vigilavit iugum iniquitatum mearum: In manu eius convolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo: Dedit me Dominus in manu, de qua non potero ſurgere.* Poſſet aliquis quærere: Quid faciet Dominus de peccatis meis? Frater omnia colligabit, & ponet in collo tuo, & præcipitabit te cum illis; vſque ad fundum putei.

Quid facit Dominus de peecatis.

322 Mos quarundam regionũ eſt, quod, qui furatur arietem, vel aliquid aliud; cum furto appoſito ad collum de rupe altiſsima præcipitatur. Si in vilibus perſonis, & modici ſtatus, hoc eſt, verecundioſum: Quanta putas, erit verecundia; quando Clerici, & alij quidem nobiles cum furto comprehendentur? Hoc eſt; cum omnibus delitijs; & inmunditijs, in conſpectu totius mundi apparebunt; & cum ſarcina omnium corruent in infernum. Vndè

De Verecundia impiorũ. *Ieremia 2. F.* Ieremia 2. *F. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur; ſic confuſi ſunt domus Iſrael*: Scilicèt; hi, qui dicuntur viri videntes Deum, quia multa delicta, multa furta Deo faciunt: Præcipue Clauſtrales cum habent proprium. Quanta verecundia erit, cum Dominus dicet; plus dilexiſti aurum, & argentum, quam me? Cade in ignem gehennæ.

Clauſtrales habentes proprium ſunt fures.

323 Si vſurarius in morte vnicum denarium retinet, de vſura; vel Latro ex furto; Denarius ille dicitur talentum plumbi: Talentum; quia placet: Plumbi, quia ponderat. Si iniquitas in morte ſe debit ſuper talentum plumbi, in tantum ponderabit, ſuper caput impij, quod omnes funes mundi; nèc omnes Angeli miſsi poſſent impium trahere in Cęlum ſurſum. Maledictus Diabolus, qui tantum ponderat; maledictum peccatum qui tantum gravat. Iſtud lignum computreſcit, à facie olei; id eſt; peccatum anichilabitur à præſentia Chriſti, qui oleum, id eſt, ipſa miſericordia nuncupatur. Hoc eſt, ſi de Chriſto cogitas; ſi auxilium eius imploras; ſi pro verecundia præſentiæ Chriſti à peccato abſtines: Pravas cogitationes cohibes: Iugum Diaboli computreſcere facis. Si ita prudenter in oratorio te habeas; poteſt tibi dici: Prudentia tua percuſſit ſuperbiam.

Iniquitas ſedet ſuper talentum plumbi.

324 Debes ſpirare odorem iuſtitiæ in capitulo. Dicitur capitulum quaſi caput omnium officinarum. Quidquid aliquis delinquitur; ad capitulum refertur; in capitulo corrigitur. Vndè iuſtitia, quæ caput eſt omnium virtutum; præcipue in capitulo, exercetur. Maior ergò quod iuſtum eſt, præcipiat; minor voluntarie adimpleat. Si enim cum murmure quis faciat, totum perdidit. Vnde Aug. *Si invitus facis bonum, non tu facis, ſed de te fit.* Iuſtitia

De iuſtitia habendam in capitulo.

Iuſtitia eſt caput omniũ virtutum.

Aug.

tia autem debet habere ſororem, & comiter miſericordiam; quoniam vt dicit Gregor. *Diſciplina, vel miſericordia multum deſtruitur, ſi vna ſine alia teneatur.* Idem: *Hi qui de falſa iuſtitia ſolent inſultare cæteris, quos deſpiciunt: Nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt; & quando peccatores ſe eſſe non credunt; eo deterius peccatores fiunt.* Idem; *Omnis, qui iuſte iudicat; ſtateram in manu geſtat; in vtroque penſo iuſtitiam, & miſericordiam portat. Per iuſtitiam reddit peccati ſententiam; per miſericordiam temperat pœnam.*

Gregor.

De prælatijs, & eorum ornamentis. NOTA.

325 Item, rectorem ſubditis pietas matrem; diſciplina verò patrem exibeat. Vndè Magiſter Adam, quando verberatus fuit in capitulo, quia fecerat hos verſus: ſcilicèt.

℣.

In horto dum teneo florem,
Dum ſentio floris odorem,
Præteriti moris,
Vtriuſque recordor amoris.

Et in prandio non habuit pictantiam ſicut ſolebat habere; qui diſciplinam ſuſceperat, ait.

℣.

Sub brevitate ſtylli
Suus Adam ſcribit.
Abbas verbera patris habes,
Vbera matris habe.

De ſeveritate prælatorum, vel de miſerio, & remiſſione. 3. *Regum* 12. *A.*

326 De illis, qui valde nimiam volunt exercere iuſtitiam, in tercio libro Regum 12. *A. Dixit populus ad Roboam: Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis: Tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui duriſſimo, & de iugo graviſſimo quod impoſuit nobis, & ſerviemus tibi.* Roboam conſilio puerorum acquieſcens, reſpondens, dicit: *Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei: Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.* Et per hanc duram reſponſionem, amiſit decem partes regni, & duas partes retinuit.

327 Sic reſpondent hi Abbates moderni: Prædeceſſor meus fecit vos parum ieiunare; parum vigilare; aliquantulum bene comedere; groſſior eſt minimus digitus meus, quam dorſum patris mei. Quaſi dicerent, melior, & potentior ſum prædeceſſore meo. Ipſe cæcidit vos flagellis: Ego cædam vos ſcorpionibus. Ita dicunt Abbates crudeliſsimi. Novum iugum, & intollerabile imponunt ſubditis, cum facile eſſet ſalvari, per præcepta veri Salomonis; id eſt: Chriſti. Sed Epiſcopi; Cardinales: Abbates, iam dicunt. Groſſior eſt minimus digitus meus, dorſo patris: Quia maior ſuperbia maior inflatio eſt, in minimo digito Prælati, quam in dorſo Chriſti. *NOTA.*

328 Dorſum Chriſti honoratum fuit flagellis, virgis in cruce: Sed digiti Prælatorum iam ſunt honorati anulis aureis; ciphis argenteis, chirotechis pulcherrimis; delicatis Morſellis. Alligant onera gravia, & importabilia ſuper humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea tangere. Et ſic per talem auſteritatem, & propter modernas ſuperſtitiones amittunt regnum ſuum: Id eſt; multas animas, quæ de clauſtro exeunt: Multos Monachos, qui intus in anguſtia, & murmure vivunt. *Matt.* 23. *A.*

NOTA. Exemplum de Abbatibus.

329 Quidam Abbas; vt narratur; ſolebat dare Monachis ſuis quatuor fercula, dixerunt Monachi: Vtinam Abbas viam vniverſæ carnis intraret; quia ſuccederet ei talis, qui plura fercula daret. Mortuus eſt Abbas: Tandem ſucceſſor eius, vnum ferculum ſubtraxit: Et ad invicem murmurantes oraverunt, vt, alias veniret, & fercula multiplicaret: Mortuus eſt Abbas, & ſucceſsit alius, qui aliud ferculum ſubtraxit, & ſic iam non habebant niſi duo. Iterum ſucceſsit tertius, qui tertium ferculum ſubtraxit: Et dixerunt Monachi; Iſte peior eſt alijs; vtinam ſubtraheretur; & veniet alius, qui totum melioraret: Dixit vnus Monachus: Oro Deum, quod det iſti vitam longam: Dixerunt alij: Quare? Qui reſpondit: Video quod quilibet ſuorum prædeceſſorum peior fuit alio: Si moritur iſte, qui ſaltem dat nobis vnum ferculum; veniet alius, qui ex toto nos interficiet.

NOTA. Miſenia monachorum.

330 Hæc eſt miſeria præſentis temporis, quod ſemper ſubditi deſiderant novum Abbatem: Novum Epiſcopum; Novum Dominum; &

raro ſuccedit melior. Tales ſunt ſimiles pſeudoprophetis, qui volunt compellere Chriſtianos, circunci-

Galatas 6.C. di; & ſic iudaizare. De quibus ad Galatas 6. C. *Volunt vos circunciſi, vt in carne veſtra glorientur*: Id eſt, carnali obſeruatione. Sic plerique novas inſtitutiones ſuper inducunt, vt in illis glorientur dicentes: Hanc conſtitutionem feci: In hoc ordinem melioraui. Sicut quædam mulier voluit nomẽ ſuum dilatare, & neſcivit qualiter; niſi quod fœtem, qui erat in loco publico denudavit: Alius ſimiliter volens, quod fama eius publicaretur, magnam villam incendit, & ſic, per infamiam, potius quam, per famam nomen eius divulgatum eſt:

Exemplum de quadam muliere.

℣.

Triſtitiæ præco,
Prępetè currit equo.
Fama repleta malis,
Velocibus volat alis.

331 Sic multi iam vix in clauſtro pſſunt bibere; loqui; vel comedere; ſine mortali; quia niſi quis bibat ſedendo, & cũm ambabus manibus, in capitulo erit verberatus: Sicut Apoſtolus ad *Galatas 6.D.*

Galatas 6.D. dicit: *In Chriſto enim Ieſu neque circunciſio aliquid valet, neque pręputium, ſed nova creatura*: Id eſt; innovatio creaturæ per gratiam. Sicut veſtis nigra; ampla corona; Bucca rotunda, non faciunt Monachum; ſed mens, & anima munda: Si nec capa alba, nèc nigra cuculla, nèc ſuperpelitium aliquid valet in Chriſto, ſed cuſtoditio mandatorum Dei.

Anima munda facit monachum.

De Prelatis remiſsis. Seneca. Trenis 4. B.

332 Alij ſunt nimis remiſsi: De quibus Seneca; *Tam omnibus remittere, quam nullis; crudelitas eſt.* De huiuſmodi in. Trenis 4. *B. Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos: Facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.* Quod contigit, quod nimia famẽ cratere mulieres filios coxerunt, & comederunt. Mater dicitur, omnis qui debet paſcere; nutrire, & caſtigare ſubditos. Sed iam non caſtigant; immo in vitijs eos decoquunt, & vitijs, & divitijs eorum refriguntur. Nam ille Monachus, vel Canonicus, bonus reputatur, qui Abbati de ſuo proprio multos denarios preſtat: Et Abbates, ſeù Epiſcopi tales nutriunt, & honorant; & in vitijs, & delitijs decoquunt. Tales dicuntur matres miſericordes, per antifraſem, quia ſunt crudeliſsimi; eo quod mortem, & damnationem ſubditorum procurant: Quoniam error cui non reſiſtitur, approbatur.

Mater dicitur, &c.

De proprietarijs.

333 Allij effitiuntur vulpes. Dicitur quod vulpes quando a canibus vrgetur; mingit in caudam; & in oculos canum ipſam in ſequẽtium ſpargit: Canes verò, ſic detenti, & excæcati, vulpem dimittunt. Sic cum Abbas, vel Epiſcopus videt ſe propter pravam vitam ſuam à ſubditis acculari, & vrgeri; proijcit in oculos eorum vrinam: Id eſt, denarios; officia, & beneficia; & ſic excæcati, vulpem dimittunt. Quod autèm per ſtercora, & vrinam temporalia intelligantur: Scribit Apoſtolus ad *Philipenſes 3. B.* Vbi divitias, ſtercora appellat. Vt dicit Iuvenal. *Carus eſt vere, qui vere tempore, quo vult, accuſare poteſt.* Sic miſeri Prælati, peiores, fraudulentiores ſemper reverentur, & promovent.

NOTA. Error, cui non reſiſtitur approbatur. Exemplum de vulpe.

Philipenſes 3.B. Iubenal.

334 Iſtud video in clauſtris, quod magis fraudulenti, & doloſi, impij, & mendaces; maiorẽ poteſtatem obtinent. Abbates enim ſimplices, & boni non timentur. Et ita, ſivè vivant, ſivè moriantur, non curant. Sed vir iuſtus, quaſi leo ſine timore vllo erit; quoniam vt dicitur in Prover. 12. C. *Non contriſtat iuſtum, quid quid ei acciderit*: Ille enim vitia illorum audacter poteſt reprehendere, qui in ſe nihil intelligit eſſe reprehenſibile. Sicut *Ioſue 7. D.* Quia licèt Achan eſſet de nobiliori tribu Iuda non pepercit ei; ſed fecit illum lapidari. Sic bonus Abbas, quando viderit aliquem, qui furatus fuerit de anathema Iericho, debet eum lapidare: Id eſt, verbis duris increpare, donec peccatum in ipſo moriatur.

Vir iuſtus quaſi leo ſine timore vllo erit. Proverb. 12. C. Reprehẽdere.

Ioſue 7. D.

335 Iericho interpretatur Luna, & ſignat mundũ, qui creſcit, & decreſcit, & in ſe maculã peccati gerit. Anathema Iericho, ſut, pecunia; veſtes; aurũ; argẽtũ. Quia religioſus quãdo religionẽ intravit, totũ mundũ abdicavit, & anathematizavit, & omnem proprium reliquit. Cum igitur pro-

Ierico interpretatur Luna.

Anathema Iericho eſt proprietas Monachi.

proprium reſumit ; tunc furtive de anathemate lerico accipit. Tales ſunt excomunicati , quia comunicant cum mundo excomunicato, & in die iuditij maiori excomunicatione excomunicabuntur , quibus dicetur: *Ite maledicti, & cætera.*

Matth.25.D

336 Item , legitur in *Numeris* 25. *A.* Quod Dominus præcepit Moyſi , quod ſuſpenderentur principes populi,contra ſolem;quia populus fornicatus eſt , cum filiabus Moab.Per hoc innuitur, quod peccata ſubditorum redundant in capita maiorum : Ex quo , qui debent alios corrigere , & non corrigunt. Undè. 1. *Regum* 4. *D.* Mortuus eſt Heli,& ibi. 1. *Regum* 2. *E.* Qui moliter filios ſuos repræhendit. Damnatus eſt Hærodes, quia filios ſuos interfecit.Hinc remiſsio; hinc crudelitas punitur. Contra crudelitatem quorundam parentum, dicitur ad Epheſios *6. A. Uos patres nolite ad iracundiam provocare filios veſtros: Sed educate illos in diſciplina , & correptione Domini.*

Numeri 25.A.

Peccata ſubditorum.

1. Regum 4.D.

Crudelitas prælatorum.

Epheſios 6. A.

337 Sequitur,quod nardus tua ſpiret temperantiam in refectorio; vbi adſunt fercula furnatia , ad quæ infelix caro viliter inardeſcit. Vndè quidam ita ardenter , & guloſè comedunt, vt in illa hora nèc de Deo, nèc de Angelis cogitent , nèc alios reſpitiant , ſed totum affectum in ſcutellam effundunt. Sed multi dicunt,quod caulibus, cepis vruntur, & leguminibus ; vndè peccatum non incurrunt , non attendentes; quod in *Geneſ.* 25. *D.* Eſaù non pro galinis, non pro anſeribus , ſed pro lenticula , primogenita amiſsit: Item,in *3. Regum* 17. *A.* Etiam Elias carnes veſpere , & mane comedendo ; ſanctitatem conſervavit : Quia vt dicit Auguſtin. *Delitiæ quælibet, ſi abſque deſiderio percipiantur , non officiunt* : Quoniam in omnibus talibus,nos vſus rerum , ſed libido in culpa eſt.

De temperantia quę eſt habenda , in refectorio.

Geneſ. 25.D.

3. Regum 17.A.

Auguſtin. NOTA.

338 Item , nèc ex magna comeſtione eſt aliquis vituperandus, nèc ex parva laudandus. Vndè in vitis Patrum ; homo multum comedens , & adhùc exuriens , & continens ſe ; maiorem mercedem habet; quam qui parum comedit, & ſatiatur. Dicit Hieronymus: *Venter ſemper eſuriens ; triduanis præfertur ieiunijs.* Hieronymus etiam, quoſdam Monachos vituperat, qui nunquam credunt ſe feſtum celebrare ; niſi venter bene impleatur. Item , idem dicit: *Si quando dies feſtus advenerit , ſaturantur; ad vomitum fit* : Ergo nèc in vilibus ; nèc in pretioſis , eſt facienda ſaturatio : Sed vt vſus ſit temperatus , & voracitas locum non habeat , quoniam quidem ; *Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Pſalmus* 5. *C.* & 13. *A.* Sepulchrum omnia recipit.

H ieronym.

Hieronym.

Pſalm.5.C. & 13.A.

339 Sic plerique ; carnes; piſces ; pulmenta ; ſimul omnia in ſaccum mittunt , & faciunt de ventre ſuo , ſcutellam ſtomachi, qui omnia ſimul commiſcèt : Veruntamen tutius eſt vitare multitudinem ferculorum : quoniam occaſiones fugere , maxima cautela eſt. Cum quis enim habet multa fercula , abſtinere non poteſt ; cum habet vnicum , contentus eſt. Item , dicit Hieronymus, verbum comendabile. *Eripe, queſo, occaſiones : Fac de neceſsitate virtutem* : Quoniam qui habitum ſuſcipit ; ligat ſe , vt ſequatur aſperitatem ciborum. Vndè , ſi caro multa fercula deſiderat; habere non poterit. Et ita tutius eſt,de neceſsitate facere virtutem.

Sepulchrum. omnia recipit

Hieronym.

340 Item , in *quarto libro Regum* 25. *B.* dicitur quod: Nabuzardam templum Domini igne ſuccendit ; & Ieruſalem deſtruxit. Nabuzardam interprætatur ventilabrum , & ſignat ventrem , ſivè guloſitatem , quæ multos ventilat , & in gehennam proijcit. Plerique devoti ſunt in omni officio : Veruntamem ardenter ita guloſe comedunt ; quod cum eſcæ ſint in ore ipſorum ; ira cadit ſuper eos. *Pſalmus* 77. *D.* Tunc ira Dei cadit quando pro ardore guloſitatis , virtutes & omnia bona opera dimittunt , & ſic anima interficitur. Hanc iram timens. *Iob.* 3. *D. Ait ; Antequam comedam ; ſuſpiro.* Beata Genodeſa conſueta comedere panem , & aquam : Quando conſilio Epiſcoporum fabas comedebat , lacrymas effunde-

4. Regum 25 B.

Nabuzardă interpretatur ventilabrum.

Deguloſis.

Pſalmus 77. D.

Iob.3.D. Exemplum de beata Genodeſa.

bat; timens, ne ex fame inordinata, & cibo ſibi delicato, ira Dei caderet ſuper eam.

341 Ideò legitur lectio in refectorio, vt guloſitas carnis, per verbum Dei temperetur, & anima cum carne pariter reficiatur. Vndè dicitur, quod beatus Anſelmus cantuarienſis conſuevit, quærere à miniſtro, ſi ſatis comediſſet; non attendens ſaturitatem; ſed neceſſitatem. Sed nunc raro videbis Monachum, qui vinum bonum non diligat; panem triticeum non appetat; pingues morſellos non deſideret. Sed quæ cura, vndè aſinus noſter ſuſtentetur? Quæ cura ex quibus, ſtercora conficiantur? Sunt plerique Monachi, & Clerici, quibus os ſtomachi, velut amphora olet Bachi.

NOTA.

De fortitudine quæ eſt habenda in dormitorio. Hieronym.

342 In Dormitorio neceſſaria eſt fortitudo, quoniam aſinus noſter inter calida veſtimenta, de facili calefit, Hieronymus; *Uentrem diſtentum cibo, & vini potionibus virgatum, voluptas genitalium ſequitur.* Pro membrorum ordine, eſt ordo vitiorum. Sed dicet aliquis: Aſperis veſtibus ſum indutus; ideò non poſſum luxuriari. Frater, reſpondet tibi Hieronymus: *In ſerico, & in pannis; eadem libido dominatur; nèc Regum purpuras timet; nèc mendicantium ſpernit ſcolam: Multo que melius eſt ventrem dolere, quam mentem; imperare corpori, quam ſervire; greſſu vacillare, quam pudicitia.*

Hieronym.

343 Amplius dicet aliquis. Si peccavero, pœnitebo. Sed dicit tibi Hieronymus: *Nèc ſtatim nobis pœnitentiæ ſubſidiabuntur; quæ ſunt Infidelium remedia.* Dicet aliquis Religioſus: Ego non video mulieres in clauſtro; & ſic peccare non potero, in hac parte. Frater, videbis per imaginationes in animo. Vndè Ethnicus nèc mentem ſervare poteſt. Licèt omnia claudas, omnibus excluſis, intus adulter eſt; Immò, plerumque vilius peccat quis per turpes imaginationes; quam per illicitas operationes. Hieronymus. *Nolo peſſimas cogitationes creſcere in corde tuo; nihil in te Babylonię; nihil in te confuſionis adhæreſcat.*

Hieronym.

NOTA.

Hieronym.

344 Ille laudatur; eſte predicatur. Beatus homo, qui, vt ceperit cogitare; ſtatim interficit cogitatus, & allidit eos ad petram; petra autem; vt ait Apoſtolus, eſt Chriſtus. Hoc eſt ſummum, & efficaciſsimum remedium, vt ſtatim cum ſentis calorem noxium, vel cogitationem illicitam, iſtos parvulos peſsimos allidas ad Chriſtum, qui eſt Petra. 1. *Ad Corinthios* 10. *A.* Amore Ieſu Chriſti primis motibus reſiſtas: Hos parvulos interficias; nam ſi eos creſcere permittas, ſtatim te interficient. Vndè in canticis. 2. *D. Capite nobis vulpes parvulas; quæ demoliuntur vineas.* Iſtæ vulpes in regione inferiori diſcurrunt. Sed ſi animum aſcendunt, per conſenſum; ſtatim vineam Domini; id eſt, animam debaſtant. Hieronymus; *Si in cogitationes tuas coluber aſcenderet, omni cuſtodia, ſerva cor tuum, & cum David canta; Ab occultis meis munda me Domine.*

1. Ad Corint. 10. A.

Cantica 2. D.

Uinea Domini eſt anima. Hieronym.

Pſalm. 18. C.

345 Multi dicunt; carnem meam, certe, ieiuniorum labore caſtigo: Hoc quidem bonum eſt, veruntamem, quandoquidem non ſufficit. Undè Hieronymus de ſe ipſo loquens ait: *Pallebant ora ieiunijs; & mens deſiderijs æſtuabat in frigido corpore, & iam in carne præ mortua; ſola libidinis incendia bullibant.* Alius dicit, de viribus ſuis confidens: Ita ſapiens ſum, & fortis, quod de facili reſiſtam. Sed dicit tibi Hieronymus: *Samſon Leone fortior; ſaxo que durior, qui vnus, & nudus mille eſt perſecutus armatus, in Daliæ moleſcit amplexibus. Ideò, frater, non confidas de te, quia nèc verò Salomone es ſapientior, neque Sanſone fortior; & iſti per mulierem ceciderunt.*

Hieronym. Ad Euſtochium.

Hieronym.

346 Item, efficax remedium eſt; cum ſentis portam propaginis accenſam, per quam Diabolus ſepe ſubintrat, viriliter ſurge; cum virgis locum noxium viſita, aut in frigidum balneum intra.

Remedium contra luxuriam.

Et

Et ſic efficacitèr Dæmonium effugabis. Vndè Bernardus : *Exurgat Deus, & conteratur armatus iſte ; cadat, & confringatur inimicus homo; deſpector Dei; cultor ſui ; amicus mũdi ſervus Diaboli.* Quid tibi videtur? Si rectè ſentis, mecum dices : Reus eſt mortis. Legitur in floribus ſanctorum de beato Bernardo, quod cum adhùc puer in quandam fœminam oculos defixos tenuiſſet aliquandiù, continuo de ipſo erubeſcens, ſe ipſum ſeveriſsimus vltor inſurgens ; ac in ſtagnum gelidarum aquarum inſiliens ; tandiù ibidem permanſit ; donèc pęne exãguis effectus per gratiam Dei à carnalis concupiſcentiæ calore, totus refriguit.

Bernard.

Exemplum de beato Bernardo.

347 Noli ergò diſsimulare; noli differre ; noli parcere ; ſed audacter crucifixe hominem illum in Cruce Chriſti, in qua eſt ſalus, & vita. Ecce quam fortiter oportebit te reſiſtere carni ; hoc eſt, delectationem afflictione ſuperare. Quod ſi permittas te magis accendi ; tota domus tua comburetur. Quidam duxerunt quandam in domum ſuã: Vnus autem ex ſotijs dixit ; quod nèc pro centum marchis cognoſceret eam : Sed colloquio, & laſcivia pecantium magis, ac magis accenſus, dixit ; quod non cognoſceret pro quindecim ſolidis : Tandem pro ſex denarijs. Ad vltimum per turpes amplexus, pro nihilo acceſsit. Ecce qualitèr fuit primo parum accenſus, & tantum ſuſtinuit, quod totus fuit accenſus, & combuſtus.

Exemplum de luxuria.

348 Vndè : Oſee. 7. *A. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente : Quievit paululum civitas à commeſtione fermenti, donèc fermentaretur totum : Extendit manum ſuam cum illuſoribus quia applicuerunt quaſi clibanum cor ſuum, cum inſidiaretur eis ; tota nocte dormivit coquens eos ; mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ.* Quidam enim habent os apertum ad modum furni; quia omnes tentationes Diaboli recipiunt, ſicut fornus ligna ad ardendum. Ideò dicitur extendit manum ſuam, ſcilicèt ; Diabolus; cum illuſoribus, id eſt, motibus carnalibus, ſivè, tentationibus, quæ à prima facie videntur alludere ; ſed illudunt, & decipiunt.

Oſęa 7. A.

349 Extendit, dico, ad illos; ſcilicèt ; qui libenter applicuerunt cor ſuum, ad ipſas tentationes recipiendas ; ſicut clibanus os ſuum ad ligna ſuſcipienda, cum inſidiaretur eis ; quia ſemper Diabolus adverſatur, & inſidiatur nobis, ad perdendum : Vndè in prima Petri Apoſtoli. 5. C. *Adverſarius veſter Diabolus tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem devoret ; cui reſiſtite fortes in fide.* Sequitur. *Tota nocte dormivit coquens eos.* Diabolus fingit ſe dormire, coquens eos ; quia latenter calefacit, quos tentat, donèc comburat. Sequitur ; *Ipſe accenſus eſt quaſi ignis flammę*, quia Diabolus alios accendit, per culpam accenditur : Vndè ſubiungitur, *omnes calefacti ſunt, quaſi clibanus*, ſcilicèt; Ipſi tentanti conſentientes, & ipſe clibanarius impius Diabolus.

1. *Petri* 5. C.

350 Ex modica ſcintilla quandoquidem tota domus accenditur. Cum igitur ſentis ſcintillam domum tuam accendere, clama : Aqua : Aqua : Et venient vicini ; ſcilicèt ; Angeli, & deferent tibi compunctionem, quæ aquam lachrimarum elicit ; vndè flammam poſsis extinguere. Certè, mallem ego, quod omnes domus in mundo comburerentur ; quam corpus meum : Et ſic tu, & ceteri. Igitur attende tibi, frater, quia vnica libido non tantum corpus; ſed & animam totam infernali comburet igne ; niſi fortiter extinguas. Et ſic nota, quod neceſſaria eſt fortitudo in dormitorio. Iam Rex eſt, in accubitu, id eſt, in corde iuſti ; in corde religioſi. Nardus veſtra ſpiret huic Regi odorem prudentiæ in Oratorio : Odorem iuſtitiæ in capitulo : Odorem temperantię in refectorio : Odorem fortitudinis in dormitorio. Iſte odor Deum placet : Angelos vocat; Dæmonia fugat.

Remedium contra motus carnalis.

351 Dęmon enim eſt Leo rugiens : Qui, per omnes officinas currit, quęrens quem devoret. Vndè *Sobrij ſtate, & vigilate, quoniam adverſarius veſter Diabolus; tamquam leo rugiens, circuit, quærens quem devoret, cui reſiſtite fortes in fide.* 1. *Petri.* 5. C. Adverſarius iſte affert in oratorio muſcas morientes, vt ex-

De placatione odoris triplici. Vel qualiter leo curret omes officinas.

1. *Petri* 5. C.

tinguat ſuavitatem vnguenti. In capitulo ſerpentes tortuoſos; id eſt; à rectitudine iuſtitiæ facit deviare. In refectorio ſiliquias porcorum, vt incipias ſaturare ventrem tuum, & ſic, altilia, & tauros, vt delicatiſſimos cibos in Paradiſo relinquas. In dormitorio, electuarium peſsimum diaſatyrion luxuriæ quod omnes accendit, & mortifere inficit.

352 Ecce qualiter currit, quærens quem devoret. Ideò dicit beatus Petrus: Sobrij ſtote in refectorio; & vigilate in orationibus; Cui ſcilicèt adverſario, reſiſtite fortes: Id eſt, per fortitudinem in dormitorio. In fide: Id eſt; iuſtitia in capitulo; fides enim ad iuſtitiam reducitur. Vndè *Habacuc.* Dicit, quod fides ad iuſtitiam refertur. 2. *A.* Item, merito dicitur in fide, vt omnia, quæ fiunt in capitulo, non fraudulenter; non, ambitioſe; non ſuperbe; non iniuſte; ſed bona fide perficiantur.

Habacuc 2. A.

353 Hæc quatuor tentationes ſunt quatuor cornua; de quibus. Zacharias. 1. *D. Vidi, & ecce quatuor cornua; quæ ventilaverunt Iudam, & Ieruſalem, & Iſrrael.* Iudas, ſignat Laicos. Iſrrael, quod interprætatur, vir videns Deum; ſignat Clericos, qui altius Laicis ſpeculantur. Ieruſalem, quæ interprætatur, viſio pacis; ſignat clauſtrales, qui à curis ſęculi remoti in pace vivunt. Hæc ſunt perverſę cogitationes: Iniuſtitia: Intemperantia: Incontinentia. Sequitur in Zacharia: Loco citato: *Oſtendit mihi Dominus quatuor fabros, & venerunt iſti, vt deijciant cornua.* Iſti quatuor fabri ſunt, quatuor virtutes, quæ prædicta cornua confringunt, & à cornibus deſtructa; reedificant.

De tentatione quadruplici: Vel de quatuor cornibus, & quatuor fabris. Iſrrael interprætatur videns Deum. Ieruſalem interprætatur viſio pacis. Cogitationes perverſæ. Fabri quatuor.

354 Iſti ſunt quatuor anguli domus Iob: Undè Iob. 1. *D. Filijs Iob, & filiabus veſcentibus in domo fratris ſui primogeniti: Repente ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſsit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſsit liberos, & mortui ſunt.* Ventus vehemens veniens à regione deſerti, eſt ſubita tentatio Diaboli; quæ concutit quatuor angulos; id eſt, quatuor cardinales virtutes: Sic domus: Id eſt; Religio clauſtralis corruit, & clauſtrales in anima interficit.

De quatuor angulis domus. Iob. 1. D. Ventus vehemens.

355 Iſtæ quotuor virtutes ſunt quatuor flumina; de quibus in Geneſi. 2. *B. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum; qui inde dividebatur in quatuor capita: Nomen vni: Phiſon: Ipſe eſt, qui circuit omnem terram Hevilath: Nomen ſecundi: Gehon: Ipſe eſt qui circuit omnem terram Æthiopiæ. Nomen tertij: Tygris ipſe eſt qui vadit contra Aſsyrios: Fluvius autem quartus, ipſe eſt Euphrates.* Iſte fluvius principalis, eſt, divina gratia cuilibet iuſto collata, quæ fluit de loco voluptatis: Id eſt, Chriſto. Vndè ſi veras delitias deſideras; has quęras in Chriſto, ipſe eſt enim, qui conſolatur nos, in omni tribulatione noſtra.

De quatuor fluminibus paradiſi. Geneſis 2. B. Quatuor virtutes cardinales.

356 Hæc gratia dividitur in quatuor capita; id eſt, in quatuor cardinales, ſivè divinales virtutes. Per Phiſon, quod interprætatur oris mutatio; ſignatur prudentia; magna eſt enim prudentia, ſecundum diverſa vitia, diverſa proponere eloquia; & varia proferre exempla. Nèc loquitur tantum de ore carnis, ſed de ore cordis. Quoniam cum Diabolus tentat de luxuria; gula, vel alia culpa, quaſi loquitur tibi diverſimode; & tu diverſimode reſiſtendo, quaſi diverſis ſermonibus ipſum confutando, ei in corde loqueris. Iſte fluvius circuit terram Hevilath, quod interpretatur dolens, & aurum terræ illius optimum eſt. Optima eſt enim ſapientia, & ſumma prudentia, de perpetratis dolere.

Phiſon interprætatur oris mutatio.

Hevilat interprętatur dolens.

357 Gehon interpretatur hiatus terræ; & ſignat temperantiam, quæ omnem abſorbet terrenitatem, quæ devorat, & deprimit motus ſenſualitatis. Hic eſt qui circuit terram Æthiopiæ, quæ interpretatur caro mea nigra, & diverſis tentationibus adverſa. Sed temperantia circuit hanc terram, quaſi obſtaculum hoſtibus præſtãdo. Dæmones enim, nituntur intrare portas oculorum, per pulchritudinem importantem aurum, per detractionem, & adulationem; per portam oris, per guloſitatem; in renes, per luxuriam:

Gehon interprætatur hiatus terræ.

Ethiopia interprætatur caro mea nigra, & diverſis tentationibus adverſa.

Sed

Sed temperantia vndique dicitur circuire: Vndique reſiſtere;ne Dæmones aliquatenus valeant introire.

Tygris interpretatur velox.

358 Per Tygrim,qui eſt velox, ſignificatur fortitudo, quæ expeditum, & ſtrenuum facit hominem contra Dæmones, & vitia. Vndè, ſtote fortes in Bello, & cætera. Et dictum eſt Gedeoni: *Vade in hac fortitudine tua; & percuties Madian: Iudicum 6.C.* Nèc intelligas de fortitudine corporis: Quoniam Dymas latro; quando fuit expeditus, & ſanus in corpore,meruit ſibi infernum: Quando verò fuit debiliſsimus in carne,quia reſti ligatus, quod nihil habuit liberum, niſi linguam, acquiſivit Paradiſum. Iſte fluvius vadit contra Aſſyrios: Aſſyria interpretatur, dirigens; & ſignat Dæmones, qui contra Deum ſe dirigunt: Fortitudo autem contra Dæmones eſt neceſſaria. Vndè *Cui reſiſtite fortes in fide.*

Iudicum 6.C Fortitudo, vel ſanitas corporis non eſt neceſſaria ad Paradiſum acquirendum.

Aſsyria interpretatur, dirigens.

Fortitudo cõtra Dæmones eſt neceſſaria.

359 Euphrates interpretatur frugifer,& ſignat,iuſtitiam, quæ facit animam per bona opera fructificare. Et non dicitur, ad quas partes vadat; quia quaſi ad omnia pertinet;quoniam iuſtitia eſt, dare vnicuique quod ſuum. Iuſtitia inſtruit; quid debemus Deo; proximo; animæ; corpori; mundo; Diabolo; & peccate. Deo debemus tria. Patri timorem; cui attribuitur potentia. Potentes enim conſueverunt timeri. Filio reverentia, cui attribuitur ſapientia. Propter ſapientiam enim reveremur ſapientes.SpirituiSancto dilectionem; cui attribuitur bonitas;quia benigni conſueverunt amari. Animæ ſimiliter debemus tria; ſcilicèt, cordis munditiam, carnis ſubiectionem; cuſtodiam virtutum.

Æufrates interpretatur frugifer.

De tribus quæ debemus Deo ſecundum iuſtitiã: Vel de eoquod debemus animæ: Corpori: Proximo: Mundo, & Diabolo.

Iuſtitia.

Animæ debemus tria.

360 Corpori etiam tria: Scilicèt; cibaria,virgam, & onus. Proximo ſimiliter tria, videlicèt; velle in deſiderijs;;noſſe in conſilijs;poſſe in auxilijs.Mundo vtique tria:Scilicèt, vt viremus delitias; contemnamus divitias; non appetamus honores. Peccato ſimiliter tria: Deteſtationem, vt abominemur ipſum; oblivionem,vt non delectemur,in ipſo; recordationem, vt conteramur de ipſo.Diabolo ſimiliter tria: Scilicèt; parvum timorem,quia debilis; nullum honorem; quia fatuus; nullum amorem; quia crudelis; ſivè malignus. Iſta flumina debent diſcurrere per clauſtrum, & per officinas; vt omnes ſordes abluant, animam mundent. Iſtę ſunt aquę vivæ, quæ in Cælum clauſtrales faciunt ſalire: Quod Dominus, ſua miſericordia, præſtare dignetur.

Corpori debemus tria.

Proximo debemus tria.

Mundo debemus tria.

Peccato debemus tria.

Diabolo debemus tria.

VERS. XII.

FASCICVLVS MYRRHÆ DIlectus meus mihi,inter vbera mea commorabitur.

361 FAſciculus myrrhæ eſt tota congeries, paſsionis Chriſti,ſcilicèt;ſputa; flagella; minæ; crux; clavi; lancea: Spinę; felici fine noſtræ ſunt meta ruinæ. Vel faſciculus myrrhæ eſt ipſe Chriſtus cum omnibus amaritudinibus, quas in paſsione ſuſtinuit involutus, & myrrha munitus. Et ſicut nux eſt bona propter dulcedinem nuclei;licèt cortex ſit amara;ita faſciculus iſte eſt dulciſsimus, ex quo intus continetur. Chriſtus, licèt amaritudinibus involutus.

De multiplici faſciſculo mirrem.

Faſciſculus myrræ eſt Chriſtus.

362 De hoc faſciculo; Bernardus: *Quid non ſuabe cum tibi collegeris omnes amaritudines Domini tui; & memoraveris primum infantilium illarum neceſsitatum; demum laborum, quos pertulit in prædicando; fatigationem in diſcurrendo: Tentationum in ieiunando:Vigiliarum in orando: Lacrymarum in compatiendo: Inſidiarum incolloquendo: Poſtremo;periculorum in falſis fratribus; ſputorum; collaphorum; convitiorum; ſubſanationum; exprobationum; clavorum;horumque ſimilium, quæ in ſalutem gentis noſtræ triginta tribus annis operatus eſt in medio terræ?* Ecce quam multiplici involutus fuit Chriſtus. Iſtum faſciculum debemus portare in pectore, id eſt in iugi recordatione; quia odor iſtius faſciculi, Dæmones fugat: morbos ſanat; vermes interficit: Mortuos ſuſcitat:Animas exhilarat.

Bernard. ſup. cantic. ſer. 43. & in ſerm. de quadruplici debito.

363 Eſt autem faſciculus impios perimens, & in infernum deſcendens: Eſt etiam faſciculus in Cælum exaltatus, & eſt faſciculus in pectore portandus. Faſciculus deprimens eſt multitudo peccatorum, hùnc portant impij, ſed non ſentiunt.In die autem mortis ponetur

De faſciſculo triplici: Uel de pondere peccati.

tur ſuper colla eorum, & deprimet eos vſque ad inferni noviſsima. Vndè Iſaia 58. *B. Diſſolve colligationes impietatis; ſolve faſciculos deprimentes.* Solve inquam, per cordis contritionem; diſſolve, per oris confeſsionem; & Dominus proijciet in profundum maris omnia peccata tua. Faſciculus in infernum deſcendens, eſt multitudo impiorum. Vndè Iſaia 24. *D. Congregabuntur in congregatione vnius faſcis in laccum, & claudentur ibi in carcere.* Quoniam vnus faſciculus fiet de omnibus fornicatoribus. Alius de vſurarijs, & ſic de alijs infelicibus. Et proijcientur, in puteum, vbi ſicut faſciculi ſarmentorum ſemper ardebunt.

Iſaia 58. B. In hac Profetia invenies multa bona de confeſsione & ieiunio.

Faſciculus in infernum deſcendens.

Iſaia 24. D.

364 Faſciculus in Cælum exaltandus; eſt congregatio iuſtorum, quaſi vnus faſciculus erit, ſcilicèt; Prælatorum alius; contemplativorum; coniugatorum alius. Et iſti faſciculi proijcientur ſurſum in Cælum, in locum delitiarum. Vtinam ſimus in aliquo iſtorum. De hoc faſciculo; vxor Nabal ait David: *In 1. Regum 25. E. Erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viventium.* Iſte faſciculus eſt ponderoſus, ita quod non poſſent eum omnes Angeli, in Cælum trahere, niſi ſolus Deus. Vndè Iſaia 40. *C. Qui appendit tribus digitis molem terræ, & libravit in pondere montes, & colles in ſtatera*: Per terram inteliige cupidos, qui terrena deſiderant; per montes ſuperbos; per colles, propter loci amenitatem, luxurioſos. Iſtos librat Dominus tribus digitis, id eſt; potentia Patris; Sapientia filij: Benignitate Spiritus Sancti. O quam maledictus, & ponderoſus eſt, vſurarius; fornicator; ſuperbus; qui tribus perſonis trahentibus, non poteſt ſurſum erigi! Certe, facilius portat Dominus totam terram, montes, & colles, quam impium.

De faſciculo triplici bono; vel de congregatione iuſtorum.

1. Regum 25. E.

Iſaia 40. C.

365 Item, traxit omnia filius in cruce vſque ad mortem; mortem autem crucis. Et ponderoſior eſt, tota terra, ille, qui hoc tractu non movetur. Quoniam in hoc tractu terra tremuit: Lapides ſciſsi ſunt: Sol obſcuratus eſt. Et hi, qui ſunt terra per avaritiam; Lapides per luxuriam, quia lapis, cum lapide colliſus ignem ſalire facit; ſic cum homo mulierem tangit, ignis luxuriæ proſilit, deberent tremere, & ſcindi. Si Sol, qui eſt coram toto mundo in Paſsione Chriſti obſcuratus eſt; ille, qui vult ad vanam gloriam lucere, deberet, amore Paſsionis Chriſti, totam gloriam ſuam mortificare, & obſcurus, & dolens apparere. Nam vt dicit Gregorius. *Lux viſibilis ſi in caute diligatur, à luce inviſibili cor cæcatur.*

Dominus facilius portat.

NOTA.

De terra lapidibus, & dole

Impij ſunt terra per avaritiam: Lapides per luxuriam.

In moral. 9. Iob. lib. 22. cap. 3. Gregor.

366 Item, ſi in ſtatera crucis erexit Dominus humanum genus: hoc modo Adam, quaſi in ſcutella ſtare ex vna parte ſe poſuit, quando de ligno vetito comedit; Diabolus etiam pondus peccati, eadem in ſcutela appoſuit; cuius ponderoſitate totum humanum genus, in infernum corruit, alia ſcutela ſtateræ nihil habente, quo ſuſtineret. Ecce qualiter vnum brachium propter ponderoſitatem peccati in profundum cecidit. Aliud verò brachium fuit erectum vſque in cælum, donec poneretur ibi aliquod ponderoſum, quod humanum genus in altum libraret. Dominus verò non hobuit aliquid tanti ponderis, quod ibi poneret, niſi filium ſuum. Poſitus eſt ergo Filius Dei in ſcutella crucis, quaſi in altero brachio ſtateræ; & deſcendit illud brachium in infernum; & humanum genus aſcendit in Cælum; ſic fuit ſtatera. Vndè in hymno: *Statera facta corporis, tulitque prædam tartari*

NOTA. De ſtatera crucis.

Hymnus

367 Faſciſculus in pectore portandus, ſunt omes amaritudines quas Chriſtus, pro nobis ſuſtinuit, quæ ſemper in memoria ſunt habendę. Vt dicit Bernardus. *Ne portantes, & non adorantes, & onus præmat, & odor non erigat.* Sed quidam onus iſtud proijciunt, & faſciſculum peccatorum ſuſcipiunt, quibus ſapit fornicari, adulterari, & cætera. De quibus dicit Ebechiel. 23. *E. Oblitus es mei, & proiecisti me poſt corpus tuum.* Alij portant, non in pectore, ſed ſuper dorſum: Hi ſunt Monachi, & quidam mendici, & infirmi, qui amaritudinem cum murmure tollerant. Hi ſunt Latro ſuſpenſus à ſinixtris, qui pro murmure ad inferos deſcendit. Omnes

De faſciculo qui debet portari in pectore.

Bernard.

Ezechiel 23. E.

NOTA.

Murmuratores.

nes murmurantes duplicem crucem ſuſtinebunt, nam crucem habent in mundo, & crucem habent in inferno. Iſte faſciculus eſt ſub pedibus collocandus, quia in altum ſe vult erigere; oportet aliquid pedibus ſupponere.

368 Omnes nos volumus in cælum aſcendere, ſed ſi omnes lapides, & ligna mundi pedibus noſtris ſupponerentur; non poſſemus Cælum attingere. Si ergò vis, ò homo, aſcendere; hunc faſciculum pedibus tuis; id eſt, affectibus, ſuppone; & ſic proculdubio in Cælum ſalire poteris. Hunc faſciculum toti corpori ſuppoſuit; qui amore crucifixi tormenta ſuſtinuit, & ab hoc faſciſculo in cælum ſalivit. Si ieiunas: Vigilas: Famen; frigus patienter ſuſtines; continentiam; ſobrietatem ſectaris; tùnc faſciculum aſcendis. Et ſi deſuper maneas; hoc eſt, perſeveres; ſtatim in montem, id eſt, in Cælum ſalies. Bonus eſt talis faſciculus, qui tam egregie nos facit ſalire; magna cum diligentia eſt ſemper portandus.

Amos 9. B.

369 Vndè, *Amos 9. B. ait: Qui ædificat in Cælo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundavit.* Per hoc, quod ſuper faſciculum amaritudinum in terra ſe poſuit; in Cælum aſcendit. Super hunc faſciculum oportet te ipſum ponere; quoniam Chriſtus, ad opus noſtri hùnc faſciculum in terra fundavit, quoniam amaritudines nobis reliquit, vt poſt eum perfaſciculum aſcenderemus. Iſte faſciculus eſt ſtrues lignorum, ſuper quam Abraham filium ſuum Iſaac poſſuit; ſed arietem ſacrificavit. Iſaac interpretatur; riſus; per Iſaac inteligitur gaudium ſpirituale, quod non debes interficere; ſed arietem; id eſt, gaudium carnale; quoniam ſi fornicationem; adulterium; ebrietatem interimis; tùnc arietem tuum ſacrificas.

Geneſ. 22. B. Iſaac interpretatur, riſus.

370 Prohibuit enim Deus, ne emittas manum tuam ſuper Iſaac. Sed proh dolor! Multi Iſaac interficiunt; & arietem reſervant! Hi ſunt, qui Deo in ſpiritualibus non gaudent, ſed in commeſationibus, & delitijs carnis exultant: Sicut Saul fuit à Deo reprobatus; qui iumenta Amalech, & Agag Regem pinguiſsimum conſervavit; præceperat enim Deus quod omnia demoliretur, vt habetur in 1. *Regum* 15. *C.* Amalech interpretatur gens bruta; cuius iumenta ſunt mores iumentorum: Scilicèt; luxuriari; comedere; bibere, & nihil aliud curare. Agag interpretatur feſtiva ſolemnitas, & ſignificat illos, qui ſemper volunt feſtum celebrare; ſcilicèt, feſtum Veneris & ventris.

1. Regum 15. C. Amalec interpretatur; gens bruta. Agag interpretatur feſtiva ſolemnitas.

371 Hæc vitia præcepit Dominus, quod ex toto delerentur, quoniam multum nocerent viris iuſtis, qui tranſeunt in terram promiſsionis: Sicut populo illi nocuit qui tranſivit per deſertum. Sed quia plerique hęc vitia conſervant, & diligunt; Regnum Cælorùm amittunt. Item, Agag, qui interpretatur, doma, ſignificat ſuperbiam, quæ alijs vitijs deſtructis, remanet. Quidam enim non continent ſuperbiam; furtum: Periurium; tamen ſemper deſiderant, vt in ſcientia, largitate, vel ſimilibus alijs præferantur. Iſti reſervant Agag Regem pinguiſsimum. Sed Samuel Agag interficit, & in fruſtra concidit. Sic vir iuſtus omnem ſuperbiam, & pompas iſtius debet annihilare.

Agag interpretatur, doma.

VERS. XIII.

BOTRVS CIPRI DILECTVS meus mihi in vineis engaddi.

172 SPONSA ſponſum, quem priùs vocavit faſciculum myrrhæ; hic, vocat botrum Cypri: Faſciculus mirrhæ fuit in paſsione Chriſtus, qui per compunctionem amaricat. In reſurrectione eſt botrus Cypri, qui exhilarat. In veſpere paſsionis demoratur fletus, ecce myrrha. Ad matutinum autem reſurrectionis, lætitia; ecce botrus Cypri. Cyprus autèm eſt Inſula maris, in qua creſcunt optima vina, & fortiſsima, quę ita inebriant, quod, bibens nullum dolorem, nèc convitia ſentit, quia faciunt eum dormire in tantum, quod videtur in ſenſibilis. Ideò Dominus botro Cypri comparatur; quia ita exhilarat, ita inebriat iuſtos, quod adim-

De faſciculo mirræ, & botro cipri: Vel qualiter Chriſtus exhilarat iuſtos in triſtitia: Faſciculus mirræ. Botus cipri. Ciprus eſt inſula.

adimpletur, quod legitur in Prob. 12. C. *Non conſtrabit iuſtum, quidquid ei acciderit.* Sivè beneficium; ſivè pecuniam; ſivè temporalia; ſivè oculos iuſto auferas; diçit, non curo, quia Chriſtum habeo.

Prov. 12. C.

373 Cyprus interpręţatur, teſtis, vel, meror. Chriſtus eſt botrus cypri; de gratia præſenti lætificans; ecce botrus; ſed de peccatis conterens, & contriſtans, ecce cyprus. Talis eſt dilectus in vineis engaddi, quod interprætatur, fons hœdi: Vineæ igitur Engaddi ſunt, Eccleſiæ baptiſmales: Baptiſmus enim eſt, fons hœdi; in quo immundi abluũtur: Chriſtus eſt botrus Cypri; id eſt; gaudium in triſtitia: Vndè Chriſtus eſt Angelus magni conſilij, qui pueros infornace Babilonica confortavit, & pſallere fecit. Sic Chriſtus, in pœna, & miſeria nos exhilarat, & flammam convertit inventum roris flantem: Tribulationem carnis convertit, in hilaritatem mentis. Vndè in Pſalmo. 90. *D. Cum ipſo ſum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum.*

Ciprus interprætatur, triſtis, vel, meror.

Engaddi, interprætatur fons hœdi.

Vineę engaddi.

Baptiſmus

Pſalmus 90. D.

374 Notandum, quod duplex eſt fornax; delectationis; ſcilicèt, & tribulationis. Quoſdam enim Diabolus vrit per delectationem; quoſdam verò peccare facit per tribulationem. Prima fornax eſt Egipti ferrea; ſecunda eſt, fornax Babilonis ignea. Prima fornax conſolidat lutum cum palea, & conficit lateres. Hæc enim fuit fornax Egypti ferrea, quam Pharao extruxit quando fecit Filios Iſrael diſpergi per Egyptum pro luto, & palea ad lateres conficiendos, vt habetur. In *Exod. 5. B. C.*

De fornace duplici.

Exod. 5. B. C.

375 Per lutum, quod eſt in mundum: Intelligimus immunditiam gulæ, & luxuriæ, de qua Ioel. 1. *D. Comprutuerunt iumenta in ſtercore ſuo.* Iumenta ſunt, qui tantum in gula, & luxuria delectantur, vt dicit Greg. *Iumenta in ſtercoribus computreſcere, eſt carnales homines in fœtore luxurię vitam finire.* De inmunditia gulæ dicit Hieronymus: *Qui proximum deſiderat, & illo pane veſcitur, non quærit magnopere; quam de prætioſis cibis ſtercus conficiatur.* Palea eſt inanis & vacua, & ſignat mundi vanitatem vndè Pſalmus. 4. *A. Filij hominum vſque quo gravi corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendatium?* Later, eſt caro noſtra, quoniam quanto magis lavas laterem; tanto magis ſordeſcit; hoc eſt; quanto maioribus delitijs caro nutritur; tanto magis polluitur. Per immunditiam ergo, & vanitatem, carnem noſtram conficimus.

De gula, & luxuria.

Lutum ſignat &c.

Ioel 1. D.

Gregor. in Moral. Iob. lib. 24. cap. 8.

Hieronymus.

Palea ſignat.

Pſalmus 5. A.

Lator eſt caro noſtra.

376 Duę enim ſunt ſanguiſugæ carnis filiæ, quæ ſemper dicunt: Affer: Affer. Hęc ſunt gula, & luxuria, quę diverſa fercula, diverſas mulieres exigunt. Item, non tantum later luto contentus eſt, niſi apponatur, & palea: Sic caro non contentatur delitijs gulæ, & luxuriæ, quæ per ipſum lutum ſignantur, niſi & cum hoc aurifrigio; & cetero innani & pompoſo ornatu componatur, vt pulcherrima in conſpectu hominum appareat. Sed miſer, & miſerabilis homo diligenter deberet conſiderare, quod totum illud vndè ſuperbit, mutuo recipit.

377 Corvus exiſtens inter aves, nigrum ſe conſiderans, & deformem; cupienſque inter illas pulchrum apparere, accepit de pennis pabonis; columbæ, & aliarum avium pulchrarum, & componens ſe diligenter; inter cæteras aves inani gloria repletus, ſuperbus exiſtebat. Quædam verò aves, ipſum inſpicientes, & per inter plumas pabonis, & columbæ, & aliarum pulchrarum avium, ipſius corvi plumas conſpicientes, ac fraudem cognoſcentes: Dominæ Aquilæ conqueſtæ ſunt de tali ſuperbia; quæ iudicavit, quod omnes aves acciperent, & auferrent ab eo, ſingulæ plumas ſuas; quibus ablatis; miſer corvus manſit confuſus, & nudus, cum ſola nigredine ſua.

Exemplum de corvo.

378 Sic, ò homo, ſi ovis accipiat lanam, ſive fucum ſuum; hircus corium; caro noſtra nuda manebit, & miſera; ſic contingit in die mortis. Igitur ſuam miſeriam ad reprimendam ſuperbiam conſideret, & vilitatem ſuam cognoſcat vnuſquiſque, quoniam vt dicit Bernard. *Si diligenter conſideres, quid per os, & nares, & cæteros*

Bernard. cap. 3. medit.

ros meatus corporis egrediatur, vilius, ſterquilineum nunquam vidiſti. Conſidera, ò homo, miſeriam tuam, quoniam clamor ineſt tibi in naſcendo; Labor in vivendo: dolor in moriendo. Quod conſiderans quidam aiebat.

℣. *Væ mihi naſcenti:*
Væ nato: væ morienti.
Væ mihi: nam ſine væ,
Non vivit filius Evæ.

Bernard. cap. 3. medit. 379 Item Bernard. *Unde ſuperbit homo, cuius conceptio culpa: naſci pœna, Labor vita, neceſſe mori?* De hac fornace. Ieremia. 11. *A. Eduxi eos de terra Egypti, de fornace ferrea.* Merito dicitur ferrea; grave eſt enim iugum Diaboli; ſed homo non ſentit: quoniam vt dicit Iob. 30. *B. Eſſe ſub ſentibus, delitias computabam*: Id eſt, eſſe ſub ſtimulis peccatorum; quoniam peccata in præſenti conſcientiam pungunt: ſed homines delitias reputant, quia ſpinas nondum intelligunt; rhamni: id eſt; peccata impediunt; nè impij intelligant punctiones æternas. Certè, non eſt ita demens, aut Dæmoniacus, qui rhamnum gehennæ non vitaret, ſi punctionis acerbitatem intelligeret.

Ieremia 11. A.

Iob 30. B.

De fornace Babylonica.

380 Alia eſt fornax tribulationis, quæ eſt Babylonica: de qua Daniel. 3. *B. Nabochodonoſor repletus eſt furore, & aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach, & Abdenego, & præcepit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum, quam ſuccendi conſueverat, & iuſſit eos mitti in fornacem ignis ardentis: Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & Socijs eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem.* Nabuchodonoſor eſt Diabolus, qui cum non poteſt, per vanas promiſsiones fideles decipere, addit vt per afflictiones faciat eos in malum conſentire. Sic præmiſit perſecutores, qui multa promiſerunt ſanctis, vt ſervi eſſent: In regno divitias, & delitias haberent, ſi Dijs ſacrificarent: Nolentibus verò, inaudita tormenta præpararent, & ita Nabuchodonoſor fecit fornacem ſeptuplo ſuccendi, quam conſueverat.

Daniel 3. B.

Nabuchodonoſor eſt Diabolus.

381 Similiter in præſenti; pie volenti vivere, dicit: O homo, ſi vis ſecundum Deum vivere, pauper eris: frigus: famem, & aſperitatem ſuſtinebis. Sed fidelis homo non debet hæc timere, quia vt dicit Auguſt. *Calicem paſsionis prius bibit medicus, vt eum poſtea non abhorreret egrotus.* Si ergo delicate, & ſuaviter vivere deſideras, ò, Clerice, addiſce phyſicam, & Leges, multiplica mendatia, & dabuntur beneficia. Et tu Laice, eſto vſurarius; periturus: fraudulentus: ſic acquires pecunias. Si habueris denarios, habebis multa delicta, ac ſuavia cibaria; pulchras mulieres; bonas veſtes; domos: prædia; &, cætera. Itaque multi timentes paupertatem, & tribulationes, quas ſancti ſuſtinuerunt, conſilijs Diaboli acquieſcunt. Iſti ſunt ſervi Nabuchodonoſor; id eſt, Diaboli, de quibus legitur, ibi, quod: *Ignis excuſſit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.* Tales enim ignis tribulationis devorat; quos timore pœnæ, vel paupertatis, in peccatum conſentire facit:.

Diabolus ſuadet ad delitias.

Auguſt.

382 Sed Angelus magni conſilij quoad iuſtos facit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem; quoniam mitigat ignem tribulationis, per ſpiritualitatem, & hilaritatem mentis. Vnde de Stephano dicitur: Lapides torrentis illi dulces fuerunt. Similiter fuit refrigerium Laurentio: Crux Petro, & Andreæ fratri ſuo: vincula Paulo. Unde Bernardus. *Quomodo crux videatur inſipida, vbi dulce ſapit, & flamma dulcis. Quid enim aultius ſapiebat Laurentio igne illo, cum irrideret carnificem, iudicem ſubſannaret? Quid nos ad iſtud dicemus, fratres, cum non ſapit etiam nobis quæ, pro Chriſto eſt tribulatio?* Quid ergo de nobis erit miſeris, qui nec famem; nec frigus; nec paupertatem; nec aliquam moleſtiam pati poſſumus, ex quo tàm gravia tormenta Sancti hilariter ſuſtinuerunt?

De fornace martirum: vel qualiter Dominus tribulationem convertit, in lætitiam.

Bernard. in Serm. 1 de S. Andrea.

383 Sed tu bone Ieſu, converte medium fornacis in ventum roris flantem; & ſic cum tribus pueris, in medio fornacis laudabimus te. Tu, qui es horrus, mitte nobis vi-

vinum, quod lætificat cor hominis. Vnde in Prover. 31. *A. Date ſiceram mœretricibus, & vinum his, qui amaro ſunt animo.* Certè, nec Apoſtoli hilares erant in tribulatione, antequam Dominus vino ſpirituali eos inebriaſſet. Vnde Petrus timore percuſſus, negavit Ieſum: Nec ante Penthecoſtem aliquis ipſorum auſus eſt ſe morti apponere. Sed botrus eſt Chriſtus, vinum hilaritatis nobis ſtillans; & lætitia ſpirituali nos inebriat, & cum tribus pueris, & omnibus Sanctis Laudes hilariter offerimus.

Proverbia 31. A.

384 Item, non eſt prætermittendum, quod hi tres pueri egreſsi ſunt de fornace; *Et potentes Regis contemplabantur viros illos, quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus illorum.* Sic nec ignis ſuperbiæ, nec luxuriæ, nec avaritiæ effectum habet in his, quos Deus vult protegere: vnde ſubiungitur, quod *Nec capillus capitis eorum eſſet aduſtus; nec ſarabala eorum eſſent immutata, & odor ignis non tranſiſet per eos.* Capilli capitis ſunt cogitationes mentis. Capillus capitis igne fornacis aduritur; quando aliquis alijs præferri per ſuperbiam nititur. Sed capilli humilium illæſi ſunt, quia poſſunt dicere: *Domine non eſt exaltatum cor meum, nec elati ſunt oculi mei, &, cætera. Pſalm.* 130. *A.* Sarabala ſunt, brachæ, quæ verenda cooperiunt, & ſignant caſtitatem.

Daniel. 3. G.

Capilli capitis.

Pſalmus 130. A.

Sarabala ſunt brachæ.

385 Ille igitur, qui tranſit per vicos, & videt mulieres; tranſit per fornacem Babyloniæ, quia magna eſt tribulatio, eſſe in igne, & non comburi; videre mulieres, & non concupiſcere. Si mulieres vides, & non concupiſcis, defornace ignis exis ſarabalis non mutatis. Et beatus vir, qui ſic exierit, quia ſine macula erit ante thronum Dei. Item, *Nec odor ignis tranſivit per eos.* Ignis eſt cupiditas. Quanto plura ligna apponis igni, tanto plus ardet. Sic de cupido; quanto plures divitias apponit; tanto plus ardet, & concupiſcit. Qui autem videt aureos; vineas; terras; veſtes; & cætera, & non concupiſcit; odor iſtius ignis per illum non tranſit. *Et beatus vir, qui poſt aurum non abijt; nec ſperavit in pecuniæ theſauris: quis eſt hic, & Laudabimus eum?*

NOTA.

Ignis eſt cupiditas.

Eccleſiaſticus 31. A.

386 Sed tunc per hoc innuitur; quod quidam exeunt de fornace mundi, capillis aduſtis; mutatis ſarabalis; & per quos odor ignis tranſivit. Hi ſunt, qui mundi exeunt; tamen per avaritiam; ſuperbiam, vel luxuriam, læſi ſunt: quoniam quis in igne poſsitus; igne non uritur? Et quis in mundo demoratus caſtus habetur? Vnde Amoſ. 4. *D. Facti eſtis quaſi torris raptus ab incendio.* Verumtamen Dominus de tali torre; quandoquidem plantam in Clauſtro facit fertiliſsimam. Sicut de Saulo fecit Paulum; de nive fecit Lanam, de Chriſtalo bucellas. Ecce quod mundus iſte eſt fornax Babylonis: fornax examinationis, & anguſtiæ, quoniam magna eſt anguſtia, & tribulatio, mundi gloriam videre, & non ſuperbire; mulieres conſpicere, & non concupiſcere: divitias tractare, & non apetere. Beati ſunt igitur, quorum capilli non ſunt aduſti per ſuperbiam; ſarabala mutata per Luxuriam; nec odor ignis ad eos per avaritiam tranſivit. De talibus legitur in libro Sapientiæ. 3. *A. Tanquam aurum in fornace probavit illos.*

Amos 4. D.

Mundus eſt fornax.

Sapientia 3. A.

387 Notandum, quod Dominus quoſdam probat, & reprobat; quoſdam vero probat, & aprobat. Probat, & reprobat illos, de quibus dicitur in Ieremia 6. G. *Defecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt plumbum: Fruſtra conflavit conflator: Malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ: Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.* Sufflatorij eſt flatus ſermonis Dei; ſcilicèt, prædicatio, quæ ignem gratiæ accendit in iuſtis, ignem tribulationis in impijs. Plumbum eſt metallum viliſsimum, tamen in fornace ponitur, & purgat alia metalla. Hoc plumbum eſt Chriſtus, qui reputatione mundi fuit viliſsimus, vndè de ſe ait: *Ego ſum vermis & non homo. Pſalmus* 21. *A.* Quoniam viliſsimum Latronem Barabbam liberaverunt, qui fuit captus propter homicidium, & Chriſtum viliter interfecernut. Barabbas ſignat

De probatione triplici; vel de his quos probat Dominus. Ierem. 6. G.

Sufflatorium eſt flatus Sermonis Dei. Plumbum purgat alia metalla.

Pſalmus 21. A.

Barabas ſignat Diabolum.

nat Diabolum, qui pro homicidio, quod commisit in Adam fuit incarceratus: Veruntamem quidam Diabolum soluunt, qui mortaliter peccant: Qui Diabolo super se potestatem tribuunt, & Christum interficiunt.

388 Istud plubum positum fuit in fornace passionis, vt nos omnes purgaret, & ibi consumptum fuit; quia mortem sustinuit, & tamen impij nolunt purgari. Undè conquæritur Dominus per Ezechielem 24. C. *Multo labore Sudatum est, & non exivit de ea nimia rubigo eius neque per ignem.* Hæc est vox Christi conquærentis, & dicentis: Multum laboravi; multum sudavi; quia quod nunquam aliquis fecit; sudavit guttas sanguinis, vt amore ipsius purgaremur; non tamen rubigo culpæ ablata est; nec per ignem tribulationis, quem quandoquidem nobis amovet.

Ezechiel 24.C.

389 Alios probat, & approbat: Iustus ait: *Igne me examinasti, sicut examinatur argentum. Psalm. 16. A.* Et in Proverb. 25. *A. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.* Certè, qui vult ascendere ad ordines, prius examinatur; & si inventus fuerit dignus, ad ordines admittitur, & promovetur. Omnes speramus ascendere ad ordines Angelorũ: Ideò examinamur; quia sine examinatione impossibile est ad tales ordines pervenire; vndè Apostolus 2. *Ad Timoth. 2. A. Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit.* Certe, ex quo Christus passus est sine culpa pro nobis, vult, vt nos patiamur pro ipso, & si non mortem; tamen aliquam tribulationem. Vndè Petrus in prima canonica 2. *D. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, & cætera.* Dicũt plerique: Ego non sum Monachus, non teneor ieiunare, & asperitates tollerare. Frater, non solum Monachis; sed omnibus passionis exemplum dedit; vt sequamur vestigia eius. Vndè quidã: Respitias quanti mihi sis homo; sim tibi tantum: Si vis felicem te fore; Redde vicem. Et alius: Qui cruce vos emi, sine cruce dignus emi.

Psalm. 16. A. Proverb. 25. A.

Ordinandus prius examinetur.

2. Ad Timot. 2. A.

1. Petri 2. D.

390 Ex quo Christus emit nos, vult quod emamus ipsum. Undè in Matth. 13. *F. Simile est Regnum Cælorum thesauro abscondito in agro; quem, qui invenit homo, vadit, & vendit vniversa, quæ habet & emit agrũ illum.* Ager est Christus, sivè gleba carnis Christi. Thesaurus in agro est summa deitas; splendor æternus; summum gaudium latens in Christo. Iste ager fuit bene excultus, quia aratro crucis aratus. Sicut enim, in aratro sunt ligna, & ferrum; sic in cruce, lignum, & clavi. Ager iste traha spinarum confractus, seminibus omnium sanitatum seminatus. Sicut traha habet dentes, vt integras glebas terat, & confringat: Sic spinæ diversæ fuerunt in corona Christi, quæ glebam capitis Salvatoris confringebat.

Qualiter nos emit Christus, vel quod

Christus est ager, in quo est Thesaurus, quem debemus emere. Matth. 13. F. Ager est Christus. Thesaurus in agro.

391 In hoc parvo agro fertilissimo fuit semen verbi Dei, in quo etiam sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Hoc semine totus mundus sanatur, reficitur, & nutritur. Vndè in libro sapientiæ 16. *B. Neque herba, neque malagma sanavit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.* Item, hoc semine reficitur: Undè mulier refecta verbis eius ait; vt habetur. Lucæ 11. *D. Beatus venter, qui te portavit.* Christo nutrimur. Vndè Sacerdos debet vespere, & mane supponere ligna ad nutriendum ignem: Ligna sunt verba, quibus debet ignis charitatis in nobis nutriri. Qui omnia relinquit, & ordinem intrat; Istum agrum emit, & statim, cum à mundo egressus fuerit; Thesaurum Deitatis; omnipotentiæ; omnis scientiæ; omnium delitiarum inveniet. Si quis veras divitias omnium scientiarum vult acquirere; emat agrum istum, & cito obtinebit thesaurum.

Sapientia. 16. B.

Luca 11. D.

392 Agrum istum poteris emere, & thesaurum acquirere pro mille matchis, quos si non habueris; emere poteris pro denario: Si nec denarium; adhùc tantum emere poteris, pro calice aquæ frigidę: Si non habueris calicem, poteris, pro vna operatione: Quod si operari non poteris habebis eum, pro bona voluntate. Ecce quam bonum forum de agro tam prætioso; qui licèt plus valet, quam omnes agri mundi; tamen melius forum de eo habere poteris, quam de cepe. Vndè Augustin.

De emptione agri istius: vel qualiter emitur Regnum Dei pro modico pretio

Augustin.

Non eſt gravis, aut difficilis, quoniam habere etiam potuit latro crucifixus. Ecce quod latro, qui nec fuit habilis, nec vtilis, vt aliquid acquireret, vt alicui ſerviret; agrum bona voluntate acquiſivit. Ideo dicit Greg. *Nihil cum emitur, nihil prætioſus, cum poſſidetur.*

Gregor.

393 Veniet enim tempus, quando impius vellet mille mundos pro agro tribuere, nullatenus tum poterit obtinere: Ematis ergò, o larui, dum tempus habetis; quoniam parvi, & breves ſunt dies iſtarum nũdinarum.

394 Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Cęlorum. Per fornacem Babylonis neceſſe habemus tranſire; quoniam *Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patientur.* 2. *ad Timotheum.* 3. C. Attamen Deus temperat pœnas ſecundum vnius cuiusque virtutem. Undè Dominus per Iſaiam. 28. G. *Non in ferris triturabitur gith, nèc rota plauſtri ſuper Cyminum circuibit; ſed in Virga excutietur gith, & cyminum in baculo: Panis autèm comminuetur:* Gith, & cyminum, quæ ſunt parva legumina, ſignant inferiores: Hos non permittit Dominus ferrari nèc triturari: Id eſt; pœnis gravioribus examinari; ſed virga, & baculo; id eſt; minoribus tribulationibus, & à palea peccati eos mundari, & cum parvis pœnis eos de mũdo exire facit.

2. Ad Timot. 3. C.

Iſaia 28. G.

Gith. & Cymium ſignãt inferiores.

395 Sed panis, quod eſt triticũ; vel ordeum more hiſpanico comminuitur: Id eſt; maiores; ſanctos, fortes, & conſtantes multis pœnarũ fractionibus comminui permittit. Ideò dicit Aug. *Domine prius vires reſpice, & poſt, vt ferre valeam tentari permitte.* Domine; gith ſumus, & cyminum; debiles, & imbecilles, cum virga, & baculo ſic nos excutias; minoribus tribulationibus nos examines, vt mundi in conſpectu tuo apparere valeamus.

Auguſtin.

VERS. XIIII.

ECCE TV PVLCHRA ES AMICA mea, ecce tu pulchra es.

De duplici pulchritudine ſponſæ. Quod ſponſus loquitur ad ſponſam Chriſtum ad Eccleſiam, vel fidelium animam.

396 SPONSVS ad ſponſam, Chriſtus ad Eccleſiam, vel fidelem animam; bis dicit: Pulchra, propter geminam pulchritudinem; vnam videlicet in actione; alteram in contemplatione: Vnam in cogitatione, alteram in operatione: Vel vnam, quam habet in imagine, alteram in ſimilitudine. Vnde Dominus ait, *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Geneſ.* 1. C. Ad imaginem; quantum ad naturalia, quia non tantum imago vnius perſonæ; ſed totius Trinitatis. Per memoriam ſimilis eſt Patri: Per intelligentiam, Filio: Per voluntatem, Spiritui Sancto. Meminerim te; intelligam te, diligam te.

Geneſ. 1. C.

397 Item, dicitur ſimilis, quo ad gratuita, quæ ſunt virtutes, iuſtitia, temperantia, fortitudo, prudentia. In hoc igitur pulchritudo hominis attenditur, eo quod ſummus artifex ſtudioſe, & cum deliberatione hominem fecit. De alijs creaturis legitur, *Dixit; & facta ſunt.* Sed de homine, quaſi cum ſtudioſa deliberatione ait: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Item, in homine apparet, magis ſapientia, & induſtria artificis; quam in alia creatura; quoniam homo cum ſit quaſi punctus totius, reſpectu machinę mundanæ; tamen totum mundum; immò ſi mille eſſent mundi, omnes comprehenderet. Item, cum quædam gleba terrę; ipſum tamen creatorem mundi comprehendit. Mirabilis enim eſt hæc coniunctio, viſibilis ad inviſibilia, cæli ad terram: Animę ad Corpus. Vndè, in Eccleſiaſtico. 38. C. *Cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ, & vigilia ſua perficiet opus.*

Eccleſiaſtic. 38. C.

398 Dominus enim, qui ad ſui imaginem, & ſimilitudinem depinxit; & vigilanter opus perfecit. Ex quo igitur Dominus eſt; res pulcherrimas retinet. Sicut enim quis videns pulcherrimam faciem alicuius mulieris, amore illius capitur; ſic Chriſtus videns ſuam in nobis imaginem, eam concupivit, & ex pulchritudine ipſius amore captus eſt. Vndè; *Concupivit Rex decorem tuum. Pſalm.* 44. C. Quia ſimilis, ſimilem quęrit. Sed licet anima ſit ſimilitudo, in carne tamen maxime eſt diſſimilitudo. Ideo vt magis

Pſalm. 44. C. Similis ſimilem quærit.

magis efficeretur ſimilis, veram carnem noſtram accepit. Et ſic fecit nos ſimiles ſibi; ita ſe ipſum fecit ſimilem nobis: Quoniam tale caput; tales oculos; talia brachia; & talia membra, qualia noſtra ſunt, aſſumpſit. Quis fecit, eum hoc facere? Certe, zelus; ſivè amor immoderatus, quo viſſa noſtra pulchritudine, dilexit nos.

De adulteratione animę vel de zelotopia Chriſti, id eſt: De immoderato amore.

Iſaias 9. B.

399 Ecce, quod dicit Iſaias 9. *B. Parvulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Ecce incarnationis miſterium: Sequitur: *Et factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Ecce miſterium paſsionis, quia crucem, per quam principatum acquiſivit, ſuper humerum portavit, & ab eadem portatus eſt. Poſſet aliquis quærere; Quis fecit Deum talia facere? Subiungit Iſaias in capite citato. *B. Zelus Domini exercituum fecit hoc*; Id eſt; amor immoderatus fecit, eum carnem aſſumere, & mortem ſubire. Item, anima, quæ eſt ſponſa Chriſti, cum plus adulterabatur, cum mundo, per vanitatem; cum carne, per voluptatem: Cum Diabolo, per iniquitatem. Vndè, Ieremia 2. *D. Filij quoque Mempheos conſtupraverunt te uſque ad verticem.* Memphis dicitur os, ſivè, ex ore; Filij oris ſunt Dęmones; quia homines devorare non ceſſant, uſque ad verticem, quando ratione in peccato conſentire faciunt, & tunc impius à Diabolo impregnatur, & parit, quando peccatum adimplet.

Ieremia 2. D.

Chriſtus quomo eripit animas à peccato originali.

400 Sed Filius Dei, qui facit ad morem ſponſi, qui habens vxorem ſuam ſuſpectam, cupiens que ipſam de adulterorum manibus eripere; accipit ſagaciter veſtimentum vnius ex adulteris, vt quaſi ſpē adulterina admittatur. Sic bonus Ieſus accipit palium carnis, quaſi veſtimē tum vnius adulteri, & ſic indutus, veniens ad adulteros, omnes eos devicit; & ſponſam ſuam de eorum manibus vulneratus liberavit. Vicit mundum per humilitatem, quia cum poſſet ſuper creaturam glorioſus apparere, non niſi humilis, & contemptibilis apparuit. Vndè Iſaia 53. *A. Non eſt ſpecies ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus: Quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus, vndè nèc reputavimus eum.*

Iſaias 53. A.

401 Vicit Diabolum, quando tribus anathematibus, in trina tentatione ipſum confutavit. Carnem autem, & ipſum Diabolum præcipue vicit, quando mortem ſuſtinuit. Et ſic ſponſam ſuam de manibus adulterorum liberavit. Cum ad inferos etiam deſcendens ipſos ſpoliavit, & animabus, quas indè tulerat, Paradiſi portum reſeravit. De hoc dicit Iſaias 59. *D. Indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus eſt; quaſi pallio zeli: Sicut ad vindictam, quaſi ad retributionem indignationis hoſtibus ſuis, & vicisſitudinem inimicis ſuis.*

Iſaias 59. D.

De palio Chriſti vel zeli.

402 Bonus miles fortis, ſi deferat propria, alius eo minus fortis, non audebit cum eo contendere; ſed cum aſſumpſerit arma debilia pravi, & debilis militis, ille alius miles libentius contendit cum eo. Sic bonus Ieſus accipit pallium Adæ primi parentis pravi, & debilis militis: ſcilicèt carnem noſtram. Vndè Diabolus videns credidit, vt fortis armatus cuſtodiens atrium ſuum, qui omnes arbitrabatur, ſe deglurire, quod nihil circa ipſum valeret bellum, nèc contra ipſum. Sed certe, victus ſuccubuit, & omnia ſua ablata ſunt ab eo. Et ita Chriſtus vſus eſt pallio zeli ad vindicandum ſe, & nos de Diabolo. Caro ergo, pallium zeli; ſivè palium amoris dicitur. Et quis fecit filium Dei hoc facere? Certe, ſpiritus amoris. Vndè Iſaias 59. *D. Et timebunt qui ab occidente, nomen Domini: Et qui ab ortu ſolis, gloriam eius, cum venerit quaſi fluvius violentus, quem ſpiritus Domini cogit.*

Caro dicitur palium zeli, &c.

Iſaias 59. D.

403 Venit Dominus quaſi fluvius ſubmergens Egyptios; quando de quinque plagis fluxerunt ribuli ſubmergentes Dæmones, qui licèt pauci eſſent quantitate; magni tamen in virtute: Omnia enim flumina totius mundi, non poſſent vnū Dæmonem ſubmergere. Hoc eſt, mare rubrum, quod omes Dæmones ſubmerſit; nèc vnus quidem re-

manſit, quoniam omnes victi ſunt, & de cætero nil potuerunt, niſi ſe homo gratis vellit ſubijcere. Sed antequam his fluminibus ſubmergerentur, omnes homines opprimebant; ſicut Egyptij filios Iſrael; & omnes etiam Sanctiſsimos patres, in infernum traxerunt. Sed ſpiritus Domini, ſpiritus amoris coegit Chriſtum hoc facere: Coegit Chriſtum incarnari; inter nos converſari; & pro nobis mortem pati. Vndè; Sum morti paratus. Ecce, quanta pulchritudo in anima fideli, quæ compulit Chriſtum ſic nos diligere; nos concupiſcere; pro nobis talia tollerare. Nèc Triſtam pro Iſeo; nèc Paris, pro Elena; nèc Eneas, pro Didos talia ſuſtinuit. Sicut quis ardet in amaſiam ſuam, ita Chriſtus exarſit in animas noſtras.

De multiplici artificio, quo vſus eſt Deus; vel de multiplici artificio Chriſti.

404 Sicut igitur Zelotipus multiplici vexatur ſtudio; multiplici vtitur artificio, vt mulierem, quam deſiderat, acquirat: Sic Chriſtus, vt animas, quas amat, acquireret, multiplici vſus eſt artificio, nam vſus eſt artificio piſcatoris: Aucupis; pugnatoris; & mediatoris.

De artificio piſcatoris: vel quod Chriſtus eſt piſcator. Iob. lib. 40. C. Greg. in moral. Iob. lib. 40. cap. 10.

405 De artificio piſcatoris, in Iob. 40. *In oculis eius quaſi hamo capiet eum, & in ſudibus perforabit nares eius.* Gregor. *Eſca provocat, vt aculeus pungat.* Eſca, qua cete gaudet, id eſt, Diabolus appetit, humanitas fuit. Aculeus quo fuit captus, eſt divinitas, quæ in carne latuit. Et ita dum eſcam apprehendit, hamum incurrit. Nares Diaboli ſunt calidæ eius inſidiæ: Sudes ſunt acuta Dei conſilia. In ſudibus igitur nares Diaboli perforantur, dùm eius inſidiæ acumine conſiliorum penetrantur; & hoc in oculis eius; id eſt, in cogitatione, quia quodammodo cognovit eum, cum dixit. *Quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei? Huc ante tempus veniſti torquere nos? Matth. 8. D.*

Matth. 8. D.

De artificio aucupis: Vel quod Chriſtus eſt auceps. Iob. 40. D. Greg. in Moral. ſup. Iob. lib. 33. Cap. 20.

406 Vſus eſt artificio aucupis. Iob. 40. *D. Nunquid illudes ei quaſi avi?* Ibi dicit Gregor. *Iumentum eſt Diabolus, dùm de luxuria tentat. Draco eſt, cum ad malitiam, & invidiam inflammat: Avis, cum ad ſuperbiam elevat, quia Diabolus carnis mole non prémit.* Videns igitur Chriſtum quaſi mortalem, contrà eum ſuperbivit: Sed illuſum eſt ei, quaſi avi, quia vidit carnem, quam ore percipet; ſed non vidit deitatem, quam guttur teneret.

De artificio cauti bellatoris, vel quod Chriſtus eſt cautus bellator. Ioſue 8. A. B.

407 Vſus eſt etiam cauti bellatoris ſtudio; ſicut Ioſue fecit Regi Hai: Ut habetur in lib. Ioſue. 8. *A. B. Ponite inſidias poſt civitatem: Et eritis omnes parati: Nos fugiemus, & terga vertemus. Cumque, pertracti fuerint longius; ſurgetis ab inſidijs, & vrbem vaſtabitis.* Sic factum eſt; & Rex Hai captus eſt, & in patibulo ſuſpēſus eſt; ſive in ligno gemino, vt dicunt Septuaginta. Hai interprætatur, vita vallium, vel queſtio vitæ ad valles confluunt ſordes. Per Hai ſignantur carnales. Rex Hai interprætatur Diabolus, qui eſt Rex mundanorum. Ieſus ſe fugare ſimulavit, quando infirmitatem carnis oſtendit; & tedere, & pavere cæpit. Inſidias occulte poſuit, quoniam vires deitatis occultavit. Et ſic Rex captus, & in ligno crucis ſuſpenſus eſt. Diabolus enim ſub Chriſto ſuſpenſus eſt: Depoſitus fuit Chriſtus, & remā ſit Diabolus, vt in æternum pænis, & tormentis crucifixeretur.

Hai interprætatur; vita vallium; vel quæſtio vitæ. Rex Hai interprætatur Diabolus.

De vſu mediatoris: vel quod Chriſtus eſt mediator.

408 Vſus eſt ſtudio mediatoris, quoniam diſcordia fuit inter Deum, & hominem. Homo non ceſſavit per peccata Deum offendere, & Dominus non ceſſavit hominem diverſis flagellis percutere; ita quod vterque reliquum impugnavit. Venit autem Chriſtus, & poſſuit ſe medio. Iob. *9. D. Non eſt, qui vtrūque valeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus*: Suple; niſi ſolus Chriſtus. Quando duo homines acriter pugnant, & gladios elevāt, vt ſe percutiant; ſi venerit mediator inter eos, vtriuſque ictus tranſeunt ſuper mediatorem. Sic Diabolus, & homo inter ſe pugnaverunt; & Chriſtus poſſuit manum ſuam ambobus, & ab vtroque percuſſus eſt. Vndè Iſaias in perſona Patris 53. *C. Propter ſcelus populi mei percuſi eum*: Et bene percuſit; quia percuſoribus eum expoſuit.

Iob. 9. D.

Iſaias 53. C.

409 Similiter de hominibus dicit veritas, vt habetur in Matth. 20. C. *Marco* 10. *E. Et Luca* 18. *F. Ecce aſcen-*

Matth. 20. C. Marc. 10. E. Luc. 18. F.

ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur ad illudendum, & flagelandum, & crucifixendum: Sic igitur mediator ictus ab vtroque recepit. Vndè ait ad Patrem in Psalmo. 87. *D. In me transierunt iræ tuæ.* Cum de rigore iuris, potius deberent in homines transire. Arguit Patrem, quando ait, vt habetur in Luca. 23. *E. Pater dimmitte illis: Non enim sciunt quid faciunt*: Et in Ieremia. 47. *D. Vsquequo concideris?* Id est eum: *O mucro Domini, vsquequo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile.* Quasi dicat: O pater! Trahe gladium, quia satis humanum genus percussisti. Arguit hominem cum peccata eorum reprehendit, & ad pacem invitavit.

Psalmus 87. D.

Luca 23. E.

Ieremia 47. D.

410 Item, Angeli introducuntur, quærentes à Christo vulnerato: *Quæ sût plagæ istæ in medio manuum tuarum?* *Zachar. 13. C.* Quasi dicerent; cur sic plagatus es, quia non meruisti? Et respondet eis Dominus, in eodem Zacha: *Plagatus sum in medio eorum, qui diligebant me*; id est, in medio Patris mei, & hominum; Pater cum dilexit filium; & homines eum merito diligere debuerunt. Ex quo sic vident duo inimici, quod amicus vtriusque plagatus est, amore ipsius pacem faciunt. Sic bonus Iesvs à Deo, & hominibus plagatus, inter eos pacem fecit. Hęc sunt artificia; Hæc sunt studia, de quibus dicitur in Psalmo. *9. B. Annunciate inter gentes studia eius.*

Zacharia 13. C.

Plagatio inimici; acritatem inimici temperat.

Psalmus 9. B.

411 Ecce quanta in nobis pulchritudo est: Ex quo sponsus noster non insipiens, non errans, non deceptus, in tantum nos concupivit; in tantum desideravit, quod tam multiplici studio pro nobis vsus est. Si auderem; dicerem: Quod fuit infatuatus per amorem. Qui enim pro meretrice relinqueret patrem, & matrem, & possessiones; diceretur ex amore infatuatus. Hoc fecit Dominus Iesus, qui reliquit Patrem in Cælis, Matrem plorantem in terra, possessiones Cæli ad tempus, & ad animas ad inferos descendit, & sic adhæsit vxori suę; Vndè ait: *Propter hanc; id est*; Ecclesiam; *relinquet homo patrem & matrem, & adherebit vxori suæ. Matth. 19. A.* Ex quo totam pulchritudinem habemus in homine interiori. Vndè in Psalm. 4. *B. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*; & ideò: *Dedisti lętitiam in corde meo.*

Math. 19. A.

Psalmus 4. B.

412 Vultus autem animæ decoloratur; maculatur; denigratur. Decolatur in tentatione: Undè Cant. 1. *B. Decoloravit me Sol*: Id est, æstus tentationis. Maculatur in peccati perpetratione: Vndè in Trenis. 4. *A. Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.* Denigratur, in igne gehennæ. Vndè Ioel. 2. *B. Omnes vultus redigentur in ollam.* Vultus autèm animæ signatur in incarnatione. Vndè in Psalm. 4. *B. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Sicut enim pictor cum plumbò signat, quando imaginem protrahit; postea colores apponit, tandem de aurat: Ita Dominus, primo in incarnatione nos signat, quia ad imaginem suam animam creat, & postea illuminat, quando gratiam apponit. Vndè in Psalm. *66. A. Illuminet vultum suum super nos.*

De coloratione vultus multiplici vel quod vultus animæ decoloratur: Denigratur: Maculatur. Cantica 1. B. Trenis 4. A. Ioel 2. B. Vultus animæ. Psalmus 4. B.

Psalmus 66.

413 Tertio de aurat, quando claritatem gloriæ apponit. Vndè in secunda ad Corinth. *3. D. Nos verò omnes, revelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem.* Hoc est, de claritate gratię; in claritatem glorię. Et si homo turpis est; turpior est asino, & cæteris creaturis, quia magis abhorremus hominem, qui nares amisit vel æthiopem, quam Bobem. Ita Dominus magis detestatur impium, quam bobem, animal brutum. Et sicut homo, si est pulcher, inter omnes creaturas est pulchrior; Ita Dominus ad imaginem suam hominē insignitum, gratia sua illuminatum magis diligit, & desiderat, quam aliam creaturam. Ex quo igitur Christus hanc pulchritudinem desiderat, merito circa eam conservandam laborare debemus.

2. ad Corint. 3. D.

414 Si enim hanc pulchritudinem per mortalem culpam maculaverimus; graviter Dominus vindicabit. Vndè Ierem. 25. *F. Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam, rugiens*

Ierem. 25. F.

rugiet ſuper decorem ſuum : Celeuma quaſi calcantium in torcularibus concinetur adverſus omnes habitatores terræ. Celeuma eſt cantus, quem faciunt homines poſt abundantiam vini in calcatione vbarum. In die Domini cantabunt Sancti, & cantabunt ad abundantiam vini: Id eſt; iuſtorum, & de pœna impiorum, qui acimi dicuntur, quia zelo ſufficiet vinum, & porci infernales ſatis habebunt acimum.

Celeuma eſt centus, &c.

415 Item, rugiet crudeliter ſuper decore ſuo; id eſt; ſuper eo, quod eius decoram animam polluerunt. Sicut enim maritus iraſcitur, & inſanit, quando pulchra eius vxor à viliſsimo polluitur; ſic Dominus vxorem ſuam, & ſponſam pollutam expuet. Vndè ſubdicitur in textu *Perveniet ſonitus vſque ad extrema terræ*: Et item: *Impios tradidi gladio, dicit Dominus.* Abluamus ergò maculam dùm poſſumus; dùm tempus habemus; dùm hic ſumus in vita præſenti; cum etiam vna ſola lacryma hanc maculam auferat. Nam ſi poſt vellimus nèc omnes mundi abluere poterunt.

416 Item, ex quo ſic pulchritudinem noſtram Dominus deſiderat, reddamus & nos ei vicem, ipſius pulchritudinem in infinitum maiorem, quam noſtram, meritò deſiderando, quam ſi ſcire deſideras, quære à Beda venerabili, qui ipſam ſic deſcribit dicens. *Deus eſt ſubſtantia ſpiritualis tam in extimabilis pulchritudinis; tàm ineffabilis ſuavitatis, vt Angeli, qui ſeptuplo ſolem ſua vincunt pulchritudine; in ipſum deſiderant inſatiabiliter proſpicere.* Et Chriſtus in eo quod homo, ſpecioſus forma præ filijs hominũ eſt

Beda.

417 Vndè dicitur, quod Veronica videns faciem Chriſti pulcherrimam, rogavit benignum Ieſum; vt daret ei memoriam faciei ſuæ: Et Dominus accepit pannum lineum, & faciei ſuæ apponens imaginem ſuam in panno impreſsit, & mulieri dedit. Alij dicunt, quod eadem mulier imaginem, ſivè faciem eius depinxit. Vndè, cum Veloſianus, audita fama curationum, & miraculorum Ieſu, eſſet à Tiberio in Siriam miſſus pro Chriſto, vt eum ſanaret, & quia iam aſcenderat; ſcilicèt; in Cælum, ęduxit ſecum Pilatum, & Ueronicam: Tiberius quęſivit, ſi aliquid haberet de Chriſto; Veloſianus dixit; quod quædam mulier faciem eius depictam portabat; adducta eſt coram Imperatore; mulier pannum extendit, & faciem Salvatoris monſtravit: Quam videns Tiberius adoravit, & illico ſanitatem recepit: Laborabat enim graviſsimo vulnere intrinſecus putredine eminènte.

Exemplum veronicæ de facie Chriſti. Impreſſa panno lineo.

418 Sed plerique velum ponunt ante faciem Dei; ne eius pulchritudinem videant, ſivè attendant; ſicut Iudęi fecerunt ante faciem Chriſti; dicentes; *Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſsit?* vt habetur. *Matth. 26. G. Marc. 14. G. Luca 22. G.* Et ſi quęris, quod eſt velum, quod ponis ante faciem Dei, immo ante tuam, ne Deum videas. Dico tibi: Certè, ſi meretricem contra Dei præceptum diligis; meretrix tua eſt velum, quod ponis ante faciem Dei, & tuam. Si pecuniam illicite concupiſcis, pecunia eſt tibi velum. Si vanitates mundi, pluſquam Deum diligis, illud tibi velum eſt. Illud, de quo magis cogitas, quam de Deo, illud eſt velum, inter te, & Deum. Vndè Pſal. 57. *B. Super cecidit ignis, & non viderunt ſolem.* Ignis luxuriæ, avaritię, vel ſuperbiæ, eſt velum inter te, & ſolem iuſtitiæ, qui ignis ita adurit, & obſcurat cor tuum, quod non potes Deum videre, quod non potes de Deo cogitare.

De illis qui ponunt velũ ante faciem Chriſti.

Matth. 26. G. Marc. 14. G. Luca 22. G.

Pſalm. 57. B. Ignis luxuriæ

419 Simile habetur quodam modo in Ezechiele 4. *A. Et tu, filij hominis, ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo civitatem Ieruſalem. Et tu ſume tibi ſartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter civitatem; & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obſidionem, & circundabis eam.* Filius hominis eſt Chriſtus, later eſt caro noſtra: Ieruſalem deſcripta in latere eſt anima in carne, quæ eſt civitas Regis magni. In ſartagine carnes elixantur. Per ſartaginem ergo carnis ingluvilem intelligamus, quia in ventre, plures carnes decoquuntur. Sartago eſt

Ezechiel 4. A.

Filius hominis ex Chriſtus. Later eſt caro Ieruſalem. Sartago ſignat carnis in gluviem. Sartago eſt inter nos, & Deum.

eſt inter nos,& Deum,quoniam pro peccato gulotitatis Dominus offenditur ; quia guloſos non bono oculo reſpicit ; ſed Dæmonibus exponit.

420 Sicut enim Nabuzardam Rex coquorum Ieruſalem deſtruxit vt habetur 4.*Regum* 25. *B.C.D.* Sic venter, cui deſervit multitudo coquorum, multas animas perdit, quia ad omnem luxuriam, invidiam, ſuperbiam, avaritiam, & cætera mala exponit,incitat, accendit, & vrit. Guſtorum venter eſt Deus. Item, quot ſunt in nobis peccata mortalia ; tot ſunt inter nos, & Deum vela, & obſtacula. Hęc ſunt muri David, id eſt ; avaritia ; nubes Iericho ; id eſt, ſuperbia ; ſartago Ezechielis ; id eſt gula. De muro dicit David : *In Deo meo tranſgrediar murum. Pſalm.*17. *C.* De nube Ierico, in Trenis 3. *E. Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.* De ſartagine dictum eſt ; Et qualiter interponuntur mortalia.Iſaias 59.*A Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.*

421 Huiuſmodi percutiunt caput Ieſu dicentes. *Prophetiza nobis, qui eſt, qui te percuſsit* ? Caput Domini Ieſu percutiunt quicunque mentem eius offendunt. Et malet, quod caput ſuum percuteres,quam mentem eius mortaliter offenderes. Et attende. quia Dominus bene divinavit in die iuditij,illum,qui percuſsit eum.Et tunc faciet, quod ſolet fieri in ludo, qui dicitur plantee, quando percuſſus divinat, quis ſit percuſſor;nam tunc ponitur percuſſor percutiendus ab omnium ludentium multitudine. Sic qui in præſenti percuſſerit caput Chriſti, à multitudine Dęmoniorum acerbiſsime ferietur.

422 Credis,forte apponere velum ante faciem Chriſti ne videat, nèc te intelligat ? Frater,ipſe omnia videt, omnia conſpicit,omnia ſcrutatur ; nèc quidquam minimum aut maximum occultum eſt ei: Immò certe noveris, quod Diabolus apponit tibi, nèc præcipitium cernas : Sicut fit latroni ; qui ducitur ad præcipitium, vel ſuſpendium : Nam ſtimulatur, percutitur ; & excutitur, vt cito pergat,& quod non videt, in improviſo à rupe corruit, & totus confringitur. Sic Diabolus velum ; id eſt ; meretrices ; vel divitias, vel vanitates oculis tuis apponit, ne attendas ad gloriam cæli; nèc cogites de pœnis inferni, quo tu properas, quando ducit te ad proſtibulum; ad tabernas;ad numulariorum menſas ; ad forum venalium, & ematiarum ; vt aliquem defraudes.

423 Tunc enim Diabolus impium cæcat, & ſtimulat, donèc in puteum cadat. Summum tamen remedium habes; ſcilicèt; quod rumpas velum. Rogo ergo te, frater, rumpe, rumpe velum, & abijce,aufer, remove, & proijce abs te. Omne temporale commodum; divitias: delitias ſæculi relinque. Saltem recordare, quod in morte Chriſti velum templi ſciſſum eſt, & apparuerunt ſancta ſanctorum. Hoc idem tibi eſt; ſi velum tuum ſcindas. Ergo pro hoc articulo, quod Chriſtus pro te ſuſtinuit mortem,&ſi pro eò non ſuſtines mortem, ſaltem velum rumpas ; quia nihil potuit pro te plus facere, quam mortem turpiſsimam ſuſtinere.

424 Mors vltima linea rerum eſt. Scinde ergo, peccati velum, & rumpe feſtinanter, ante quam corruas ; & videbis ſolem iuſtitiæ, qui tibi clamat : Lazare veni foras. Apparebunt que tibi ſancta ſanctorum, illa videlicèt, quæ nèc oculus vidit, nèc aures audivit, nèc in cor hominis aſcendit ; quæ præparaverit Deus diligentibus ſe. Ita ſancta concedat nobis Dominus in præſenti videre per fidem, & in futuro per ſpetiem, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum.Amen.

OCVLI TVI COLVMBARum.

425 Sicut columba omnia ſimpliciter intuetur; Ita vir iuſtus,ſine concupiſcentia carnis,fraude, & detractione omnia conſiderat. Eſt columba ſtulte nidificans : Columba ramum ferens;& columba ſuper caput Chriſti deſcendens. Co-

4.Regum 25. *B.C.D.*

Deus eſt guſtorum vẽter.

*Pſalm.*17.*C. Trenis* 3.*C.*

Iſaias 59. *A.*

Percutiunt caput Ieſu Chriſti.

In die iuditij quid faciet Dominus de impijs.

Diabolus impium Cæcat, vt peccet.

Mors eſt linea vltima rerum.

De oculis columbarum.

De proprietatibus columbę comparatis impijs: Uel de illo qui nō habet cor. Oſeas 7. C. Columba.

426 Columba ſtulte nidificans, eſt ſtultus, & impius; de quo; Oſee 7. *C. Factus eſt Ephraim, quaſi columba ſeducta non habens cor.* Ideò dicitur columba ſeducta non habens cor, quia cum in nido poſſuerit pullos ſuos, licèt rapiantur; nihilominus in eodem loco iterum pullos ponit. Sic ſtulti, & fatui in nido iſtius mundi opera ſua collocant, quæ Dæmonia rapiunt; & iterum faciunt. Verbi gratia: Amore meretricis multa expendiſti, omnia opera tua à Diabolo rapiuntur. Item, pro mundi gloria multa verba effudiſti; multas expenſas feciſti; multum laboraſti. Omnia enim hæc opera ſunt pulli, vel ova, quæ rapit Diabolus. Item, divitias congregaſti, vt filios tuos divites relinqueres, aut ventrem paſcas: Totum frater perdidiſti. Vndè Iſaias 44. *B. Amantiſſima eorum non proderunt eis.* Et Aggæus. 1. *B. Qui mercedes congregavit, miſsit eas in ſaccum percuſsū* Stultus eſſet mercator, qui aureos ſuos in ſaccum perforatum mittit.

Iſaias 44. B. Aggeus 1. B. Mercator ſtultus eſt.

427 Certe, frater, opera tua ſunt aurei, quibus poteris Regnum Cœlorum mercari. Si ergo opera tua mundo tribuas, carni, vel Diabolo, totum perdis. Caro non eſt niſi ſaccus percuſſus. Omne enim, quod in os intrat vadit in ſeceſſum. Similis eſt Teutonico, qui poſuit denarios in foramine muri, & ſcripſit: Hic ſunt. Poſtea veniens quidam, furatus eſt eos, & ſcripſit: Hic non ſunt. Teutonicus verò venit, & admirans, quia invenit ſcriptum; Hic non ſunt; manum miſsit vbi poſſuerat denarios, & nihil inveniens dixit, certe, hic non ſunt. Sic enim de hominibus, qui pro mundo laborant, quia ſemper inveniunt; Hic non ſunt; Diabolus enim totum aſportat.

Caro eſt ſaccus percuſſus. Exemplum de Theutonico.

428 Columba aliter ſeducitur. Oculi enim eius acu auferuntur, ſivè excæcantur, & tùnc ſono ſurda efficitur, inter grana iuxta rete ligatur, & venientes aliæ columbæ, gratia illius, collocant ſe apud illā, vt grana comedant. Ille verò, qui rete tetendit, elevans illud involuit, & irretit omnes, itaque cum vna columba excæcata plures capit. Columba iſta excæcata, eſt homo excæcatus in temporalibus, qui non attendit laqueos, vel rete Diaboli: ſicut advocatus conducit ſe in cauſis; alius ſtultus videns, quod ſtat in loco vbi multa temporalia habeat, & gratia illius collocat ſe iuxta illum, vt ſimiliter temporalia acquirat. Sic etiam vſurarius iuxta alium, & luxurioſus exemplo alterius fornicatur, & ſic de alijs. Diabolus verò trahit rete, & multos per mortale peccatum, vel culpam involuit.

Columba excæcata, ſurda efficitur.

Columba excecata eſt homo.

429 Et talis columba dicitur non habens cor, quia cor recedit à pectore in ventrem, per guloſitatem; de ventre in renes, per luxuriam; de renibus in ſterquilinium, per conſuetudinem. Videat igitur, & attendat, ne de ſterquilinio corruat in infernum. Merito enim dicitur cor eſſe in ventre, vel in renibus, quoniam vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Qui diligit Deum, & in Deo gaudet, ibi eſt cor eius, & cor habet integrum. In Proberv. 4. *D. Omni cuſtodia ſerva cor tuum.* Vndè corpus dicitur; a cor, & pus: Quod eſt cuſtos, quia corpus eſt cuſtos cordis; quia ſi corpus lędditur, curatur; ſi verò cor lędditur, ſtatim homo moritur. Sed quolibet mortali cor lędditur; ergo melius eſt, quod corpus ſuſtineat eſuriem in ventre, & afflictionem in renibus; quam cor mortaliter vulneretur. Vndè Sancti plùs expoſuerunt corpora ſupplitijs, quam corda nutrirent vitijs.

Proverb. 4. D Corpus dicitur, à cor, & pus.

430 Cor autem quando per diverſa deſideria, & peccata dividitur, non poteſt integrum conſervari. Vndè, *Oſee* 10. *D. Et Micheæ* 5. *A. Nùnc vaſtaberis filia latronis; quia diviſum eſt cor tuum*: Furtum eſt contractio rei alienæ, invito Domino; cor tuum totum debes Deo. Vndè *Matth.* 22. *D. Marcus* 12. *C. Luca* 10. *E. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*: Igitur ſi cor tuum vitijs, & delitijs tribuis, quod Dei eſt, furaris. Item Iacobus 1. *B. Vir duplex animo, inconſtans eſt, in omnibus vijs ſuis.* Sicut Chriſtus ſe totum pro te tribuit, ita cor tuum totum petit. Vndè Ioel. 2. *C. Convertimini*

Oſeas 10. D. Michea 5. A. Furtum. Matth. 22. D Marc. 12. C. Luca 10. E. Iacob. 1. B. Ioel 2. C.

timini ad me in toto corde veſtro. Si igitur cor tuum amiſiſti, illud totum ſtudeas recuperare, & Deo tribuere.

Iſaia 23. A. Sidon interpretatur venatio.

431 Iſti ſtulti ſunt irriſibiles: Undè Iſaia 23. *A. Erubeſce Sidon; ait enim mare.* Sidon eſt civitas circa mare, quod interpretatur venatio, & ſignificat illos, qui in mari iſtius mundi laudes, & honores, & lucra venantur: Sed mare ſubmerſit naves Sidonis: Sic mundus abſorbet omnia opera, & tandem corpora ſtultorum: Ideò introducitur mare loquens ad Sidonem. Erubeſce, quia omnes tuos, & naves abſorbeo. Sic mundus dicit: O mundi dilectores, qui laudes, & opes in me venamini! Erubeſcite, quia opera veſtra, & vos metipſos omnes devoro, omnes ſubmergo. Quidam habebat filium; tradidit ei oves, & omnes ſubmerſit in torrentem: Item, tradidit ei aureos, præcipiens quod eis negotiaretur, vt aliquod commodum haberet; qui omnia proiecit in torrentem. Dedit ei vxorem pulcherrimam, quam ſtatim proiecit in torrentem. Nonnè dignus eſt iſte, qui talia fecit, quod à domo patris ſui eijciatur?

Exemplum de quodam filio.

Chriſtus eſt Pater noſter.

432 Chriſtus eſt Pater noſter, qui dat nobis iuga boum, quinque ſenſus, quos collocat in filio; id eſt, in nobis: Impius tamen totum proijcit in torrẽtem; id eſt; in fluxibilitatem iſtius mundi. Dedit, & dat aureos; id eſt; poſſeſsionem, vt regnum Cælorum nobis comparemus; ſed impius totum proijcit in torrentem iſtius mundi; qui pro delitijs carnis, & vanitate mundi, vel vt plus capiat, expendit. Item, dat vxorem; id eſt; animam pulcherrimam; impius verò ipſam in delitijs, & deſiderijs vanis collocando, in torrentem proijcit, & ſubmergit. Erubeſcat ergo & confundatur, quoniam talia agendo, dignus eſt, vt à domo, & vultu patris expellatur.

Columba à terra Diaboli fugiens eſt pœnitens. Oſee 11. D.

433 Columba à terra Diaboli fugiens eſt pœnitens de malis ſuis geſtis: De quo Oſee. 11. *D. Dominus quaſi leo rugiet, quia ipſe rugiet, & formidabunt filij maris, & avolabunt quaſi avis ex Egypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum, & collocabo eos in domibus ſuis.* Rugit Chriſtus duplici rugitu, amoris, ſcilicèt, & timoris. Rugitu amoris, rugit in cruce, quando anguſtia mortis, cum lacrymis, & clamore valido emiſit ſpiritum; & hoc pro reſuſcitatione filiorum à morte, quod eſt leonis natura. Et iſte rugitus ſemper debet eſſe tibi recens, vt amore ipſius à morte reſurgas. Impij autẽ ſunt, qui habent rugitum timoris aliter; terroris; de quo Amos. 3. *B. Leo rugiet, quis non timebit?* Sicut leo rugit ad prędam: Ita Dominus rugiet ad pœnam, & vindictam impiorum.

De rugitu timoris; & amoris.

Amos 3. B.

434 Rugiet crudeliſsime quando dicet; *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Math. 25. D. Luca. 13. F.* Pro tali duplici rugitu aduolabunt ad eum filij maris; id eſt, iſtius mundi, in quo non eſt niſi aritudo, & turbatio: Filij maris ſunt, qui hunc mundum diligunt, diù in ſæculo nequam deſiderant per manere. De quibus Sopho: 2. *B. Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum*: Quaſi diceret: Væ tibi, qui modicum angulum iſtius mundi eligiſti, vt manſionem ibi faceres, vbi non eſt, niſi fluctus; tribulatio, & amaritudo. Stultiſsimus eſſet, qui lectum, vel domicilium in mari faceret, quia totum in brevi deſtrueretur. Sic ſtultus eſt, qui in hac miſeria eligit manſionem vbi nullus diù quieſcit; qui non ſubmergatur.

Matth. 25. D Luca 13. F.

Filij maris.

Sophon. 2. B.

435 Debent igitur advolare de mundo filij maris, & quaſi avis de Egypto, id eſt, detenebris vitiorum. Et quaſi columba librans ſe pennis virtutum ad Cœleſtia de terra Aſsyriorum; id eſt; Dæmoniorum. Aſsyrij enim interpretantur, dirigentes, & ſignant Dæmones, qui ſemper ſe dirigunt; contra iuſtos. Audito ergo rugitu Ieſu Chriſti, debent peccatores fugere de poteſtate Diaboli; & Dominus collocat eos, in domibus ſuis; id eſt, in manſionibus: De quibus dictum eſt in Joanne. 14. *A. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Et ibi benè recolligitur hæc columba. Vndè, Booz ad Ruth, quæ fugit de terra Moab, vt habetur Ruth 2. *C. Plenam mercedem accipias*

Aſsirij interpretantur, dirigentes.

Ioann. 14. A.

Ruth. 2. C.

pias à Domino Deo Iſrael, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas: Ita dicitur ad pœnitentem, & converſum, qui relinquit mundum, & pompam eius, & ad Dominum fugit; quia *Factus eſt Dominus refugium pauperi. Pſalmus 9. B.*

Pſalm. 9. B.

De proprietatibus colũbe, cõparatæ beatę Virgini: Vel de beata Virgine: Geneſ. 7 D.

436 Columba ramum olivæ ferens, eſt beata Virgo. Diluvium, vt legitur, in *Geneſi. 7. D.* Inundavit ſuper terram, & ſubmerſit quidquid erat vivum, exceptis illis, qui fuerunt in Arca Noe. Noe autem columbam emiſsit, quæ in veſperum portavit ramum olivæ, & intellexit Noe, quod aquæ ceſſaſſent ſuper terram. *Geneſis. 8. B.* Hoc diluvium fuit inundatio vitiorum, quod ſubmerſit totum mundum, quia etiam Sancti Patres ad infernum deſcenderunt. De hoc diluvio. Oſee. 4. *A. Maledictum, & mendatium, & homicidium, Et furtum, & adulterium inundaverunt, & ſanguis ſanguinem tetigit*; id eſt; peccatum alexit. Sed quando columba portavit ramum olivæ in Arcam; id eſt; Virgo Chriſtum in Eccleſiam: Tùnc diluvium vitiorum ceſſavit.

Geneſ. 8. B.

Oſee 4. A.

℣.

Adiuvat in bello
Paccare ramus olivę;
Qua antiqui in ſignum pacis,
Ramum olivæ deferre ſolebant.

Chriſtus dicitur ramus olivæ.

Chriſtus dicitur meritò ramus olivæ, quia ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.

De Columba comparata ſpiritui ſancto: Vel de Spiritu Sancto.

Matth. 3. D. Marcus. 1. B. Luca 3. E. Ioanes 1. E.

437 Columba ſuper Chriſtum deſcendens, ſignat Spiritum Sanctum, qui in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum deſcendit; vt habetur *Math. 3. D. Marc. 1. B. Luca. 3. E. Ioanes 1. E.* Hæc columba recedit propter culpam mortalem. Legitur, quod quidam eremita, tentatus de filia gentilis ſacerdotis; poſtulavit eam a patre ſuo, & dixit pater eius: Conſulam Deum meum, ſi debeo tibi dare, an, non; cui quærenti reſpondit Dæmon; quod daret filiam eremitæ, ſi negaret Deum ſuũ, & baptiſmum: Quod cum diceret ſacerdos; reſpondit, quod ſic negaret; & vidit ſtatim columbam exire de ore eius: Quod attendens ſacerdos; iterum conſuluit Deum ſuum; qui ait: Non des; quia adhùc Deus ſuus, eſt cum eo; Quod cum retuliſſet ſacerdos eremitæ: Eremita ait: Si adiubat me Deus meus; ego cur recedam ab eo? Et veniens ad quendam ſenem in eremo, confeſſus eſt ei peccatum.

Exemplum de Eremita.

438 Senex verò iniunxit ei pœnitentiam, & oravit pro eo dicens: Domine dona mihi hanc animam. Poſt vnam hebdomadam vidit columbam ſuper caput eius voluntatem in altum. Poſt aliam hebdomadam vidit columbam ſuper caput eius venientem. Poſt tertiam hebdomadam vidit columbam ſuper os intrantem; & narravit ſeni cui confeſſus fuerat, qui ait; Frater; Dominus ſuſcepit pœnitentiam tuã. Ecce quod pro culpa mortali hęc columba receſsit. Laboremus ergò, & vigilemus, frates, ne columba hæc recedat à nobis pro mortai; quia tùnc, non columba, quæ ſpiritus eſt, habitat in nobis; ſed nigerrimus coruus, tenebroſiſsimus Diabolus, inimicus humani generis. Oſee. 9. C. *Væ eis cum receſſero ab eis.*

Oſee. 9. C.

439 Sed ſi cõtingat (quod Deus avertat) nos mortalem culpam incurrere; defleamus quam cito poterimus, & pæniteamus; ſic fecit prænominatus eremita; & reaſſumemus columbam; expulſo corbo, quia cum quis vere pœnitet; columba, quæ Spiritus Sanctus eſt, ad eum redit. Vndè, Zacharia. 1. *A. Convertimini ad me; ait Dominus exercituum; & convertar ad vos.* O Larve! attende: Qui hanc columbam habuerit, vitam æternam poſſidebit. Hoc eſt pignus, de quo Apoſtolus ait in ſecunda ad Corinthios. 1. *D. Dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.*

Zacharia 1. A.

2. ad Corinth. 1. D.

De triplici cauptione.

440. Notandum, quod ad maiorem ſecuritatem, Dominus fecit nobis triplicem cautionem de Regno Cœlorum; videlicèt; iuratoriam; fideiuſſoriam; pignoratitiam. Iuratoriam fecit, vt legitur in *Geneſim 22. C.* quando Abraham voluerat immolare filium ſuum Iſaac, ait ei Dominus: *Per memetipſum iurawi, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: Benedicam tibi; & benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes terræ*: In ſemine, quod eſt

Geneſis 22. C

Chriſ-

Luca. 1. G.

Zacharia. 3. D.

Dare se ipsum.

Colosenses. 2. C.

Chirographum est peccatum Adæ.

Ecclesiastí. 29. C.

Exemplum de quodam Episcopo.

Christus. Unde in Luca 1. *G. Iusiurandum, quod iuravit ad Abraham Patrem nostrum daturum se nobis.* Et Zacharia 3. *D. Ecce enim ego adducam servum meum orientem*: Et idem. 6. *C. Ecce vir oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit templum Domino*: Seipsum dare, est Regnum Dei dare.

441 Fideiussoriam dedit: quando filium suum fideiussorem nobis misit. Iste autem pro nobis fideiussit, quando animam suam pro nobis tradidit: quia cum debitor non potest debitum solvere; fideiussor satisfacit. Sic bonus Iesus fideiussor pro toto humano genere, animam; corpus; & sanguinem pro nobis dedit; quia cum essemus debitores; nullomodo potuimus nos à creditore pessimo liberare. Vnde ad Colosenses 2. *C. Delens, quod adversus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* Chirographum est peccatum Adæ, quo, te, & filios tuos Diabolo obligavit. Sed Dominus chirographum tulit, quando pro nobis pœnas in cruce persolvit. Vnde in Ecclesiastico. 29. *C. Gratiam fideiussoris ne obliviscaris.* Ipse animam suam pro te, seu pro tua dedit.

442 Quidam Episcopus, cum omnia bona sic dispertisset egenis, quod nihil sibi reservatet; mulier quædam, cuius filius captus fuerat à Sarracenis, venit ad ipsum postulans ab eo aliquid, vt posset redimere filium suum; & Episcopus ait: Nihil habeo; quia totum tribui; sed accipe me ipsum, & trade me Sarracenis; & sic redime filium tuum. Sic filius Dei, distribuerat omnia, pro homine, Cœlum, terram, & Angelos; & cum homo non posset, à manibus Dæmonum liberari: seipsum in manibus tradidit; & sic hominem liberavit. Maiorem gratiam non potuit pro te facere. Non enim aurum, aut argentum, pro te solvit; sed animam, & carnem, quod in infinitum plus est.

443 Pignoratitiam dedit: quando Spiritum Sanctum nobis in pignus misit. Vnde ad Ephesios 1. *C. In Christo credentes, signati estis spiritu promissionis Sancto, qui est, pignus hæreditatis nostræ.* Hoc pignus, qui servat; gloriam æternam recipit. Cum veneris ad portas Cœli, & volueris Regnum Cœlorum quasi debitum quærere; dicetur tibi. Petis debitum? ostende pignus: Petis gloriam? ostende columbam. Tunc, Væ impio, qui hoc pignus, pro vnica luxuria; pro vnico periurio; pro vnico denario fraudulenter acquisito; superbus pro vna vana gloria campsit; pro vnico mortali hanc columbam vendidit.

Ephesios. 1. C.

NOTA.

444 Miser Adam vendidit hanc columbam pro pomo: Cain, pro homicidio: Esau, pro lenticula: Sanson, pro Dalila. Qui hanc columbam habent; omnibus bonis abundant; sine qua, nunquam bene; cumqua, nunquam male, erit. Hanc columbam misit tibi Dominus in baptismo: Fugit a te, quando mortale perpetrasti. Si verè pœnites, hanc columbam recuperas, & portat tibi ramum olivæ; id est; Christum Regem pacificum. O larvij! Dominus concedat nobis hanc columbam perseveranter servare; vt in die mortis illam, quasi pignus ostendamus; & æternam gloriam, quasi debitum recipiamus.

Oculi sponsæ

445 Oculi igitur sponsæ, debent esse columbarum, vt simplicitatem, sanitatem columbæ, quæ super caput Christi descendit, conservet. Vnde ad Philippenses 4. *B. De cætero, fratres, quæcumque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcumque bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, hæc agite; & Deus pacis erit vobiscum.*

Philippen. 4. B.

De oculo multiplici.

446 Est autem oculus lascivus: Oculus elatus: Oculus invidus: Oculus cupidus: Oculus columbinus. Oculum cupidum habuit Eva. Vnde scriptum est in Genes. 3. *A. Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit; deditque viro suo, qui comedit.*

Genesis. 3. A.

medit. Non intellixit, quod ait Auguſt. *Non licet intueri, quod non licet concupiſci.* Hunc oculum habent petulantes, qui vident lignum vetitum. Quælibet mulier tibi non deſponſata, eſt lignum vetitum. Laſcivus videns quod tale lignum eſt bonum ad veſcendum, & pulchrum oculis; aſpectuque delectabile; fert, accipit defructu eius, atque commedit.

Auguſt.

NOTA.

Mulier quælibet tibi non deſponſata eſt lignum vetitum.

447 Si quæris, quis eſt fructus iſtius arboris: Iſtius ligni; certè, oſculum; riſus; amplexus; delectatio; fornicatio. Tunc de fructu mortifero veſcitur, quando cum hilaritate delectatur. Et ſicut Adam exquo comedit, totus eſt percuſſus, & totus cum generatione ſua intoxicatus; Ita laſcivus, totus à Deo punitur per culpam cum tota ſua generatione inficitur. Sicut Adam antequam peccaſſet, non potuit lædi; interfici; Ita, & tu antequam peces, Dæmones non poſſunt te lædere, nec interficere. Sicut etiam nec Philiſthei Sāſonem, donec per Dalilam, omnes vires ei fuerunt ablatæ: vt habetur *Iudicum* 16. *E.* Item, generatio hominis ſunt bona: Sicut enim filij Iacob portaverunt eum aromatibus conditum de Egypto in terram promiſsionis; vt habetur in *Genſ.* 50. *A. B.* Ita opera tua ſi bona fuerint, animam tuam aromatibus virtutum conditam, de mundo deferent in Paradiſum.

Iudicum 16. *E.*

Geneſis 50. *A. B.*

448 Et ſicut comedens viſcum, vel mordetur à Serpente, totum corpus toxicatur, & membra mortificantur; ſic per vnicum guſtum fornicationis, totus homo toxicatur, & morſa anima à mortali moritur, & omnia opera ſua facit, non filios gratiæ; ſed filios iræ; filios perditionis, quoniam quæcunque bona opera feceris in mortali, nil proderunt ad vitam æternam; Licèt ad aliqua alia valere dicantur. Etſi ante peccatum aliqua bona feciſti, tunc per mortale, ſicut membra toxicata mortificantur, & ſic remanent mortificata, donec per veram pœnitentiam, quæ vera tiriaca huius mortificationis eſt; reviviſcant. Certè, melius fuiſſet Evę, ſi oculos ſuos contereret ad lignum vitæ, in quo fructum ſalutiferum; qui faceret hominem immortalem, guſtaret. Sed proc dolor! fixit oculos in illud, ad concupiſcendum fructum vetitum; in cuius comeſtione, ſe ipſam, & nos perdidit.

Bona opera facta immortali nil pro ſunt ad vitam æternam.

Opera bona facta ante peccatum; per peccatum mortificantur.

449 Lignum mortis habet tria; ſcilicèt; ſerpentem; fructum mortiferum, & mulierem. Lignum vitæ è contra habet alia tria; Spiritum Sanctum; fructum ſalutiferum, & beatam Virginem. Lignum vitæ eſt Crux Chriſti. Lignum vetitum, vel lignum ſcientiæ boni, & mali, eſt omne vetitum; mulier pulchra, mūdana gloria; res aliena, & cætera. Tria ſunt circa lignum vetitum, ſcilicèt, ſerpens; Eva; fructus: Serpens eſt Diabolus ſuadens: Eva eſt caro conſentiens: Fructus eſt dulcedo culpæ aliciens, de quo qui guſtaverit; mortem incurrit.

De ligno vetito, & ligno vitæ.

Lignum vitæ eſt crux Chriſti.

Lignum vetitum eſt omne vetitum.

450 Quot ſunt peccata luxuriæ; tot ſunt poma in arbore. Vnum pomum eſt fornicatio: Aliud adulterium: Tertium inceſtus; quartum defloratio virginum; quintum ſacrilegium; ſextum ſodomiticum flagitium. Arbor cupiditatis, multa habet poma. Pomum ſymoniæ, de quo guſtant Clerici: Pomum avaritiæ, de quo guſtant burgemij: Pomum mendatij, & periurij, de quo guſtant milites: Pomum furti de quo guſtant falſi ſervientes: Pomum ficti ſervitij; de quo guſtant laborantes; ſcilicèt; mercenarij; quia non laborant quantum deberent. Dominis enim præſentibus extremius laborant; abſentibus verò nihil faciunt. Quicumque de his fructibus guſtant, moriuntur in culpa, & niſi pœnituerint, mortem æternam ſubibunt in Gehenna. Iob. 6. *B. Poteſt aliquis guſtare; quod guſtatum affert mortem?*

De pomis huius ligni vetati.

Lignum vetitum quæ poma habeat.

Iob. 6. B.

451 Non eſt tutum conſpicere ligna vetita. Undè Greg. *Reprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores non enim lignum Eva contigiſſet vetitum, niſi prius incaute aſpexiſſet.* Penſandum eſt ergò, quantum ab ipſis debemus illicitum viſum reſtringere, & oculos vivificemus ex quo mater mortalium ad mortem per oculos venit. Vnde in Trenis. 3. *F. Oculus meus deprædatus eſt animam*

De oculis reprimendis.

Gregor.

Trenis 3. F.

mam meam. Plerunque oculus videt mulierem, & rapit animam, & dat eam mulieri, & per contractiones Diabolo. Similiter videt vicinos ſuos vſurarios in divitijs, & vitijs florere; bene indui; bene comedere; rapit animam, & dat eam mammonæ, quaſi Diabolo, qui præeſt divitijs.

452 Cum enim quis vſuras committit, ſtatim animam ſuam Diabolo tradit; quia ſecundum Apoſtolum, eſt Idolorum ſervitus; *Epheſios 5. B.* Cum quis videt aliquem in cauſis allegare fœnus, & indè divitias acquirere; cogitat intra ſe dicens; volo talem eſſe, ſic volo facere, & ſic oculus de prædatur animam, & dat eam principi iſtius mundi, ſcilicèt, Diabolo, qui principatur omnibus, qui vanitatem iſtius mundi ſectantur. Quidam Abbas amiſsit oculum ſuum: Monachi doluerunt, dixit que Abbas; Si doletis pro oculo, quem amiſi, male facitis, immò potius deberis gaudere, quia amiſi vnum de inimicis meis peſsimis. Alij enim hoſtes auferunt denarium, equos, & cæteras poſſeſsiones terrenas, oculus autem animam aufert, & Diabolo confert; Ergo comprimendi ſunt oculi quaſi inimici peſsimi.

Epheſios 5. B.

Exemplum de quidam Abbate.

Exemplum de duobus Eremmitis.

453 Duo Eremitæ, quorum alter numquam viderat mulierem, ſimul ſederunt ad feneſtram: Tranſijt mulier pulchra: Ille, qui nũquã mulierem viderat, quæſivit à ſocio, quale animal eſſet illud? Reſpondit alter, quod erat, oculus Diaboli. Tunc ille quærens, cogitavit, ſe penes, quod cũ ita pulchra eſſet, & decens, libenter ei faceret ſocietatem. Ecce qualiter oculus eius animam de prædatus eſt. Vndè in Pſal. 118. *E Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Non aſpitias ſignũ vetitum, in quo eſt ſerpẽs, & mors. Reſpice ergo lignum vitæ, quod eſt Crux Chriſti. Nam ſicut circa lignũ veſtitum ſunt tria: Eva ex vna parte; ſerpens ex alia; fructus in medio: Ita circa lignum vitę, quod eſt Crux Domini, eſt beata Virgo ex vna parte: Ioannes, qui interprætatur gratia Dei, ex alia: Chriſtus verò Benedictus fructus ventris gloriosæ Virginis, qui eſt, fructus arboris, ſeu ligni vitę, ipſius Crucis, in medio.

Pſalm. 118. E.

Lignum vitę quod eſt Crux Chriſtus.

Lignum vetiſtum habet circa ſe tria.

Lignum vitę Ioannes interprætatur gratia.

454 Et ſicut ſerpẽs ſuaſit, & Eva comedit, & dedit Adæ, & humanũ genus perijt; ſic econtra: Spiritus Sanctus Virgini hunc fructum percipere ſuaſit, quoniam Spiritus Sanctus ſupervenit in ea, & obumbravit ei, fructum recepit, & humano generi dedit, & ſic à morte æterna ex ligno vetito contracta liberavit. Averte ergo oculos à ligno prævaricationis, & mortis, & reſpice hoc lignum ſalutis. Non eſſet ſeductus Adam, ſi de hoc fructu guſtaſſet. De hoc fructu benedicto guſtant, quicunque amore ipſius, præcepta eius ſervant; ſicut ipſe ait per Ioannem 14. C. *Qui habet mandata mea, & ſervat ea; ille eſt, qui diligit me.*

Ioan. 15. C.

455 Item, de hoc fructu guſtant, qui exemplo ipſius adverſa patienter ſuſtinent; & qui de Deo cum devotione cogitant, & eius ſermonẽ audiunt. Vndè Iob 49. *D. Pulli Aquilæ lambent ſanguinem*: Quoniam ex devota cogitatione paſsionis Chriſti, quaſi ex ſanguine ipſius ſignantur, & guſtant; & quando eius ſermo devote auditur. Sacramentaliter recipitur, & guſtatur, quãdo facie ad faciem ab omnibus iſtis comprehenditur; ipſe enim erit cibus noſter; vinum noſtrum; lux noſtra; fructus nocter dulciſsimus; & omnia in omnibus. Hoc lignum ergo frequenter, & devote reſpiciamus, in quo fructum ſalutiferum; dulciſsimum; fructum pulcherrimum invenire poterimus.

Iob. 49. D.

456 Eſt oculus elatus. Proverb. 6. B. *Sex ſunt, quę Deus odit, & ſeptimam deteſtatur anima eius: Oculos ſublimes; linguã mendacem; manus effundentes innoxium ſanguinem; cor machinans cogitationes peſsimas; pedes veloces ad currendum in malum; proferentem mẽdatia teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.* Elatum oculũ habuit Goliath, de quo in primo Regum 17 *F. Ibat autem Philiſthæus inſedens, & appropinquans adverſum David. Cumque inſpexiſſet Philiſthæus, & vidiſſet David, deſpexit eum.* Sic ſunt plerique, qui cum vident parvulum corpore, vel perſonam deſpicabilem,

De oculo elato propter ſex quę odit Deus Prov. 6. B.

1. Regum 17. F.

vel minus ſcientem, deſpiciunt, dicentes intra ſe; & quandoquidem palam: Iſte ad quid bonus eſt? Multociens eſt magnus ingenio, qui eſt corpore parvus. Vnde verſus *corporis exigui viris contemnere noli; Conſilio pollet, cui vim natura negavit.*

Quanto quis deſpicabilior eſt mundo, &c.

457 Quanto quis deſpicabilior eſt mundo, tanto pretioſior eſt Deo. Vnde de beato Martino legitur, quod ab alijs Epiſcopis quatuor fuerunt ei obiecta; videlicet, quod erat vultu deſpicabilis; crine deformis; veſte ſordidus: Perſona contemnibilis. Et tamen; iſte deſpicabilis, dicitur honor Sacerdotum. Vnde quidã Gregorius Thuronenſis parvę ſtaturæ, vt dicitur, procumbẽdo Deũ oravit: Et Gregorius Magnus, eo quod fuit parvus, eum in corde ſuo deſpexit, dicens: Nunquid iſte parvulus poterit purificari? Et ſurgens minor in Sancto Spiritu ait; Frater idem in minore, quod in maiore. Si militer Diabolus deſpexit Chriſtũ, eo quod erat, adoleſcens ruphus, & pulcher, ſicut legitur de David. Chriſtus fuit adoleſcens, quia triginta trium annorum; rufus, quia tota carne rubricatus; pulcher fuit, quia ſine macula peccati.

De invidia, vultu multiplici: Vel de oculo mundi. Geneſ. 4. A.

458 Invidiam habuit Cain, de quo legitur in *Geneſi* 4. *A.* Quia videns, quod Dominus reſpexiſſet munera Abel fratris ſui; ſtatim concidit vultus eius. Sic de quolibet invido, cum videt fratrem ſuum plus proſperari, vel maioris gratiæ apud Deum, & homines, concidit vultus eius; ſcilicèt, vultus humilitatis, & manſuetudinis, & aſſumit vultum Dæmonis, qui cuilibet iuſto ſemper invidet. Item, concidit vultus etiam corporeus; quia videns fratrem ſuum proſperari, aut de bono opere laudari; triſtatur, & paleſcit ſæpe. Item, concidit vultus; quia non poteſt invidus bono oculo gratiam in alio reſpicere; quoniam oculis ægris lux eſt odioſa: Et ideo à verò lumine reprobantur.

Oculis egris lux eſt odioſa

Aquila proijcit pullos.

459 Sicut Aquila proijcit pullos, qui non rectè poſſunt intueri rotam ſolis; ſic Dominus reprobavit Saulem, quia invidit David. Vnde in primo libro Regum 18. *C. Non rectis oculis Saul aſpiciebat David*: Propter quod reprobavit eum Dominus. Vnde Samueli oranti pro eo, ait: Vt habetur in 1. Regum 16. *A. Noli orare pro eo; quia ego abieci eum.* Quia tanquam pulvis degeneravit, gratiam Dei in alterutrum non potuit intueri.

1. *Regum* 18. *C.*

1. *Regum* 16. *A.*

Invidus invidia corroditur intus, & extra;
Invidus alterius marceſcit rebus opimis
Infelix eſt ergo invidia, quæ quod alijs
Videt eſſe impenſum, ſibi putat eſſe ſubtractum.

℣.

460 De hoc vitio ſuper illum locũ ad Galatas 5. *C. Manifeſta ſunt opera carnis*; dicit Aug. *Cum per omne vitium, antiquus hoſtis virus humano cordi infundatur, Zelotum invidię tota viſcera ſerpens incutit, & in hac imprimẽda malitia peſtem novit.* Item Ciprian. *Zelus iſte modum non habet, permanens iugiter ſine fine, cum alia vitia finiantur.* Quanto illi, cui invidetur, ſucceſſu meliori fuerit; tanto invidus, in maius incendium livoris ignibus inardeſcit. Huic vultus minax; toruus aſpectus; palor in facie; tremor in labijs; ſtridor in dentibus; verba rapida, & effrenata; convitia; manus ad violentiam prompta. Et licet gladio ſit vacua interim; odio tamen furitate mentis eſt armata.

Galatas 5. C. NOTA. Auguſtin.

Ciprian.

NOT. A. Invida quos effectus afferat.

461 Hoc eſt crimen peſsimum de quo Joſeph fratres ſuos accuſavit. Vt legitur in *Geneſ.* 37. *A.* Quod invidentes fratres Joſeph, eo quod à Patre plus cunctis amaretur; oderant eum, nèc poterant ei quidquã pacifice loqui. Contra quemlibet invidum dicit Dominus. Matth. 20. *B An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Aut non licèt mihi quod volo, facere?* Quaſi diceret; Si ego, qui ſum omnipotens mundum ſecundum voluntatem meam diſpono: Huic do maiorẽ pulchritudinẽ; alij maiorem ſapientiam; alij eloquentiam; alij divitias; quid ad te? Nunquid potentiam meam vis impedire, aut diſpoſitionem meam vituperare? Eccleſiaſt. 14. *A. Nequam eſt oculus lividi, & avertens faciem ſuam, & deſpiciens animam ſuam.* Invidia, vt dicit, eſt peccatum, quod nèc hic, nèc in futuro dimitte-

Geneſ. 37. A

Matth. 20. B.

Eccleſ. 14. A.

Invidia, quod peccatum ſit.

mittetur; quia vſus eius permanet in ſæculum ſæculi. Vſus fornicationis, & talium peccatorum in inferno non erit, ſed invidus ſemper bonis alterius invidetur. Benignitas eſt id, quod magis invidiam extinguit.

Benignitas exemplum de invidia.

462 Contigit, quod quidam Abbas contulit cuidam ſancto licentiam habitandi in quodam domicilio, aliquantulum ab Abbacia remoto: Veniebant plures ad eum, quam ad Abbatem, quoniam Dominus maiorem gratiam ei contulerat: Quod audiens Abbas, & invidens, miſsit ad eum quendam Monachum, qui diceret, quod Abbas veniret, vt eum expelleret: Monachus dixit bono viro; quod Abbas, eum videre, veniret: Bonus autem vir gaviſus ſurrexit, & obviam ivit Abbati: Et cum à longe videret Abbatem, & honoraret humilitatem, cecidit in terram, vt Abbatem honoraret: Videns ergo Abbas nimiam benignitatem, & humilitatem eius, baculum, cum quo propoſuerat eum expelere, à ſe proiecit, & bonum virum benigne ſalutavit, & in eodem domicilio habitare permiſsit. Nam vt dicit Salomon in Prover. 15. *A. Reſponſio molis frangit iram: Sermo durus ſuſcitat furorem.* Sic opus humile iram frangit.

Proverb. 15. A.

De oculo cupido. Eccleſiaſticus 14. A.

463 Oculus eſt cupidus, qui omnia cupit, de quo in Eccleſiaſtico 14. *A. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: Non ſatiabitur donec conſumat arefactens animam ſuam.* Optime dicit, inſatiabilis: Nã, da militi res iſtius pauperis, addas poſſeſsiones alterius; nunquã dicet, ſufficit. Da vſurario villas; campos; pecunias; Da Clerico prebendas, & dignitates; numquam dicet, ſufficit; nec ſatiabitur donec perficiat in iuſtitiam, vt, plus acquirat. Hic arefacit animã ſuam, ſicut aranea, quę totam ſe eviſcerat, vt telam faciat, & muſcas capiat. Unde Iſaias 5. *B. Væ qui coniungitis domum ad domũ, & agrum agro copulatis, vſque ad terminum loci: Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ?*

Vſurarius, ſeu avarus nunquam ſatiatur divitijs.

Iſaiæ 5. B.

464 Tria mala fatiunt divitiæ dilectoribus ſuis: Ipſos confundunt; teſtimonium contra ipſos perhibebunt; & quaſi ignis ipſos comburent. Habacuc 2. *B. Væ qui congregat avaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali.* Ad hoc enim congregantur divitię, vt alijs in divitijs valeant præminere. Sequitur in Habacuc 2. *C. Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos, & peccavit anima tua; quia lapis de pariete clamabit: Et lignum, quod inter iunturas ædifitiorum eſt, reſpondebit.* Non poſſet eſſe maior confuſio tua in domo, quam ſi non eſſent alij teſtes, qui contra te impium clamarent.

NOTA: Divitiæ faciunt tria mala dilectoribus ſuis.

Habacuc 2. B.

Habacuc 2. C. Contra arrẽdatarios.

465 Lapis tantum dicet, in domo, vſurario: Tu me hic collocaſti de lacrymis; vſuris, & rapinis pauperum. Et lignum, quod inter iunturas ædifitiorum eſt, ita etiam reſpondebit. Nec tantum teſtimonium perhibebunt contra vſurarios; ſed etiam contra illos, qui de rapina; fraude; dolo, divitias acquirunt, aut poſſeſsiones; Sicut ſunt milites: Arrendatores exactionum: Mercatores, & cæteri. Item, teſtimonium perhibebunt contra illos, qui vident pauperes indigere, & de ſubſtantia ſua nolunt eis ſubvenire: Plerique enim dicunt: Furtum non facio: Neminem defraudo, quod meum eſt retineo. Reſpondeo tibi, frater, quod non ſufficit: Nam debes, paſcere fame morientem, quod ſi non paſcueris occidiſti. Hieronymus: *Aliena rapere convincuntur, qui vltra neceſſaria retinere comprobatur.*

Paſce fame morientem, &c. Hieronym. NOTA.

466 Item, omnia ſunt communia, id eſt, in tempore neceſsitatis communicanda, quia invito domino; ſcilicet, paupere; contractat rem alienam. Item, de alijs teſtibus, & igne comburente dicit Iacobus in Catholica 5. *A. Agite nunc divites, plorate vlulantes in miſerijs veſtris, quæ advenient vobis. Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt; & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum & argentum veſtrum æruginavit; & erugo eorum in teſtimonium vobis erit; & manducabit carnes veſtras ſicut ignis: Theſaurizatis vobis iram, in noviſsimis diebus.* His pravis ocu-

Iacob. 5. A.

De oculis columbinis.

lis extinctis, debet ſponſa, videlicèt, quælibet fidelis anima, habere oculos columbinos, vt non reſpiciat vetitum; Vt omnia ſimpliciter intueatur, ſine plica laſciviæ, & elationis; ſine plica invidię, & cupiditatis. Sequitur.

VERS. XV.

ECCE TU PVLCHER ES DILECTE mi, & decorus.

De comendatione ſponſæ ad ſponſum: Et ſponſi ad ſponſam. Amicitia bona eſt.

467 SPonſus, & ſponſa ecce ſe mutuo commẽdant. Tùnc enim amicitia bona eſt, quando vterque placèt alteri. Si vere aliquem diligis, omnia quæ facit, aut loquitur, placent tibi. Itaque omnia, quæcunque facit, quæcunque dicit, dulcia ſunt, pulchra ſunt, & honeſta tibi. Igitur omnia, quæcunque facit, aut loquitur ſponſus, placent, & pulchra ſunt ſponſæ. De cuius pulchritudine in libro ſapientiæ 13. *A. Neque operibus attendentes agnoverunt quis eſſet artifex: Sed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſolem, aut lunam, rectores orbis terrarum Deos putaverunt: Quorum ſi ſpecie delectati, Deos putaverunt: Sciant quanto his dominator eorum ſpetioſior eſt, ſpeciei enim generator hæc omnia conſtituit.* Quaſi diceret; ex quo creatura ita pulchra eſt; multo amplius ipſe creator. Eccleſiaſtes 11. C. *Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem.* Quod non de ſole æthereo intelligitur, qui nocet oculis; ſed de Sole Chriſto vincente iſtum ſolem.

Sapientia 13. A.

Eccleſiaſtes 11. C.

Philipen. 3. B.

468 Apoſtolus ad *Philipen.* 3. *B.* Iſtum ſolem iuſtitiæ deſiderans videre, omnia alia detrimenta iudicavit, & in comparatione dulcedinis, & pulchritudinis Chriſti omnia, vt ſtercora reputavit. Scientiæ ſęculares, philoſophicę diſciplinæ, ſunt detrimenta, ne pulchritudo Dei cognoſcatur. Quoniam qui diu legit Ariſthotelem, dùm Aſtrorum, Lunæ, & motum planetarum conſiderat: Poſſet interim in verbis Salvatoris ſtudere, circa Deum, qui eſt ſuper Cælos philoſophari; talem devotionem, & cogitationem acceptare, vndè Regnum Cælorum ſibi poſſet promereri. Ad Philipenſes 3. *B. Exiſtimo omnia detrimentum eſſe, propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei: Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifatiam.* Quoniam ſæculares curæ, & officia ſunt impedimenta, ne Chriſtus videatur. Gregor. *Qui terrenis curis ſe implicant; à Dei amore ſe ſeparant.* Idem, *Nequaquam notitia interna conſpicitur, niſi ab extrema implicatione ceſſetur.*

NOTA. Scientiæ ſæculares.

Philipenſes 3. B.

Sæculares curę.

Gregor.

469 In *Geneſ.* 28. *B.* Legitur; quod Iacob in itinere ſtuduit civitatem intrare; ſed lapidem ſuppoſuit ad caput, & dormivit. Quia vir iuſtus tumultuoſam vitam fugit, ſed lapidem ad caput ponit, quando menti Chriſtum coniungit. Gregor. *In itinere dormire, eſt in hoc præſentis vitæ tranſitu à rerum temporalium amore quieſcere:* Suaviter dormit, qui Chriſtum menti coniungit. Suaviter vere poteſt dormire; ſuaviter vivere; ſuaviter mori, qui tam pulchrum ſponſum inter brachia tenet, qui frequenter per ſpeculum hunc ſponſum videt, quoniam hi facie ad faciem Deum videbunt. Quod ipſe nobis præſtare dignetur, amen.

Geneſ. 28. B.

Gregor. in moral. Iob. lib. 5. cap. 21. Dormit ſuaviter.

LECTULUS NOSTER FLORIDUS.

De lecto comparato conſcientiæ hominis: Vel de lecto malæ conſcientiæ. Pſal. 45. A. V. 755.

470 LECTVS eſt inquo infirmus laborat, & ſanus quieſcit. Hæc eſt conſcientia, in qua torquentur, qui in infirmitate culpæ detinentur. Vndè in Pſalmo 45. *A. Adiutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.* Ibi inmẽa Gloſa dico; Non eſt maior tribulatio, quam peccatum in conſcientia, quia tunc, mus eſt in pera, ignis in gremio, ſerpens in ſinu, qui male remunerant hoſpites ſuos. Tunc venenum eſt in cipho: Clavus in oculo: Mors in olla: Latro in camera: *Prover.* 25. *D. Numer.* 32. *G.* 4. *Regum* 4. *G.* Et vere Diabolus in corde; vndè omnia mala exeunt, tam in ſermone quam in opere, quoniam de corde exeunt, furta, homicidia; &

Prov. 23. D. Num. 33. G. 4. Regum 4. G.

& cætera mala. Tùnc dicitur homo impręgnatus à Diabolo. Vndè in Pſalm. 7. B. *Ecce parturijt iniuſtitiam ; concepit dolorem , & peperit iniquitatem.*

Pſalm. 7. B.

Diabolus impregnat.

471 Ordo prępoſterus, quia priùs impius concipit dolorem ; id eſt ; peccatum quod dicitur ab effectu dolor ; quia vel facit hic dolere per pęnitentiam ; vel in futuro per pœnam æternam. Secundo parturit, quando laborat, quod concipit, ad implere opere. Tandem parit iniquitatem ; quando ipſum peccatum perpetrat. Item ; quos filios parit, dicit Iſaias 59. *A. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem : Ova aſpidum ruperunt, & telas aranęæ texuerũt.* Quãdo inforni catione, vel ad mortale conſentis; tùnc Diabolus te impręgnat. Parturis , quando feſtinas, ſivè laboras ad implere. Paris, cum opere conſummas peccatum , ſivè perpetras. Sequitur in Iſaia. *Qui comederit de ovis eorum , morietur : Et quod confotum eſt , erumpet in regulum.*

NOT. A.

Iſaias 59. A.

472 De ovis talium comedit, qui videns alium peccare, exemplo eius in conſimile opus conſentit. Ecce quod duobus nominibus vocat opera impiorum , quia vel ſunt telæ aranearum , vel reguli peſsimum genus ſerpentis. Telas aranearum ordiuntur , qui ad vanitatem mundi operantur. Si loquęris; ſi cibos diſtribuis , vel ſi pro mundi gloria operaris ; totum eſt tela aranearum. Et quando venient frigora nivium de Cælo ; frigora aquarum de inferno ; non magis poteris te operibus tuis cooperire, quod telis aranearum : Quia ſicut ventus tollit telas aranearum : Ita ventus vanæ gloriæ omnia bona diſsipat.

Ordiuntur telas aranearum.

473 Item , cum quis furtum, fornicationem facit , vel fraudem: Regulum , ſivè baſiliſcum parit. Et quot culpæ mortales , tot erunt ſerpentes. Cum venerit impius ante tribunal iudicis , quæ enxenia Deo pręſentet , non habebit , niſi ſinum plenum ſerpentibus. Væ impio in malum , quando aperiet ſinum ſuum , & infinitos ſerpentes monſtrabit ; qui in faciem inſilient, & totum corpus impij corrodent.

NOTA. Quot culpæ mortales.

Bene poteris gaudere fornicator, qui cum fornicationem perpetras; ſerpentes peſsimos generas , qui carnes tuas perpetuo corrodent. Opprobrium ſempiternum eſſet mulieri ; quæ loco parvuli pareret ſerpentem. Sed quilibet impius, cum mortale perpetrat , ſerpentem parit. Igitur ſemper confundatur; ſemper erubeſcat, non quia ſemèl; ſed quia multotiens à Diabolo impregnatur, & tales ſerpentes parit.

Impius parit ſerpentem.

474 Lectulus autèm , in quo ſanus quieſcit , eſt conſcientia bona. Iſte lectulus eſt virtutibus ornatus , floribus bonorum operum reſperſus. Multum poteſt gloriari qui habet bonum lectulum; hoc eſt; bonam , & quietam conſcientiam; quoniam , vt dicit Apoſtolus. 2. *ad Corint.* 1. *C. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimoniũ cõſcientiæ noſtrę.* Iſte lectus eſt domus Domini : Tronus Dei : Templum Salomonis : Cælum altiſsimum. Undè in libro *Sapientię.* 8. *C.* Dicit Dominus : *Intrans in domum meam ; conquieſcam cum illa ; non enim habet amaritudinem converſatio illius , nèc tædium convictus illius, ſed lætitiam, & gaudium.* Hæc eſt Arca Noè , in qua debemus quieſcere à diluvio tribulationis mundanæ. Vndè Lamech ; *Geneſis* 5. *D.* Genuit Noè; id eſt , diſciplinam requiem ; quoniam Lamech interprætatur percutiens , quod eſt proprium diſciplinæ: Noè dicitur requies ; quæ tunc naſcitur , quando mens ab exterioribus per diſciplinam coercetur.

De lectulo bono ornato flore triplici: vel delectulo bone conſciẽtiæ.

2. *ad Corint.* 1. *C.*

Sapientia 8. *C.*

Geneſ. 5. *D. Lamech interprætatur percutiens. Noe dicitur requies.*

475 Hic eſt Noe, qui conſtruit Arcã; id eſt , ædificat bonam conſcientiam. Animalia irrationabilia ponit in inferioribus ; homines , & volatilia in ſuperioribus, quia motus carnales ſubijcit; ſpirituales ſuperponit. Homines dicuntur volatilia , quia volucres cæli volant in Cælum aereum. Volucres ſignant contemplatores , qui pennis virtutum ſe debent vibrare in ãltum. Aves enim cæli volant, in Cęlo aerco , ſed homines volant alis , quæ ſunt ieiunium, & eleemoſyna, ſuper Cælum aereum , æthereum , ſidereum , vſque ad Empirium. Licèt homo omne hoc non videat ; per

Homines dicuntur volatilia.

Volucres ſignant contemplatores.

fidem tamen contemplando, per ieiunia,& orationes, & eleemoſynas intelligat. Si autem inundaverit diluvium carnis; vir iuſtus intrat arcam mentis; & licèt circunfluant torrentes iracundiæ; fluenta luxuriæ; voragines gulæ; licèt ebulliant fontes delectationum; tamen vir iuſtus in arcam ſecurius intrat; clauſo à foris ſilentij oſtio; vbi non murmur reſonat; non quærimonia; ſed corde tacito, mens bene conſcia.

Quod iſte lectus comparatur beatæ Virgini; vel mulieri amictæ Sole. Apocal. 12. A

476 Hic eſt lectus, qui dicitur delertus: In quo mulier quievit à facie draconis, per tempus,& tempora, & dimidium temporis. *Apoc. 12. A. Mulier amicta Sole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim: Clamabat parturiens,& cruciabatur, vt pariat; & ecce draco magnus, & rufus ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cum peperiſſet, filium eius devoraret.* Mulier hæc eſt Sancta Eccleſia Sole amicta; id eſt; divino auxilio protecta: Luna; id eſt: Temporalia ſũt ſub pedibus eius, quia ea vilipẽdit: Corona in capite ſtellarum duodecim; id eſt; doctrina duodecim Apoſtolorum informata: Hæc clamat per prædicationem; cruciatur per compaſsionem, vt pariat filios iuſtitiæ: Draco magnus,& rufus, eſt Diabolus; ſtat ante mulierem, vt partum devoret, quia quando quis, per prædicationem relictis vitijs ad Deum convertitur: Pharao contemptus ſurgit in ſcandala; & draco innititur partum, per aliquod mortale, devorare. *Sed mulier peperit maſculum: Et datæ ſunt mulieri alæ duæ Aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum, in locum ſuum, vbi alitur, per tempus,& tempora, & dimidium temporis à facie ſerpentis.*

Mulier amicta ſole eſt ſancta Eccleſia.

Draco magnus, & rufus eſt Diabolus.

De duobus alis comparatis duobus ordinibus: Scilicèt: Predicatorum: Et minorum.

477 Iſte duæ alæ, duo ſunt ordines, prædicatorum; ſcilicèt,& diſcalceatorum; quæ ſunt alæ Aquilæ. Aquila inter alias aves ſola, irreverberatis oculis ſolem intuetur. Iſti enim duo ordines; campos; vineas; domos, & prædia; tamquam detrimenta; aliter: Impedimenta, reliquerunt, vt radijs irreverberatis ſolem iuſtitiæ per ſpeculum ſcripturæ valeant contemplari. Et per has duas alas Eccleſia volat indeſertum animi, non eremi; in lectum quietis à facie draconis, id eſt: ne per Diabolicas ſuggeſtiones devoretur. Sequitur in Apoc. 12. D. *Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tanquam flumen: Et adiuvit terra mulierem, & aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen, quod miſit draco de ore ſuo.* *Apocal. 12. D*

478 Serpens poſt hanc mulierem ſic volantem, mittit flumen; id eſt, temporalia, quę more fluentis aquę tranſeunt; quoniam plerique audita prædicatione, & viſa auſteritate vitæ prædicatorum; Campos; vineas; decimas; & oblationes, eis offerunt: Sed terra; id eſt; terreni; ſcilicèt; Canonici ſeculares; ſacerdotes; Monachi; terram diligentes, abſorbent aquam; id eſt; recipiunt omnia temporalia; quia non permittunt eis, niſi aliquas decimas, oblationes; & cætera recipiunt. Et ita terra ſuccurrit mulieri, licèt videatur, adverſari. Si enim prædicti ordines ocupati eſſent temporalibus; pulvis in oculis eorum proijceretur, ita quod non poſſent intendere in cæleſtibus: Quia vt dicit Ieremia 13. *A. Lumbare computruit in fluvio Euphrates.* Lumbare eſt reſtrictio religionis: Euphrates interprætatur frigifer, & ſignat affluentiam temporalium, quia vera religio in abundantia temporalium corrumpitur.

Euphrates interprætatur frugifer.

479 Vndè conquæritur Iacob. *Geneſis 48. B. Ingrediente me in Ephrata mortua eſt vxor mea Rachel.* Rachel interprætatur videns Deum, & ſecundum hoc ſignificat contemplationem. Item, interprætatur ovis, ſecundum hoc ſignificat innocentiam. Et ſic poteſt dicere clauſtralis: Ingredienti in Ephrata, id eſt; rerum temporalium abundantiam; quia Euphrata interprætatur fornicatio; eſt mortua contemplatio; mortua eſt innocentia; mortua eſt Rachel; id eſt; ovis. Quid igitur fecerunt de ove mortua, Pellem retinuerunt, & pedem vendiderunt; quia Monachi adhùc retinent cucullam Benedicti: Canonici, ſuperpellitium Auguſtini: Sed iam innocentiam Benedicti,& contemplationem Auguſtini amiſerunt. Iam

Geneſ. 48. B.

Rachel interprætatur videns Deum: Et Ovis.

Euphrata interprætatur fornicatio.

480 Iam ſpecula librorum claudiuntur, in quibus creatorem ſuum deberent contemplari : De quotidianis expenſis, de obligationibus, & decimis ; campis ; vineis; domibus edificandis, totus ſermo in monaſterijs verſatur,& Eccleſijs. Tamen à pelle ovina cavendum eſt. Vndè veritas in Evang. Matth. 7.C. *Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, & cætera* : Si habitum portat Monachus Benedicti, & libenter de donarijs loquitur, libenter recipit, iuſte,& iniuſte congregat ; roſtrum habet lupinum. Ergo ovis eſt mortua, & lupus induitur pelle ovina. Ideò neceſſe fuit quod duæ alæ darentur Eccleſiæ ne aſſumine temporalis abundantiæ abſorberetur.

NOTA. Matth.7.C.

Monachi cupidi roſtrum habent lupinum. Lupus induitur pelle ovina.

481 Pharao,vt legitur in Exodo 1.*B.* Tribus modis perſequebatur filios Iſraèl. Primo oppræſsit eos, faciendo illos laborare,& domus edificare. Sed quanto magis opprimebantur;tanto magis multiplicabantur. Poſtea fecit venire Sephoram,& Phuam,vt omnem maſculum interficerent. Sed nèc ſic magnum paſsi ſunt detrimentum. Tertio fecit omnes maſculos proijci influmen, & hoc graviſsimum fuit detrimentum ; quia plerique perierunt. Sic Diabolus, quem ſignificat Pharao, primo perſecutus eſt Eccleſiam, per oppræſionem Martirum;ſed quanto magis opprimebantur ; tanto magis multiplicabantur ; quia per miracula vnius Martiris, multi ad fidem converſi ſunt;& ſic domos Eccleſiæ ędificaverunt.Item videns Diabolus,quod ſic non poterat prævalere ; ſuſcitavit hæreticos,qui per Sephoram,& Phuam intelliguntur ; ſed nèc ſic multo obfuit.

De triplici perſecutione malorum in bonos : Uel de tribus perſecutionibus Diaboli; contra animam.

Pharao ſignificat Diabolum.

482 Vltimo ; ſcilicèt ; nùnc in diebus noſtris fecit proijci maſculos in flumen ; id eſt ; in temporalium affluentiam,qui iamMonachi; Canonici, & Prælati terris ; vineis; redditibus ; divitijs, & vitijs abundant; & in eis delectando, & principaliter curando, ſubmerguntur, & publicantur grandævi;& facta eſt veritas in oblivione. Sed, propter mendatium lux corruit in plateis, quod veritas, & æquitas nō patuit; id eſt; veritas doctrinæ, & vitæ, & ille,qui ait; *Ego ſum via, veritas, & vita. Ioannes* 14. *A.* Traditur oblivioni propter temporalia, quę ſunt mendatia. Quiâ ! *Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. Pſal.* 143. *D.* Dicunt enim ſummam beatitudinem, cum quis in dignitatibus, & divitijs abundare ; & mentiuntur.

Lux corruit in plateis.

Ioann.14. A.

Pſal.143. D

483 Quoniam Pſalmus 143.*D. Beatus populus, cuius Dominus Deus eius* : Ideò vt legitur in Apocal.16. *C. Sextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Euphratem : Et ſiccavit aquam eius, vt præpararetur via Regibus ab ortu ſolis.* Sextus Angelus,eſt,Filius Dei, magni conſilij Angelus, qui venit in ſexta ætate, & effudit phialam prædicationis : De qua precipue tria flumina exierunt, quæ fluvium Euphratem deſiccaverunt. Tria flumina ſunt ; paupertatis ; caſtitatis, & obedientiæ : Rivum paupertatis Chriſtus effudit. Vndè Matth. 8. *C. Vulpes foveas habent; & volucres cæli nidos : Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet* ; quia non dixit ſe pauperiorem hominis; Immò beſtijs, & avibus; quia in toto mundo non habuit vnicum domicilium,vbi caput reclinaret.

De Angulo ſexto;id eſt; Chriſto, vel quod Deus exicavit abũdantiam delitiarum: Pſal.143. D. Apocal.16.C. Angelus ſextus eſt filius Dei. Flumina tria ſunt,paupertatis caſtitatis, & obedientiæ. Matth.8.C.

484 Alius Rivus eſt, caſtitatis: Quoniam vt dixit Pſalm.17.*C. Deus meus impolluta via eius* ; Quia vis Chriſti nulla luxuria, nèc motu luxuriæ fuit polluta. Tertius motus fuit obedientia, quoniam *Fuit obediens Patri vſque ad mortem, mortem autem crucis ; ad Philipenſes* 2. *B.* Rivo paupertatis deſtruxit temporalium abundantiam, in qua eſt avaritia.Rivo caſtitatis, deſiccavit fluxum incontinentiæ, inqua eſt luxuria.Rivo obedientiæ,deſiccavit,ſivè deſtruxit rivum ſupervіæ,quæ nulli vult ſubeſſe, & omnibus præeſſe. Iſta tria ſunt ſubſtantia cuiuslibet ordinis ; ſcilicèt ; paupertas voluntaria ; continentia, & obedientia. Sed quomodo fluvius flumen deſiccavit?Hoc modo;Aliquis patitur ſuperfluitatem humorum,& ad deſiccandum humorem excedentem, datur ei potus laxativus, & flumen fluvium deſiccat ; Sic virtus vitium enervat.

Pſal.17. C.

Philipenſ. 2. B.

NOTA. Subſtantia cuiuslibet ordinis. Fluvius fluvium deſiccat, & quomodo.

Iſte

15 Iſte Angelus phialam ſuam ſic effudit, vt flumen Euphratem deſiccaret, vt præpararetur via Regibus; Id eſt; Apoſtolis, & Apoſtolicis viris, qui totum mundum Rexerunt; & hoc ab ortu ſolis; Venerunt enim à Sole Chriſto, & per totum mundum ambulaverunt. Sed poſtea proiectus eſt pulvis in oculis Prælatorum, ita quod poſt poſito zelo, in terram reſpexerunt; quia poſtquam Eccleſia fuit divitijs ditata; excęcati earum cupiditate, reſpitiunt magnopere ad eas augendas, & ad amplificandam, cum eis, dignitatem: Parum, aut nihil attendentes, ad religionem propagandam. Vndè eadem die, qua Conſtantinus primo Eccleſiam his temporalibus ditavit; audita eſt vox in cælo dicens. Hodie venenum infuſum eſt in Eccleſia: Maior efecta eſt dignitate; ſed minor religione. *Vndè Iſaias 3. A. Dabo pueros principes eorum; & effeminati dominabuntur eis.*

Divitiæ excæcant.

NOTA. Vox de Cælo audita.

Iſaias 3. A.

486 Puer plus curat de pomo, quam de cælo. Pomum rotundum eſt, & volubile, & cito putreſcit. Pomum ergo ſunt temporalia, quæ ſunt volubilia, & cito tranſeunt, & cito putreſcunt: Et tamen Prælati noſtri temporis talia poma magis curant, quam cæleſtia, propter quod pueri dicuntur. Ideò ſunt effeminati; quia ardua, & fortia opera Domini relinquunt: Quæcunque verò ſunt mollia, & ſuavia carnique placentia, ſectantur, & huiuſmodi in Eccleſia dominantur. Ideò ſequitur in Iſaia ibi: *Et irruet populus.* Quoniam, vt dicitur in Eccleſiaſtes 10. *Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt.* Item, Iſaia in eodem; Et. *B. Ruit enim Ieruſalem, & Iudas concidit.* Ieruſalem interpretatur viſio pacis, & ſignat clauſtrales, qui deberent eſſe in viſione pacis, per contemplationem. Sed quia mundum ruentem ſequuntur; cum mundo ruunt.

Puer plus curat de pomo, quam de cælo. Pomum ſunt temporalia. Prælati cupidi ſunt pueri Prælati ſunt effeminati.

Iſaia 3. A.

Ieruſalem interpretatur viſio pacis. Eccleſiaſtes 10. C. Iſaia 3. B. Iudas interpretatur confeſsio.

487 Iudas interpretatur confeſsio, & ſignat ſæculares, quibus propter diverſa peccata, neceſſaria eſt confeſsio. Sed Iudas concidit, quia in mundanis cadentibus confidit. Ideo Dominus miſertus plebis ſuæ, ſuſcitavit Prædicatores, & Deſcalciatos, qui viam Apoſtolorum ſequęrentur. *Vndè Amos 9. C. In die illa ſuſcitabo tabernaculum David, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea que corruerant inſtaurabo; & reędificabo illud ſicut in diebus antiquis*; id eſt; ſicut in diebus Apoſtolorum. *Et Iſaias 1. G. Reſtituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus.* Item, in lege dicitur ſic: Levitici. 26. B. *Comedetis vetuſtiſsima veterum, & vetera novis ſupervenientibus proijcietis.*

Amos 9. C.

Iſaias 1. G. Leviticus 26. B.

488 Vetuſtiſsima veterum, ſunt; vita, & mores Apoſtolorum: Nova ſunt Prædicatores, & Deſcalciati. Vetera ſunt Prælati, qui circa paleas, quas res Eccleſiæ vocant, ſunt intenti. Sed vetera hęc proijcies, & vetuſtiſsima veterum; id eſt; vitam & doctrinam Apoſtolum debetis imitari, & in eis quaſi in cibo dulciſsimo refici. Iuſti igitur, & imitatores iuſtorum volant per deſertum animi, & ibi morantur, per tempus, & tempora, & dimidium tempus. Dicitur quod Chriſtus prædicavit tribus annis, & dimidio: Hoc eſt; quandiù quis in Evangelica doctrina nutritur: Tùnc, per tempus, & tempora, & dimidium tempus, in deſerto animi à facie devotionis moratur: Quia ſecurus à Diabolica tentatione efficitur, qui in ſcripturarum meditatione converſatur. Tùnc homo in lecto florido qui eſcit.

Vetuſtiſsima veterum ſūt &c. Nova ſunt prędicatoris, & diſcalciati. Vetera ſunt Prælati. Iuſti volant, &c.

Chriſtus quot tempus prædicavit.

489 Eſt autem lectus ferreus; eburneus, & ligneus. Primus eſt, obſtinationis: Secundus eſt, caſtitatis: Tertius eſt noſtrę redemptionis. Deferro: in *Deut. 3. B. Solus Og Rex Baſam reſtiterat de ſtirpe gigantum Monſtratur lectus eius ferreus, qui eſt in Rabbath filiorum Ammon.* Og interpretatur congregans; ſivè turpido; & ſignat illos, qui omnia, quę delectant; omnia, quæ Deo ſunt turpia, in ſe coartant. Qui cum delicatis cibarijs fuerunt ſatiati, delectant paſsibus ad vicos, ad ſpectacula, ad loca amena cauſa delectandi tranſire. In veſpere iuxta ignem ſtudent, qualiter pulchra peccata poſsint, ſe inebriando; gurgitando; iocando; clamando; in

De triplici lecto primo malo: Alias bonis vel lecto ferreo: Eburneo: Lsgneo. Deuter. 3. B. Og interpretatur congregans ſivè turpido.

in ventrem animæ congregare. In nocte, turpiſsima in lectis committunt; fatigati dormiunt vſque ad primam. Poſtea ſurgunt, & gruniunt more porcorum, vbi & quomodò melius poſsint ventrem implere: Fraudes: Mendacia: Periuria perpetrare, vt diuitias acquirant, vt carnem ſuam bene procurent.

490 Iſti ſunt in lecto ferreo abominationis. Vndè *in Apocalip. 2. F. Ponam Iezabel in lectum.* Iezabel interprætatur ſterquilinium, & ſignat impios: Immundos per conſuetudinem induratos, qui ſunt ſterquilinia Diaboli: Quia ſicut omnes ſordes proijciuntur in ſterquilinium; ſic immundus omnes ſordes peccatorum, quas Diabolus in eum proiecit; recipit: Et tùnc quatriduanus eſt, & fætet. Nullum eſt vilius ſterquilinium in mundo, quam ſterquilinium Diaboli. Credo enim, quod vnus vſurarius, vnus impius, ſicut ſterquilinium fætidiſsimum; totum infernum fætere faciet. *Iſaias 34. A. De Cadaveribus eorum aſcendit fætor.* Angelus Domini præcepit cuidam eremitæ, vt veniret, & quendam quatriduanum ſepeliret: Monſtravit ei cadaver, quod fętebat, & eremita nares tenuit.

Apocalip. 2. F. Iezabel interprætatur ſterquilinium

Iſaias 34. A. Exemplum de erenita,

471 Tranſivit indè pulcher domicelus, & Angelus nares ſuas tenuit; dixit que eremita: Quare nares tenes? Nunquid fætent tibi cadavera? Et ait: Non fætent nobis huiuſmodi: Sed iſte domicelus plenus immunditijs peccatorum plus fætet mihi quam omnia cadavera putridiſsima fæterent tibi. Iſte lectus eſt Rabbath filiorum Ammon. Rabath interprætatur, multum temporis, quoniam letus obſtinationis eſt; ex eo quod impius, per multum temporis peccavit; & tale tempus eſt filiorum Ammon, quod interprætatur populus inutilis. Talis enim populus ad nihilum eſt vtilis, niſi ſicut ſarmenta ad comburendum. Si ergò videris, quod nèc timore; nèc amore voluerit impius converti; noveris quod in lecto ferreo detinetur, & à Dæmonibus in lectum inferualem portabitur: Cuius culcitram & coopertorium diſcribit *Iſaias 14. C. Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.*

Rabbath interpretatur multum temporis.

Ammon interprætatur populus inutilis.

NOTA.

Iſaias 14. C.

492 Lecti eburnei ſunt Eccleſiæ in caſtitate fundatæ. Vndè per Salomonem dicitur domus eburneæ. *Mirrha, Et gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis: Ex quibus delectaverunt te filiæ Regum in honore tuo: Pſal. 44. C.* Mirrha eſt amaritudo mortificationis luxurię. Gutta, purgatio inflationis ſuperbiæ: Caſia, quæ creſcit in locis humantibus, eſt baptiſmus, qui dat ſtatum inocentiæ. Hæc ſpirant in veſtimentis; id eſt; in Sanctis: Et hoc, à domibus eburneis: id eſt, Eccleſijs candore caſtitatis præfulgidis.

De electo eburneo.

Pſalus 44. C. Mirrha. Gutta. Caſia.

493 Veruntamen, quidam Clerici, in his lectis eburneis laſciviunt; de quibus: *Amos 6. A. Qui ſeparati eſtis in diem malum: Et appropinquatis ſolio iniquitatis: Qui dormitis in lectis eburneis; & laſcivitis inſtratis veſtris.* Clerici enim cum deberent in Eccleſijs caſte vivere, & temperate; magis luxuriantur, magis ſe ingurgitant, magis ſuperbiunt, quam laici. Tales ſignificantur, per Ruben. *Geneſ. 49. A.* Qui primogenita amiſsit, quia polluit lectum patris ſui. Lectus patris noſtri eſt Eccleſia. Sed perverſi Prælati, perverſi Clerici, qui beneficia Eccleſiaſtica recipiunt, vt bene comedant; bene bibant; & concubinas de oblationibus ſuſtentent; lectum patris ſui; ſcilicèt, Sanctam Eccleſiam coinquinant. Et ideò Iacob cum debuiſſet benedicere Rubem ait. *Effuſus es, ſicut aqua, non creſcas: Quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.*

DeClericis indignis qui Eccleſiam polluunt. Amos 6. A.

Geneſis 49. A.

Lectus patris noſtri eſt Eccleſia.

494 Sic Dominus cum deberet iſtos benedicere; maledicet, in die iudicij dicens: Effuſus es, vt aqua, quia aqua ſemper fluit ad loca profunda; ſic huiuſmodi Clerici fluunt ad locum profundiſsimum inferni. *Sequitur in eodem Amos 6. B. Qui canitis ad vocem pſalterij: Sicut David putaverunt ſe habere vaſa cantici: Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: Et nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.* Id eſt, ſuper hoc quod

Amos 6. A.

quod anima fidelis à Dæmonibus conteritur. Nam quod ſi Dæmones animam aſportent, dùmmodò lac & lanam habeant; non curant. Nèc ſufficit eis vnam Eccleſiam maculare; ſed multas.

Abſalon ſignat Prælatos avaros.

2. Regum 16. D.

495 Tales ſignantur per Abſalonem cui Achitophel conſiliatus eſt, vt habetur. 2. Regum 16. D. Dicens: *Ingrèdere ad concubinas patris tui; vt cum audierit Omnis Iſrael, quod fœdaveris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.* Et fecit ſic. Achitophel ſignat Diabolum, qui dat conſilium Clericis, vt plures Eccleſias, plures prebendas recipiant, male vivendo & male expendendo polluant. Nèc tantum dicuntur fœdare lectum; ſed etiam ipſum David. Vndè Dominus per *Ezechi. 22. F. Coinquinabar in medio eorum.* Quia quantum in ipſis eſt, Deus, qui ſemper immpollutus, polluitur, quoniam ex beneficijs Eccleſiæ pollutæ vivunt.

Achitophel ſignat Diabolum.

Ezechiel 22. F.

496 Et tamen, proh dolor! videmus quod totus Iſrael, & Monachi, & Prelati, talem miſerum honorant, & cum tali potius confœderantur, à quò pulchra beneficia polluuntur, ſivè inquinatur. Veruntamen attendant, quia non recedent ſine pœna; Nam ſicut Abſalom, vt habetur. 2. *Regum* 18. *D.* Tribus lanceis fuit perforatus, & in foveam proiectus; Sic & iſti tribus peccatis: Scilicèt luxuria; avaritia; ſuperbia, vulnerati; tandem imputeum inferni erunt proiecti.

2. Regum 18. D.

De lecto ligneo in præſepio, & patibulo.

497 Lectus ligneus eſt præſepium Chriſti, & patibulum. Primum lectum habuit Chriſtus, in mundi ingreſſu; Secundum in egreſſu. Primum in ortu. Secundum in morte. De primo lecto. *Iob 6. A. Nunquid rugiet onager; aut mugiet Bos, cum ante præſepe plenum ſteterit?* Onager aſinus eſt ſilveſtris, de quo *Iob. 36. B. Contemnit multitudinem civitatis.* Hi ſunt clauſtrales, qui tumultuoſam vitam divitum fugiunt, & in ſolitudine contemplationis delectantur. Sequitur in eodem *Iob 39. B. Clamorem exactoris non audit.* Qui ventri clamanti, affer, affer, non ſatisfacit, virentia quæque perquirit; id eſt, æterna, quę nunquam marceſcunt, concupiſcit.

Iob. 6. A.

Onager Iob. 39. B.

498 Bos, qui aratro collum ſubiungit, ſignat activos, qui onus curarum ſubeunt, & ſolicitudinibus, vt ſe, & alios ſuſtentent, gravantur. Sed nèc contemplativi, nèc actiui deberent deſiderio temporalium mugire, nèc conquæri, ex quo ſtant ante pręſepium altaris; immò ante præſepium Salvatoris, in quo verùm Corpus Chriſti ponitur, vt in eo reficiantur. Chriſtus autèm collocativè eſt ſuper fœnum, quia nihil invenit in nobis Chriſtus, niſi fœnum temporalium. Sed plerique ruſtici, & infelices turpiter Chriſtum de præſepio cordis eijciunt; in fœno divitiarum, & vitiorum reficiuntur. Quicunque enim fornicantur: Mendacium; periurium, vel ad mortale perpetrant: Chriſtum de præſepio cordis; de lecto conſcientiæ eijcit, vt fœnum comedat.

Bos qui aratro.

499 Attende quantum eſſet horribile, ſiquis parvulum per tibias pro modico fœno eijceret: Certe, omnes talem perſequerentur ſine miſericordia. Quanto ergò erit horribilius; cum quis Filium Dei per tibias de lecto cordis eijcit, vt fœno, quod hodie vireſcit, & cras in clibanum mittitur, reficiatur? Propter hoc conquęritur Dominus in *Ierem. 2. C. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas, quæ continire non valent aquas.* Idem vocat ciſternas, quod fœnum. Ciſterna luxurioſi eſt meretrix: Ciſterna cupidi, arca: Ciſterna guloſi, eſt venter: Ciſterna ſuperbi, eſt vanitas mundi. Sicut enim in ciſterna aqua colligitur, qua corpora refocilantur; ita impij in prędas credunt ſe habere refectionem, & demum inveniunt interfectionem. Credunt ſibi ſalvationem & inveniunt ſuplitium; ad tempus refocilantur; ſed imperpetuum moriuntur.

De his qui Chriſtum de lecto cordis expellunt.

Ieremia 2. C.

Ciſterna

500 Conquæritur Dominus de his, per *Iſaiam 1. A. Cognovit Bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael autem me non cognovit.* Quoniam ex quo poſitus eſt in præſepio, & Bos, & aſinus in reverentia Salvatoris abſtinue-

Ieremia 1. A

nuerunt ; quia non comederunt amplius de fæno , quod in ipſo præſepe vbi Chriſtus iacebat , erat; licèt fænum ſit eis cibus naturalis. Tamen Iſrael ; id eſt , vir, qui deberet Deum videre ; Deum quærere;me non cognovit ; quia turpiter de præſepio cordis me , pro fæno, quod non eſt cibus verus , expulit. Sed ſicut beata Virgo, ſi puer de præſepio eijceretur ; forſitam iterum reponeret: Sic filium eundem ſuum de præſepio cordis, de lecto conſcientiæ à nobis ; pro fæno vili turpiter eiectum; pro ſua conſueta miſericordia, in lecto noſtro reponere,& vſque ad finem conſervare dignetur amen.

Delecto patibuli. *Geneſis 43.F.*

501 Alius lectus fuit patibulum, in quo Chriſtus obdormivit: *In Geneſ. 43. F. Attollens autem Ioſeph oculos , vidit Beniamin fratrem ſuum vterinum , & ait alijs fratribus : Iſte eſt frater veſter parvulus, de quo dixeratis mihi? Et rurſum: Deus , inquit , miſereatur tui , fili mi. Feſtinavitque , quia commota fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo , & erumpebant Lachrymæ : & introiens cubiculum flevit. Rurſumque lota facie egreſſus , continuit ſe , & ait: Ponite panes : Quibus appoſitis ; & cætera* : Ioſeph Chriſtus eſt : Fratres eius ex parte Patris ſunt Angeli, quia Pater genuit filium , & creavit Angelos.

Ioſeph Chriſtus eſt.

502 Iſti duxerunt ante ipſum fratrem ſuum minimum vterinum; id eſt , hominem , quia licut homo de carne , ita filius Dei, in eo quod homo. Et ideo magis dilexit hominem ; quàm Angelum ; quia eſt frater eius vterinus. Quia , vt vidit eum minimum inter fratres , quia alongè , ab altitudine Angelorum in regione miſeriæ detruſum, commota ſunt viſcera ſua ſuper fratre ſuo , & erumpebant lachrymæ , & intravit cubiculum ; quando aſcendit patibulum , & flevit.

De Lachrymis ſanguineis corporis.

503 Primò igitur erumpebant lachrymæ , & mirabiles lachrymæ , quales numquam eruperunt ab homine. Hæc ſunt lachrymæ ſanguineæ , quæ fluxerunt de toto corpore : Vt dicitur *Lucæ 22. E. Factus in agonia prolixius orabat.* Agonia fuit certamen , & repugnantia in Chriſto , nè tàm vilem mortem pro nobis pateretur. Quia in Chriſto , fuerunt tres naturæ: Deitas : Anima : Et caro : Deitas paſsioni repugnavit , quia pati non potuit : Anima repugnavit , quia pati non meruit : Caro repugnavit; quia terrena fuit , & pati abhorruit. Sola miſericordia prævaluit , & Chriſtum lachrymari guttas ſanguinis patefecit : Quoniam vt dicitur in eodem : *Factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Quod enim per totum corpus guttas rubeas ineffabiliter emiſsit ex ineffabili anguſtia cordis, & intima dilectione provenit.

Lucæ.22.E.

Lucę.22.E.

Naturæ in Chriſto fuerunt tres.

504 Dominus voluit enim hominem à Diabolo redimere. Introducitur Diabolus loquens ad Chriſtum. Vis habere hominem? Neceſsè eſt, quod des ſanguinem : Non tres guttas , vel quatuor; ſed totum ſanguinem tuum extraham de corpore ; quod Dominus conceſsit. Sicut enim uva in torculari comprimitur , vt totum vinum exprimatur : Ita Chriſtus , qui dicitur botrus , in ligno , in torculari paſsionis , ita fuit compreſſus , quod ferè totus ſanguis ; tum per ſudorem: Tum per clavorum , & ſpinarum fixionem : Tum per lachrymarum effuſsionem fuit à corpore extractus. *In Threnis 1. D. Vindemiavit me, vt locutus eſt Dominus.*

Diabolus introducitur loquẽs adChriſtum.

Chriſtus dicitur botrus.

Treniſ. 1. D.

505 Non enim habuit aliud vulnus mortale , propter quod ita cito morereretur ; niſi ex nimia manatione , & poteſtatem habuit tollendi animam ſuam. Poſtea aſcendit cubiculum crucis , & ibi iterum flevit. Vt dicitur ad *Hebræos 5. D. Cum clamore valido , & lachrymis tradidit ſpiritum.* Et tandem in Domino obdormivit. Rurſus poſt reſurrectionem læta facie , id eſt , ab omni tribulatione munda carne, Angelis , & hominibus apparuit , & panes apponi fecit ; quando verbis ſalutiferis , fratres ſuos triſtes refecit. Hunc lectum ligneum aſcendit bonus Ieſus , vt a lecto infernali nos liberaret ; & in aureo lecto æternæ glorię nos collocaret. Quod ipſe prętare dignetur.

Hebręos 5.D.

506 Lectus ferreus eſt floribus laſcivię ; cuius fructus eſt mors

De floribus Lecti ferrei.

Lectus eburneus, & ligneus.

mors gehemnę. Lectus eburneus eſt floridus floribus gratię ; cuius fructus ſunt operationes bonę: Lectus ligneus eſt floridus flore vineo, flore ſalutifero ; cuius fructus eſt prędium gloriè : *Iſaia* 28. *A. Væ coronæ ſuperbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius.* Ephraim interpretatur fructificatum ; ſignat illos, qui à fructu vini, & olei ſunt multiplicati : *Pſal.* 4. *B. A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt.*

Iſaias 28. *A.*

Ephraim interpretatur fructificantẽ.

Pſalmus 4. *B.*

De Guirnaldis.

507 In ſignum maioris lætitiæ, in quibuſdam regionibus faciunt ſibi coronas, ſive guirlandas de floribus. Scitis, quid eſt guirlanda, vel circulus in capite? Hoc ſignificat, quod qui eam portat, eſt taberna Diaboli ; ſicut ſignatur per circulum vini, quicumque Diabolus ad tabernam illius aceſſerit, ſignat quod poterit in eo vinum, quod voluerit, invenire. In quibuſdam regionibus, & locis ſuſpenduntur ad portam tabernæ fructus, & flores, deſignantes colorem vini, albi, vel rubei ; vel etiam circulus, ſeù arcus ligneus. Quidam inveniunt vinum fornicationis : Alij vinum adulterij, & ſic dereliquis. Et tùnc multi Dæmones ad talem tabernam veniunt, & in peccatis illius quaſi optimo vino exhilarantur. Vndè *Oſee* 7. *A. In malitia ſua lætificaverunt Regem* ; id eſt, Diabolum. Hi ſunt qui dicuntur, vt legitur in libro ſapientiæ 2. *B. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant: Nullum pratum ſit, quod non per tranſeat luxuria noſtra. Nemo noſtrum exorſit luxuriæ noſtræ: Vbique relinquamus ſigna lætitiæ ; quoniam hæc eſt pars noſtra ; & hæc eſt ſors.* Quaſi nihil Adæ ſe habere reputant ; niſi quod talibus delitijs abundent.

Signum tabernæ.

Oſee 7. *A.*

Sapientia 2. *B.*

De Corona ſtultorum; & corona Chriſti.

Bernarus

508 Talibus dicit Dominus; Malam mihi recompenſationem facitis. Ego ſum coronatus ſpinis ; vos autem de ſuperbia ; coronatis vos roſis, vt mundo placeatis. Bernardus. *Spinato capite non licèt membra eſſe dilicata ; ideò auferam coronam de capitibus veſtris, & coronabo vos coronis ardentibus ferreis clavis capitibus infixis.* Vndè Iſaias 28. *B. Pedibus cõculcabitur corona ſuperbię ebriorum Ephraim: Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius.* Ebrij Ephraim ſunt, quorum corda delitijs, & divitijs ſunt plena, Vndè Iſaias. 29. *C. Inebriamini, & non à vino*: Sed à vitijs, & divitijs. Corona iſtorum conculcabitur, & flos evelletur. Item Iſaia. 32. *C. Super humum populi mei ſpinæ, & vepres aſcendent: Quanto magis ſuper omnes domos gaudij civitatis exultantis?*

Iſaias 28. *B.*

Iſaias 32. *C. NOTA.*

509 Attendat miſer homo exultans in rebus peſsimis, & pertimeſcat; quia iuxta hanc prophetiam, & præter eam ; non ſolùm ſuper humum populi ſpinæ, & vepres aſcendent ; ſed etiam ſuper ipſum caput noſtrum, Dominum Ieſum Chriſtum ; Nam ſuper caput ipſius ſpinæ, & arundo aſcenderunt; ſuper humerum Crux : Super latus, lancea ; Super carnem, flagela ; Super faciem, alapæ: Super manus, & pedes, clavi crudeliſsimi & cætera.

510 Poſtea ſuper humum populi ſui ; nam ſuper carnem Benedicti vepres aſcenderunt, quia pro extinguenda luxuria, veſtimentis effuſis, ſe in vepres proiecit. Item, Crux, & clavi aſcenderunt ſuper carnem Petri, & Andreę : Gladij ſuper humum Pauli ; Matthei, & aliorum. Tribulationes maiores, & minores, quæ ſunt ſpinæ, & vepres ſuper carnes Sanctorum. Quanto ergò plures ſpinæ, & vepres aſcendent in gehenna, ſuper carnes miſerorum illorum, ſcilicèt, qui hic veſtibus, & floribus ad luxuriam, & vanitatem ſe ornant, & in mundanis exultant, & nihil pati pro Ieſu Chriſto volunt? Quaſi diceret, infinitæ & inennarrabiles.

511 De hominibus vanis, & ſuperbis dicit Iſaia. 25. *D. Triturabitur Moab ſub Domino, ſicuti teruntur paleæ in plauſtro: Et extendet manus ſuas ſub eo, ſicut extendit natans ad natandum.* Moab ſignat eos, qui pravam vitam ſuam collocant ex parte Diaboli, qui ſub acutis dentibus Diaboli teruntur in inferno ; Et ſicut natans extendit ſe totum in aquis ; ita ſuperbitoti extenſi natabunt in pœnis.

De pœnis ſuperborum.

Iſaia 28. *D.*

Moab ſignat.

Qui-

Exemplum de valneo; & aurifrigio.

512 Quidam frater, Nicolaus nomine, ordinis Ciſtercienſis, rogavit Dominam apud Paradiſum, quæ frequenter ad pœnas, & præmia in ſpiritu ducebatur, vt diceret ei rumores, de matre ſua iam defuncta: Quadam die, cum dicta domina duceretur; vidit matrem prædicti Monachi; quam cum per quædam indicia cognoviſſet, dixit ei ſalutationem filij ſui, & quæſivit ab ea qualitèr ſe haberet; quę reſpondit, quod bene, quia iam erat à pœnis liberata; & expoſuit illi pœnas, quas toleraverat dicens; quod quando fuerat poſita in lacu frigidiſſimo, quod maluerat comburi in igne, quam tale frigus ſuſtinere.

513 Item, quod catenas igneas portaverat circa collum, & brachia, & quod Dæmones eam præcipitaverant multociens à rupe altiſſima; Cauſas etiam pœnarum illarum aſſignavit dicens: In tali lacu me balnearunt, quia in mundo ſolebam me balneare, vt pulchrior marito meo apparerem; non quia vnquam de corpore meo marito meo iniuriam fecerim. Item, quia ſolebam in mundo aurifrigium deferre in veſtibus circa collum: Ideò in eiſdem locis catenas ardentes portavi. Ecce quos flores producunt, & quos fructus parturiunt ornatus pompoſi.

De floribus lecti eburnei.
Cant. 2. A.
Cant. 7. D.

514 De floribus lecti eburnei, infra. *Fulcite me floribus*, id eſt, diverſis virtutibus. Cant. 2. A. Item, *Videamus ſi floruerunt vineę. Cant. 7. D.* Si flores fructus non parturiunt, ſteriles ſunt; flores, qui fructum non faciunt, vanitatem demonſtrant: Virtutes diù non poſſunt eſſe ocioſę: Quoniam ſicut malignus ſpiritus intravit cum ſeptem Dæmonibus domum ornatam; ſed vacantem: Ut habetur. *Math. 12. D. Et Lucæ 11. C.* Sic Diabolus in lectum floridum, vbi, non eſt, fructus bonorum operum. Cito flos moritur vbi fructus ſubſequitur: Quoniam vt dicit Iacobus, *2. D. Fides ſine operibus mortua eſt.* In Eccleſiaſtico *33. D. Servo malevolo tortura, & compedes, mitte illum in operationem, ne, vacet: Multam enim malitiam docuit otioſitas.* Servus malevolus caro noſtra eſt, quæ ſimilis eſt malo, quia niſi vexetur, & laboret, laſcivit, & malas conſuetudines acquirit.

Math. 12. D.
Luca 11. C.

Flos moritur cito, &c.
Iacobus 2. D.

Eccleſiaſtic. 33. D.

Caro noſtra eſt ſervus malebolus.

515 Quidam nihil in mundo volunt laborare; ſed tibiam ſuper tibiam ponentes, quidquid eſt carni delectabile faciunt: Omne verò quod eſt laborioſum fugiunt, præcipuè Clerici. Iſti non ſunt filij Adam; cui dictum eſt in *Geneſi. 3. D. In ſudore vultus tui viſceris pane*, quod de corporali pane magis, quam de ſpirituali inteligitur. Sed ſicut Filij Diaboli, qui ait, vt dicitur in Iſaia 14. *C. Sedebo in monte Teſtamenti, in lateribus Aquilonis.* Sed quid dictum eſt illi ibi: *Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci.* Ex quo noluit ſervire, ſed ſedere; proijcitur in profundum inferni; Sic eſt de illis qui nolunt Domino miniſtrare; quos vituperat Dominus dicens in Matth. 20. *Quid hic ſtatis tota die ocioſi?*

De otioſis nihil volentibus laborare.

Geneſ. 3. D.

Iſaia 14. C.

Math. 20. A.

516 Hi ſunt, qui volunt Paradiſum ſuum conſtituere ſine labore; delitias habere in præſenti, & in futuro. Contra hos Bernard. *Non nos divina animadverſio à Paradiſo eiecit, vt nos hic noſtrum ſtatueremus Paradiſum.* In Luca *16. G. Fili recepiſti bona in vita tua, & cætera.* Hęc eſt enim ſententia authoris: Fuiſti in delitijs? Propter hoc tranſibis ad pœnas. Vndè Dominus in Math. 20. *A. Voca operarios, & redde illis mercedem.* Attende, ocioſe, quia operarios dixit, id eſt latores: Ergò non ſomnolentos; non pigros; non otioſitati vaccantes. Terra autem in qua debemus laborare eſt caro noſtra, quia tota die germinat ſpinas, & tribulos, id eſt; peccata; & punctiones; cogitationes; ſivè illicitas ſolicitudines.

Bernar.

Luca 16. G.

Math. 20. A.

Terra in qua debemus laborare.

517 Vndè in Eccleſiaſtico 20. *D. Qui operatur terram ſuam, inaltabit acervum frugum*: Quia aceruum magnum inveniet præmiorum: Sicut Iſaac. Geneſ. *26. C. Sevit, & invenit centuplum.* Et tu, ò homo, ſemina per totam terram tuam, vt multiplicem habeas frugem. Sed dices: Et qualitèr debet homo ſeminare in terra carnis ſuæ? Certè, frater; habes ſeminare hoc modo; Electa ſemina in carne tua; ſi vis electa grana colligere. Debes ſe-

Eccleſiaſtico 20. D.

Geneſ. 26. C.

minare in auribus ſemen verbi Dei; in oculis, compaſsionem proximorum: In ore ſemen, quod de Cælo venit. In Epiſtolis Hieronym. *Aperi ianuam oris, & procedet ex tuo domicilio Deus.*

Hieron.

518 Cum oras, vel prædicas, de ore tuo procedit Deus. Semina manus, & brachia, aliquo exercitio bono; ſcilicèt; ſcribendi; orandi: Eleemoſynas diſtribuendi. Ventrem ſemina cibis ad neceſsitatem ſuſcipientis; non ad delectationem. Stultus eſſet, qui triticum, ordeum; & fabas eijceret ad porcos alimentandos: Cepe ſimilitèr ſeminaret: Sed ſtultiores ſunt homines, qui varia alimentorum genera; legumina; piper, & alia triticum totum in ventrem proijciunt. Semina dorſum pannis aſperitatis, virgis, & flagelis. Semina renes tuos ſemine caſtitatis. Quotiens motibus reſiſtas, totiens vrticam evellis, & lilium præſtas caſtitatis. Undè Iſaia 35. *Letabitur deſerta, & invia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium.* Deſerta, & in via, & ſolitudo eſt regio lumborum; provincia renum, vbi ſerpentes pravorum motuum; ſerpentes venenoſi abundant; vrticæ luxuriæ creſcunt. Quoniam vt dicit Iſaia 14. *G. De radice enim colubri egredietur regulus, & ſemen eius abſorbens volucrem.*

NOTA.

Iſaia 35. A.

Iſaia 14. G.

519 Radix colubri eſt fomes; ſcilicèt; pronitas peccandi, quę eſt in nobis ex morſu colubri antiqui. Regulus ſignat primum motum ex fomite provenientem. Primus motus totum corpus inficit; ſicut Baſiliſcus, quem videt, interficit, ſemen eius eſt delectatio. Hæc delectatio volucrem abſorbet, quando animam conſentire facit. Volucris enim dicitur anima, quæ pennis cogitationum infima tranſvolat; & pennis virtutum ad cęleſtia volat. Sed floret, ibi lilium caſtitatis; quando primos motus extinguis. Et ſicut de lilio nullus erubeſcit, ſic cum mundi erimus in conſpectu adverſariorum, non magis de huiuſmodi adverſarijs, quam de pulcherrimo lilio erubeſcemus.

Radix colubri eſt fomes.

Regulus ſignat primum motum.

Anima dicitur volueris.

520 Sic ergò oportet, te terram tuam excolere: Terram tuam laborare: Terram tuam ſeminare; vt flores habeas virtutum, & fructum bonorum operum. Nam maledixit Dominus ficum, in qua fructus non invenit: Vt habetur *Math.* 21. *B.* Item, in tibijs, & pedibus ſemina genuflexiones, & peregrinationes, pauperum, & infirmorum viſitationes. Sic terra tua bene exculta; bene ſeminata faciet fructum in vitam æternam. Tùnc ſicut dicitur in Pſalm. *Iuſtus germinavit ſicut lilium; & florebit in æternum ante Dominum.* Fodiatur ergò caro per timorem mentis, ſecundum quod dicit Hieronymus. *Quoties de iuditio cogito, toto corpore contremiſco.* Evelantur virtute ſpinę; id eſt; diverſa genera peccatorum per cordis contritionem. Optima ſemina proijciantur per ſatisfactionem. Ita igitur debes terram tuam excollere, in tua terra iuſtitiam ſeminare.

Math. 21. B.

Pſalm. 91. C.

Hieron.

521 In terra ſua iuſtitiam facit, qui latrones, & lupos ſuſpendit. Et tu ſi iuſtus vis eſſe, debes ſuſpendere latrones; qui furantur omnia bona noſtra, qui ſunt gula, venter, & renes. Iſta multotiens furata ſunt omnia bona noſtra, quæ nobis collata ſunt in baptiſmo; ieiunium; eleemoſyna, & quidquid reſervamus; ſcilicèt; theſaurum noſtrum. Igitur omnia iſta ſuſpendantur in Cruce, in qua Dominus fuit Crucifixus. Quando enim amore crucifixi, à guloſitate, ab ebrietate, à luxuria, abſtines; tùnc gulam; ventrem; renes, in Cruce Chriſti ſuſpendis. Chriſtus totum corpus ſuum, in Cruce ſuſpendit; vt tu omnia membra tua, totum corpus tuum in Cruce ſuſpendas; quod facis, quando omnia membra tua amore paſsionis Chriſti, ab illicitis refrenas.

Quod debemus de terra noſtra latronem effodere: Vel de multiplici crucifixione hominis, & Chriſti.

522 Alioquim, vt dicit Iſaia 26. *D. Salutes non fecimus in terra noſtra; ideò non ceciderunt habitatores terræ;* Id eſt; Dęmones, & peccata, quoniam hæc habitant, & devaſtant terram carnis noſtræ, niſi de eis iuſtitiam faciamus, dummodo poſsis ſuſtentari ad minus quod poteris; in hunc hortum debes proijcere, qnoniam ſi ſciret Pater familias, quod totum corrũpere-

Iſaia 26. D.

tur

tur, quidquid in dolio poneretur, certè non proijceret. Ita eſt de ventre, quia quidquid in eo ponitur, corrumpitur. Minus ergò, quod poſſumus, in eo ponamus. Sic enim de ventre, ſicut de prava domo, in qua ſi magnus eſt ignis comburitur. Hieronimus. *Ventrem diſtentum cibo, & vini potationibus irrigatum voluptas genitalium ſequitur; pro membrorum ordine, ordo vitiorum.*

De flore qui eſt Chriſtus. Iſaia 11. A.

523 Lectus ligneus eſt floridus illo flore, de quo. Iſaia 11. *A. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Virgo Deigenitrix, virga eſt; flos filius eius. *Nulla ſilua talem profert fronde flore germine: Dulce lignum dulces clavos; dulcem florem ſuſtinet. In Hymno.* Hæc eſt roſa; lilium, & viola. Roſa martirum; lilium virginum; viola confeſſorum. Hæc eſt roſa quam Papa defert, cum cantatur officium; Letare Ieruſalem; in qua ſunt tria; balſamus; muſcus, & aurus. Balſamus prętioſior eſt muſco; muſcus auro; Sic tres naturæ ſunt in Chriſto. Deitas quę ſignatur per balſamum; anima, per muſcum; caro; per aurum. Sic quod deitas prætioſior eſt, anima; & anima, quam caro. Sicut enim aurum purius alijs metallis; ſic caro Chriſti omni carne purior, & mundior eſt. Et tantum roſa dicitur aurea, quia verbum caro factum eſt, & Deus homo.

Virga Ieſſe eſt beata Virgo: Flos eſt Chriſtus.

Roſa quam Papa defert.

Naturę in Chriſto ſunt tres.

524 Roſa hæc eſt rubea, odoritera, & ſalutifera. Chriſtus fuit rubeus, quia palium eius tinctum fuit in ſanguine uvę. Roſa odorem in manu, quæ eam tractat, relinquit. Thomas Apoſtolus, vt habetur in *Ioanne 20. F.* Hanc roſam palpavit; quando digitos in fixuram clavorum poſuit; & odorem ſalubrem in manu eius reliquit, quando Dæmonium fugavit, & Thomam ſanavit. Vndè hoc odore accenſus, ad pedes eius corruit; & ait: *Dominus meus, & Deus meus: Ibidem*: Prius enim Dæmone fuit plenus, & infirmitate infidelitatis detentus. Sic qui hanc roſam digitis mentis; digitis devotę cogitationis tractaverit, odorem dulciſſimum retinebit; & ſanitatem à mortali morbo obtinebit.

Ioanes 20. F.

525 Hanc roſam moſtrat Papa in Dominica qua cantatur; *Letare Ieruſalem*, Media, ſcilicèt, quadrageſima, quia iam laboraverunt fideles ieiunando, & orando; ne tedio afficiantur, monſtrat eis roſam, quam ſperare, & deſiderare debeant, ſi quadrageſimam perfecerint. Hæc roſa eſt inter ſpinas. Si igitur vis hanc roſam accipere; neceſſe eſt, te per tribulationem punctionis tranſire. Sed ſpinas non metuit, qui roſam cupit; nec apes timet, qui mel deſiderat. Ideo punctiones, & dolores ſuſtineamus; vt hanc roſam cumprehendamus. Vndè cantatur in Galico. *Ela dolor ont ibengrant dulcor eſt ſolaz & Ioha.*

De roſa quę monſtratur in Dominica qua cantatur letare Ieruſalem.

Spinas non metuit qui roſam cupit. Apes non timet qui mel deſiderat. Cantus Gallicus.

526 Clerici, milites, & Domini, & omnes debent à pręſenti laborare, punctiones ſuſtinere, vt hac roſa valeant in gloria coronari. Hæc roſa eſt bravium currentis: Finis peregrinationis: Præmium laboris, & corona beatitudinis. Vndè Iſaia 28. *B. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui.* Omne igitur genus humanum maſculi, & mulieris; *Simul in unum dives, & pauper. Pſalm.* 48. *A.* Strenue in præſenti laborent, vt hanc roſam capitibus ſuis recipiant ipſo pręſtante, qui vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum amen.

Iſaia 28. B.

VER. 16.

TIGNA DOMORVM NOSTRARUM cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.

527 DOMVS ſunt Eccleſiæ; Tigna quę tenent, ſunt Prælati: Laquearia ſunt ſubditi, Cedrus eſt arbor altiſſima, imputribilis, & odorifera. Et Prelati ſimiliter debent eſſe, vitę altiſſimæ, & imputribilis; hoc eſt, à putredine culpæ alieni. Undè Arca Noè fuit de lignis Sethim, quæ ſunt imputribilia. Item, debent eſſe odoriferi; fragrantes odore bonæ vitæ. Sed proh dolor! Iam non pręficiuntur Cedri; Sed Rhamni. (Uulgaritèr eſcambron) Rhamnus eſt quoddam genus rubi ſpinoſum; infructuoſum, & altitudine carens; modicam, vel nullam vmbram faciens; De ſe ignem emitit ex nimia ariditate, & ſi-

De tignis Eccleſiæ. Domus ſunt Eccleſiæ.

De vita prelatorum. Laquearia ſunt ſubditi. Cedrus eſt arbor imputribilis. Arca Noè quare fuit de lignis ſethim. De Rhamno: Oliva: Ficu: & vitæ.

bi ligna approximata comburit. Hoc totum perverſis Prælatis poteſt aſsignari.

Iudicum 9. B.

528 De Rhamno in libro Iudicum. 9. *B. Ierunt ligna vt vngerent ſuper ſe Regem: Dixerunt que olivę*, id eſt; gratiæ ſpiritus Sancti: *Impera nobis*: Quę noluit deſerere pinguedinem ſuam; qua Dij vtuntur, & homines; & præſidere lignis. Venerunt ad ficum; id eſt; legem divinam; vt imperaret eis: Quę reſpondit, quod non relinqueret dulcedinem ſuam; fructus que ſuaviſsimos. Dixerunt ad vitem, quod imperaret eis; Quæ reſpondit, quod non relinqueret vinum, quod lætificat Deum & homines. Venerunt ad Rhamnum; id eſt; Anti-Chriſtum, vel Diabolum; vt imperaret eis; Quæ reſpondit eis. *Venite, & ſub vmbra mea requieſcite: Si autem non vultis egrediatur ignis de Rahmno, & devoret cedros Libani.*

Rhamnum.

Ligna ſilvarum ſignant Clerum, & populum.

529 Ligna ſylvarum ſignant Clerum, & populum. Oliva ſignat illos, qui abundant pinguedine charitatis; & quia Prælatos multa circumveniunt incommoda timentes, ne charitatem ſuam amitant; prælationes recipere renuunt. Ficus ſignat clauſtrales, & ſcolares, qui ſunt in dulcedine contemplationis, & faciunt dulces fructus bonę operationis, & quia tot ſunt amaritudines in prælationibus; ideò nolunt dulcedinem ſuam amittere, vt alijs pręficiantur. Per vitem intelliguntur, qui habent vinum conſolationis, vt Prædicatores, & Doctores; & quia propter curas ſæculi timent hoc vinum amittere; dignitates nolunt recipere. Et ideò venit Rhamnus, ſcilicèt, aliquis refugij vmbra carens; fructibus bonorum operum vacuus; ſpinis peccatorum plenus; curam paſtoralem ſuſcipit, & omnia ligna ſilvarū per pravā vitam ſuccendit. Et bene dicit Rhānus, requieſcite ſub vmbra mea; id eſt; mihi adhærete; me ſequimini; me laudate; exemplo meo vivite; factis meis delectamini.

Ficus.

Vitis.

Pręlati perverſi quomodo iraſcuntur contra illos qui vitam ſuam malam non laudant.

530 Sequitur, *Si autèm non vultis, egrediatur ignis de Rhamno, & devoret cedros Libani.* Quia niſi perſonam, vitā, mores, & facta ſua laudaveris, & laudando imitatus fueris; ignis furoris, & iracūdiæ; odij, & inimicitiæ egreditur ab eo; volens te ex toto devorare, & perdere, vt inimicum publicum capitalem. Vndè Iob. 1. C. *Ignis Dei cecidit è Cælo, & tactas oves, pueroſque conſumpſit.* Per Cælū intelligitur Prælatus; ignis Dei accenſio culpæ, quæ ſic, Deo permitente, deſcendit de Prælatis, & tactas oves; id eſt; bonos & ſimplices laicos & pueros; id eſt; ſacerdotes plebanos ovium cuſtodes, conſummit; id eſt, per prava exempla corrumpit.

Iob. 1. C.

Cælum intelligitur Prælatus. Ignis Dei

531 Talis Prælatus dicitur mons pertifer. Quidam montes ſunt; ex quibus tempeſtas egrediens; totam patriam circum adiacentem devaſtat. Sicut mons vbi dicitur iacere Pilatum: Et in talibus montibus dicitur eſſe Draco, qui aerem corrumpit, & tempeſtatem excitat: Quoniam in talibus Prælatis eſt Draco; ſcilicèt, Diabolus. Contingit quandoquidem, quod Prælatus eſt cupidus ex ſe; & tota patria exemplo eius corrūpitur. Alius luxurioſus: Alius ſimoniacus; & nullos Clericos ad ordines, ſeù beneficia admittit, niſi per ſimoniam. Ita quod inter mille plebanos, pauciſsimos invenies, qui ſimoniaca labe non ſint infecti; irregulares; miniſtri Diaboli, lupi rapices. Nam vt dicitur in Eccl. 10. *A. Qualis rector eſt civitatis, tales & inhabitantes in ea.*

Mons peſtifer eſt Pręlatus molus. Montes ex quibus tempeſtas egredi ens devaſtat patriam.

Eccleſiaſtic. A.

Pręlati infœcti avaritia.

532 Si aliquoties, Epiſcopi; Decani: Archidiaconi; vel Archipresbiteri, & cæteri, sūt igne cupiditatis accēſi: Tūc Clericus ordinādus neceſſe habet, quod fere per manus omnium iſtorū tranſeat. Et ſic quaſi per tot carbones ad gradum aſcendit. Et vere ſunt cerberi, & magis quam cerberi; quoniā cerberus dicitur, quaſi, creos moros; id eſt, carnes devorās; ſed iſti devorāt munera, & interficiūt animas. Vndè dicitur in *Gen. 41. A.* De vaccis fędis macieque confectis; quę devorabant pulchras, & nimis craſſas.

Gen. 41. A.

533 Vaccæ fędę macie confectę dicuntur ſimiles Prælati avariſsimi, qui in theſaurizandis divitijs diſtracti, macies vultus fæditate avaritiæ confectos trahunt;

parvi-

parvipendunt que in conferendis præbendis,& ordinibus ſimoniacam pravitatem incurrere, dummodo divitiſsimi eficiantur; devorantes vaccas pulchras, & nimis craſſas; hoc eſt; nummos illorum, quibus præbendas; beneficia, ſeù ordines conferuntur,ſeù venduntur; ſignificatis per vaccas pulchras, & nimis craſas; & ſimul iſtæ vaccæ fœtiſsimæ devorant,per depravatos mores, & pernitioſum exemplum, animas ovium ſibi à Chriſto commiſſas; figuratas etiam per vaccas pulchras, & nimis craſſas. Maledictus furor eorum quia pertinax eſt. Promovendus ſemper aliquem inveniet Diabolum, cui aureos, vel galinas, vel alia enxenia exibere oportebit.

NOTA.

534 Heu,heu,Ieſu bone, quantum Eccleſia tua corrupta eſt! Quia vt dicitur in Micheæ 7. *A. Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus: Et qui rectus quaſi ſpina de ſepe.* Paliurus eſt quoddam genus cardi,quod multum ſtimulat,ſi nuda manu eam palpas. Sic Prelati ſemper pungunt, & repellunt, ſi nuda manu ad eum venias. Si manus tuę fuerint aureis, vel caponibus, vel alijs munuſculis munitæ,nunquam ſtimulabunt: Sed ad beneficia,& ad ordines ſecure poteris venire. Quidam Sacerdos accuſatus fuit, quod neſciret legere; venit Archidiaconus, vt examinaret eum, & librum aperuit,vt Sacerdos legeret: Sacerdos dixit ad Archidiaconum: Veniatis domine ad oſtium, quia non poſſum clarè videre: Venit Archidiaconus,Sacerdos autem multos argenteos poſuit in manibus Archidiaconi; & ait Archidiaconus: Certe, frater, bene ſcis legere; male dicantur,qui te accuſaverunt.

Micheæ. 7. A. Paliarius

Exemplum de Sacerdote gnaro,& examinato.

535 Ecce qualiter miraculum argentei fecerunt; & ſtimulos cardi confregerunt. Contra tales verbo terribili reſonat Dominus per Ieremiam 51. *C. Ecce ego ad te mons peſtifer, ait Dominus,qui corrumpis univerſam terram: Et extendam manum meam ſuper te,& evolvam te de petris, & dabo te in montem combuſtionis.* Quoniam ex quo talis mons hic ardet per culpam, in inferno futuro, erit mons ardens per pęnam. Sequitur in eodem loco. Ieremiæ. *Et non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, ſed perditus in æternum eris, ait Dominus.* Quaſi diceret; Nepotes tui, conſanguinei tui ſolent eſſe Decani:Archidiaconi: De cætero non erunt lapides in Eccleſia, ſed igniti in gehenna, quia perditus eris in æternum, ſive in infernum. De talibus, Ierem. *A Prophetis enim Ieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram.*

Ieremi. 51. C.

Ierem. 23. D.

536 Item,Cedrus eſt arbor imputribilis. Qui volunt domum ædificare fortem,fortia,ac durabilia eligunt ligna. Qui igitur Eccleſiam Dei ædificant;debent homines meliores, & fortiores eligere. Sed (peccatis exigentibus) plerique ligna eligunt putridiſsima, ex quibus Eccleſiam conſtruunt, & ideò ſuper capita eorum corruunt, ſivè corruit. Lignum putridum eſt,qui aliqua putredine vitiorum corruptus eſt.

Quod perverſus prælatus ſit putribilis.

Prelati quales devent eligi.

Lignum putridum eſt, &c.

537 Quidam computreſcunt amore carnali conſanguineorum: Hac putredine corruptus eſt quidam Epiſcopus, qui magnam Parrochiam dedit nepoti ſuo, & poſtea intrans hortum vbi quædā pyrus tenebat optima pyra,dixit; Quam pulchra pyra ſunt in iſta arbore; vere velem quod cuſtodirentur; ſed certe non tradam illi guloſiſsimo nepoti meo, quia omnia comederet. Clericus verò quidam, qui ibi aderat, attendens amentiam, & iniquitatem Epiſcopi, ait: Domine, tradidiſti ei amplius, quam quingentas animas; & quomodo non poteſtis hæc pauca pyra cuſtodiæ ipſius mancipare. Vide abuſionem Prælatorum, quia magis apprætiatus eſt iſte pyra quam animas; nepotem, quam Deum.

Exemplum de his qui corrumpuntur, amore conſanguineorum.

538 Alius Epiſcopus fecerat conſanguineos quoſdam Archidiaconos; alios alterius dignitatis. Agens verò in extremis, vocavit eos dicens; Ecce iam ingredior viam vniverſæ carnis, relinquo vobis omnia: Videte ne Epiſcopatus à manibus veſtris evadat; ſemper aliquis veſtrum ſit Epiſcopus. De talibus dicit Habacuc 2. *C. Væ qui ædificat civitatem in ſanguinibus, & prępărat vrbem in iniquitatem.* Sequitur: *Laborabunt enim populi in multo igne; & gentes in vacuum, & deficient.* Sicut enim rotarij ignem in domibus

Exemplum circa eandem materiam.

Habacuc 2. C.

ponunt, & laborant, vt totam patriam accendant: Sic, & huiuſmodi, totam Eccleſiam, totam Prouinciã, per conſanguineos ſuos, beneficia omnia eis conferendo, accendunt, & nihil vtile facientes, in vacuum laborantes, tandem deficient. Sicut vidi quendam Epiſcopum filios ſuos in Archidiaconos, & in Canonicos promouere; expectavi parum, & ecce non erant. Nequiſsimus igitur eſt, qui domum ſuam ſuper lapides ædificat: Et Eccleſiam Dei ſuper ſanguinem.

Contra auaritiam prælatorum.

539 Alij computreſcunt putredine auaritiæ, quia de expenſis; terris; & vineis, maximam curam habent, & ſollicitudinem. Collectas, procurationes, enxenia & dona, quæ excæcant oculos indiſtinctè libenter recipiunt. De animabus autem; orationibus; & prædicationibus; pœnitentijs, & confeſſionibus ſubditorum, nihil curant, nec vllam faciunt mentionem. De quibus beatus Bernardus: *Optimi extimatores rerum, qui magnam de mininis; paruam aut nullam de maximis curam gerunt. Ut liquido detur intelligi; quod patientius ferimus Chriſti iacturam; quàm noſtram: quotidianas expenſas quotidiano reciprocamus ſcrutinio, & continua Dominici gregis detrimenta neſcimus. De prætio eſcarum, & numero panum cum miniſtris diſcuſſus eſt frequens: raro aut nunquam cum Preſbyteris celebratur collatio de delictis populorum.*

Bernardus.

540 *Cadit aſina, & eſt qui ſublevet eam: periit anima, & non eſt, qui recogitet: nec mirum, cum nec noſtros ſentiamus defectus: nonne ad iſtas ſingulas ſupputationes iraſcimur, auxiliamur: quoniam intollerabilius rerum, quàm animarum ſuſtinemus iacturas? Quare inquit, non magis fraude mentis patimur: quoniam melius eſſet denarium quam mentem: mundum, quàm Deum.* Cum quis de denario male collato, vel amiſſo, iraſcitur; mente perdita, in tantum poterit iraſci, quod denarium amitteretur.

541 Idem Bernardus: *Tranſitoria iſta; quæ ſtare tibi nullo pacto poſſunt: fac quod à te tranſeant, non per te. Rivus qui fluit, cavat terram; ſic decurſus temporalium lædit conſcientiam. Si potens torrens in agros currere ſine poteſtate ſatorum, & terræ: iſta ſine vulnere mentis poſſe tractare conſidera.*

Bernardus.

542 Quidam Epiſcopi, magis de aſinis, & equis curant, quàm de animabus, & magis dolent, ſi equus ſit infirmus, quàm ſi Parrochianus in anima ſit mortuus. Huiuſmodi magis dicuntur Epiſcopi aſinorum, quàm animarum: Epiſcopi equorum, quàm hominum: quia Epiſcopus dicitur Superintendens. Illorum ergo eſt Epiſcopus, quibus ſuperintendit. Si igitur plus intendit equis, & aſinis, & huiuſmodi tranſitorijs, potius eſt Epiſcopus caſarum, quàm animarum. Sicut Petro, & Andræ fratri eius Dominus dixit in Evangelio Matth. 4. C. *Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum*: Ita iſtis mundus ait, ſive Diabolus, venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores honorum, & rerum temporalium, vt ad tempus floreatis, ad tempus abundetis, ad tempus dominemini.

Matth. 4. C.

543 Illi, id eſt, Petrus, & Andræas, audito verbo Ieſu, dimiſsis retibus, & navi ſæcularibus, ſecuti ſunt eum. Iſti, id eſt, Prælati, audito verbo mundi, ſive Diaboli, dimiſsis retibus ſanctarum orationis, & prædicationis, & navi, id eſt, Eccleſiaſtica gubernatione, circa animas facienda, ipſum ſequuntur mundum, ſive Diabolum. Videbis enim, quàm plures Prælatos dimiſsis Eccleſijs ſuis, & ovibus ſibi à Chriſto commendatis, lupis expoſitis, aulis regalibus aſsidere, vt piſcentur honores; vt venerentur hominum favores, vt lucrentur equos, & aſinos; divitias; & delitias acquirant, vt plurima familia circumvallati; capucis inflatis; cervicibus altis; oculis ſublimibus in ventum ſe extollant, vt aſcendant de dignitate, in dignitatem; de vanitate in vanitatem, vt hominibus imperent: Chriſto diſpliceant: Regi terreno vermi applaudeant: vt vocentur à militibus Rabi; vt adorentur vt Dij: Vt terras: Domos; Campos; & provincias poſsideant.

544 O Epiſcopi Anti-Chriſti; quæ coniuntio lucis ad tenebras? Chriſti ad Belial? Eccleſiaſticorum rectorum ad Laicos? Non vobis Chriſtus dixit; ite ad Regum curias. Sed quid dixit? Paſcite oves meas; Ab illis ergo recedite, nam vos rodit inſapite fraus veſtra. Et ſic cum non putatis, corruetis. Non extimo, quod homo imaginem Dei in ſe conſiderans, diligenter conſideret, quid in alis, quid in porris; quid in cepe, & ſinapi expendatur: Quantum quandiù circa talia eſt intentatus, amittat Epiſcopus, quod circa Deum, & circa verba eius deberet expendere, & circa vtilitatem animarum collocare.

545 Sed dicet aliquis: Et hæc res ſunt Eccleſiæ? Reſpondeo tibi frater; immo ſunt ſtercora Eccleſiæ; quoniam Apoſtolus huiuſmodi detrimenta, & ſtercora appellavit. Magnam verecumdiam incurreret, ac iniuriam Eccleſiæ faceret, qui ſtercora res Eccleſiæ vocaret. igitur ſi verè vis loqui, res Eccleſiæ ſunt fideles animæ, pro quibus Chriſtus ſanguinem ſuum fudit. Et, ideo dicebant Apoſtoli in actibus. *6. A. Non eſt æquum, nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.* Epiſcopi igitur cum ſint ſucceſſores Apoſtolorum, contra ipſos Apoſtolos manifeſte inſurgunt; ſi dimiſsis ſanctis prædicationibus, de huiuſmodi caducis rebus curam gerunt; quia non per iſta temporalia, ſed per divini verbi ſeminationem multa millia animarum Apoſtoli acquiſierunt Chriſto.

Res Eccleſiæ ſunt fideles animæ.

Actus Apoſt. 6. A.

546 Item, quidam non ſunt cupidi, vt aliena rapiant; ſed avari, vt ſua retineant. Alij ſunt cupidi, qui aliena concupiſcunt, vt retineant. Alij vt propter mundi gloriam expendant. Quidam Cardinalis nomine Malabranca, libenter omnia oblata recæpit, & libenter dedit: Vnde quidam commenſalis eius, ſcripſit ſic. Malabranca libens dat; & accipit omnia lætus. Alij ſemper accipiunt; rariſsimè dantes; ſicut cevola, de qua Marcialis.

Exemplum de Cardinali.

Cevola tu tenax ante omnes,
Nullus ante te.
Pocula tu ſicas aliena,
Sed tua nullus.

Marciales. V.

547 Quædam vetula acceſsit ad quendam Epiſcopum rogans, & ſupplicans, vt faceret ei iuſtitiam. Epiſcopus vero quaſi non audiens diſsimulavit; et dixit vetulæ Clericus ipſius Epiſcopi: Non te exaudiet mulier, niſi vnxeris manus eius: Mulier autem bona ſimplicitate, hoc verbum intelligens, emit duas denariatas butyri, & venit ad Epiſcopum poſtulans quod ſibi manus porrigeret. Epiſcopus credens, ſe aurum, vel argentum recepturum, porrexit manum. Mulier quantum potuit, cum butyro manum eius vnxit. Epiſcopus verò videns ſe illuſum, manum retraxit, & ira repletus, quæſivit: Cur ſic contaminaſſet eum? Cui reſpondit, bona ſimplicitate mulier: Domine en mihi petenti iuſtitiam dictum eſt; quod niſi veſtras manus vngerē, non me audiretis: propter quod, duos denarios, quos habebam, in hoc butyro expendi. Epiſcopus autem erubeſcens, tacuit. Cæteri noverint huiuſmodi Prælati, quod calidiori vnguento vngentur manus eorum in inferno.

Exemplum de quadam Vetula.

548 Alij computreſcunt putredine luxuriæ; de quibus Ezechiel. *Multiplicavit enim fornicationes ſuas, & inſanivit libidine ſuper concubitum eorum, quorum carnes ſunt, vt carnes aſinorum: Et ſicut fluxus equorum, fluxus eorum.* Aſinus enim, vel equus, non attendit ſororem, vel cognatam: Sed indiſtinctè ad aſinas, & equas currit. Sic Clerici multiplicant fornicationes ſuas; nec attendunt ſolutas, nec moniales, nec coniugatas; ſed ſicut equus, & mulus indiſtinctè mulieres aſcendunt. Super illos habet poteſtatem Dæmon, qui dicitur Aſmodeus, qui interpretatur factura iudicans, quoniam iudicat facturam, vt videat ſi maſculus, & femina matrimonialiter ſunt coniuncti; ſicut Deus eos coniunxit. Si aliter coniunguntur, quam legitimè, vel etiam ſi legitimi ſunt, & tamen illegitimè invicem, ſicut equus,

De putredine Luxuriæ. Ezechiel. 23. D.

Clerici luxurioſi.

Aſmodeus interpretatur factura iudicans.

equus, & mulus extraordinariè copulentur: Super tales habet Aſmodeus poteſtatem.

Tobia 6. C.

549 Vndè in libro Tobiæ 6. C. *Dixit Angelus Raphael Tobiæ: Audi me; & oſtendam tibi, qui ſunt, quibus prævalere poteſt Demonium. Hi namque, qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidine ita vacent, ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus: Habet poteſtatem Dæmonium ſuper eos.*

De putredine Superbiæ.

550 Alij computreſcunt putredine ſuperbiæ; qui caſtam vitam ducunt, large expendunt; nèc periurium, nèc aliquid mortale committerent. Verumtamem placet eis, quod omnia ad voluntatem ſuam gubernentur; quod maiores, & minores eos conſulant, eis tradant. De quibus Amos 6. A. *Vę vobis, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: Optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Iſrael.* Quia gloriantur in magna cauda; & ſi à mundo laudentur, multum in hoc exultant. Vndè Leo Papa. *Difficile eſt laudabiliter viventes, quod laus humana non capiat.* Auguſtin. *Quas vires nocendi habeant gloriæ, nemo ſentit; niſi qui cum bellum indixerit, & ſi cuiquam facile eſt, laudem dum capere non negatur.*

Amos 6. A.

Leo Papa.

Auguſtin.

Exemplum de quodam Epiſcopo ſuperbo.

551 Quidam Epiſcopus ad plebem ſermonem fecit. Vidit quãdam vetulam plorantem; vndè multum gaviſus eſt, ex eo quod ita devote credebat ſe loqui, quod lacrymas eius excitaret. Finito ſermone; Clerici adulantes ſermonem eius commendaverunt, & ipſe reſpondit: Poteſt eſſe, quod bene locutus ſim, quia vetulam quandam multum vidi lacrymantem; & fecit vocari vetulam, dixit que ei: Bona mulier multum lacrymata es: In quo fuit devotio tua excitata? Et ipſa dixit: Domine, non eſt mirum, ſi lacrymata fuiſſem, quia habui vnum aſinum, qui ſolebat ex labore ſuo me, & filium meum ſuſtentare, qui alia die mortuus eſt: Et quando audivi vocem veſtram, videbatur mihi, quod audieram vocem aſini mei, & per illius recordationem flevi. Epiſcopus verò paccatus, vetulam dimiſsit. Si malè operamur, ex nobis eſt; ſi bene operamur, ex Deo eſt: Ideò nullus de bono opere laudem quærere debet. Nempè facit fraudem Domino, qui vult ſibi laudem.

NOT A.

Fraudem facit, &c.

Qualiter perverſi in præſenti, & in futuro putreſcunt.

Ioel. 1. D.

552 De his omibus dicit *Ioel* 1. *D. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo*: Id eſt, Prælati more iumentorum viventes putredine culpæ computreſcunt. Numquid intrabunt ad glorioſum Collegium Sanctorum, ad feſtum beatorum? Minimè: Sed ſicut cadaver putridum eijcitur. Vndè *Ierem.* 22. *E. Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus, & proiectus extra portas Ieruſalem*: Sicut poma putrida; quoniam; *Malos piſces foras miſſerunt. Matth.* 13. *F.* Et in Ierem. 8. *A. Non colligentur, & non ſepelientur: In ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt.* Quia non colligentur ad gloriam, nèc ſepelientur vt abſcondantur; ſed fœtentes, vt ſterquilinium manifeſtabuntur.

Ierem. 22. E.

Matth. 13. F.

Ierem. 8. A.

553 Item, ligna cedrina ſunt boni odoris. Ita Prælati debent de ſe emittere odorem bonæ famæ. Dicitur quod fumus candelæ extinctæ interficit partum in ventre, & multum nocet, ſi multum ſentitur. Sic Prælati, quando fumum perverſæ famæ de ſe emittunt, multos interfitiunt, & corrumpunt, & partum in anima interficiunt. Prælati ſunt lucernæ ardentes, vt qui Eccleſiam ingrediuntur lumen videant, ſed extinguntur per aquas luxuriæ, vel per ventum vanæ gloriæ, vel ſi peremitur lumen, puta per lutum, vel terram: Hoc per concupiſcentiam rerum terrenarum, quæ lucernæ gratiæ, quę in corde eſt, ſuper ponuntur, & lumen extingunt, quando enim terrena pluſquam cæleſtia appetuntur; ſtatim gratia extinguitur.

Fumus candelæ extinctæ interficit partum in ventre.

Prælati ſunt lucernæ ardentes.

554 Laquearia ſunt ſubditi, qui debent eſſe cypreſsina. Cypreſſus eſt arbor miræ fragrantiæ, quia ſubditi debent, fragrantiam virtutum, & præcipùè obedientię emittere. Undè *in prima Petri* 2. *C. Subiecti ſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: Sive Regi quaſi præcellenti: Sive ducibus tanquam ab eo miſsis ad vindictam malefactorum, lau-*

De obedientia ſubditorum. Laquearia. Cipreſſus. 1. Petri 2. C.

laudem verò bonorum Item, precipue debent obedire præpositis suis, quia debent præpositi reddere rationem de ipsis. Vndè *Osseas 4. A.* Vituperat Iudæos; quia non obediunt Sacerdotibus suis, dicens. *Populus enim tuus sicut hi, qui contra dicunt Sacerdoti.* Propter fœtorem inobedientiæ fuit Adam eiectus de Paradiso. Propter odorem obedientiæ redemit nos secundus Adam; scilicèt, Christus. *In primo libro Regum 8. A. B.* Populus noluit obedire Samueli; sed voluit habere alium Regem; & ait Dominus ad Samuelem. *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Qui enim Sacerdoti non obedit, Deum abijcit. Talibus enim personis debet Ecclesia ornari; & tunc lectus erit floridus, tigna cedrina, & laquearia cypressina.

Osee 4. A.

1. Regum 8. A. B.

Qui non obedit Sacerdoti, Deum abijcit.

CAPVT II.

VERS. I.

EGO FLOS CAMPI, ET lilium convallium.

Campus est totus mundus Ecclesia est cor iusti flores Christus. De flore multiplici; vel quod Christus est flos pulcher; odorifer, suavis; & utilis.

1 CAmpus est totus mundus, Sancta Ecclesia, cor iusti; flos est Christus, & odor omnium. Item, dicitur flos campi, vt non tantum claustralibus se offerat; sed etiam laicis; Non tantum divitibus; sed & pauperibus. Flos est pulcher in aspectu, odorifer in olfatu; dulcis in gustu; suavis in tactu; vtilis in fructu. Hæc omnia Christo conveniunt. Pulcher in aspectu, quia ipse est, in quem Angeli prospicere desiderant: Omnes fideles idem desiderant, sivè affectant. Odorifer in olfatu; quia animæ fideles, quæ ipsum semel olfacierunt, nil tantum desiderant; sed omnia temporalia, quasi stercora, & quasi fel reputant. Vndè Ioannis in die obitus ait: *Vidi faciem tuam, & quasi de sepultura subtractus sum: Odor tuus in me concupiscentias excitavit æternas: Vox tua plena suavitate melliflua, & allocutio tua incomparabilis alloquijs Angelorum.*

Chrisostom.

2 Dulcis in gustu. Vndè *Psalm. 33. B. Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus.* De rosis, & violis fit xerupus qui totum mundum sanavit; incendium vitiorum, & fœbres animæ extinguit. Iste xerupus est sicut liquor sanguinis, & aquæ; qui ab hoc flore in die passionis emanavit. Suavis in tactu, quoniam patienter sustinuit omnes verecundias, & pœnas, quas Iudæi intulerunt, quia tanquam ovis ad occisionem ductus est; & tanquam agnus coram tondente se obmutuit, neminem lesit: Neminem recalcitravit. Flos quanto magis frangitur; tanto magis ab eo fragrantia emittitur. Sic quanto magis iste flos frangebatur; tanto magis salutaris odor ab eo egrediebatur. Vndè *Marc. 14. A. Fracto alabastro*, ex vnguenti odore domus Ecclesiæ implerur.

Psalm. 33. B.

Xerupus qui totum mundum sanavit.

Flos quanto magis frangetur.

Marc. 14. A.

3 Iste flos est vtilis infructu. In mundo enim floruit, & mortuus fuit; vt fructum æternæ gloriæ gustaremus. De hoc fructu, *in Apocal. 2. E. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: Et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Per Manna intellige stolam animæ: Manna autem sapiebat in deserto, quod quisque volebat, & Manna æternæ gloriæ ita est dulce, & sapidum, quod nemo scit, nisi qui gustaverit. Per candidum calculum intelligimus stolam corporis. Est autem calculus, solidus, per quod intelligitur impassibilitas; est rotundus, per quod intelligitur agilitas, & omne rotundum est volubile. Item calculus est candidus, per quod intelligitur claritas. Item per hoc quod dicitur calculus, quasi diminutivè intelligitur subtilitas. Quod enim modicum est, subtile est. In hoc calculo, id est; corpore nostro, erit nomen novum scriptum, hoc est; plenitido gaudij, quod nemo scit legere nisi qui receperit.

Apoc. 2. E.

Manna significat stolam animæ, & sapiebat. &c.

Calculus candidus.

Calculus solidus.

Rotundus.

4 Istum igitur florem teneat vnusquisque ante oculos, per meditationem, & in manibus per operationem. Sed plerique florem contrarium apponunt; scilicet; florere in hoc mundo divitijs; delitijs; magna familia, & pompa abunda-

Florentes in mundo: Nituntur interficere florentes in Christo.

te.

re. Hi inſurgunt in iuſtos. Vnde Ziphæi laboraverunt ſicut dicitur *in primo Regum* 23. C. Vt David caperetur à Saule, & moreretur. Saul enim ad iudicium Ziphæorum venit, vt comprehenderet David. David autem audiens, quod Saul veniret cum exercitu, vt eum caperet; deſcendit ad petram, & deſperabat ſe evadere poſſe; quia Saul, & viri eius cingebant David in modum coronæ. Sed tunc nuntius venit ad Saulem dicens: Feſtina, & vini, quia Philiſthęi effuderunt ſe ſuper terram. Et ſic ceſſavit à perſecutione David. Propter hoc vocaverunt locum illum petram dividentem.

1. *Regum* 23. C.

5 Ziphæi interpretantur florentes. Saul interpretatur petitio, & ſignat Diabolum, quem plerique petierunt ſibi in Regem. Quia cum mortaliter peccant; Diabolum ſibi Regem faciunt. David enim, vir iuſtus, ad quem veniunt Ziphæi; id eſt; florentes, & dicunt: Labora, vt divitias per fas, & nefas acquiras: digniates aſſequaris; de anima tua non cures. Hoc idem dicunt parentes filijs, quos faciunt vſurarios; ſimoniacos; mercatores; fraudulentos; advocatos; mendaces. Iſti filios, & filias avertunt à Deo, & offerunt Dæmonijs. Unde *in Pſal.* 105. E. *Immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs.* Sed quid debet facere iuſtus?

Ziphei interpretantur florentes Saul interpretatur petitio.

Patres perverſi, quomodo doceneant filios.

Pſalmus 105. E.

6 Fugere ad petram Chriſtum, viam eius imitando, qui nunquam in hoc mundo voluit proſperari. Et hic eſt, petra dividens, quæ dividit iuſtos ab iniuſtis, illos protegendo; hos perſequendo: illos ſalvando; Hos condempnando. Ideo dicitur *in Micheæ*: 7. B. *Nolite credere amico, & nolite confidere in duce; ab ea quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui: quia filius contumeliam facit patri, & filia conſurgit adverſus matrem ſuam; nurus adverſus ſocrum ſuam; & inimici hominis domeſtici eius.* Quia quem magis credis eſſe amicum, ipſe ſupplantabit te.

Iuſtus quid debet facere.

Micheæ. 7. B.

NOTA.

7 Qui enim laborat, vt ſit dives; felix; ſplendide comedat; optimo vino inebriet, vt diutius in hoc mundo vivat; cum Diabolo inimico mortali ſuo dormit; ſive moratur. Ipſe enim de quolibet deſiderat, vt acervius apud inferos puniatur. Nunquid amicus tuus eſt, qui incendium tibi præparat; vt comburaris; furcam, vt ſuſpendaris; gladium, quo interficiaris? Certè, non. Immo inimicus verus capitalis. Igitur, hoc faciunt, tibi amici carnales, qui ad peccandum allicientes, quaſi ignem, furcam, gladium; ſcilicet, pœnas infernales tibi præparant, & ad eas compellunt.

Laborare vt ſit homo dives quid.

Amici carnales quid faciunt.

8 Ideo quidam dixit. Tres ſunt amici. Vnus eſt ruſticus, & vaſtator. Secundus falſus, & deceptor: Tertius verus, & adiutor. Ruſticus, & vaſtator eſt caro mea, quæ, quantas ruſticitates tam corporaliter, quàm ſpiritualiter facit, quilibet poteſt experiri: Vaſtator eſt, quia nec pecora campi, nec volucres Cœli, nec piſces maris, ei ad victum ſufficiunt, & veſtitum. Mundus eſt amicus falſus, & deceptor. Iſti ſunt amici carnales, qui benedicunt, cum omnia proſpere ſuccedunt; & ſic falſum dicunt, & multos decipiunt, vt dicit Iſaia 3. C. *Populę meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.* Cum quis enim vult in Religione vivere; vel aliter rectè; amici carnales præcibus, & prætio eum detinent: In vitijs, & delitijs eum nutriunt; & ita viam, qua deberet tendere in Paradiſum, diſſipant: Viam autem infernalem aperiunt.

De tribus amicis: Carne: Mundo: Et Chriſto.

Amicus ruſticus, & vaſtator eſt caro.

Amicus falſus eſt mundus.

Iſaia 3. C.

9 Chriſtus eſt amicus verus, & adiutor; verus, quia vt dicitur *in Matth.* 24. C. *Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Et Marci* 13. D. *Et Luca* 21. F. *Adiutor eſt in tribulationibus. Pſal.* 45. A. Hoc eſt quando maximè indigemus. Mundus decipit in morte, & poſt mortem; quia ſanguinei, qui deberent, pro ipſo orare, Eleemoſynas facere; ludunt, & de bonis mortui luxuriantur, & nihil boni mortuis tranſmittunt. Chriſtus autem econtra: cum magis indigueris; quando divitiæ: delitiæ, & omnes amici te deſererint;

Chriſtus eſt amicus verus

Matth. 24. C. *Marc.* 13. D. *Luca.* 21. F.

Pſalm. 45. A. *Mundus decipit.*

rint ; tunc in gloria ſuſcipiet te.

10 Tunc fugit David ad tutiſſima loca Engaddi ; vt habetur in 1. Regum 24. A. Et tu fugias Ziphæos ; id eſt florentes. Seneca. *Malis artibus popularis favor acquiritur.* Idem. *Vtique quo maior eſt populus cui commiſcemur, hinc periculus plus eſt.* Igitur fugiamus cum David ad tutiſsima loca Engaddi; quod interpretatur fons: Hoc eſt, fugiamus ad quinque vulnera Chriſti. Quodlibet enim vulnus eſt fons hædi ab immunditia abluti. Omnes aquæ maris, & fluminum non poſſent vnicam maculam mortalem abluere : Sed bonus Ieſus flumina de carne ſua emiſsit, quibus nos immundos ab omni inquinamento mundavit. Hæc ſunt loca tutiſsima, in quibus verſari, & converſari debemus.

1. Regum. 24. A.
Seneca.
Engaddi interpretatur fons.

11 Ibi enim datus eſt Saul in manus David ; id eſt, Diabolus inpoteſtate iuſti. Quoniam à tempore, quo Chriſtus vulneratus eſt, ſuper hoſtem antiquum poteſtatem habemus: Immo, plus contingit, quod Dæmones, & perſecutores, iuſtos honorant. Sic legitur in libro *Eſther. 3. B. & 4. A. & per totum cap.* Aman princeps perſequæbatur Mardochæum, & laborauit, quod Iudæi interficerentur. Aman interpretatur comprimens, ſive coanguſtator. Mardochæus interpretatur mirrha amara, & ſignat iuſtos in amaritudine conſtitutos. Sed Mardochæus etiam ab Aman invito honoratur : Sic iuſti aperſecutoribus invitis.

Poteſtatem habemus ſuper hoſtem antiquum.
Eſther. 3. B. & 4.
Aman interpretatur comprimens, ſive coanguſtator.
Mardochæus interpretatur myrrha amara.

12 Contigit enim, quod Rex Aſſuerus quæreret ab Aman, quid faciendum eſſet illi, quem Rex vellet honorare? Reſpondit Aman: Homo, quem Rex cupit honorare, debet indui Regijs veſtimentis, & imponi ſuper equum, qui eſt de ſella Regis ; & accipere Regium diadema ſuper caput ſuum. Et dixit Rex ; ſicut locutus es, fiat Mardochæo, qui ſedet ante fores palatij; & fecit ita. Sic omnes, qui patienter tribulationes patiuntur, à ſuis perſecutoribus honorantur.

Omnes qui patienter tribulationes patiuntur.

13 Rex enim noſter Chriſtus eſt, cuius veſtes ſunt, paupertas; humilitas : Vilitas, & his ſimilia. Qui ergo nos, per tribulationes humiliat, viles reputat, & de paucat ; Regijs veſtibus nos induit Regis Chriſti. Diadema fuit ſpinea corona, quàm Chriſtus habuit; quando in ſella crucis ſedit. Hoc capiti noſtro ſuperponitur; quando mens noſtra aculeis tribulationum pungitur. Equus Regis, aſinus fuit, cui Dominus præelegit inſidere, quia inter animalia magis eſt obediens. In hoc inſtruimur, quantum caro ſpiritui debet obedire. Sic honorari debet, quem Rex voluerit honorare. Et qui in his imitatur Chriſtum, ab ipſo honoratur in æternum.

Chriſtus eſt Rex noſter.

14 Item eſt tibi lilium. Comvalles dicuntur qui duplicem habent humilitatem, interiorem, & exteriorem, mentis, & corporis. Quilibet debet habere aſinam, & pullum; id eſt; prædictam duplicem humilitatem. Aſinam igitur habet, & non pullum, qui humilitatem habet in corde, ſed ſuperbiam oſtendit in geſtu, vel habitu, vel operatione. Pullum habet, & non aſinam, qui humilitatem prætendit exterius; ſed ſuperbiam occultat interius. Eccleſiaſticus 19. *D. Eſt, qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo.* Vtraque igitur eſt neceſſaria, humilitas, & humilitatio. Et in talibus habitat Dominus, ſicut lilium in comvallibus quoniam *Abundant valles frumento. Pſal. 64. B.* id eſt; humiles Chriſto, qui eſt granum frumenti in terram cadens. Nam beati pauperes ſpiritu, qui ad divitias, & vanitates non aſpirant, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum ; id eſt Chriſtus.

De triplici humilitate.
Comvalles.
Eccleſiaſticus 19. D.
Pſal. 64. B.

VERS. 11.

SICVT LILIVM INTER SPInas, ſic amica mea inter filias.

15 AMica Dei eſt Eccleſia, fidelis anima, quæ verbis, & operibus infidelium, vt ſpinarum aculeis vndique pungitur ; necdum infidelium ; ſed & filiorum, qui ſunt in Eccleſia; non merito : Et talium gravior eſt per-

De pacientia: Iuſtorum inter impios.
Amica Dei eſt Eccleſia.

Lilium.

perſecutio. Sed lilium quanto magis pungitur, tanto amplius de ipſo bonus emittitur odor. Sic iuſtus cum iniuria, vel in verbo, vel in opere ſibi infertur; odorem ſuavitatis, odorem benignitatis, odorem patientiæ, debet de ſe emittere, quem malitia Caïn non exercuit. Adam bonus non fuit, quia malos tollerare non potuit. Hieronym. *Si frater tuus accenſus ira, adverſum te profert maledicta; porta eum, quia febribus agitur.* Item, Gregor. *Glorioſius eſt exemplo Chriſti, iniuriam tacendo fugere, quam reſpondendo ſuperare.*

Adam.

Hieronym. NOTA.

Gregor. in homil. 28. ſup. Ioann. circa finem.

16 Hic non fuit lilium inter ſpinas, qui ſotijs aliquantulum iniuriantibus, laſciviæ convenit ad confeſsionem, dicens: Ego ſum inter peſsimos, qui agunt; ſic, & ſic; & vix inter eos poſſum vivere. Et ſocij ſimiliter ad confeſsionem venerunt mirabiliter illum commendantes, & ſe iniuſtos iudicantes. Forſitam iſti cum publicano receſſerunt iuſtificati ab ipſo. Talis potius eſt ſpina inter ſpinas, quam lilium; impius inter impios: Lilium inter lilia, eſt iuſtus inter iuſtos: Spina inter lilia, impius inter iuſtos: Liliũ inter ſpinas, iuſtus inter impios.

Lilium inter lilia.
Lilium inter ſpinas.
Iob. 30. D.

17 Iob 30. *D. Ait: Frater fui draconum, & Socius ſtruthionum.*

Gregor. in moral. Iob. lib. 20. cap. 29.

Gregor. *In tritura areæ grana cum paleis præmuntur; ſic flores inter ſpinas prodeunt; roſa, quę redolet, creſcit cum ſpina*: Quoniam vſque ad finem mundi, granum eſt cum palea; oleum cum amurca; ruſticus cum lana; vinum cum fęcibus; flores cum ſpinis; iuſti cum perverſis. Adã duos filios habuit, alter eorum fuit, reprobus. Abraham, duos; vnus impius. Iſaac duos, alter reprobus. Et inter diſcipulos Salvatoris, vnus fuit proditor. Neceſſaria eſt vita iuſtorum inter perverſos, vt iuſti exerceantur, & perverſi corrigantur. Veruntamen expedit infirmis vitam vitare malorum.

De mala ſocietate fugienda. Seneca.

18 *Si inter malos fueris, neceſſe eſt, aut muteris, aut adoreris.* Vtrumque autem devitandum eſt, neve ſimilis malis fias, quia multi ſunt; neve inimicus multis, quia diſsimiles ſunt. Idem: *Cum his converſare, qui te meliorem facturi ſunt. Illos admite quos tu meliores facere poteris.* Democritus, *Satis ſunt mihi pauci, ſatis vnus, ſatis nullus.* Ait quidam; malem vnum Diabolum de inferno; quam perverſum ſocium in thalamo, quia Diabolus inviſibiliter ſurgit: Sed perverſus ſocius, per viſum, & auditum tentationem immittit. Diabolus vt efficatius tentet, formam viſibilem ſerpentis aſſumpſit. Vndè in *Geneſ. 3. A* Serpens; id eſt Diabolus transformatus in ſerpentem efficaciter tentando, & ſuadendo decæpit Evam. Vnde Hieronymus. *De impio, & maledicto fuge.*

Democritus. Exemplum.

Societas mala quid facit.

Geneſ. 3. A.

Hieroym.

19 Quidam Presbiter nomie Vigilantius, & vt dicitur hæreticus; vituperavit Hieronymum quia mũdum relinquerat, & vitam ſolitariam duxerat. Cui, Hieronymus: *Nulla ſecuritas vicino ſerpente dormire: Propterea fugi, vt me non morderet. Nam ſi fugero; gladium devitabo: Si ſtetero, aut vincendum mihi eſt, aut cadendum.* Quid autem neceſſe eſt, certa dimittere, & in certa ſectari? Tu qui pugnas, & ſuperare, & vincere; cur inquies pergis ad eremum? Reſpondeo: Vt te non audiam; vt tuo furore non moveat; vt tua bella non patiar; ne me capiat oculus meretricis; ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Quod de libidine dicimus, referamus ad avaritiam, & rerrena vitia.

Exemplum de vigilantio.

Hieroynim.

20 Beatus Martinus quandam moribus, & caſtitate præexcellã viſitavit: Illa vero noluit eum in cellã introducere; ſed per feneſtram reſpitiens, ait: Ibi pater ora, quia a viro nunquam fui viſitata. Gratias egit Deo Mattinus, quod talibus in vita moribus caſtam cuſtodierit voluntatem. Veruntamen nullus ex toto ſcandalum vitare poterit. Vndè quidam fuit frater, qui cum eſſet in cœnobio, frequenter ad iracundiam movebatur: Dixit autem ad ſemetipſum; vadam in ſolitudinem; & cum non habuero cum quo litigem, forſam requieſcet a me hęc paſsio.

Exemplum de beato Martino.

Exemplum de quodam Monacho.

21 Cum autem egreſſus manſiſſet ſolus in eremo, & quadam die, vas aqua repleſſet, & poſuiſſet in puteo; ſubito vas verſatum eſt, quod iterum ſecunda vice repleverit,

vit,& iterum verſatum eſt: Cum iterum repleſſet, & iterum ſimiliter verſaretur;iratus,& impatiēs, ipſum vas accipiens, fregit. Tunc dixit in corde ſuo: Ecce hic ſolus ſum,& tamen ab iracundia victus ſum,& vbicumque offenſiones invenio: Revertar igitur in Cœnobium,quia vbique pugna eſt. Patientia igitur neceſſaria eſt,& maximè auxilium Dei, quod ipſe præſtare dignetur.

VERS. III.

SICVT MALVS INTER LIGNA ſilvarum, ſic dilectus meus inter filios.

Quoſdā ſponſa commendat ſponſum.

22 DAVID ſponſus ſponſam vocat lilium inter ſpinas: Secundum cap. proximum: Hic econtrario ſponſa commendat ſponſum, vocans eum malum, quæ eſt arbor magis fructifera inter ligna ſilvarum.

De multiplici Ligno. Lignum eſt Chriſtus. Pſal.1.A.

23 Eſt autem lignum infolijs; floribus; & fructibus excellens; eſt lignum minus fructificans. Primum lignum eſt Chriſtus, *Quod plantatum eſt, ſecus decurſus aquarum.* Pſal.1.A. Ad Chriſtum pleniſsimè fugerunt dona gratiarum, quæ per aquas deſignantur; quoniam ſitim extinguunt; ab æſtu vitiorum refrigerant; ab omnibus immunditijs abluunt. Folia iſtius ligni ſunt ſacra verba; de quibus. *Et folium eius non defluet* Pſal.1.A. Quia nullum verbum eius irritum. Flores ſunt miracula, quibus tanquam floribus adornatur Eccleſia. Fructus ſunt opera, quæ faciet in tempore ſuo; quia poſt reſurrectionem, & aſcenſionem Eccleſiam conſtituit: Spiritum Sanctum miſsit; ſingulis diebus impios iuſtificat,& in futuro ſuos glorificat. Iſta,quæ in præſenti facit, ſunt opera gratiæ; in futuro opera gloriæ.

Pſal.1.A.

Luc.23.C.

24 Hoc lignum eſt,de quo Luc. 23. *E. Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Si Chriſtus, qui virore eſt omnium virtutum plenus, talia paſſus; aridi;id eſt; peccatores, & impij, qui ab humore gratiæ ſunt deſicati, quid putas,patientur? Ligna arida clarum ignem in inferno facient, & ardebunt. Vnde quidam. *Ex ſicci ligni clarus componitur ignis.* Lignum fructificans eſt vir iuſtus; folia ſimiliter ſunt verba bona: Flores bona deſideria: Fructus ſunt bona opera. Merito ergo dicitur arbor. Vnde homo; græce; antropos dicitur, arbor verſa Latine; quoniam radix eius in Cœlo: Vnde ad Philip. 3. *D. Noſtra converſatio in cœlis eſt.*

Lignum fructificans.

Homo græce; antropos dicitur. Philipen.3.D.

25 Item;caput,quod ſupremum eſt;radix, & virtus eſt omniū membrorum;quia à cerebro exeunt nervi, qui totum corpus vegetant. Et poſtea quaſi à capite exit homo in quatuor ramos; ſcilicèt; in duo brachia, & duas tibias. Et ab his brachijs,decem digita, quaſi rami amanibus, & decem ſimiliter de pedibus. Per caput ergo, intellige radicem, per alia;ramos. Sic ergo homo incipit ab vna radice, & terminatur in decem exterminantes: In quo notatur, quod tenemur Deo primitias,& decimas reddere,principium, & finem,caput,& caudam, non tantum de poſſeſsionibus;ſed etiam de actionibus; vt principum actionis ad Deum referatur,& finis.

De decimis; & primitijs Deo perſolvendis.

De his qui malum fructum faciunt. Lignaque faciunt malos fructus.

26 *Matth.7.C.Non poteſt arbor mala fructus bonos facere: nec arbor bona fructus malos facere.* Igitur *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Vnde quidam, hunc verſum.

Arbore de dulci dulcia poma cadunt.

Malus homo de Theſauro ſuo profert mala. Perverſi dicuntur ligna infrutuoſa,quia nullū fructum faciunt, & ſi faciunt,malus eſt;& quia malus; nullus dicitur. Hi ſunt carnales, & impij, quorum fructus numerat Apoſtolus ad *Galatas 5.C. Manifeſta ſunt autem opera carnis: Quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia.*

V.

Homo malus.

Galatas. 5.C.

27 Conſideret ſe vnus quiſque, ſi aliquem iſtorum fructum faciat: Tunc arbor mala dicetur. De hac arbore in Luc. 13. *B. Arborem ſici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in ea, & non invenit: Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt ex*

Luc.13.B.

quo venio quærens fructum in ſiculnea hac, & non invenio: Succide ergo illam: Ut quid etiam terram occupat? At ipſe reſpondens, dixit illi: Domine dimitte illam, & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora: Et ſiquidem fecerit fructum: Sin autem, in futurum ſuccides eam.

Anni quatuor.

28 Quatuor anni ſunt, quatuor tempora. In tribus nullum invenit fructum. Iſti ſunt, quatuor dies Lazari; in quarto reſuſcitatus eſt Lazarus. Primus annus fuit, ſtatus inocentiæ; quando Dominus dedit homini hoc mandatum: Nè de ligno ſcientiæ boni, & mali comederet; ſed hoc mandatum tranſgrediens fructum non fecit. Secundus annus, ſive ſepulchrum, fuit tempus ante Legem, in quo, in corde cuiuslibet ſcriptum naturale; ſcilicet: Quod non vis tibi fieri; tu alteri nè feceris: Quod primus homo natus de muliere non tenuit; ſcilicèt; Cain, quia fratrem ſuum Abel interfecit, & ſic fructum non fecit.

29 Tertius annus, ſive tertium ſepulchrum, fuit tempus ſub Lege. Expectavit Dominus vſque ad iſtum annum de hac ficulnea, ſi fructum faceret; ſed nec ipſam legem obſervavit, quia, *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Pſal. 13. A. Et ſic etiam, fructum non fecit. Quartus annus ficulneæ eſt, præſens tempus, in quo ſumus ſub Evangelio. Item, hi quatuor anni poſſunt in vnoquoque homine diſtingui. Nam primus annus eſt, pueritia, quæ protendit, vſque ad decimum quintum annum. Secundus annus eſt, adoleſcentia; ſcilicet; vſque ad vigeſimum quartum annum. Tertius annus eſt iuventus; ſcilicèt; vſque ad quadrageſimum annum.

Pſal. 13. A.

Anni quatuor in homine diſtinguntur.

30 Plerique ſunt, qui nec in primo anno, nec in ſecundo, nec in tertio fructum faciunt: Sed in vitijs, & delitijs commorantes penitus areſcunt. Veruntamen Dominus concedit quartum annum; ſcilicèt; ſenectutem, vt ſaltem in fine fructum faciat. Qui ſi non fecerit, excidetur, & in ignem mittetur. Et quandiu Dominus erit in Cœlo, ardebit in Inferno. Cuſtos; id eſt; Prælatus, debet hanc ficulneam fodere, & ſtercora apponere, vt fructum faciat. Ille ficulneam fodit, qui timorem ſuppliciorum incutit. Stercora apponit, qui fœtorem, & turpitudinem peccati exponit.

31 Magnus fœtor eſt culpa, pro qua, vt habetur in *Apocal.* 12. *B.* de Cœlo proiectus eſt Satan. De paradiſo eiectus eſt Adam. *Geneſ.* 3. *D.* Tantum enim fœtebant, quod ibi remanere non poterant. Magnus fuit fœtor peccati, pro quo auferendo; aquæ inundaverunt; non ſolum ſuper terram; ſed etiam ſuper cacumina montium; *Geneſ.* 7. *D.* quouſque fœtor peccati potuit pervenire. Magnus fuit fœtor, quod adhuc, quod auferetur; oportuit, quod alabaſtrum nardi piſtici prætioſiſimi; id eſt; prætenſa pyxis corporis Chriſti frangeretur, vt domus Eccleſiæ ex odore vnguenti impleretur. *Matth.* 26. *A. Marc.* 14. *A. Luc.* 5. *E. Ioannes.* 12. *A.* Et fætor peccati expelleretur.

De fætore peccati.

Apocal. 12. *B.*

Geneſ. 3. *D.*

Geneſ. 7. *D.*

Matth. 26. *A.*

Marc. 14. *A.*

Luc. 7. *E.*

Ioann. 12. *A.*

32 Item, attende, quia tantus eſt fætor peccati, quod ignis ante iudicium aſcendit tantum, quantum aquæ, in diluvio aſcenderunt, vt ab omni fætore mundus depuretur. Item, tantus eſt fætor vnius culpæ mortalis, quod ſi in eo quis moritur, per omnes ſpecies Paradiſi, fætor eius non extinguetur. Sed vt dicitur in Apocal. 14. *C. Fumus tormentorum eorum, in ſæcula ſæculorum aſcendet.* Iſte fumus erit fætidus, quia ſulphureus. Iſaia 24. *B. Humus eius vertetur in ſulphur: Et erit terra eius in picem ardentem nocte & die.* Humus impij, & caro eius, quæ tota, ſicut ſulphur fætebit; & ſicut pix nigra erit. Propter fætorem talium ſtercorum, debet anima fidelium, ad Chriſtum dulcimum; ſuaviſimum, odoriferum, converti.

Fætor peccati quid cauſet.

Apoc. 14. *C.*

Iſaia. 34. *B.*

Humus impij eſt caro eius.

33 Plerique hunc fætorem intelligunt, ſed peccatum ſuum non intelligunt, ſive non attendunt. Vnde *Amoſ.* 4. *C. Aſcen-*

Amoſ. 4. *C.*

Quod quidam credunt, mel eſſe fel. Ariſtotelis.

Aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras: Et non rediſtis ad me dicit Dominus. Vt dicit Ariſtotelis. *Suſpicati quidam ſunt mel eſſe fel, propter ſimilem colorem.* Sic plerique reputant ſtercus, & fumum peccatorum, potum, & cibum, & ſummum bonum, propter ſimilem delectationem, quia delectatio eſt in culpa, licèt modica, & delectatio, eſt in gloria Iſai. 36.

Iſala 36. D.

D. Hęc enim dicit Rex Aſsyriorum Iudæis: Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & tollam vos ad terram, quę eſt vt terra veſtra, terram frumenti, & vini; terram panum, & vinearum. Sic dicit Diabolus fidelibus: Exite de congregationibus iuſtorum: Facite mecum benedictionem in mortaliter peccando (Qui enim peccat Diabolo benedicit) & tollam vos in mundum, vt eum diligatis, delitias impleatis. Et talis terra eſt ſicut Paradiſus, quam expectatis, quæ veſtra eſt, vt dicitis. Multi ad quieſcendum, cælum relinquunt; mundum diligunt, ad infernum tendunt. Plerique enim nullum alium curant, nèc putant Paradiſum, quam, bene comedere; luxuriare; & bibere; ludere, & choreas ducere.

Diabolus quid ſuadet fidelibus. Benedicit Diabolo qui peccat.

35 Hi ſunt in terra Aſsyriorum; id eſt; Dæmoniorum. Hi ſunt, ſicut vpupa, quæ in ſtercore ſuo nidificat. Hi etiam ſunt ſimiles ſcrabonibus, quia tota delectatio ſua, in ſtercoribus conſiſtit. Scrabones per amigdalas, olivas, malegranatas, & cętęras arbores aromaticas volant, & tandem ſe in ſtercus proijciunt. Huiuſmodi ſunt, quidam Canonici, & Clerici, qui recitando, & cantando tranſeunt per vitas Sanctorum; quæ ſunt arbores aromaticæ; & tandem mergunt ſe in ſterquilinium culpæ, infimum luxuriæ: De quo in Eccleſiaſtic. 9. *B. Omis mulier, quæ eſt fornicata, quaſi ſtercus in via conculcabitur.* Conculcatur enim ab hominibus prętereuntibus.

Eccl. 9. B.

36 Scrabones ſemel invitaberunt apes; Et cum menſa eſſet poſita, ſtercora boum, & aliorum appoſuerunt: Apes verò ſemiextinctę avolaverunt; & ſcrabones ipſos reinvitaverunt. Menſa poſita, apes favum mellis appoſuerunt, ſcrabones verò credentes ſe ſtercora recipere guſtaverunt; cumque non ſtercora eſſe cognoviſſent, avolaverunt. Scrabones ſunt impij, quorum delectatio eſt in fornicationibus, comeſationibus, ebriatatibus, ludis, fraudibus, detractionibus, & huiuſmodi: Et iſti, ſi ſunt inter alios, apponunt ſtercora, nam de bono vino, de delitijs & vitijs, totus eſt eorum ſermo. Sed viri ſancti talem fætorem fugiunt, & ſi melliflua verba Paradiſi impijs apponant, mel ſacrę ſcripturæ, & exempla ſanctorum, deſipiunt illis vt fel. Et quia Chriſtus eis fętet, fugiunt. Attendat vnuſquiſque, quod faciat fructum, quia proculdubio, niſi in quarto anno, hoc modo fructum faciat, excindetur, & in ignem mittetur.

Exemplum de ſcrabonibus, & apibus.

Scrabones ſunt impij.

37 Quia vt dicitur in Math. 3. *B. Et in Luc. 3. C. Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt.* Non eſt homo, qui ſi videret ſecurim ſuper ſe, & certus eſſet, quod eum percuteret, quin timeret. Scio autèm quod ſuper collum cuiuslibet viventis eſt poſita ſecuris. Scio quod ſingulis diebus aliquem percutit. Certus ſum, quod ſuper caput meum deſcendet, ſed neſcio diem, neque horam. Quod de me dico, de quolibet ſentio. Item, attende quoniam, quando peccas, Dominus ſecurim erigit, & minatur; & væ tibi, cum multum fueris peccatis impinguatus; duriſsime enim percutiet te, quando in inferno corruere faciet. Igitur feſtinemus fructificare, quia vt dicitur in Math. 3. *B. Omnis arbor, quę non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.*

De ſecuri mortis, & iuditij poſita ſuper caput cuiuslibet. Matth. 3. B. Luc. 3. C.

Dominus erigit ſecurim quando peccas. Percutientur duriſsime impinguati in peccatis.

Matth. 3. B.

38 Arbor autem, quæ facit malum fructum non dicitur fructificare: Sicut qui portat glandes, cibum porcorum, & opera carnalia ſunt cibus, & refectio Dæmoniorum, vt legitur *Luc.* 15. *D.* Quod filius prodigus in regione diſsimilitudinis pavit porcos

Arbor quæ facit malum fructum.

Luc. 15. D.

Feſtum Dæmonibus celebrat qui vnicum mortale perpetrat.

cos de ſiliquis. Sic impius, ſpiritus immundus, feſtum Dæmonibus celebrat, qui vnicum mortale perpetrat. Sed qui multa committit multiplicem feſtum eis facit. De his arboribus, beatus

Iudas B.

Iudas in Epiſtola ſua. *B. Hi ſunt in epulis ſuis maculę, convivantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quę aventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſę, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia: Quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum.*

Arbores autumnales quæ dicuntur.

39 Arbores dicuntur autumnales, bis mortuæ, quæ in autumno florent, quando fructificare deberent. Sic in die Domini, quando iuſti fructum ſuum afferent; tùnc ipſi per orationes, & præces florebunt dicentes: Domine, Domine, aperi nobi; & modo dicunt: Domine, Domine, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus: Quibus brevitèr reſpondebitur: Amen, amen dico vobis, neſcio vos. Quando vixiſtis, fructificare debuiſtis; modo non eſt tempus laborandi; ſed quieſcendi. Item, dicuntur arbores bis mortuæ; ſemèl propter originale; ſecundo propter actuale. Vel bis mortuæ; ſemel in cogitatione; ſecundo, in operatione; vel ſemel in mundo, ſecundo in inferno.

De Hypocritis qui in mũdo laborant.

Ligna fructificantes non ſibi, ſed mundo.

Luc. 8. A.

40 Alij fructificant non ſibi ſed mundo. Vt hypocritæ, qui omnia expendunt: leiunant: Caſte vivunt, vt placeant mundo. Hi ſunt, de quibus Lucę 8. *A. Qui ſeminaverunt, ſecus viam, volucres cæli comederunt illud.* Dæmones aſportant, quæ pro humano favore faciunt: Et

Iſaiæ 17. C.

Iſai. 17. C. *Ablata eſt meſsis in die hæreditatis, & dolebit graviter.* Graviſsimus eſt dolor eſurientis, cum nihil habet, nèc qui ei tribuat invenit. Sic omnes impij, cum debuerint metere, nihil habebunt fructus vitæ æternæ, nèc invenient, qui ſaltem bucellam panis tribuat.

De lignis infructuoſis; quæ in Eccleſijs collocantur.

41 Tamen huiuſmodi ligna infructuoſa, Prælati perverſi, in Eccleſia conſtituunt. De quibus in libro Sapientię 4. *Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis; & ſpuria vitulamina non dabunt radices altas; nèc ſtabile fundamentum collocabunt: Et ſi in ramis in tempore germinaverunt, infirmitèr poſita, à vento commobuntur, & animietate ventorum eradicabuntur.* Spuria vitulamina ſunt, adulterinæ plantæ, quæ numquam fructum faciunt, quia altam non habent radicem. Hi ſunt, cardones, & ſpinę, in quibus numquam vvas, nèc ficos colliges. Quicumque principalitèr pro terreno, beneficium Eccleſiaſticum recipiunt; ſpuria ſunt vitulamina. Et quia tales plantas non Deus in Eccleſia ſua, ſed Diabolus plantat; ideò eradicabuntur, & projicientur foras extra Sanctam Eccleſiam: Quia non cum iuſtis hæreditabunt terram.

Sapientia 4. A.

42 Non enim eſt regnum Dei, ſed regnum Diaboli. Vndè veritas. Math. 15. *B. Omnis plantatio, quàm non plantavit Pater meus cæleſtis, eradicabitur, & in ignem mittetur.* Hoc eſt, omnis Prælatus; Canonicus; Monachus, ſivè ſacerdos, qui Beneficium, aut dignitatem ratione ſanguinis, ſeu pro divitijs, vel ambitione ipſius dignitatis, ſeu beneficij recipiendo in Eccleſia plantatur: Eradicabitur, & in gæhennam mittetur.

Matth. 15. B

43 Item, veritas. Ioannes 10. *A. Qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliunde: Ille fur eſt, & latro.* Aliunde intrat in ovile; hoc eſt, in Eccleſiam Dei, qui non amore Chriſti, ſed cupiditate, & ambitione Beneficium recipit; Quia Chriſtus eſt oſtium huius ovilis. Hi fures, & Latrones nobilibus furtis in cartario ſuſpendentur. Bernard. *Si vt præſis, non vt proſis intras, non te illa, quæ Deus eſt, charitas; ſed radix omnium malorum cupiditas te introduxit.* Sed dicit, Epiſcopus, Nobilis, Cardinalis, ſum cedrus alta; omes venti non poſſent me concutere: Frater; vnicu ictu confringet Dominus cedros Libani; id eſt; ſuperbos mundi.

Chriſtus eſt oſtium ovilis Eccleſiæ.

Bernard.

Summa

℣.

Summa petunt dextra
Flumina miſſa Dei
Vnica ſyllaba, quam reſumet
Mors eſt, vindictam aſſumet.
Falax fortuna, quam
Syllaba deſtruet vna.

De arboribus fructuoſis. Ierem. 32. G.

44 Iuſti plantabuntur in domo Domini. Ieremia 32. G. *Lætabor ſuper eis, cum bene eis fecero, & plantabo eos in terra iſta in veritate, in toto corde meo, & in tota anima mea.* Sicut aliquis lætatur cum ambulat in horto, quem plantavit, ita Dominus lætatur in horto cæleſtis gloriæ, cum viderit ſanctos ſuos ibidem plantatos. *Iuſtus enim vt palma florebit; ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo Domini.* Pſalm. 91. G. Plantabit igitur iuſtos in terra iſta, id eſt, in cæleſti Patria, non perfunctorie, ſed in toto corde, & tota anima. Ad hoc enim, quod in Patria nos plantet; totum cor ſuum per doctrinam effudit. Undè ait Ioannes 15. B. *Omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis*: Suple neceſſaria. Effudit cor ſuum in lacrymis, ſuſpiris, & oratione, & tandem effudit animam in morte. Et hoc, vt nos plantaret in horto cæleſtis gloriæ. Habent enim plantæ verba Chriſti, quibus creſcunt, & fructum faciunt; Pro pluvia; lacrimas: Pro rore, ſuſpiria: Orationes, pro aurora: Placidiſſima dona gratiarum, pro radijs Solis. Et ſic plantæ creſcunt, donèc ad hortum glorię perveniant.

Arbores fructuoſi ſunt iuſti.

Pſalm. 91. G.

Ioann. 15. B.

Arbores fructuoſi id eſt iuſti; quomodo creſcũt, & faciunt fructum.

SVB VMBRA ILLIVS QVEM deſideraveram, ſedi.

De vmbra ſub qua ſedit beata Virgo Maria.

45 DICTVM eſt de malo; ſequitur de vmbra. Sponſa commendat ſponſum, eo quod ſit malus, quæ omnes arbores excedit. Et ideò, relictis alijs arboribus, ſub vmbra iſtius elegit ſedere, id eſt, à ſtrepitu iſtius mundi quieſcere: Fructus eius guſtare. Hoc legitur de Beatiſsima Virgine Maria; de Eccleſia; de fideli anima. Beata Virgo ſub vmbra illius ſedit. Vndè Lucæ 1. D. *Angelus ad eam dixit: Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.*

Luc. 1. D.

Quæſtio de Conceptione Beatæ Martæ

46 Primò dicitur quod Beata Virgo fuit in peccato originali concepta; poſtea in vtero ſanctificata, & ab originali mundata: Poſtea, quando venit ad annos diſcretionis, potuit venialiter peccare; poſt incarnationem Filij Dei ita fuit gratia Spiritus Sancti obumbrata, & infrigidata, quod nec peccavit, nec peccare potuit.

47 Ad omnia hæc reſpondeo impugnando; contra dicendo; & deteſtando, quod Beatiſsima Virgo Maria fuerit concepta in originali peccato; & conſequenter affirmando, vt certiſsimum; quod quando ad annos diſcretionis pervenit, non peccavit vllo modo, nèc potuit peccare: Et hoc affirmando, dico, quod, propoſitio quæ aſſerit, quod Beatiſsima Virgo Maria fuerit concepta in originali peccato, falſiſsima eſt, & veritati contraria: Immò, tàm in conceptione, quàm in nativitate fuit ab omni peccato munda, & aliena; quia ab initio mundi, & antea, ab omni macula peccati fuit præſervata. Undè; tota pulchra eſt amica mea, & macula non eſt in te.

48 Sed hic quia quomodòcunque, vel quilibet alius, concipitur à matre, in peccatis originalibus, quia certum eſt, quod tempore, quo mater concipit prolem, ibi non eſt in conſpectu anima rationalis, quæ tunc non creatur, & corpor, infunditur, niſi prius corpus conceptum formatum & diſtinctum ſit: Corpus autem conceptum non habet debitam formam, niſi poſt quadraginta dies, ſi eſt maſculus, à conceptione: Si eſt femina, poſt octoginta dies: Cum ergò peccatum non poſsit eſſe niſi in anima; quando mater concipit fœtum, ibi non eſt anima. Quando ergò mater concipit fœtum in peccato?

49 Ad hæc; dupliciter reſpondetur: Primo, quod id peccatum, vel illa peccata, in quibus proles concipitur, non ſunt peccata prolis conceptæ, ſed parentum concipientium, licèt ante primum peccatum hominis, copula poſſet fieri ſine libidinoſa concupiſcentia: Tamèn poſt peccatum, fieri non poteſt abſque libidinoſa concupiſcentia, quæ ſemper eſt vitium & pec-

catum ; vt dicit Magiſter ; libro 2. diſt. 32. Niſi excuſetur pro bona matrimonij, vt ſcilicèt ad mortale non imputetur. Sic ergò in peccatis concepit eum mater eius ; quia parentes eum concipiendo peccaverunt ex libidinoſa concupiſcentia ſaltem venialiter.

50 Secundo dicitur, quod in peccatis concepit eum mater eius, quia in conceptione ſeminis in ſemine concepto, eſt quædam neceſsitas ad idem pecatum originale in anima, quando fuerit eidem coniuncta. Sic niſi id dicitur fieri, cum fit id, ad quod neceſſario illud dicitur conſequenter : Verbi gratia. Dixit Dominus primis Parentibus, in quacumque hora comederitis de ligno ſcientiæ boni, & mali moriemini : Non quidem, quod ſtatim mortui fuerint, quando de ligno comederunt ; quinimo primus Adam vixit nongentis triginta annis : Sed id quod dictum eſt, quacumque hora comederitis moriemini, id eſt, contrahetis neceſsitatem moriendi. Sic in propoſito.

51 Ideò notant Doctores quod peccatum originale contrahitur duplicitèr; ſcilicèt, cauſaliter, & formalitèr. Contrahitur cauſaliter in conceptione ſeminis, quia tùnc contrahitur neceſsitas ad peccatum contrahendum. Formalitèr ; quando anima creata infunditur corpori, niſi interim Deus per ſuam gratiam purificet & ſantificet ſemen conceptum ab illa libidinoſa concupiſcentia ; Et ſic fuit in Conceptione beatæ Virginis Mariæ, & taliter quod in ipſa conceptione fuit à Deo prę ſervata, & mundiſsima & ab omni macula peccati eſſempta, & liberata. Vide in mea gloſa Pſal. verſ. 428. Contrahitur tamen formaliter in conceptione hominis, id eſt, in infuſione animæ. Anſelmus in libro de Conceptione Virginis Mariæ.

Anſelm.

52 Sic ergo Beatiſsima Virgo Maria ſub vmbra Dei, quem deſideravit, ſedit. Aliæ mulieres maritos, & filios deſiderabant in quibus conſolationem haberent. Vndè Exodo 23. *Maledicta ſterilis quæ non paris.* Sed beata Uirgo carnali delectatione abiecta, Deo ſe dedicavit, in Deo conſolationem habuit; Deum ſuper omnia deſideravit, & ideò ipſum Deum filium acquiſivit. Vnde Eccleſi. 24. *A. Qui creavit me, requiebit in tabernaculo meo.* Et fructus iſtius arboris, id eſt, nativitas, locus, & converſatio ipſius dulcis gutturi meo.

Exod. 23. D.

Eccl. 24. A.

53 Vndè beata Virgo ſeptem dulcedines, ſivè ſeptem gaudia de filio ſuo præcipue guſtavit. Primum fuit in ſalutatione Angeli : Secundum fuit quando ſalutavit eam Eliſabeth. Luc. 1. *E. Dicens ; Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui : Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis* : Et cætera ; vndè præ gaudio beata Virgo ſtatim optimam cantilenam compoſuit dicens: *Magnificat anima mea Dominum.* Tertium fuit in nativitate Chriſti. *Lucæ 2. A.* Quartum, in adventu Paſtorum. *Lucæ 2. B.* Qui à monitione Angelorum venerunt, vt viderent puerum pannis involutum. Quintum. *Math. 2. B.* Quando tres Reges venerunt de longinquo, & obtulerunt filio ſuo munera.

De dulcedinibus ſivè gaudijs beatæ Virginis Mariæ.

Luc. 1. E.

Luca 1. A. B.

Math. 2. B.

54 Sextum : Quando Simeon Ieſum oblatum in templo ſuſcepit in vlnas ſuas, & benedixit Eum dicens : *Nùnc dimittis*, & cætera. *Lucæ 2. E.* Quoniam puerum vocabit, *Lumen ad revelationem gentium, & gloriã plebis ſuę Iſrael.* Quando talia, & tanta audivit de Filio ſuo multum gaviſa eſt. Septimum ; quando Filium, quem amiſſerat, invenit ſedentem in templo in medio Doctorum, vt legitur. *Luc. 2. G.* Et has ſeptem cauſas gaudij diſcipulis expoſuit. Vndè Evangeliſtæ ab ea inſtructi ſcripſerunt. Omnes ergò fideles cum beata Uirgine, in his ſeptem gaudeant, vt cum ea valeant in gloria gaudere. Octava vice multum gaviſa eſt, quando filium à mortuis reſurrexit. Nona vice, quando anima egreſſa à corpore, honorifice à filio ſuo, & tota cæleſti curia eſt reportata, & ſuper choros Angelorum exaltata. Hæc omnia fuerunt dulcia gutturi ſuo.

Luc. 2. E.

Luc. 2. E.

55 Eſt autem vmbra mundi; vmbra Diaboli ; & vmbra Chriſti. Umbra mundi ſunt omnia temporalia, de quibus in Libro ſapientiæ.

De triplici vmbra & primo de vmbra mundi. Et ſunt omnia temporalia.

Sapientia 5. A.

5. A.

5. *A. Tranſierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuncius percurrens, & tamquam navis, quæ pertranſit fluctuantem aquam: Cuius, cum præterierit, non eſt veſtigium invenire, neque ſemitam carinæ illius in fluctibus; aut tamquam avis, quæ tranſvolat in aere, cuius nullum invenitur argumentum itineris, ſed tantum ſonitus alarum verberans levem ventum: Et ſcindens per vim itineris aerem: Commotis alis tranſvolavit, & poſt hoc nullum ſignum invenitur itineris illius.*

℣. Vndè quidam, hos verſus.

Nos levis vmbra ſumus,
Raptus de turbine ſumus,
Nos agri fœnum primum,
Caro poſtea fœnum.

Eccleſiaſtic. 34. A. Omnia tranſitoria.

56 In Eccleſiaſtico 34. *A, Quaſi qui appræhendit vmbram, & perſequitur ventum: Sic & qui attendit ad viſa mendacia.* Omnia tranſitoria ſunt viſa mendacia. Mentiuntur enim ſe eſſe aliquid, cum nihil ſunt. Mentiuntur ſibi ineſſe beatitudinem, cum nulla ſit. Sicut vmbra obſcura eſt & ſoliditate vacua; ſic omnia mundana ſunt obſcura, & vana. Obſcura, quia oculos mentis excęcant. Hæc enim ſunt tenebræ palpabiles Ægipti; quia Ægyptis ſe ipſos videre non poterant. *Tenebræ palpabiles.* Tenebræ palpabiles ſunt, aurum, & argentum, veſtes, domus, carnes, & cętera, quæ palpari poſſunt. Homines excęcant, quia nèc Deum vident, nec ſe ipſos intelligunt, ſeù cognoſcunt. Vndè vt habetur in *ſecundo Regum* 11. *A.* Bethſabee fuit tenebræ, quas palpavit David & mente excæcatus eſt. Item *Iudicum* 16. *A. 6. C. D. E.* Dalila fuit tenebrę, quas palpavit Samſon, & viſum amiſit.

Bethſabee fuit tenebræ. 2. Regum 11. A. Iudicum 16. A. B. C. D. E. Dalida fuit tenebræ.

57 Aurum palpavit Midas; & ſenſum amiſit. Midas vt in fabulis narratur Rex fuit, & rogavit, quod omne quod palparet, mutaretur in aurum, quod ei conceſſum eſt. Intravit Palatium ſuum, poſtes, & parietes tetigit, & mutata ſunt, in aurum; multum de tali Palatio gloriabatur. Sedit ad prandium, tetigit menſam, verſa eſt in aurum; tetigit panem, verſus eſt in aurum. Iam nil comedere poterat quia omnia, quæ tangebat mutabantur in aurum, quod comedere nequibat. Itaque vſque ad mortem languit, & rogavit in contrarium; ſcilicet; quod nihil ex tactu mutaretur; & habitus eſt pro ſtulto.

Exemplum de Midas.

58 Tales ſunt cupidi, & avari; velent vèrè, quod vinum, & panis, & etiam fumus domus ſuæ, totum in aurum mutaretur, & nil de eo tribueretur. Et ita augebitur eorum magna fames, & ſitis donèc languebunt vſque ad mortem, quando in die iuditij eſurient, & ſitient: Sed nèc comedent neque bibent, niſi fervidum aurum, quod in inferno bulietur, & projjetur in os cupidi, & dicetur ſibi: Aurum ſitiſti, aurum bibes. Tùnc rogabunt per contrarium, quia dolebunt, & pœnitebunt, de mala, & varia ſua cupiditate; ſed reputabuntur ſtulti, quia tùnc nullus erit locus pœnitentiæ fructuoſæ. *Cupidi, & avari quales ſint.*

59 Item, vana ſunt temporalia, quæ ſoliditate carent, quia omnia amituntur; omnia tranſeunt; omnia evaneſcunt. Vndè in Eccleſiaſt. 2. *A. Dicit Salomon: Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos; & plantavi vineas, feci hortos, & pomaria, & conſervi ea cuncti generis arboribus, & extruxi mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ſilvam lignorum germinantium. Poſſedi ſervos, & ancillas, multamque familiam habui; armenta quoque, & magnos ovium greges vltra omnes, qui fuerunt ante me in Ieruſalem. Coacervavi mihi argentum, & aurum, & ſubſtantias Regum ac provinciarum: Feci mihi cantores, & cantatrices, & delitias filiorum hominum, ſcyphos, & vrceos in miniſterio ad vina fundenda, & ſupergreſſus ſum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Ieruſalem: Et omnia quæ deſideraverunt oculi mei, non negavi eis: Nèc prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur.* *Eccl. 2. A.*

60 Et numerat multa alia in quibus humanæ concupiſcentiæ delectantur. Sed quod tota nihil ſint, probat dicens in eodem C. *Cumque me convertiſſem ad vniverſa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudaveram; vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.* Qui vmbram hanc diligit, dicitur colu- *Eccl. 2. C.*

Homo impius quare dicatur coluber.

coluber, quaſi colens vmbras.

Pœnæ iſtius mundi quantum diſtent à pœnis inferni ſeù purgatori.

61 Item, mundana dicuntur vmbra, quæ ſimilantur corpori. Pœnæ tamen, quæ hic ſuſtinentur ſunt vmbra, reſpectu pœnarum, quę ſunt in inferno: Sicut ſe habet ignis pictus, ad verum; & vmbra, ad corpus: Ita ignis iſte, ad ignem Purgatorij; & Purgatorij, ad infernalem. Similiter omne gaudium temporale eſt vmbra, reſpectu cæleſtis gloriæ: Sicut ſolidum, in infinitum eſt magis, quam vacuum: Ita gloria æterna eſt maior quouis gaudio temporali. Et ſicut quis, antea daret totum mundum, quam ſuus digitus arderet: Ita quilibet, quidquid habet tribuat; priuſquam ignem ſuſtineat, qui totum corpus æternaliter cruciabit, ſiuè cremabit. Et ſicut homo totum daret, pro vera ſalute; vt dicit Claudianus. *Nam munere charior omni, abſterget ſua quæque ſalus.* Sic quidquid habet, debet pro æterna ſalute impendere.

Gaudium temporale eſt vmbra reſpectu cæleſtis gloriæ

Claudianus

De vmbra Diaboli ſunt impij.

62 Vmbra Diaboli ſunt impij: Vndè Iob. 40. C. *Sub vmbra dormit in ſecreto calami, & in locis humentibus.* Sub vmbra; id eſt, ſub cupidis, qui vmbram rerum temporalium concupiſcunt. In ſecreto calami; id eſt, in ſuperbis, qui habent ſonum vanæ gloriæ; ſed carent ſenſu bonæ operationis. Et dicuntur fiſtulæ Diaboli. De quibus in Pſal. 39. C. *Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei*: Quia plures ſunt impij, quam iuſti, qui adornant caput Chriſti. Quoniam vt dicit Salomon Eccleſiaſt. 1. D. *Stultorum infinitus eſt numerus.* Tales vmbras collit coluber antiquus.

Pſalm. 39. C.

Eccl. 1. D.

De vmbra Chriſti. Pſalm. 56. A.

63 Vmbra Chriſti eſt eius protectio, vt in Pſalm. 65. A. *In vmbra alarum tuarum ſperabo, donèc tranſeat iniquitas.* Sicut gallina expandit alas, vt pullos à miluo protegat: Sic Chriſtus brachia in Cruce, vt à peſsimo miluo; ſcilicèt; Diabolo; nos protegeret. Ambroſ. *Nobis oſtendit Ieſus Nazarenus manus ſuas, vt totum mundum obumbraret.* Quomodo non ſumus in vmbra, qui Crucis eius velamento protegimur? Sub hac vmbra ſedit, qui amore Crucifixi ab omnibus vitijs ſe abſtinet, & in Crucifixo totam ſpem ponit. Tribus de cauſis avis alas ſuper pullos expandit: Ad nutriendum, vt avis in nido: Ad protegendum, vt gallina in area: Ad volandum, vt, Aquila in cælo.

Ambroſ.

Sedentes ſub vmbra Chriſti qui ſint.

Avis quare alas ſuper pullos expandit.

Chriſtus quomodo expandit alas ſuas vt nos nutriat.

64 Sic Dominus alas ſuas ſuper nos expandit, vt nos in nido Eccleſię nutriat. In area diſceptationis, vt protegat. In cælo, vt ad volandum ad ſuperna nos provocet. De primo. *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iuſto. Pſal. 54. D.* De ſecundo in Luc. 13. G. *Ieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum congregat gallina pullos ſuos ſub alas, & noluiſti.* De tertio in Deuteron. 32. B. *Sicut Aquila provocat ad volandum pullos ſuos; & ſuper eos volitans, expanait alas ſuas, & aſſumpſit eos, atque portavit in humeris ſuis.*

Pſalm. 54. D. Luc. 13. G.

Deuteronom. 32. B.

65 Quandiu Chriſtus ambulavit ſuper terram, fuit quaſi mater nutriens. Quando expandit brachia in Cruce, fuit quaſi Aquila ad volandum provocans. Sicut pulli ſine pluma frigore morerentur; niſi calore matris nutrirentur: Sic ante adventum Chriſti, pene omnes, ſine plumis virtutum fuerunt, quia non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Sed poſt quam Chriſtus venit inter homines converſando, eos per virtutes, & opera calefecit; verbo ſalutis refecit, ita, vt digne Pater, & Mater nuncupetur. Teſte Iſaia 46. A. Qui ait. *Audite me domus Iacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulva: Vſque ad ſenectam ego ipſe, & vſque ad canos ego portabo: Ego feci, & ego feram: Ego portabo, & ſalvabo.*

Iſaia 46. A.

66 Quaſi diceret: Homines ſunt contra omnium fœtum pullorum. Nulla avis, nulla beſtia vltrà bienium fœtum nutrit, nèc mulier vltra annum infantem portat: Sed Dominus in viſceribus miſericordiæ, vſque ad canos impios portat; quia dat eſcam omni carni. Tamen à lacte vanitatis, & voluptatis nolunt ablactari; id eſt, à lactatione ſeparari: Monſtrum, vel morion dicitur amens ſecundum papiam à morte vocatus, eo quod non vigeat intellectu, vndè morion, grece, facain

Senex in peccato eſt monſtruum.

caint vt idem ibidem; qui vſque ad canos in ventre matris portaretur; ſicut monſtruum eſt ſenex, qui nunquam, per pœnitentiam renaſcitur.

Iſaia 65. D.

Vndè Iſaia 65. *D. Puer centum annorum morietur; & peccator centum annorum maledictus erit.* Vndè quidam. Qui puer eſt puer, & ſemper puer, nunquam deſinit eſſe puer; maledicatur puer centum annorum.

67 In Cruce fuit mater, vel gallina protegens; ſicut collumbæ, quando Draco eas infeſtat fugiunt ad vmbram cuiuſdam arboris, vbi Draco non audet eas invadere: Sic nèc Diabolus poterit illis nocere, qui ſub vmbra Crucis venerint. Sed qui ab vmbra Crucis recedit, ſtatim capitur à Diabolo: Fugit ab vmbra Crucis, qui afflictionem carnis deſerens, vitijs, & delitijs ſe immergit: Fugit enim à brachijs Chriſti, & cadit in vmbram Diaboli. Vndè Pſalm. 34. *B. Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum.* Qui ſub vmbra Chriſti permanſerit ab omnibus nocivis tutus erit. Iſaia 4. *B. Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu, & ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & à pluvia.*

Vmbra crucis quomodo nos protegat.

Homo recedens ab vmbra crucis capitur à Diabolo.

Pſalm. 34. B.

Iſaia 4. B.

68 Hoc tabernaculum eſt caro Chriſti, in qua militavit contra Diabolum; hoc eſt, in vmbraculum contra æſtum temporalis felicitatis. Iſte æſtus ſignatur, per puerum, qui venit ad meſſores æſtuante ſole, & ait. *Caput meũ doleo, caput meum doleo, & mortuus eſt, & in lecto poſitus*; vt habetur 4. *Regum* 4. *C. Venit Eliſeus, & incurvavit ſe ſuper puerum, & poſuit os, ſuper os, & oculos, ſuper oculos, & ſic ſe puero coaptavit, & reſuſcitatus eſt.* Quidam veniunt, qui metunt fructum temporalem; ſicut qui labrant vt divitias, & vanitates in hoc mundo metant, æterna metere non laborant. Veniunt parvuli ad tales meſſores, & ſol mundanæ gloriæ mentes parvulorum calefacit, ita quod nihil appetant niſi ad exemplum aliorum divitias, & inſanias falſas, & ideo, mentem dolent per tentationem; moriuntur per conſenſum, & operationem.

4. *Regum* 4. *C. F.*

Metere fructum temporalem.

69 Sed venit bonus Ieſus, verus Eliſeus cum carne humana, & eam, non proſperitatibus; ſed pœnis, & miſerijs in hoc mundo expoſuit; & ſic ad exemplum illius, omnes divitias, & vanitates contemnere docuit. Poſuit oculos, ſuper oculos, vt noſtros ſanctificaret, vt ſicut ipſe, nihil mundanum concupiſceremus. Poſuit os, circa os, vt, ad exemplum ipſius veritatem loqueremur. Poſuit manus, circa manus, vt ſicut ipſe, manus alijs porrigamus. Ventrem, circa ventrem, vt ſicut ipſe, in ventre temperantiam & continentiam haberemus. Pedes, circa pedes, vt ſicut ipſe, per vias Domini ambulemus. Gregor. *Chriſtus in mundo proſperari noluit; opprobria, & deriſiones tolleravit; ſputa; flagella; alapas; ſpineam coronam; Crucem que ſuſtinuit.* Et quia per rerum temporalium delectationẽ, a gaudio æterno cæcidimus, cum qua amaritudine, illuc aſcendatur, oſtendit.

Chriſtus docuit contemnere temporalia.

Greg.

70 Quid itaque homo, pro ſe pati debet; ſi tanta Deus pro hominibus pertulit? Qui ergò conſiderat, qualem miſeriam Chriſtus ſuſtinuit, & gloriam, & felicitatem præſentis ſæculi, ſicut ipſe, vel ad exemplum ipſius, contemſerit, hic ſanus conſervabitur, quod caput non doleat, & mortuus ſuſcitabitur, quod cum impijs non peribit. Sed plerique veſtigia Anti-Chriſti ſequi volentes, ei opponuntur, qui meritò Anthi-Chriſti dicuntur. Chriſtus enim paupertatem, & caſtitatem dilexit; ſed tu, o impie, paupertatem ſpiritualem, & caſtitatem fugis; divitias temporales, & luxurias appetis: ergo non a Chriſto Chriſtianus, ſed Anthi-Chriſtus efficeris.

Quod multi ſunt anti-Chriſti.

71 Item, Chriſtus fuit humilis, temperatus, ſalutem animarum quærivit: Tu ſuperbus, quia non miniſtrare; ſed miniſtrari contendis; nam in dignitatibus, alijs præeſſe deſideras: Piſces, & carnes epulans, ac vina electiſsima devorans, nil de anima ſed tantum de corpore curas: ergò, vt dixi, non Chriſtianus; ſed Anthi-Chriſtus efficeris. Chriſtus carnem ſuam ſanctiſsimam flagellis, & tormentis expoſuit: Tu verò carnem tuam viliſsimam omnibus delectationi-

bus

bus delectationibus tradis : Ergo non Chriſtianus; ſed Anti-Chriſtus efficeris.O impie! Cur nomen Chriſti vſurpas, cum vitam ipſius in omnibus infeſtas? Vndè Eccleſ. *Si re priveris, nèc nomen habere mereris.*. Igitur non Chriſtianus; ſed Anti-Chriſtus merito nuncuparis; nam Anti-Chriſtus dicitur ab Anthi,quod eſt cõtra;& Chriſtus, quaſi contrarius Chriſto, quod tu facis. Pullus qui à nido cadit, à ſerpente devoratur.Qui ab alis gallinæ recedit,à miluo rapitur. A navi corruẽs, in mari ſubmergitur.Sic,qui ab alis, vel vmbra Chriſti fugit, à Diabolo rapitur, à ſerpente antiquo devoratur,in mare mortis ſubmergitur.

Anthi-Chriſtus.

Pullus qui à nido cadit à ſerpente devoratur.

Rapitur à miluo qui ab alis gallinæ recedit.

72 Item, erit hoc tabernaculum in ſecuritatem à turbine, & à pluvia. Turbo erit in die iuditij, qui rapiet, & involvet omnes impios. Pluvia erunt guttæ quæ cadent ſuper corpora damnatorum. de qua Iob 20. *C. Emittet in eum iram furoris ſui, & pluet ſuper eum bellum ſuum.* Vndè, Geneſ. 19. *E. Pluet Dominus ſulphur, & ignem ſuper Sodomam.* Sic pluet ſuper impios, in die iuditij illaqueabuntur, quod fugere non poterunt.Apparebit enim hoc tabernaculum, id eſt; caro eius, in die iræ,in die calamitatis, & miſeriæ. Et beatus qui hac carne, hoc tabernaculo obumbrabitur;quia,nèc à turbine, qui egredietur,lędetur.

Iob.20.C.

Geneſ. 19. E.

73 Item, *Sicut Aquila provocat pullos ſuos in aere ad volandum.* Deuteron.32. *B.* Ita Chriſtus,in die Aſcenſionis, *Aſcendit ſuper pennas ventorum Pſalm. 17. B.* Vt provocaret nos, quo volare debemus. Vndè Micheę 2. *D. Aſcendet enim pandens iter ante eos.* Ideò dicitur in fine Miſſæ. *Ite Miſſa eſt.* Quaſi diceret, hoſtia miſſa eſt in cælum ite poſt eam.Sed heu,multi non poſt Chriſtum,ſed poſt Diabolum audita miſſa velociter currunt. Quicunque enim ad proſtibulum,ad tabernam, ad ludum,ad ſpectaculum, ad fraudem, & his ſimilia pergunt ; poſt Diabolum pergunt,& currunt,& in infernum corruunt.

Deuteu.32.B
Pſalm. 17.B

Micheæ. 2.D.

NOTA.
Ite miſſa eſt.

74 Undè in Pſalm. 54. *D. Tu verò deduces eos, in puteum interitus.* De huiuſmodi. Oſee 5. *C. Ephraim cæpit abire poſt ſordes, & ego quaſi tinea Ephraim, & quaſi putredo domui Iuda.* Quaſi diceret: Ephraim; id eſt; qui deberent fructificare, ſequuntur ſordes vitiorum, & reputant me tineam,& putredinem. Relinquatis ergo viam in luce ſagittarum, id eſt; Sanctorum Dei ambulatis, in ſplendore fulgurantis haſtæ, id eſt; carnis Chriſti per miracula, & terrores prędulgidos. *Abacuc 3. B.* Donèc videatis Deum Deorum in Sion.

Pſalm. 54. D.

Oſee. 5. C.

Habacuc 3. B.

75 In deſerto, vbi quievit nubes, ibi populus Iſrael caſtra collocavit, quia nubes obumbravit eos per diem, & illuminavit per noctem. *Pſalm. 104. D.* Nos ſumus in deſerto iſtius mundi;ſivè, exilij;tendentes ad Patriam Paradiſi. Igitur vbi requieſcit nubes: Pſalm. 104. *Expandit nubem in protectiouem:* Illic caſtra collocamus. Hęc nubes primo reqnievit,in loco,qui dicitur Marach, & ex quo Chriſtus fuit natus, ſtatim amaritudines præſentis miſeriæ ſentit;paupertatem, frigus; famem,& ſitim.Ecce aquę Marach. Plerique murmurant ſicut populus iſte dicentes ; Quid bibemus? quaſi dicerent ; in quo delectabimur ; ex quo nil niſi miſeriam invenimus?

De nube in deſerto.

Pſalm.104. D.

76 Dominus monſtravit eis lignum, quod immiſſum aquas dulzorabat. Lignum enim Crucis amaritudines noſtras dulzorat; ex quo Chriſtus amaritudines in hoc ligno, pro me ſuſtinuit;dulce eſt mihi amore ipſius miſerias portare. Poſtea requievit nubes in Helim, vbi erant duodecim fontes, & ſeptuaginta palmæ; & Chriſtus congregavit duodecim Apoſtolos, & ſeptuaginta diſcipulos, qui potum ſalutiferum,& dulciſsimos datilos populo præſentarent. Et tum hac manſione converſare,vbi potum,& dulciſsimos datilos Apoſtolorum, & Diſcipulorum, poteris invenire; vt breviter concludant manſiones, ſuper aquas ſtetit. Hæc nubes, fuerunt paupertas ; humilitas ; benignitas; largitas;pacientia : In huiuſmodi debemus caſtra noſtra collocare, vt in talibus converſemur, & nube protegente ad terram promiſsionis perveniamus.

Lignum crucis.

Nubes Chriſti quales fuerunt.

FRVC-

FRVCTVS EIVS DVLCIS gutturi meo.

De dulcedine fructus Chriſti.

77 FRuctus iſtius ligni eſt vita æterna, quæ non ſolum guſtum; ſed & viſum; auditum; tactum; & olfatum ſua dulcedine afficiet; quoniam omnis ſenſus, omnis punctus in toto corpore ſumma delectatione, ſumma gaudio replebitur.

De quinque ſenſibus dulcedine ſumma repletis: Vel de dulcedine fructus: Sive de gloria paradiſi.

78 Pulchritudo erit in viſu: Sonoritas, in auditu: Suavitas in olfatu: Dulcedo in guſtu: Lenitas in tactu. De pulchritudine, in viſu. Tobiæ 13. *D. Portæ Ieruſalem ex ſaphiro, & ſmaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum eius, ex lapide candido, & mundo.* Iſti lapides prætioſi ſunt diverſitates Sanctorum, in quorum viſione aſpectus delectabitur. Præter hos lapides, vnus lapis erit, prætioſiſſimus. In Zacharia 3. *D. Super lapidem vnum ſeptem oculi ſunt; ecce ego cælabo ſculpturam eius, ait Dominus exercituum, & auferam iniquitatem terræ illius in die vna.*

Tobiæ 13. D.

Lapides prætioſi.

Zacharię 3. D

Lapides prætioſiſſimus eſt Chriſtus.

79 Ipſe lapis Chriſtus eſt, ſuper quem ſunt ſeptem oculi; id eſt; ſeptem dona Spiritus Sancti. Iſte, qui cælavit; id eſt; depinxit cælum, & terram, & omnia amena, in quibus delectamur: Cęlavit hunc lapidem; ita quod fecit eum; ita pulchrum; ita benigum; ita ſapientem, quantuncunque potuit; & hoc præcipuè, ſic quod in eius aſpectu delectamur. Iudæi ipſum ſculpſerunt; quando virgis verberaverunt, & clavis, & lancea confixerunt. Lapis pretioſus morbos expellit; aviditates necat; homines exhilarat, vt legitur de quibuſdam lapidibus. Sed iſte lapis, eſt ille, qui in die paſſionis abſtulit iniquitates terræ, vt dixit Zacharias 3. *B. Auferam iniquitates terræ.* Item Dæmonia fugat; Iuſtos exhilarat; præcipue omnes in gloria exuberat. Tunc dicit, Sybilla; id eſt, Eccleſia de Gentibus; vt legitur in 3. *Regum* 10. *B. Beati viri tui, & beati ſervi tui, qui ſunt ante te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam.*

Lapis pretioſus quas proprietates habet.

Zacharias 3. 6.

3. Reg. 10. B.

80 Sonoritas in auditu; nèc fiſtula; nèc lira; nèc tuba; nèc timpana; nèc cithara; nèc organa; tàm dulcem melodiam poterunt facere, quales erunt, cantilenæ Angelorum; cantica Sanctorum. Unde. Tobiæ 13. *D. Cantabitur per vicos Ieruſalem, Aleluia. Benedictus Dominus, qui exaltavit Ieruſalem, vt ſit Regnum eius in ſæcula ſæculorum.* Exemplum de avicula, quæ centum annis dulcedine cantus, Monachum extra clauſtrum detinuit. Ibi erit ſuavitas in odorátu. Poſtquam Salomon ædificaverat templum; ædificavit domum, quæ tota fuit, divum aromatum plena odoramentis.

Cantica Angelorum.

Tobiæ 13. D

81 Hæc eſt domus cæleſtis gloriæ, quæ plena eſt odoramentis, quæ exeunt de Chriſto, & matre ſua, quæ totum Cælum, & omnes habitantes in eo, odore ineffabilis ſuavitatis replent. Quoniam de Chriſto dicitur, quod ait Iſaac in Geneſ. 27. *D. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni.* Sicut enim ager plenus floribus, vbique flagrat; ſic roſa ſpetioſa quæ Chriſtus eſt, totum cælum aromatizat. Chriſtus eſt alabaſtrum, quod in die iudicij frangetur; quia ſapientia; ſcientia, iuſtitia, & omnia bona in illo nobis exponentur; & domus cæleſtis Patriæ ex odore replebitur.

Odor gloriæ.

Geneſ. 27. D

Chriſtus eſt roſa.

Chriſtus eſt alabaſtrum.

82 De Beata Virgine dicitur, quod eſt virga fumi ex aromatibus mirrhę, & thuris, & vniverſi pulveris pigmentarij. Hæc virgula longe late que, per omnes ſalvandos fragantiam optimi odoris diffundit. Ibi erit dulcedo in guſtu. Vnde Bern. *Bonus eſt Domine animæ quærenti te; ſi quærenti quanto magis invenienti? Si tam dulcis eſt memoria tua; qualis erit preſentia. Si mel, & lac dulce eſt ſub lingua, quod erit ſuperlinguam?* Quaſi diceret; ex quo tam dulcis, cum tantum eum per fidem guſtamus; quid erit, quando guſtabimus eum, per cognitionis plenitudinem? Qui modo eſt ſub lingua, quia parum guſtamus, tunc mel eſt ſuper linguam, quia plenariè guſtabimus.

Maria virgo eſt virga fumi.

Bernard.

83 Tunc panem de cęlo manducabit homo, qui cuiuslibet ſaporis dulcedinem habet, de quo in libro ſapientiæ 16. C. *Angelorum eſca nutriviſti populum tuum, & paratum*

Sapientia 16. C.

ratum panem cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem. Poſtea exponit dicens. *Subſtantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat, & ſervitens vnius cuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, convertebatur.* Nunquam frixi, aut aſſati piſces; carnes; nèc vinum, ita ſapuerunt: Quantum manna cæleſtis gloriæ.

Manna Cæleſtis gloriæ.

Corpus glorificatum quale erit.

84 Lenitas erit in tactu, quia corpus glorificatum erit ſolidum,& impaſsibile; licèt omnibus mundi gladijs, lanceis, & ligonibus percuteretur; non læderetur, nèc frangeretur. Sic ſunt omnia ei ſuavia,& lenia, quod etiam ſi ſuper duros lapides inferni caderet, minimè noceretur, ſi totus ignis infernalis ſuper id poneretur, nunquam vreretur.Sic omnia erunt ei molia,omnia corpora ſuavia.Ideò dicitur in Apocal. 2. *E. Vincenti dabo Manna abſconditum,& dabo illi calculum candidum: Et in calculo nomen novum ſcriptum,quod nemo ſcit, niſi qui accipit.* Corpus erit calculus, quia nulla violentia poterit diſolvi. Candidus, quia nulla nigredine poterit offuſcari. Ecce quam dulcis eſt fructus iſtius arboris, qui quandoquidem ſenſus ſumma dulcedine replebit.

Apocal.2.E.

Bernard.

85 Item, dulcedine totius Trinitatis anima reficietur. Vndè Bern. *Vivere cum Deo, vivere de Deo, eſſe cum Deo, eſſe in Deo, qui eſt omnia in omnibus, eſt ſumma felicitas; ſumma iucunditas; vera libertas; perfecta charitas; æterna ſecuritas. Ibi eſt vera lætitia; plena ſcientia, omnis pulchritudo; Ibi eſt pax; pietas; bonitas, lux, virtus, honeſtas, gaudia, lætitia, dulcedo, vita perennis.* Ecce quam dulcis fructus arboris. Item, dulcis, dulcior, dulciſsimus: Dulcis fuit, in prædicatione. Dulcior, in operatione. Dulciſsimus, in glorificatione. Sed (proh dolor!) multi hanc dulcedinem faſtidiunt, & amaritudinem culpæ diligunt. Et ideò vę illis.

Chriſtus eſt dulcis, dultior, dulciſsimus.

De amaritudine peccati; vel de illis qui perdunt hanc dulcedinem. 2.Regum 13. A. B. C.

86 Sicut Amnon, vt legitur in 2. *Regum* 13. *A. B. E.* Dilexit Thamar, ita, vt deperiret in ea, egrotavit: Et tandem cognovit eam, & poſtea eiectam, magis habuit eam odio, quam prius diligeret. Thamar interprætatur amaritudo, & ſignat peccatum quod eſt amariſsimum; quod plerique in tantum diligunt, vt pereant; egrotant,donèc id perficiunt: Plerique infirmantur, vt luxuriam, avaritiam, vſuram, furtum, homicidium perpetrent;vt dignitates, & favorem humanum acquirant. De quibus Oſee 12. *D. Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus ſuis.* Id eſt; in peccatis amariſsimis. Et licet modo appareat dulce; attamen amariſsimum apparebit in punitione.

Thamar interprætatur amaritudo.

Egrotare dilectione peccati.

Peccatũ quantum amaritudinis habeat.

87 Sed qnare ſapit impijs dulce? Hæc eſt ratio; quia inebriati ſunt. In Trenis. 3. *B. Replevit me amaritudinibus, inebriavit me abſynthio.* Ergò ebrius eſt, qui pro amore mundi, à ſenſu rationis eſt alienus.Quidquid pro mũdo patitur,leve putat; & amaritudinẽ, quam tollerat; ignorat. Item, completa culpa, magis eam deteſtabitur, quam modo diligeret. Quicunque enim in fornicando delitias habuerit;magis habebit peccatum odio, in inferno pænas tollerando; quam delectatus fuerit, ipſum peccatum commitendo,quia vt dicit Ioel 3.*D. Ægyptus in deſolatione erit, & Idumæa in deſertum perditionis.*

Trenis 3.B.

Culpa completa.

Ioel 3. D.

88 Ægyptus interprætatur tenebræ, & omia viſibilia ſunt tenebræ, quia oculos mentis excæcant, ne cæleſtia aſpitiant. Omnia in quibus impius habet delectationem convertentur in deſolationem. Et Idumæa, id eſt, terra carnis, erit in deſertum perditionis, quia ſicut deſertum colubris, & ſerpentibus habitabitur, & omni bono perdetur. Quibuſdam ſapit bene peccatum, quod ſumme eſt fætidum. Chriſtum autem exhorrent, qui eſt ſummum bonum. De huiuſmodi. Iob. 24.*D. Dulcedo eius vermis.* Vermis eſt res tabida; hoc eſt, peccatum, quod animam interficit; inficit; & vilem facit.

Egyptus interprætatur tenebræ.

De fætore mũdi.

Diligunt quidam peccatũ.

Iob. 24.D. Vermis eſt peccatum.

89 Infelix eſt homo, qui vermes comedit; vermes bibit; hoc eſt; qui delectationes adimplet. De huiuſmodi. Iob. 21. *D. Dulcis fuit glareis cocyti.* Glarei ſunt lapilli, qui huc, & illuc ad motum aquæ volvuntur. Illis dulcis eſt Diabolus, amarus eſt Chriſtus; qui in vitijs; tanquam porci in limo, delectantur;

Homo infelix eſt qui comedit,& vivit vermis.

Iob. 21.D. Glarei ſunt lapilli.

ama

amara enim ſunt eis verba & opera Chriſti. Vndè Iob 19. *C. Halitum meum exhorruit vxor mea.* Vxor Chriſti, eſt anima fidelis; hęc male vivendo exhorret halitum prædicationis, & vitæ Chriſti. Multi enim malent ſentire halitum meretricis, odorem carnium aſſatarum; ſaporem vini; quam halitum Chriſti.

Iob.19.C.

VxorChriſti.

90 Iſti implebuntur fætore inferni vt ſupra dixi. Vndè Iſaia 3. *D. Et erit pro ſuavi odore fætor.* Fætor; ſcilicèt; intollerabilis cui non poſſent reſiſtere, omnia aromata mundi. Maledictus homo, qui tali odore replebitur, licet invitus. Conſilium ergò ſupremum eſt, vt relinquat fætorem mundi qui vitare cupit fætorem inferni. Quidquid videmus, quidquid in mundo ſentimus, fætor eſt, & immunditia. Vnde Ambroſ. *Si in navigio fluctuanti ſis conſtitutus, avertis à ſentina oculos, ne vomitum ire faciat in ſalo*; id eſt, in mari. In mari huius ſæculi fluctuantis influit ſentina vitiorum. In hoc navigio corporis movetur æſtus cupiditas, & non avertis oculos tuos nè videant ſentinam libidinum, nè aſpiciant mundi huius ſtercora, nè fętor immundus nares tuæ mentis repleat; in quibus Spiritus Sanctus habitare conſuevit. Si igitur deſideras dulciſsimum fructum in Cœlo, dulcis ſit tibi prædicatio Chriſti, & vitæ ipſius imitatio.

Iſaia.3.D.

Fætor, & immũditia eſt.

Ambroſ.

92 Sunt etenim qui bibunt Dominum; & qui bibunt Diabolum: Qui bibunt Dominum ſunt, qui patienter ſuſtinent amaritudines tribulationum pro Chriſto, & ideo participes fiunt amaritudinum paſsionis Chriſti. Vnde in Pſalm. 15. *A. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei*, id eſt, Dominus eſt, hæreditas mea, & calix meus. Ibi dicit Auguſtinus. *Bibant alij venena, & mortiferas voluptates: Ego autem bibam Deum.* Sed quis bibet Deum? Ille, qui amore ipſius, prædicationem libenter audit; in vita, & operibus Chriſti, reficitur, in pàupertate, & humilitate ipſum imitatur. Qui verò in fornicationibus, delitijs, vitijs, & dignitatibus delectatur, venenum bibit, Diabolum bibit; ſicut legitur in *Ioanne* 13. *A.* Quod poſt bucellam introivit in Iudam Sàtanas. Item, legitur quod quædam mulier, lactucam de horto accipiens ſine benedictione comedit, & Diabolus ſedens ſuper lactucam, in eam intravit. O homo; quid feciſti in proſtibulo; quid in ſpectaculo, quid in taberna? Delicias impleviſti, certe Diabolum bibiſti.

De his qui bibunt Dominum; & diabolum; vel quod hic hortatur ad prædicationem audiendam.

Pſal.15.A. Auguſt.

NOTA.

Ioan. 13. A.

Exemplum de quadam muliere.

93 Fructum ergo æternę dulcedinis ſummo deſiderio quæratis. Sed iſte fructus eſt ſuper nos. Ideo dicitur ad Coloſenſes 3. *Quæ ſurſum ſunt quæſite, vbi Chriſtus eſt, in dextera Dei ſedens; quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* Ambroſ. *Deum plus volumus, etiam quod minus eſt, amittere ſolemus. Bona eſt humilitas, quæ nil appetendo, totum, quod continet, adipiſcitur.* Solet dici: Qui totum quærit, totum perdit. Si vis habere temporalia, ſimul, & æterna; totum amittis; ſicut canis, qui dimiſsit fruſtrum carnes pro vmbra, vtroque fruſtratus eſt. Ambroſ. *Moyſes fugiens potentiam, potentior factus eſt.* Certè ſic, qui contemnit potentias, & curias ſæculi; acquirit potentias in curia Cœleſti. Ideo dicit Gregorius: *Si ergo fratres, divites eſſe cupitis, veras divitias amate; ſi culmen veri honoris quæritis, ad Cœleſtia regna tendite.*

De fructu cœleſti, vel de ſuavitate gloriæ.

Coloſenſ.3.A.

Ambroſ.

Habere temporalia, & æterna ſimul, non poteſt homo.

Ambroſ.

Gregor.

94 Quaſi diceret: Non doleatis, ſi in præſenti divitias, & dignitates non poteritis obtinere. Parum laboretis, & dignitates Epiſcopales; imò apices regales acquiretis. Hieronymus. *Divitem purpuratum gehennæ flamma ſuſcipit.* Et Lazarus pauper, vt habetur *Luc.* 19. *E.* Vlceribus plenus; cuius putridas carnes lambebant canes, & vix de micis menſæ locupletis miſeriam ſuſtentabat, id eſt, vitam: Animæ in ſinu Abrahæ ſuſcipitur. Difficile, immo impoſsibile eſt; vt præſentibus, quis, & æternis fruatur bonis; vt & ventrem hic, & ibi mentem impleat; vt de delitijs, ad delitias tranſeat; vt in vtroque ſæculo primus ſit; vt in Cœlo, & in terra, appareat glorioſus.

Hieron.

Luc.16.E.

NOTA. Fruere bonis præſentibus, & æternis impoſsibile eſt

95 Attendite, qua Chriſtus duplicem habuit hæreditatem;

De duplici hæreditate.

Hæreditatem duplicem.

vnam ex parte Matris; aliam ex parte Patris. Ex parte Matris habuit laborem, & dolorem. Vnde *Ioannes 2. A.* Quando mater voluit quod ad nuptias daret vinum, dicens ei: *Vinum non habent.* Quaſi acerbe reſpondit, dicens: *Quid mihi, & tibi eſt mulier?* Quaſi diceret: Ex natura, quàm ex te aſſumpſi, miracula non poſſum facere: *Nondum venit hora mea.* Vt laborem, & dolorem patiar, quantum ex te contraxi. Ex Patre habuit, hæreditatem; ſcilicèt; gaudium, & quietem. Ita, & nos ex parte matris, id eſt, Eccleſiæ, quæ modo in miſeria militat percipimus miſeriam, & erumpnam. Ex parte Patris, percipimus gloriam, & honorem. Numquam habebis ſecundam hæreditatem, niſi prius habueris primam.

Ioannes 2. A.

Quod primo eſt flendum: poſtea gaudendum: vel de tempore multiplici.

Eccleſiaſ. 3. A

Ambroſ.

Pſal. 125. A.

96 Dicitur in Eccleſiaſt. 3. *A. Tempus flendi, & tempus ridendi.* Hic eſt tempus flendi; eſt tempus ridendi. Ambroſius. *Non licet redimitos floribus coronatos; ſed pulveratos, nec moles delicijs; ſed labore exercitatos ornari corona.* Primo, ſcriptum eſt in Pſal. 125. *A. Euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua.* Poſtea: *Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.* In *Geneſ.* 29. *C.* Voluit Iacob habere Rachelem, & ſuppoſita fuit ei Lia: Quæ fuit hippoſa, & interprætatur, labor. Primò oportet, amplecti laborem præſentis miſeriæ: Poſtea Rachelem; id eſt, pulchritudinem gloriæ.

Geneſ. 29. C.

Lia interpretatur labor.

97 Vnde quando Iacob hoc cauſabatur, reſpondit Laban: *Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias: Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc; ſcilicèt;* Rachel, *dabo tibi pro quo opere ſerviturus es mihi ſeptem annis alijs: Acquievit Iacob.* Item pauci dies videbantur ei, præ amoris magnitudine. Hi ſeptem anni ſunt, omnes dies præſentis temporis, qui circulo ſeptem dierum voluuntur. Sed qui intelligit, quam pulchra eſt Rachel, quàm præclara; id eſt, præ alijs clara eſt hæreditas mea, quæcumque patitur, vel operatur, pauca videntur ei, præ amoris magnitudine. Bonus Ieſus ſic tribuat nobis ſub vmbra Salvatoris ſedere, vt, ad fructum dulciſſimum vitæ æternæ valeamus pervenire. Quod ipſe præſtare dignetur amen.

VERS. IV.

INTRODUXIT ME IN CELLAM vinariam.

98 POſt dulcedinem fructus, ſequitur hilaritas. Vndè ſubiungit. Introduxit me Rex in cellam vinariam, id eſt in ſanctam Eccleſiam; ſivè in vitam clauſtralem; ſive in ſtudium Theologiæ, ſive in vitam gratiæ.

Poſt dulcedinem fructus ſequitur hilaritas.

ET ORDINAVIT IN ME charitatem.

99 CHaritas idem eſt quod amor. Inordinatus eſt amor, quando plus diligitur creatura, quàm creator; tranſitoria; quàm æterna; palea, quàm granum; fæces, quàm vinum, & ſimilia. Et qui hæc diligit, inordinatè, ibit ad locum: *Vbi nullus ordo. Iob* 10. *D. ſed ſempiternus horror inhabitat.* De cella vinaria, & vino, ſupra. Rex iſte Chriſtus eſt, qui regit Cœlum, & terram, & omnia, quæ in eis ſunt. Pſal. 22. *A. Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* Ex quo Rex eſt, ea, quæ Regis ſunt, debet habere.

De ordine charitatis: vel de charitate.

Charitas.

Inordinatus amor.

Iob. 10. *D.*

Pſal. 22. *A.*

100 Rex bonus, perverſas conſtitutiones removet; novas leges conſtituit. Hic eſt Chriſtus, qui leges peſsimi Regis abſtulit, vt dicitur ad Coloſenſes 2. *C. Delens quod adverſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud Cruci: & expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter.* Chirographum; ſivè ſcripturam inter vos, & Diabolum, quod fuit, quando homo ſe Diabolo tradidit, Diabolus, omnem hominem apud inferos incarceravit. Iſtud chirographum Chriſtus delevit; & litteras mortis, ſanguine ſuo obfuſcavit, & in Cruce tulit; quoniam pro obligatione

De Rege, & his quæ ad Regem pertinet vel de Regno noſtro.

Coloſenſ. 2. C.

Chirographi decreti.

ne hac extinguendo, crucem aſcendit. Sic expoliavit principatus, & poteſtates, id eſt; malignos ſpiritus, qui ſuper homines poteſtatem habuerunt. Idem ibidem: *Scripſit chirographum noſtræ libertatis, non attramento, non in cauſto, ſed proprij ſanguinis vermiculo.*

Coloſenſ. 2. C.

101 Sicut qui mittit litteras amoris, vel anguſtiæ, de proprio ſanguine cartam ſcribit, quam chariſsimis ſuis tranſmittit, vt maximè in hoc articulo, in bono gaudeant, vel in anguſtia ſuccurrant: Sic Chriſtus proprio ſanguine ſalutem noſtram deſcripſit. Item, non pelle ovina, ſed de proprio corio pergamenum fecit, nè aliquis has litteras falſare præſumeret. Vnde: Iſaia 49. *D. Ecce in manibus meis deſcripſi te.* Et quia hoc eſſet quaſi facile, ideo non ſolum in manibus, ſed in manibus, pedibus, latere, & capite. Pennæ quibus litteræ ſalutis ſcribebantur, fuerunt, clavi, lancea, ſpinæ. Undè vt brevius loquamur; cartæ iſtæ potius fuerunt ſculptæ, quàm ſcriptæ.

Chriſtus proprio ſanguine

Iſaia. 49. D.

Pennæ qnibus ſcripſit Chriſtus.

102 Scripſit etiam mandata in cordibus noſtris; quando ait in Pſal. 44. *A. Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis.* Lingua Chriſti fuit calamus; corda noſtra ſunt pergamenum. Ierem. 31. *F. Dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum ſcribam eas.* Vnde Apoſtolus in 2. *ad Chorinth. 3. A. Vos eſtis epiſtola noſtra, ſcripta non attramento, ſed ſpiritu Dei vivi.* Veruntamen, in pergameno piloſo, humido, & duro, non poteſt ſcribi. Si cor tuum fuerit humidum per gulam, & luxuriam, piloſum per avaritiam, quia, per pilos, qui ſunt homini ſuperflui, intelliguntur divitiæ; Si durum, per ſuperbiam; mandata Dei in eo ſcribi nō poſſunt.

Quod Chriſtus legem ſcripſit, in libro cordis: vel qualiter Chriſtus delevit peccata noſtra in Eccleſia.

Pſal. 44. A. Lingua Chriſti corda noſtra.

Ierem. 31. F.

2. ad Chorinth. 3. A.

103 Item, novas leges dedit, quando prȩcepta Evāgelica promulgavit. Vnde Pſal. 95. *A. Cantate Domino canticum novum.* Novum, quia novus Rex, & nova lex. Ecce nova facta ſunt omnia. Regi autem ſunt neceſſaria: Nobilitas generationis; amplitudo Regni: Sapientia: Potentia: Iuſtitia. Nobilitas generationis fuit in eo, quia fuit filius Dei. Vnde in Pſal. 2. *B. Ego hodie genui te.* Amplitudo Regni; Quia Pater dedit ei poſſeſsionem, terminos terræ. Sapientia fuit in eo ſumma, qua fuit verus Salomon ſapientiſsimus inter orientales, id eſt, inter omnes, qui ortum habent ab alio. Potentia fuit, quia omnipotens eſt Filius; vt Pater: Iuſtus quia Regit impios, in virga ferrea. *Pſal. 2. B.* id eſt, inflexibili iuſtitia. Iuſtus autem in virga ferrea tetigit, qui gratiam in conſpectu eius invenit. *Heſter. 11. D.* ſicut Chriſtus percutit, quem, iuſtum manſuetum percutit.

Pſal. 95. A.

Regi quanta ſint neceſſaria

Chriſti qualitates.

Pſal. 2. B.

Pſal. 2. B.

Heſter. 11. D

104 Rex autem primò pugnavit, quod deſignatur per verbum, quod fecit David 1. Regum 17. *E. Accepit quinque lapides, & poſuit in pera paſtorali, & cum tribus deiecit Goliath.* David ſignat Chriſtum; Goliath ſignat Diabolum, quia interpretatur robuſtus eorum, Diabolus eſt fortitudo impiorum, quoniam ſicut Gregor. ait: *Omnes huius ſæculi dilectores fortes ſunt in temporalibus; debiles in Cœleſtibus.* Quia in cauſis, & allegationibus, in beneficijs acquirendis, vſque ad mortem deſudant: In orationibus autem, vigilijs, & bonis operibus ſtatim tædio afficiuntur.

De pugna Regis; ſive de cruce.

1. Regum. 17. E.

David ſignat Chriſtum. Goliath interpretatur robuſtus eorum, Diabolus eſt, &c.

Gregor.

15 Dicitur quod Dæmoniatici, & inſani, fortiores ſunt ſanis, ita quod vix à tribus poſſunt teneri. Vnde in *Marc. 5. A.* Legitur de quodam dęmoniaco, quod ſępè compedibus, & catenis vinctus, dirupit catenas, & compedes comminuit, & nemo poterat eum domare, & nocte erat in monumentis, & clamabat in montibus, & concidit ſe lapidibus.

Marcuſ. 5. A.

106 Huiuſcemodi igitur, qui cathenis, & compedibus præceptorum Dei nō poſſunt ligari; verè ſunt dęmōniaci, & indomiti, & in malis operibus ſunt fortes. Iacent in monumentis, per gulam, & luxuriam, quæ fætent. Clamant in monibus, per ſuperbiam; concidunt ſe lapidibus, per avaritiam, quia per lapides intelliguntur, duræ cogitationes, de quibus anima confringitur. Si divitias habes, & indigenti non erogas, in lapidis duritiæ animam concidis. Si fraudem facis, vt aliquid lucreris; iam animam tuam lædis, quia vt dico ſuper Pſalmos; pius læditur impiūs damno innocentiæ, quàm alius damno pecuniæ. Omnes tales, forti-

Nota: Divitias ſi habes, &c.

tudinem habent à Diabolo, & ideo ſunt ita fortes, & probati in malo. Ieremia. 23. *B. Factus eſt curſus eorum malùs, & fortitudo eorum diſſimilis.*

107 David contra hunc fortem pugnavit in valle Terebinthi; id eſt, in humilitate crucis. Terebinthus enim eſt arbor, cuius reſina pretiosa, vulnerum eſt ſanativa. Hæc eſt crux Domini, cuius reſina eſt ſanguis Chriſti, qui ſanat contritos corde, & vulneratos à Dæmone. In humilitate crucis pugnavit, non quod ſemper eſſet in cruce; ſed quia ſemper habuit crucem in mente. Vnde Chriſtus depingitur crucem habens in diamante, quoniam ipſe ſolus à tempore conceptionis, immo ab æterno habuit in mente, vt crucem ſuſtineret in paſsione.

Ierem. 23. E. Reſina Terebinthi. Terebinthus crux Chriſti.

Chriſtus ab æteruo habuit in mente, &c.

108 Cum tribus lapidibus devicit Goliath; hoc eſt, cum tribus auctoritatibus ſupradictis Deutheronomio. Diabolum confudit; quando ipſum in deſerto tripliciter tentavit. Adhuc non in vanum remanſerunt duo lapides in pera David. Lapidem proiecit in montem, quando anima exivit de corpore, & hoc lapide Diabolum percuſsit, & in abiſſum deiecit. Sed circa finem mundi ſolvetur, & ita neceſſe eſt, quod noſter David quintum lapidem habeat, quo Diabolum deijciat. Hunc proijciet in die iudicij, & Diabolum, & Angelos eius, & omnes impios tã lethaliter percutiet, quod in infernum corruent, ita quod decætero exire non poterunt, ſed incurabiliter vulnerati, in ſæcula ſæculorum vlulabunt. Hunc lapidem proijciet; quando dicet: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. A quo lapide, ſũa ineffabili miſericordia, Deus nos defendat.

Lapides duo.

109 Et non tantum tribus ſed multis lapidibus ſcripturarum nos tota die percutit, adhuc tamen vinci non poſſumus, quoniam ita durus eſt impius, quod, vt dicit Iob 41. *D. In ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ*: Quia nihil appretiatur impius verba ſcripturæ. Et peior eſt diabolo, qui ſaltem tribus lapidibus percuſsus accubuit. Saulus duriſsimus, vno lapide fuit percuſsus, quando dictum eſt ei: *Saule, Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare*: Actuum 9. A. O homo; ſi ſic non vis converti, ſaltem pro vno lapide, convertere pro eo, quod Chriſtus pro te animam à corpore deiecit. *Acta. 9. A.*

Quod quidam ſunt duriores Diabolo: vel de impugnationibus Diaboli comparatis lapidibus. Impius durus eſt ſicut lapis.

110 Si hoc iactu, ſeu ictu quis non convertatur, durior eſt, quam Diabolus; ſi hoc iactu, ſive ictu ſaltem non vinceris; ſi amore Chriſti ab illicitis non abſtines; ſi in malitia adhuc perſeveraveris; quintum lipidem æternæ damnationis ſuper caput tuum proijciet, & totum te confringet.

111 Canis primo percuſſus murmurat, gannit, & lapidem inter dentes corrodit; ſed lethaliter vulneratus, vlulando recedit. Sic impij verba Dei quodammodo corrodunt, & prædicatori detrahunt; ſed in iudicio ita percutientur, quod perpetuo vlulabunt. Propter quod, ſi Chriſtus pugnavit, & nos neceſſe habemus pugnare. Perverſus enim Miles in lecto iacet, vel admenſam ſedet, vel manicas conſuit, cum videt Regem ſuum hoſtibus expoſitum. Pugnemus igitur, & vt ſtrenui Milites armaturam hanc habeamus, quàm deſcribit Apoſtolus ad Epheſios 6. *B. Induite vos armaturam Dei, vt poſsitis ſtare adverſus inſidias Diaboli, quoniam non eſt vobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem: Sed adverſus Principes, & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, in Cœleſtibus: Propterea accipite armaturam Dei, vt poſsitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtate. State ergo ſuccinti lumbos veſtros in veritate, & induite Loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparatione Evangelij pacis: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere: Et galeam ſalutis aſſumite: & gladium ſpiritus (quod eſt verbum Dei.*

De armatura Dei. Epheſios. 6. B.

112 Lumbos ſuccingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Ioannes vidit virum cinctum ad mamillas Zona aurea. *Apocal.* 1. C. Daniel vidit virum cinctum circa renes auro obrizo. *Daniel.* 10. *A.* Zonam auream habet circa pectus

Apocal. 1. C.

Daniel. 10. A. Zonam auream.

tus ; qui habet caſtitatem mentis. Gregor. *Fruſtra exterius caro atteritur, ſi inordinatis motibus mens intus diſſipatur.* Aurum obrizum habet in renibus, qui caſtitatem habet corporis. Ibi neceſſe eſt, quod caro reſtringatur; ne ſi laxetur, Diabolus fortitudine exerceat, quoniam vt dicit Iob 40. *B. Fortitudo Behemoth in lumbos eius.*

Gregor.

Aurum obrizum.

Iob.40.B.

112 *Induite loricam iuſtitiæ.* Iuſtitia eſt dare vnicuique, quod ſuum eſt; de qua ſupra. *Calceati pedes in præparatione Evangelij pacis.* De qua ſupra: *In omnibus ſumentes ſcutum fidei.* Merito dicit in omnibus, quoniam ſine fide impoſsibile eſt placere Deo. Vere, quaſi ſcutum hominibus præparatur fides: *Quoniam prima Petri* 5. C. Campum Diaboli ſub ſorte dueli pugnatur fides. Sicut enim ſcutum, tellis, gladijs, & lanceis opponitur: ita fides omnibus tentationibus, ne anima vulneretur. Scutum ponitur ex parte ſiniſtra. Per ſiniſtram intelligimus temporalia, quia fides de æternis, debet reſiſtere omnibus tentationibus, quæ ſunt de præſentibus. Duo igitur ſunt neceſſaria: Sciëntia, & fides: Scientia de his, quæ videntur: Fides de his, quæ non videntur.

Iuſtitia eſt dare vnicuique quod ſuũ eſt.

De ſcuto fidei

2. Petri 5. C. Campum Diaboli fides.

113 Iam ſcimus quod omnia, quæ ſub ſole ſunt, momentanea ſunt; tranſitoria ſunt. Credimus quod, quæ poſt mortem ſunt; æterna ſunt. Scimus, quod fornicatio eſt momentanea: Credimus, quod pœna eſt æterna. Scimus, quod momentaneum eſt, quod delectat: Credimus, quod æternum eſt, quod crutiat. Igitur dæmoniacus eſſet, qui pro delectatione momentanea, ſupplitium incurrere velet æternum. Certe, credunt homines, quod pro vnico morſu Adam fuit, quinque millibus annorum, in miſeria; & tamen pœnitus liberatus fuit. Si igitur crederet ſuperbus, quod in villiſsimo loco, & infimo inferni collocaretur: Si fornicator firmiter crederet, quod Deus fornicatores, & adulteros iudicabit, & ardoribus æternis damnabit; nunquam peccaret.

Momentaneum eſt. Æternum eſt

Exemplum de quodam famelico.

114 Quidam famelicus deſideravit ventrem ſuum reficere; & inveniens quandam ficulneam, cum ficus appeteret, ait; Fures, latrones in Gehenna ardebunt: Igitur videre volo, ſi iſtum calorem, ſivè ardorem potero ſuſtinere: Et nudum in ſabulo contra æſtum ſolis ſe collocavit. Cum autem caleficerit, & ardorem ſolis, & ſabuli ſentiret; Non potero, ait, hunc calorem ſuſtinere, & multo minus ardorem Gehennæ: Ideò de ficibus non guſtabo. Iſaia 33. *B. Quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus ſempiternis?*

Iſaia 33.E.

115 Similiter; qui firmiter crederet, quod pro vnica fornicatione, vel alio mortali, amitteret gloriam æternam, non credo, quod culpam committeret. Sed heu iam fides perijt! Homines non credunt; ſcutum fidei dimiſerunt. Hoc ſcutum tenuit Moyſes; de quo legitur ad Hebræos 14. *E. Fide Moyſes grandis factus eſt; negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem; maiores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti.*

Conſideratio contra peccatum.

Hebr. 11. E.

116 Moyſes potuit habere iucunditatem in curia Pharaonis, & in vitijs, & delitijs vivere; quoniam Themuth filia Pharaonis eum nutrivit, & in filium adoptavit; vt habetur in *Exod. 2. B.* Sed ſi hoc feciſſet, penas æternas incurriſſet, & gloriam Cœli amiſiſſet. Et ita ſcuto fidei tentationes delitiarum repulit: Tribulationes preſentis miſeriæ viriliter excepit. Hoc ſcutum Stephanus lapidibus torrentis expoſuit. Petrus Cruci: Paulus gladio: Laurentius craticulę; Vincentius igni. Et ſic ſcuto fidei, tentationibus, & tribulationibus reſtiterunt. Sic Sancti per fidem regna vicerunt; Regnum carnis per abſtinentiam: Regnum exprobationum, & adverſitatum, per patientiam: Regnum Diaboli, per ignorantiam.

Themuth filia Pharoonis. Exod.2.B.

Sancti quo ſcuto vicerũt.

117 Sequitur de Moyſe, in Epiſtol. ad Hebr. 11. *E. Aſpicibat enim in remunerationem*: Id eſt, in Deum, qui fuit eius remuneratio. Si vides impios in mundo florere, in vitijs, & delitijs proſperari, in vanitatibus extolli, & tu pauper in

Hebr.11.E.

Scutum fidei tenere.

mundo deſpectus fueris ; ſcutum fidei teneas, & credas, impios viliſſime, ac crudeliſsime damnandos; te, & alios pauperes exaltandos. Tùnc ſcuto fidei munitus, nèc triſtitia, nèc invidia vulneraberis. Pſal. 36. *A. Noli æmulari in malignantibus: Neque zelaveris facientes iniquitatem.* Quaſi diceret ; Nèc impios imiteris, nèc eis ſimilis eſſe deſideres. *Quoniam tamquam fœnum velociter areſcent, & cetera.* Noli æmulari in eo, qui proſperatur in vita ſua, & in homine faciente iniuſtitias. Manſueti hereditabunt terram. Si hoc credis, ſcuto fidei omnia nociva repellis.

Pſalm. 36. A.

Manſueti.

118 Sed dicunt plerique, firmiter credo, quod Deus puniet impios, & remunerabit iuſtos; ſed volo divitias, & delitias adimplere, & poſtea in fine vitæ pœnitere; quia Deus miſericors eſt, & multus ad ignoſcendum; quando me correxero, ſecurus ſum de indulgentia. Reſpondeo, frater: Nùnc: Nùnc; dùm vivis; dùm potes, dùm ſanus es, age pœnitentiam, & recede à malo, & fac bonum, quia nùnc eſt dies pœnitentiæ. Vndè Iſaia 22. C. *Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad calvitium, & ad cingulum ſacci.* Hæc eſt dies, hæc modo eſt; in qua debemus flere contra concupiſcentiam oculorum; plangere contra offenſionem labiorum; & ad calvitium, vt ab amore temporalium, (quæ per pilos deſignantur) decalvemur, & ad cingulum ſacci, vt gulam, & luxuriam cingulo aſperitatis reſtringamus. Et tunc Dominus recipit pœnitentiam noſtram, & indulgentiam largitur.

Dies faciendi pœnitentiam.

Iſaia 22. C.

119 Si autem poſtpoſita huiuſmodi vocatione, & die pœnitentiæ præſenti; aſſeris dicens illud Iſaiæ. Ibi 22. *D. Ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: Comedamus, & bibamus: Cras enim moriemur:* Id eſt; cras pœnitebimus, & vetus homo noſter morietur. Vide quid dicit ibi Dominus. *Revelata ſunt hæc in auribus meis.* Quaſi diceret; peſsimæ cogitationes, & peſsima ſunt hæc verba noſtra, quæ reſonant contra vocationem meam, in auribus meis. Et attende terribile verbum, quod ſequitur: Scilicet; *Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus exercituum:* Apoſsis poſsis eſt; quaſi nunquam dimittetur vobis. Ita enim plerumque Dominus offenditur, quod nunquam dat gratiam vt impius convertatur ſibi.

Iſaia 22. D.

120 Item, Auguſtinus in libro de miſeria hominis. *Si forte dicis: Cum ad ſenectutem venero, aut aliqua infirmitate detentus fuero; tunc pœnitentiam peto: Promiſit mihi Deus indulgentiam, quando me correxero, ſecurus ſum. Ecce ego conſentio, & cognoſco, quod pœnitenti Deus veniam ſpopondit; ſed peccanti diem craſtinum non promiſsit. Quis tibi hanc ſecuritatem dedit, cum nèc vnũ diem vittæ tuæ in poteſtate tua habeas? Ipſa res eſt, quæ multos occidit, Cum dicunt homines cras, cras, & ſubito oſtium claudunt, remanent foris cum voce coruina. Vox corui, vox Diaboli eſt impedientis omne opus bonum. Cras corvus ſemper clamat, & nunquam ad heri redit. Et ſic omnis voluptuoſe vivens, vſque mane promittit, nèc ſero pœnitentiam gerit.*

Auguſt.

121 *Largitur tibi Deus ſpatium correctionis, ſed tu plus amas dilationem, quam emendationem, ignorans quod patientia Dei ad pœnitentiam te adducit. Non tardes converti ad Dominum, nèc differas de die, in diem. Subito veniet dies Domini, & in tempore vindictæ diſperdet te. Cogita ſemper de te, & pavidus eſto de tuo exitu; paratum te extrema neceſsitas inveniat; Sicut tu ignoras quando veniet; quia quanto Deus divtius expectat, vt corrigaris, tanto gravius vindicabit. Si ae correctione tardius cogitas.* Hęc ille.

122 *Galeam ſalutis aſſumite.* Galea caput contegit, ſivè continet, & ſpes mentem, quoniam ibi fixa ſunt corda, vbi vera ſunt gaudia. Vt legitur in Geneſ. 13. C. *Dominus dixit ad Abraham: Leva oculos tuos, a loco, in quo nunc es, ad aquilonem, & meridiem, ad orientem, ad occidentem. Omnem terram quam conſpicis dabo tibi.* Et in Geneſ. 28. C. *Dominus dixit ad Iacob. Terram, in qua dormis, tibi dabo.* Caput igitur in galea, eſt mens in gloria. Dicitur Abrahæ, quod

De galea ſpei.

Geneſ. 13. C.

Geneſ. 28. C.

Caput in galea.

quod reſpiciat ad quatuor partes mundi; quaſi diceret. Illum debes reſpicere, qui eſt ad aquilonem, & meridiem, ad orientem, & occidentem, id eſt; Deum, qui eſt, vbique. Hæc eſt terra quam debes aſpicere, & ſperare, & dabit eam tibi Deus. Similiter hæc, in qua dormit Iacob, & vir iuſtus, debet, à tumultu, & curę ſæcularium ceſſare, & in contemplatione cęleſtium quieſcere, quod videtur ſomnium ſæcularibus. Et qui, in hac terra dormierit, nèc eam obtinebit.

De gladio verbi Dei.

123 In manu teneatis: *Gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.* Hic eſt gladius bis acutus, quia ex vtraque parte ſecans vitia carnis, & vitia cordis; vel peccata mortalia, & venialia, vel ex vtroque teſtamento. Hic eſt gladius, de quo in *2. Machab.* 15. C. Machabęus vidit ſomnium, quod Ieremias Propheta Dei extendit manum ſuam, & dedit Iudę gladium aureum dicens. *Accipe munus à Deo in quo deijties adverſarios populi mei Iſrael.* Aureus dicitur, quia ſicut aurum inter metalla eſt pretioſius: Ita verbum Dei ad inimicos expugnandos efficatius. Undè ad Hebręos 4. C. *Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Ut dicitur in Ierem. 48. *B. Maledictus, qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.* Id eſt; ab interfectione carnalis vitę. Sed niſi gladius in manu teneatur, nihil indè percutitur: Similiter, niſi ſermo opere contempletur, in vanum ſermo mente tenetur. Infelix eſt, qui gladium habet, & ad prælium vadens, gladium domi relinquit.

2. Machab 15. C.

Hebros 4. C.

Ierem. 48. B.

Sermo ſine opere.

124 Certè vndique inter inimicos mortales vivimus, qui ſunt; peccata, Dęmones, & homines. Infelix, qui manum ad gladium non mittit, qui verbum opere non adimplet. Qui ſic armatus fuerit, non timeat. Sed plerique ſunt, quaſi magnus pugil ſine corde, qui bene armatus incedit contra puerum, vel vulneratum, & exuens arma, cadit, ad pedes pueri dicens; Fac quod volueris, quia victus ſum. Talis dicitur non habere cor. Sic impius cum tentatur, exuit arma virtutum, & ad pedes Diaboli cadit; quando peccato conſentit; & poteſtati eius ſe tradit. Conſtat, quod talis non habet cor, quia vt dicit; Hieronym. *Non eſt timendus hoſtis, qui non poteſt vincere, niſi volentem.* Cum ergo ſimus vaſſalli iſtius Regis; contra hoſtes impios ſuos, & noſtros pugnare oportet.

Hieronim. NOTA.

125 Dominus habet tres inimicos, peccatum, Diabolum, & impium. Peccatum vicit in nativitate, quia ſine peccato natus eſt. Iſaia 46. *C. Antequam parturiret, peperit; quis audivit vnquam tale? Et quis vidit huic ſimile?* Quoniam Beata Virgo peperit Chriſtum. Antequam parturiret; id eſt, in partu laboraret, quia non laboravit pariendo, quem concepit ſine peccato. Et tamèn recompenſatus fuit dolor in paſsione, quem in partu non habuit. Vndè ipſa poſt partum parturijt. Ideò dictum eſt ei a Symeone. Vt habetur in Luca 2. *E. Tuam ipſius animam pertranſivit gladius.* Vndè Oſee 13. *D. Ero mors tua, mors, morſus tuus ero, inferne.* Mortem vocat, hic Diabolum, quem Chriſtus morte ſua devicit.

De tribus inimicis Domini.

Iſaia 46. C.

Luca 2. E.

Oſee 13. D.

126 Vndè *Ioſue* 8. *F.* Suſpendit Regem Hai in patibulo, quoniam Diabolus ſuſpenſus fuit ſub Chriſto. Vndè, *Caligo ſub pedibus eius. Pſalm.* 17. *A.* Chriſto depoſito remanſit Diabolus, & adhùc eſt Crucifixus. Et qualiter eum vicit, habetur ſupra, de pugna David contra Goliath. Item, inimici ſunt impij Chriſtiani; quia vt dicitur in Math. 12. *C. Qui non colligit mecum, diſpergit, & qui non eſt mecum, contra me eſt.* Greg. *A me fide diſcrepat qui mecum opere non concordat.* Tales ſunt, de quibus. Iob 21. *B. Qui dicunt Deo; recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Quis eſt omnipotens, vt ſerviamus ei? Quid nobis prodeſt; ſi oraverimus eum? Sic dicunt multi: Recede à nobis, ſcientiam Theologiæ, quæ docet vias tuas, nolumus. Quid nobis prodeſt, in ſtudio theologiæ deſudare, aut Deum orare? Quod commodum indè ſequitur? Nec Epiſcopi, nèc magnates pro tota Theologia vnum beneficium, nèc vnum prandium prętabunt.

Ioſue 8. F.

Pſalm. 17. A.

De his quì ſunt inimici Domini.

Math. 12. C.

Luca 11. C.

Greg.

NOTA.

Iob 21. B.

127 Si fuero phiſicus, vel advola-

vocatus, ſtatim beneficium, pecuniam, & equos obtinebo. Heù quod ſermo talis, à via veritatis ſubvertitur, & ad inferos tranſmittitur. De huiuſmodi. Malachię 3. D. *Dixiſtis: Vanus eſt, qui ſervit Deo: & quod emolumentum, quia cuſtodivimus præcepta eius?* Quaſi diceret, nullum Sequitur ibidem: *Ergo nùnc beatos dicimus arrogantes: Si quidem ædificati ſunt facientes impietatem, & tentaverunt Deum, & ſalvi facti ſũt.* Quaſi diceret; Ex quo nullum commodum conſequuntur, qui Domino ſerviunt: Ironice infert: Ergò beati ſunt omnes impij, & ſalvi facti ſunt. Sed poſtea ſubiungit, in eodem D. *Ad veritatem convertimini, & videbitis, quid ſit inter iuſtum, & impium, & inter ſervientem Domino, & non ſervientem ei.* Quaſi diceret, convertimini à vanitate præſentium, & cõſiderate virtutem futurorum, & videbitis quanta differentia eſt, iuſtorum, & impiorum,

Malach. 3. D.

De diſtantia inter iuſtos & impios.

128 Vndè ſequitur in eodem 4. *A. Ecce enim dies veniet ſuccenſa, quaſi caminus: Et eruunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem ſtipula, & inflammabit eos.* Scilicèt; vt in igne gehennæ comburantur. Sequitur: *Ecce dies veniet dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem, & germen.* Id eſt, nèc cogitationem, nèc opus: Quin totum in eis puniatur. Et ſubiungit; quid erit de iuſtis: *Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.* Quia omnes iuſtos in altum pennis ſuæ potentiæ elibrabit. *Egredimini, & ſalietis ſicut vituli de armento; & calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum.* Ecce deciſura: Ecce quid percipient iuſti, & impij.

Impij nõ poſſunt in mundo laſcivire, & cum Deo regnare. Pſalm. 1. A. Iſaia 65. C.

129 Creditis ò impij in mundo laſcivire, & cum Deo regnare; hic gaudere in vitijs, & regnare in Cælis. *Non ſic impij; non ſic: Pſalm. 1. A.* Sed vt dicit Iſaia 65. *C. Ecce ſervi mei comedent; & vos eſurietis: Ecce ſervi mei bibent; & vos ſitietis: Ecce ſervi mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce ſervi mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus, vlulabitis.* Quoniam vt dicit Sophonia 1. C. *A prima pœna.* Scilicèt, quando exibunt mortui de ſepulchris; *Erit clamor: A ſecunda*; id eſt; introitu ad inferos: *Erit vlulatus.* Ecce deciſura amicorum, & inimicorum Chriſti.

Sophonia 1. C.

130 Sicut Rex noſter contra hos tres inimicos pugnavit, & expugnavit; ſic nobis licèt pugnare, & expugnare. Miſer mundus eſt inimicus noſter fortis: Diabolus fortior: Sed peccatum eſt inimicus fortiſsimus. Vndè in Pſalm. 17. *B. Eripuit me de inimicis meis fortiſsimis.* Ibi dicit Auguſtin. Id eſt; *De peccatis, ſeù vitijs, quæ ſuper omnes inimicos nocent.* Vndè Gregor. *Nulla nocebit adverſitas; ſi nulla dominetur iniquitas.* Pugna ergo contra mundum, per humilitatem, contra Diabolum per rectitudinem; contra peccatum, per fortitudinem; vt nullum peccatum, inte regnare permittas.

Pſalm. 17. B.

Auguſtin.

Gregor.

231 Sunt autem ſeptem genera peccatorum, de quibus, in Ioſue 3. *B. In hoc, inquit, ſcietis, quod Dominus Deus vivens in medio veſtri eſt, & diſperdet inconſpectu veſtro Chananæum, & Hethæum, Hevæum, & Pherezeum, Gergeſæum quoque, & Iebuſæum, & Amorrhæum.* Si Dominus populum iſtum inconſpectu noſtro diſperderet; certiſsimum eſt, quod in medio noſtri eſt. Hæc ſunt ſeptem vitia, quæ in hoc verſu continentur.

De ſeptem criminibus. Ioſue 3. B.

Luxus: Guſtus: Avet: Triſtis: Furit: Invidus: Ambit.

V.

132 Gergeſæus interprætatur colonum eijciens. Hæc ſuperbia; ſivè vana gloria, quæ colonum; ſcilicèt; Diabolum de cælo; Adam de Paradiſo eiecit. Amorrhæus interprætatur, amarus, vel loquens. Hæc invidia, quæ ſemper de proximis amare loquitur. Hævæus, interprætatur lapides colligens, & ſignificat iram, quæ lapides colligit dùm ſe ſemper vindicare cupit. De vtroque Iob. 5. *A. Virum ſtultum interficit iracundia, & parvulum occidit invidia.* Chananæus interprætatur negotiator, & ſignificat avarum: Quoniam peſsime negotiatur, qui perdit animam pro pecunia. Vndè in Eccleſiaſtico 10. *A. Avaro nihil eſt ſceleſtius, animam enim ſuam venalem facit.*

Gergeſeus interprætatur colonum eijciens. Amorrheus interprætatur amarus vel loquens. Hævæus interprætatur lapides colligens. Iob 5. A. Chananæus interprætatur negotiator. Eccleſiaſtic. 10. A.

133 Pherezęus interprætatur ſemi-

Pherezæus interprætatur ſeminans, ſivè deſeminator.

ſeminans, ſivè deſeminator. Hic eſt, ſeminis fluxus, ſivè luxurioſus, qui non attendunt, vbi ſemen proijciunt. De quibus Ezechiel 23. *D. Quorum carnes, vt carnes aſinorum, & fluxus eorum, vt fluxus equorum.* Aſinus enim, & equus non attendunt matrimonium; ſic luxurioſi. Iebuſæus interprætatur præſepe eorum, & ſignat guloſos, qui ſemper ad menſam, ad ciphum, ad tabernam, quaſi animal brutum, ad præſepe ligant. De quibus Iſaia 5. *C. Væ qui mane conſurgitis ad ebrietatem ſectandam; & potandum vſque ad veſperam, vt vino æſtuetis.*

Ezecb. 23. D.

Iebuſæus interprætatur præſepe eorum

Iſaia 5. C.

134 Tria iſtorum peccatorum hominem ſpoliant: Superbia: Invidia: Et ira. Superbia aufert homini Deum; invidia, proximum; ira ſe ipſum. Triſtitia, ſivè accidia flagellat expoliaturum. Avarus enim à ſe ipſo; id eſt; à bona conſtientia eijcitur; quoniam cum in mente ſua, non reperiat, niſi flagella, ad exteriora ſe extendit; & exreriora concupiſcit; in quibus conſolari poſsit. Gula ciectum ſeducit, & alicit. Luxuria ſeductum, & allectum, in vilitsimum lutum, ſivè ſterquilinium redigit, de his in Deuter. 7. *A. Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam poſſeſſurus es, & deleverit gentes multas coram te. Hetbæum, & Gergeſæum, & Amorrhæum, Chananæum, & Phereſæum, & Hevæum, & Iebuſæum, ſeptem Gentes, percuties eas vſque ad internetionem. Non inibis cum eis fœdus, nèc miſereberis earum, nèc ſotiabis cum eis coniugia.*

Deuteronom. 7. A.

135 Dominus per babtiſmum, quaſi, per tranſitum Iordanis introduxit nos in terram ſanctam in ſpe: Tandem introduxit in te, delere iſtas gentes, vt vitia in nobis moriantur. *Non inibis cum eis fœdus.* Fœdus iniunt, qui ad tempus peccare, & poſtea pœnitere ſe promittunt. Sic plerique dicunt; per tantum tempus peccabo, & poſtea pœnitebo. De quibus Iſaia 28. *D. Percuſsimus fœdus cum morte, & cum inferno pactum invenimus*; Quod prohibuit Dominus. *Nèc miſereberis earum.*

Iſaia 28. D.

136 Illi miſerentur peccato, qui ne filij ſui moleſtentur, vel de pauperentur; fatiunt eos vſurarios, & fornicari, & luxuriari permittuntur. Si mulier moreretur pro te, niſi haberes rem cum ea; ſi aliter eam deludere non poſſes; potius deberes eam mori permittere; quam ipſam cognoſcere, & animam tuam perdere. Dicunt; vos Thæologi eſtis duriſsimi: Sed dicit Hieronymus *Summum genus pietatis eſt, in talibus fuiſſe crudelem. Nèc ſotiabis cum eis coniugia.* Matrimonium cum eis copulant, qui vſque ad mortem, in peccatis morari proponunt. Hoc totum Dominus prohibet.

Hieronym.

137 Si iſtas Gentes vnuſquiſque à terra corporis ſui non deleverit; Erunt ei in perditionem. Vndè, fames oppreſsit populum Iſraèl, quando regnavit David. 2. *Regum 21. A.* Nèc ceſſavit peſtilentia donèc interficerentur ſeptem viri de genere Saul. *In eodem B.* Per Saul, qui interprætatur petitio, intelligimus Diabolum, quem perverſi petentes; petierunt ſibi in Regem: Quod adhùc plerique faciũt. Septem viri, de eius generatione, ſunt ſeptem mortalia, quæ quandiù in nobis vivunt; egeſtas omnium bonorum nos opprimit. Hi ſunt, ſeptem boves macilenti, & ſeptem ſpicæ aduſtæ, quæ devoraverunt ſeptem boves pingues, & ſeptem ſpicas plenas, vt habetur in *Geneſ. 41. A.* Aut tu igitur devora illos, aut ipſi devorabunt te.

Quid ſeptem mortalia efficiant in homine.

2. Regum 21. A.

Saul interprætatur petitio.

Geneſ. 41. A.

138 Sed aliquis territus multitudine hoſtium, dicet: Quomodo potero has ſeptem gentes, quæ terram promiſsionis, immò totum mundum occupaverunt, debellare? Frater noli deſperare, quoniam ſcriptum eſt in Deuter. 7. *C. Devorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus eſt tibi: Non parcet eis oculus tuus.* Undè in numeris 14. *B. Nolite rebelles eſſe contra Dominum; neque timeatis populum terrę huius; quia ſicut panem, ita eos poſſumus devorare.* Et ſi hoc fecerimus Rex Regem milites ſuos gloria, & honorare in Regno Cælorum coronabit; quod ipſe pręſtare dignetur.

Quod licet ſint multi hoſtes, non eſt deſperandum.

Deuteronom. 7. C.

Num. 14. B.

ORDINA-

ORDINAVIT IN ME CHARITATEM.

De quadruplici ordine charitatis.

139 ORDINATA charitas eſt, vt primo diligamus quod ſupra nos eſt: Secundo, quod nos ſumus: Tertio, quod iuxta nos eſt; ſcilicèt; proximum; & inter proximos, proximiores nobis; vt ſunt filij; poſtea domeſtici, qui, & ſi boni ſint; vt dicitur in gloſa, etiam malis filijs prę-ponendi ſunt: Poſtea quod infra nos eſt; ſcilicèt corpus; quoniam debemus, corpus noſtrum exponera morti, pro ſalute proximi. Plerique ſunt ita duri, quod ieiunant; vigilant; ſed parentibus,& conſanguineis indigentibus nihil tribuunt.

De ordine turbato.

Matth.15. A. Contra quos Dominus in *Matth.* 15. *A.* Et in 1. *ad Timotheum* 5. *A. Si quis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior.*

1. ad Timoth. 5. A.

Nota bene.

140 Multi ſunt ordines; ſcilicèt; Cluniacenſis; Ciſtercienſis; & aliorum: Sed tu teneas ordinem charitatis, & omnes ordines adimples. Apoſtolus ad Romanos 13. *C. Qui diligit proximum legem implevit: Et in* 1. *ad Corinth.* 14. *G. Omnia autem honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis.* Apoſtolus autem ordinem cuiuslibet conditionis implet; qualiter Prelati debent præeſſe: Qualitèr conjugati: Qualitèr ſervi ſervire: Qualitèr parentes debent filios gubernare,& filij parentes honorare. Sunt autem plerique, qui debitum ordinem perturbant. Sunt etiam quidam, qui ponunt Dominum ſupra:Quidam æqualem ſibi,ſivè iuxta ſe: Quidam infra ſe: Quidam infra ſuos: Quidam infra ſua. Supra ſe Dominum ponunt, qui Deum ſuper omnia diligunt. Undè in lege Domini: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.*

Romanos 13. A.

1. ad Corint. 14. G.

De ſuperbis.

141 Alij ponunt, æqualem ſibi ſicut, Satanas, qui voluit, æquari Deo, vt dicitur in Iſaia 14. *D. Aſcendam in Cælum, & ponam ſedem meam ad Aquilonem; & ero ſimilis*; id eſt; æqualis *Altiſſimo*. Tales sũt ſuperbi. Vndè quidam nomine ſuperbię loquens ait.

Iſaias 14. D.

Credo me tanti;
Quod ſim par ipſi tonanti.

Et licèt Dominus per Iſaiam 42. *B. Gloriam meam alteri non dabo*: Veruntamen plerique gloriam ſibi vſurpant.Quicumque enim in mundo ſtrenui, & boni milites, boni Clerici, largi advocati apparere deſiderant; hi æquari Deo volunt. Et cum bonus miles, cum gloria ſua mortuus fuerit,nil plus ſecum aſportabit, quam morellus ſuus, vel aſinus vetulæ: Dicitur enim;quam bonus miles mortuus eſt. Similitèr dicit vetula, quod bonus aſinus mortuus eſt. Et ita dicit etiam miles; quam bonus fuit morellus. Immò hoc deſuper habebunt; quod pro vana gloria ſua, in loco viliſsimo, ac crudeliſsimo affligentur.

Iſaia 42. B.

Æquarì ſe Deo qui volunt.

142 Vndè *Dominus cogitavit*, vt dicit Iſaia 23. *B. Vt detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret univerſos inclytos terræ*: Id eſt; illos qui volunt,incliti, & ſtrenui apparere in terra. Tales volunt eſſe Dei terræ; ſicut Dominus in cælo eſt. Vndè in 2.Machabeorum 15. *A. Nicanor cogitavit cum omni impetu die ſabati committere bellum*: Sed Iudęi dixerunt; *Honorem tribue diei ſanctificationis,& honora eum, qui vniverſa conſpicit: At ille infelix interrogavit, ſi eſt potens in cælo, qui imperavit agi diem ſabatorum. Et reſpondentibus illis, Dominus eſt vnus, & ipſe potens in cælis,qui iuſit agi diem ſabatorum. At ille ait: Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſuper arma, & negotia Regis*; id eſt; Diaboli. Iſte ſignat omnes, qui gloriari,& honorari in mundo appetunt, & Deum omnipotentem contemnunt.

Iſaia 23. B.

2. Machabeor. 15. A. De his qui male cælebrãt feſtum,

143 Dominus præcepit ſabbatum; id eſt; feſtum ab omni peccato cælebrari. Sed plerique ſumunt arma, & agunt negotia Regis Diaboli. Hi ſunt, qui infeſtis magis ſe ingurgitant, & iurgantur, quam in profeſtis diebus. Mulieres in talibus diebus; magis ſe adornant; per plateas incedunt; choreas ducunt, cum minus malum eſſet in talibus diebus vt dicit Aug. *Terram fodere, & arare, quam choreas ducere.* Pulchra facies; peplum croceum; oculi ridentes; capilli lucentes; tricę,& pli-

Auguſtin.

NOTA.

Arma quibus multi perimuntur.

cæ

cæ veſtium; omnia ſunt arma, quibus Clerici, & laici plerunque perimuntur: Omnes ſunt laquei circa cadaver putridum, vt aves cæli capiantur. Gladius interficit vnum, ac vnum; ſed mulier ornata, eſt ita armata, quod decem, & decem: Viginti, & viginti, interficit ſimul. Omnes iſti faciunt negotia Regis Diaboli. Nicanor impius poſtea in bello interijt; & lingua, de qua blaſphenavit, data eſt avibus cæli laceranda, vt legitur in 2. *Machab.* 15. *F.*

NOTA. Mulier ornata quantos interficiat.

2. Machab. 15. F.

144 Alij ponunt Deum ſub ſe, ſcilicèt; qui carnem ſuam plus diligunt, quam Deum. Hi ſunt, qui contra præceptum Domini luxuriantur, & inebriantur; licèt valde mirum eſt, quod pro modica delectatione, carnem ſuam Deo prę-ponunt. Quæ delectatio tam modica eſt, quod quaſi nulla eſt. Nam ſi luxuria futura eſt, cruciat; ſi præſens eſt, non ſatiat; ſi præterita eſt, non delectat. De quibus Dominus dicit; Math. 10. *D. Qui non accipit Crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* Id eſt; niſi carnem ſuam crucificet. In eodem: *Qui peraiderit animam ſuam*, id eſt; affixerit animalitatem, ne voluptatem ſuam adimpleat: *Propter me inveniet eam.* Item, ſi non eſſet aliud, quod à luxuria retraheret; hoc ſufficere deberet, quia horribilis eſt. Horribile enim eſſet; auferre manum Domini, & dare meretrici. Sed hoc facit luxurioſus. Undè *in* 1. *ad Corint.* 6. *C. Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergò membra Chriſti faciam membra meretricis?* Abſit.

De voluptuoſis, vel malis.

Luxuria qualis.

Matth. 10. D.

1. ad Corinth. 6. C.

145 Alij ponunt Dominum infra ſuos; ſcilicèt; qui plus diligunt filios ſuos, & conſanguineos, quam Deum. Quicumqne enim vſuram; periurium; vel aliud illicitum, amore Parentum committunt, infra ſuos Deum ponunt. Quidam Prælati perverſos conſanguineos ſuos, faciunt Archidiaconos: Iuſtum verò, & ſimplicem faciunt ſolummodo, cononicum, vel pænitus expellunt. Iſti dicunt: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Quaſi, ex quo ſanguinem ſuum plus diligunt, quam ſanguinem Chriſti, ſanguis eius erit in damnatione eorum.

De viris ſanguinum.

146 Alij peius ordinant; quia Deum, qui eſt caput omnium; ſub rebus ſuis collocant. Contra quos. Iſaia 19. *C. Non erit Ægypto opus, quod habeat caput, & caudam*; Id eſt; nèc principium, nèc finem. Hi ſunt, qui magis diligunt mundum, quam Deum. Immò omnia diligunt, præter Deum. Hi ſunt, qui Deum relinquunt, & Idolla adorant; *Quoniam ſimulacra Gentium argentum, & aurum. Pſalm.* 113. *B.* Iſti ſunt, qui faciunt inordinatam charitatem; immò omnia faciunt, ſine ordine. Et ideò tranſibunt ad locum illum. Iob 10. *D. Vbi nullus eſt ordo.* Et quia Deum ponunt ſub omnibus, qui eſt ſuper omnia; ideo Deus mittet eos, ſub omnibus pænis, quæ ſunt, in gehænna, vt totus mundus eos opprimat.

De cupidis.

Iſaia 19. C.

Iob. 10. D.

147 Item, aliquis eſt ordo charitatis, de quo, ad Epheſios 3. *C. In charitate radicati, & fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum.* Charitas ſive amor, Deus eſt. Vndè *Deus charitas eſt* 1. *Ioannis* 4. C. Dicitur quod à beato Bernardo ſemel in ſcholis quærebatur; quid eſſet Deus? Reſpondit: Amor. Vndè Auguſtin. *Deus dilectio eſt.* Quiſquis Deum diligit, dilectionem diligit. Si habet dilectionem; Deum videt; quia Deus eſt dilectio. Non amet peregrinationem, non amet viam; totum amarum ſit, præter illum, qui vocat, quovſque inhæreamus illi, & dicamus: *Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. Pſalm.* 72. *D.* Qui à Deo recedunt, & mundum diligunt. Auguſtin. *Tu autem, quid mihi, inhærere Deo bonum eſt*: Totum bonum inhærere Deo eſt. Talis in Deo iudicatus eſt. Videamus igitur, quatuor diviſiones Crucifixi, quoniam in Cruce maxime opus charitatis oſtendit.

De latitudine: Longitudine ſublimitate; & profundo. Epheſios 3. C

1. Ioan. 4. C.

Deus eſt amor. Auguſt.

Pſalm. 72. D

Auguſt.

148 Latitudo charitatis Chriſti eſt extenſio brachiorum à dextris, & à ſiniſtris, quia mortuus eſt, pro amicis, & inimicis. Et nos debemus brachia amoris, amicis, & inimicis extendere, & eleemoſynas amicis, & inimicis exhibere. Vndè in *Pſalm.* 143. *A. Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.*

De largitate Chriſti vel de quatuor dimenſionibus Crucis.

Pſalm. 143. A.

Charitas Chriſti. *bellum.* Bene pugnare docuit, quando manus in Cruce extendit, quia tunc maximam eleemoſynam toti mundo fecit; quia totum ſe ipſum nobis dedit. Corpus dedit in ſacrifitium; aquam in lavacrum; ſanguinem in medicamentum; animam in pretium: Deitatem in præmium. Et ita; *Pellem, pro pelle: Et quidquid habuit, homo iſte dedit. Iob. 2. B. Pro anima ſua.*

Eleemoſyna Chriſti.

Iob 2. D.

149 Id eſt; pro nobis, qui ſumus anima ſua, pellem dedit, in verberibus; ſanguinem, in vulneribus; carnem in Cruce; animam in morte; & dabit Deitatem in remuneratione. Ecce manus largiſſima; eleemoſyna maxima Hoc totum fecit, vt nos ad charitatem, & eleemoſynam invitaret. Ergò maledictus qui parum panis non poteſt dare, amore ipſius, qui talem eleemoſynam facit: Propter quatuor cauſas expendit Chriſtus manus; ſcilicèt; quia Patrem oravit; eleemoſynam fecit; Diabolum expugnavit; domũ eius in Cælis ædificavit.

Quod quatuor ex cauſis expandit Dominus brachia in cruce.

De manu arida.

150 Sed plerique manum habent aridam, qui non poſſunt eleemoſynas dare. Etiam talis, inhabilis eſt ad pugnandum. De quo legitur in *Math. 12. A.* Quod quidam homo habuit manum aridam, & dixit ei Dominus: *Extende manum tuam; & extendit, & reſtituta eſt ſanitati.* Dicitur in gloſa, quod iſte fuit cęmentarius. Et quilibet debet eſſe cæmentarius, vt domum ſibi in Regno Cælorum ædificet. Ecce triplex officium manus reſtitutę: Ad pauperes extendit; Diabolum expugnavit; & domum in Cęlo ædificavit. Dicit Beda. *In fructuoſe debilitas animæ, nullo melius ordine curatur, quod eleemoſynarum largitione.* In Eccleſiaſtic. 4. *D. Non ſit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum collecta*; id eſt, arida. Item, Beda. *Fruſtra pro peccatis rogaturus ad Dominum, manus expendit; qui eas ad pauperes, pro poſſe, non extendit.*

Math. 12. A.

Eleemoſynam facere

Beda.

Eccleſiaſt. 4. D.

Beda.

NOTA.

151 Ambroſius. *Qui crimen aruerat; ſuccis bonorum operum irrigatur.* Ioannes Epiſcopus. *Eleemoſyna eſt ſalutis præſidium; fidei coronamentum; propitiatio peccatorum; cuius exercitium lætum efficit Deum; placatum efficit Chriſtum; dùm cernit; ſubſidijs pauperem foveri; inopem ſublevari: Immò ſimilis eſt Deo Patri, qui dat Filio, vt ſibi accommodet.* Similiter Dominus quibuſdam dat diuitias, vt ſibi in perſonas pauperum accommodent. Pſal. 111. *B. Beatus homo qui miſeretur, & commodat.* Dare pauperi idem eſt, quod accommodare, quoniam, in Math. 19. *D. Centuplum accipiet.* Item, Dominus docet digitos ad prelium; non ſufficit, quod docet manus ad prelium.

Ambroſ.

Chriſoſtb.

Pſal. 111. B.

Mah. 19. D.

152 Ecce decem ſunt digiti: Hi ſunt decem opera miſericordiæ. Sex ſunt in Evangelio. Math. 25. *C. Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere: Hoſpes eram, & collegiſtis me: Nudus, & cooperuiſtis me: Infirmus, & viſitaſtis me: In carcere eram, & veniſtis ad me.* Et iſta continentur, & notantur in hoc verſu:

Dedecem operibus miſericordiæ. Math. 25. D.

Colligo: Cibo: Viſito: Solvo: Tego.

Septimum ſepelire mortuos; in *Tobia* 12. C. Ad miſericordiam ſpiritualem pertinent tria. Si peccaverit, argue; ſi pœnituerit, dimitte; ſi ignoraverit, inſtrue. Et hæc eſt eleemoſyna ſpiritualis. Et ſicut melius eſt, animam reficere, quam carnem: Sic melior eſt eleemoſyna ſpiritualis; quam carnalis.

℣.

Eleemoſyna ſpiritualis. NOTA.

153 Item, in quolibet digito ſunt tres iuncturę; ſic in eleemoſyna ſunt tria conſideranda. Quid: Cui: Quo fine: Scilicèt; quod illud quod das, ſit tuum; quia tuum debes dare, ſive de tuo, non de alieno. In Eccleſiaſtic. 34. *C. Immolantis ex iniquo, oblatio eſt maculata, & non ſunt beneplacitæ ſubſannationes iniuſtorum.* Ipſi enim ſubſannant, qui vni auferunt, & alij tribuunt. Cui; id eſt; cui debeas dare; cui debes eleemoſynam facere: Tibi primo; ſi indiges, à te debes incipi, tibi enim debes ſuſtentationem, & animæ virtutes. Auguſt. *Qui ordinate vult elecmoſynas dare, à ſe ipſo debet incipere.* In Eccleſiaſtic. 30. *D. Miſerere animæ tuæ placens Deo.* Si nihil habes, nihil tantum eſuris; quantum Dominus animam tuam eſurit. Sicut pauper eſuriens, ad oſtium clamat, pro eleemoſyna; Inſtat ad oſtium, & pulſat; clamat vt animam ei tribuas. Quo fine; non

In Eleemoſyna ſunt tria conſideranda

Eccleſiaſtic. 34. C.

Auguſt.

Eccleſiaſtic. 30. D.

prop-

propter humanum favorem ; In quo plerique peccant, qui eleemoſynas Eccleſiæ, meretricibus, & ioculatoribus, vt troba ioculatorum ante eos canatur, tribuunt: Sed Deo nihil. De quibus Ioannes Chriſoſtomus. *Si propter humanum favorem eleemoſynam dederis ; mercedem amittis.*

Chriſoſtomus.

154 Item, hæc eſt latitudo charitatis Chriſti, quod non ſolum ſe ipſum donavit. Vnde ad Romanos. 8. F. *Qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* Vnde Apoſtolus ad Corinthios prima. 3. D. *Omnia enim veſtra ſunt. Vidi* (dicit Auguſt.) *Omnia ſuperiora, & inferiora, & æqualia.* Superiora noſtra ſunt ad ſuperfluendum, vt Deus; Trinitas: Æqualia ad convivendum, vt Angeli, qui etſi modo ſunt ſuperiores, in futuro erunt æquales; qui & modo noſtri ſunt, quia ad vſum nobis ſunt. Noſtra ſunt inferiora, quia ad ſerviendum nobis facta. Leo Papa. *Nimis dives eſt chriſtiana Religio, cui in omnium poſſeſſore datum eſt omnia poſſidere.*

De latitudine charitatis: vel qui Deum habet, omnia habet. Roman. 8. F. 1. ad Corint. 3. D. Auguſt.

Leo Papa.

155 Poteſt igitur dicere iuſtus; Cœlum meum eſt; Sol meus eſt; hęc vinea mea, quacumque demonſtrata. Item, pecunia vſurarij potius mea, quàm ſua, quia inde facio, quod volo, quia quidquid inde ſit, placet mihi. Sed vſurarius non poteſt, quoniam velet, quod centuplaretur, quod non fit. Sed iniuſtus eſt indignus omni bono, etiam pane, quo veſcitur. Qui ergo Deum habet, omnia habet. Unde Seneca narrat, quod Stibbon capta Patria, amiſsis liberis, amiſſa vxore, cum ex incendio publico, ſolus, & tamen lætus exiret; interroganti Demetrio, nunquid perdidiſſet omnia; ait: Omnia autem mea, mecum ſunt. Ecce fortis, & ſtrenuus, ipſum ſui hoſtis victoria vincit: Nil inquit: Perdidi. Dubitare illum coegit, an viciſſet: Et reſpondit; omnia meum ſunt: Iuſtitia: Virtus: Prudentia; hoc ipſum nil bonum putare, quod eripi poſsit. Sic Ioſeph Geneſ. 39. C. *Fugit pallio nudatus; virtutibus indutus.*

Iuſtus quid poteſt dicere.

Iniuſtus eſt indignus omni bono.

Qui Deum habet.

Seneca.

Exemplum.

Geneſ. 39. C.

156 Longitudo charitatis eſt, perſeverantia, quàm Chriſtus implevit, quoniam factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis. Et iuſtus vſque ad mortem debet perſeverare; quoniam finis; non pugna, coronat. Hieronymus: *Non igitur in chriſtianis principium boni operis; ſed finis.* Paulus male incepit, ſed bene finivit. Iudæ laudantur exordia; ſed finis proditione condemnatur. In Eccleſiaſtico: 4. D. *In iuſtitia agonizare proanima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

De perſeverantia: vel de longitudine charitatis.

Iuſtus vſque ad mortem debet perſeverare.

Finis, non pugna, coronat. Hieron.

Eccleſ. 4. D.

157 Perſeverantia eſt Scala Iacob, quæ tendit in Cœlum: Via deſerti, quæ tendit in terram promiſsionis: Tunica talaris Ioſeph, quæ à capite attingit ad pedes à principio ad finem, vt legitur in Geneſ. 37. *A. Iſrael diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eo quid in ſenectute genuiſſet eum.* Deus populum Gentilium, quem genuit per Baptiſmum in ſexta etate: *Fecitque ei tunicam talarem polimitam:* Hæc veſtis virtutum talaris pro perſeverantia polimita, id eſt, varietate virtutum diſtincta. Ibi enim rubeum filum fidei, quod Raab Ioſue. 2. C. meretrix defeneſtra dimiſit, & ſalvata eſt. *Hyacinthinum ſpei*, quia Hyacinthinus eſt Cœleſtis coloris, & ſpes de Cęleſtibus eſt, coctus bis tinctus charitatis: Filum biſſinum caſtitatis.

Perſeverant.

Geneſ. 37. A.

Iuſue. 2. C.

158 Hanc tunicam dat Dominus parvulo in Baptiſmo, qui per Chriſmatè figuratur. Quam diligenter debemus tunicam hanc cuſtodire, quoniam hæc eſt veſtis nuptialis, quàm qui non habuerit, proijcietur in tenebras exteriores, vt habetur. *Matth. 22. B.* Sed illa indutus inducetur in gloriam magni Dei. Quando Ioſeph ivit ad fratres ſuos in Dothain nudaverunt eum tunica talari, & polimita, & miſerunt eum in ciſternam, quæ non habebat aquam, & poſtea vendidederunt eum Iſmaelitis, qui duxerunt eum in Ægyptum, vt habetur in *Geneſ. 37. C. D. E. F.*

Math. 22. B.

159 Ioſeph eſt vir iuſtus, qui habet tunicam talarem; id eſt, perſeverantiam; & polimitam; id eſt; varietate virtutum diſtinctam: Fra-

Geneſ. 37. C. D. E. F.

Ioſeph eſt vir iuſtus.

Fratres Ioſep ſunt ſocij, &c

tres ſunt, ſocij, & conſanguinei, & proximi. Vident innocentem, & ad culpam mortalem pertrahunt; tunicam talarem tunc exuunt, vbi gratia. Dicunt corrupti ad caſtum; Eamus ad proſtibulum, ibi eſt ſummum gaudium. Dicunt vſurarij conſanguineo, nil vales, niſi divitias acquiras. Dicunt Clerici; Vis in mundo magnus haberi; labora per medicinam; per leges, vt magnus appareas, & vt habetur in Pſal. 105. *E. Immolaverunt Filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs.* Sic tunicam talarem auferunt, & in ciſternam vitiorum, vbi non eſt aqua gratiarum, ponunt.

Pſal. 105. *E.*

160 De his; Ieremia. 2. C. *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſipatas, quæ continere non valent aquas.* Iſti ciſternas huiuſmodi fodiunt, qui aliquod mortale perpetrant, in quo non refectionem; ſed interfectionem inveniunt. Item fratres vendunt eum Iſmaelitis, qui dicuntur obedientes ſibi, id eſt, Dæmonibus, qui ſibi; non Deo obediunt. Et illi ducunt Ioſeph in Ægyptum; id eſt; in tenebras vitiorum omnium. Tandem ibi fuit incarceratus, ſed miſsit Rex, & ſoluit eum, quia Dominus quandoquidem talem liberat. Quidam hanc tunicam ſanguine hædi intinctam portant ad Iacob, & aiunt: Vide vtrum ſit tunica filij tui, an non? Et ait Iacob: *Tunica Filij mei eſt, fera peſsima devoravit filium meum Ioſeph: Sciſsiſque veſtibus indutus eſt cilicio, lugens filium ſuũ multo tẽpore.*

Ieremia 2. *C:*

161 Nuncius iſte eſt Angelus illius, qui ſeductus eſt, qui hanc tunicam Deo oſtendit, quàm cum Chriſtus videt; conquæritur dicens; *Fera peſsima devoravit filium meum.* Feram peſsimam vocat impium, qui filium ſuum devoravit; nam proximum ſuum ad peccatum pertrahendo interficit. Cui poteſt dici.

℣.

Mitius inveni, quàm te genus ferarum.
Quoniam genus omne ferarum;
Etiam lamia catulos lactat,
Quibus fera filios nutrit.

Sed tu infelix homo, qui pro divitijs acquirendis, & habendis tunicam virtutum aufers, filium ſuum, ſcilicèt, Ieſu-Chriſti, Dæmonibus vendis, & animam interficis.

162 Altitudo eſt præmij conſideratio, quoniam vt præmium nobis conferat; quod ſuprà caput erat in Cruce erexit. Ad hoc præmium debemus ſuſpirare: Vultus erigere: Oculos, & manus, id eſt; intentiones, & opera. Vndè Hieronymus. *Non dico aurum, & argentum, & cæteras opes; ſed ipſam terram, & Cœlum deſpiciens, Chriſto copulatus, cantabis: Pars mea Deus.* Socrates ait: *Scando aerem, ſolemque deſpicio.* Si eleemſynas facis; ſi oras; ſi loqueris pro prẽmio æterno tunc; *Funes proijcis in præclaris. Pſal.* 15. *A.* Quam infelix, & quam ſtultus, qui funes proijcit in arenam, vt eam obtineat, quos poteſt proijcere in terram feliciſsimam, ſeu fertiliſsimam.

De conſideratione premij: vel de altitudine premij.

Hieron.

Socrates.

Pſal. 15. *A.*

163 Quicumque laborat, pro delitijs carnis; divitijs, & vanitatibus mundanis, hic verè poteſt dicere; funes ceciderunt, ceciderunt in obſcuris. Primò in obſcuris culpæ; poſtea in obſcuris gehennæ. *In Numer.* 18. *C. & Deuteron.* 18. *A. Filijs Levi non erit portio, nec ſors in medio fratrum eorum: Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum.* Ambroſius. *Cui Deus poſſeſsio eſt, in totius naturæ poſſeſſor eſt pro agris.* Ipſe tibi ſatis eſt, habens bonum fructum, qui nunquam poſsit perire. Prò domibus ſatis eſt tibi, vt ſis habitatio Domini, & Dei templum, quo nihil poteſt eſſe prætioſius Deo. Aut quid deeſt tibi, qui vt dicitur ad Galatas 6. *D. Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti.* Hieronymus. *Clericus ſi aurum ſi argentum amat, ſi variam ſupellectilem, cum his princeps eius fieri Dominus dedignatur.* Portio tua non ariditate ſiccatur; non imbre diluitur; non frigore vritur, non tempeſtate caſſatur. *Pſal.* 120. *Per diem Sol non vret te; neque Luna per noctem.*

Numer. 18. *C. Deuteron.* 18. *A. Ambroſius.*

Galatas. 6. *D.*

Hieron.

Pſal. 120. *B.*

De divitijs, & gloria, vel de tribus quæ retrahunt hominem à Deo.

163 Tria miſeros à ſummo bono retrahunt, ſcilicèt; delitiæ; divitiæ; gloria mundi,

Sed

Sed hæc omnia in æterna beatitudine invenies cum Domino, quoniam de delitijs ait in Prover. 8. *D. Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum.* Item in eodem. *B. Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia.* Quia omnes temporales diuitias ſuperant. Sed quoniam ad has delitias, vix poſſumus, aut raro oculos erigere; conquæritur Bernardus, dicens: *Nocte, & die nobis Prophetæ, Euangeliſtæ; ſed & Apoſtolicæ voces canuntur, & leguntur; vnde igitur nobis tàm vanæ, tàm noxiæ, tàm obſcœnæ cogitationes, quæ nunc immunditia, & delectatione, nunc ſuperbia, & ambitione, & cæteris paſſionibus torquent, vt, vix aliquando, in ſerenitate iſtarum cogitationum reſpiremus?*

Prover. 8. D. — Bernard.

165 Væ nobis à tempore, & tempore cordis, qui permittimus nos his vanitatibus occupari! Qui calorem peccati ſentit feſtinantem; extinguat. Qui in cœnum cadit, cito ſurgit. Qui ignem ſentit, manum retrahit. Qui vulneratur, ſtatim conquæritur. Sic, qui mortiferas cogitationes in cor intrare intelligit, ſtatim cor ſurgat, cor ab igne retrahat. Cum vulneratur, ſtatim Deo conquæratur, & medicinam poſtulet. Cum quis enim in perverſa cogitatione delectatur, ſtatim anima læditur, ſive vulneratur: Vnde in Prover. 8. *D. Qui in me peccaverit, lædet animam ſuam.* Suſpendium igitur elegat anima mea, vt dicitur in *Iob* 7. *C.* Et vt dicit Apoſtolus ad Philippen. 3. *D. Converſatio noſtra in Cœlis eſt*, vt illud præmium dulciſsimum, quod in præſenti plenè guſtare non poſſumus, per frequentem meditationem præguſtemus, vt ad illam celſitudinē, quo ſublimitas capitis præceſsit; ſequatur humilitas mēbrorū.

Quod eſt temperatum: inter frigidum, & calidum. — Prover. 8. D. — Iob 7. D. Philip. 3. D.

166 Profundum charitatis, ſive Crucis, eſt, quod ex profundiſsima delectatione nos à triplici profundo extraxit. Eſt enim profundum gehennæ; hoc profundum maris; profundum putei; profundum laci. Mare eſt miſeria, & amaritudo mundi: De quo Gregor. *Vbique luctus vbique deſolatio; vndique percutimur: Vndique amaritudine replemur; & tunc cœca mente carnalis concupiſcentiæ, ipſas eius amaritudines amamus: Fugientem ſequimur, labenti inhæremus. Et quia labentem retinere non poſſumus, cum ipſo labimur.*

De triplici profundo miſeriæ: culpę gehennæ: vel de triplici propietate maris. Mare. Gregor.

167 Tria ſunt in mari; ſcilicèt, amaritudo in guſto, & olfatu: Timor in inundatione: Contrarietas in ventilatione. Sic, qui in contemplatione, vel ſtudio hauſerint cibum animæ, cum veniunt ad cauſas, ad curias, & ad beneficia, derelinquunt Deum factorem ſuum, & recedunt à Deo ſalutari ſuo; quia cibus animæ primo ſumptus amaret eis. Et tunc pincerna ſuccedentibus proſperis vitæ præſentis, obliviſcitur Chriſti, qui ſuplitia impijs, & præmia iuſtis interpretatur. Ibi eſt timor inundationum. Vndè in Math. 8. *C. Aſcendente Ieſu in naviculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius: & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita, vt navicula operiretur fluctibus ipſe vero dormiebat: & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & ſuſcitaverunt eum, dicentes: Domine ſalva nos, quia perimus.* Ecce timor ex inundatione fluctuum, & ex multitudine tentationum.

Matth. 8. C.

168 Plerique ita tentantur efficaciter de luxuria, alij de gula, alij de triſtitia, quibus ſubmerguntur. Per ventum, qui eſt contrarius nobis, intelligimus proſperitatem, vel adverſitatem, quia proſperitas impedit demulcendo, adverſitas ſeviendo. Proſperitas retinet hominem, nè delicias relinquat, vt dicitur in Pſal. 9. *C. Quoniam infixę ſunt mihi in interitu, quem fecerunt*; id eſt, quibuſdam clavis peccatorum confixæ: *In laqueo iſto, quem fecerunt, comprehenſus eſt pes eorum.* Ibi dico: Delectatio alligat eos, vt indè abrumpere amorem, & ad vtilia convertere non audeant. Si enim conentur dolorem deſerere eorum, quæ delectant, & illi dolor non ſinit abſcedere.

Proſperitas. — Pſal. 9. C.

169 Plerique enim, cum deberent, ad Deum converti, dicunt: Qualiter poſſem cibaria delicata, vinum bonum, ſomnum ſuave, panes delicatos, amplexus, & oſcula tàm dulcia relinquere? Alij retrahuntur per adverſitatem, dicentes: Si volo vias iuſtorum tenere, oportebit me ieiunare, vi-

Adverſitas.

gilare, multas aſperitates ſuſtinere, continentiam obſervare. Durus eſt hic ſermo. Quis poterit dulcia relinquere, & amara potare, vel portare? Vnde in Prover. 1. *D. Adverſio parvulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorum perdet illos.* Adverſio parvulorum eſt adverſitas, quàm parvuli timent. Proſperitas ſtultorum eſt, quã ſtulti deſiderant.

Proverb. 1. D.

Adverſio. Adverſitas. Proſperitas.

170 Hæc duo multos perimunt. Iſte eſt ventus contrarius nobis. Gregor. *Cum vtraque fortuna ſit timenda, magis timenda eſt proſpera, quàm adverſa.* Adverſa enim ſeviendo erudit; proſpera blandiendo ſeducit. Remigius: *Heu mihi eſt! Quia vndique pericula, quocumque me vertam, nulla eſt ſecuritas: Et quæ mulcent, & quæ me moleſtant, timeo: Eſuries, & refectio; ſomnus, & vigiliæ; labor, & quies, militant contra me: Non minus eſt mihi ſuſpectus iocus, quàm ira; nec minus vereor proſpera, quàm adverſa: Proſpera namque ſuavitate ſua me incautum decipiunt: Adverſa vero, quia aliquid amaritudinis habent; velut potio amara me ſuſpectum, & timidum reddunt.*

Gregor. Adverſitas ſeviendo erudit Proſperitas blanaiendo ſeducit. Remigius.

171 In hoc mari igitur neceſsè habemus clamare; Domine ſalva nos, perimus; & Dominus imperabit ventis, & amari, vt fiat tranquilitas magna: Quoniam vt dicitur in Iſaia 43. *A. Dicã Aquiloni: Da: & Auſtro: Noli prohibere.* Item qui mare tranſit, portum deſiderat, oculos ad portum levat. Sic dicitur de beato Martino: *Oculis, ac manibus in cœlum ſemper intentus.* Hunc portum deſideravit Paulus dicens ad Romanos 7. *D. Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?* Et Symeon. *Putas ne videbo, putas nè durabo? Dominicus, qui imperat.* Auguſt. *Qui imperat ventis, & mari liberet nos de profundo, & faciat nos venire transfretum in regione Generesareorum.* Quod interpretatur colubrum eijciens, quo eiectus eſt Lucifer, cum Angelis ſuis.

Iſaia 53. *A. Portum deſiderat qui mare tranſit.*

Roman. 7. D.

Symeon.

Auguſt.

Frætum interpretatur colubrum eijciens.

172 Liberavit nos à profundo putei, ſive peccati: De quo in Pſal. 68. *B. Non me demergat tempeſtas aquæ*; per conſenſum, & opus: *Neque abſorbeat me profundum*; per conſuetudinem: *Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.* Per deſperationem. Iob 36. *C. Liberabit me de ore anguſto.* Gregor. *Qui viam vitæ deſerens, in tenebris peccatorum ſe deijcit, ſe ipſum quaſi in puteum demergit.* Meritò peccatum, puteus à puto eſſe dicitur; qui vt verè loquamur; populus putet, quaſi infernus: Quia ipſe Chriſtus fuit in puteo inferni; ſed nunquam potuit eſſe in puteo peccati: Et omnem fætorem, quem habet infernus, contrahit à fætore peccati.

Pſal. 68. *B.*

Iob 36. *C.*

Greg. in moral. Iob lib. 29. *cap.* 30. *Peccatum.*

173 In valle Silveſtri. *Geneſ.* 14. *B.* Sunt multi putei bituminis: In mundo ſunt multa retinacula in peccatis. Profundum laci eſt infernus; & ab hoc profundo liberavit nos Dominus Ieſus. Vnde Zacharia 9. *C. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo eſt aqua.* Item *Iacob* 17. *D. In profundiſsimum infernum deſcendent omnia mea*: Quia omnium laborum retributionem in ſola inferni quiete præſtolabatur recipere. Vel omnia ſua, animam ſuam dedit, pro qua ſalvãda omnia debent fieri.

Geneſ. 14. *B.*

Zachar. 9. C.

Iob. 17. D.

174 Dominus igitur tàm ex charitate, quàm erga nos habuit, Crucem aſcendit, & ita fortiter traxit, quod ſanguinem, & lachrymam, & clamorem emiſit. In tantum traxit, quod mortuus fuit; & ſic nos miſeros ab hoc triplici profundo liberavit. Et nos in Cruce amoris cõfixi, hunc ordinem, hanc dimenſionem in nobis conſervemus; latitudinem habeamus, vt amicis, & inimicis à dextris, & à ſiniſtris ſubveniam extendamus. Longitudinem perſeverantiæ conſervemus. Altitudinem gloriæ appetamus, & nos proximos à triplici profundo, quantum in nobis eſt, extrahamus.

VERS. V.

FVLCITE ME FLORIBVS ſtipate me malis.

175 QUando arbor eſt onerata, debet cum paxillis fulciri, nè frangatur. Sic plerique in tantum ieiunant, orant, vigilant; in tantum fructibus bonorum operum ſe ornant, quod fære deficiunt, & in tedium incidunt. Hoc ſentiens anima fidelis, dicit: Fulcite me floribus. Per flores, incipientes; per poma, perfectos inte-

Quod verbis, & exemplis ſanctorum debemus fulciri.

inreligimus; quaſi, fulcite me exemplis incipientium, & perfectorum. Vel fulcite me floribus verborum, & fructibus bonorū operum. Quoniam ſi doles, ſi affligeris, vt dicit, Oratius. *Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire debemus dolorem.* Paxillus eſt Chriſtus, vndè Iſaia 22. *F. Figam illum paxillum in loco fidelium.* Id eſt; in Eccleſia. Si hoc paxillo apodyatus fueris, nunquam corrues. Quoniam hic eſt paxillus, qui totum mūdum ſuſtentat.

Oratius.
Paxillus eſt Chriſtus.
Iſaia 22. F.

176 Hic eſt lapis, qui ſuper poſitus fuit manibus Moyſi, & Iſrael devicit Amalech, vt habetur in *Exodo* 17. *C.* De hoc paxillo. Auguſtin. *Si curſus rerum temporalium te trahit in præcipitium, tene te per paxillum, quod plantatum eſt, ſecus decurſus aquarum. Pſalm. 1. A.* Cum quis rapitur a flumine, libenter adhæret ligno, vel palo, ne ſubmergatur. Curſus mundi rapit ad fornicationem; furtum; rapinam; vanam gloriam. Sed ſi Chriſto adhæſeris, hoc eſt, vitam ipſius imitaveris; à curſu mundi liberaberis, ne ſubmergaris. Si in tædium ex afflictione, vel paupertate incidis; ne in mortem rapiaris, tene te per Chriſtum.

Exod. 17. C.
Auguſtin.
Pſalm. 1. A.
Curſus mundi.

177 Attende homo, quod nunquam, tam pauper fuiſti; nunquam tantum ſanguinem effudiſti; quantum ipſe pro te pauper in mundo fuit; & quantum ſanguinem pro te effudit. Qui palum, quem tenet, dimittit, rapitur, & ſubmergitur. Hoc fit ex defectu cordis. Si quis hunc palum ex defectu cordis amittit; à curſu mundi rapitur, in vitijs ſubmergitur; ęternaliter moritur. Sicut igitur circa languidum apponuntur flores, & fructus, vt in aliquo delectetur; Sic circa ſpiritualiter languentes, debent, & verba, & exempla apponi, in quibus reficiantur.

Amittenti Chriſtum quid accidit.

QUIA AMORE LANGVEO.

De his qui amant amore languent amore moriuntur. Ioann. 21. C.

178 QUidam amant: Quidam amore languent: Quidam amore moriuntur. Amant, qui quantulancunque habent charitatem. Undè Ioann. 21. *C. Petre amas me? Tu ſcis Domine, quia amo te.* Diligam te Domine. Amore languent, qui in re temporali non delectantur; ſed totum faſtidiunt, donèc ſponſum ſuum amplectantur. Vndè in *Pſal. 76. A.* Typo quorum ait David: *Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum.* Amore moriuntur, qui mundum relinquentes, vitam clauſtralem ingrediuntur. Vndè *Matth. 19. D. Marc. 10. D.* Hi dicunt: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Tùnc fortis vt mors dilectio; Quia ſicut nèc conſanguinei, nèc vanitates mundi retinent languidum, quin moriatur: Sic præſentia iuſtum non retinent, quin clauſtralem vitam, ſeu clauſtrum ingrediatur. Undè Hieronym. *Licèt parvulus ex collo pendat, licèt ſparſo crine cum ſciſſis veſtibus vbera, quibus te nutrierat, mater oſtendat: Licèt in limine pater iaceat, per calcatum pergè patrem, ſiccis que oculis ad vexillum Crucis vola. Summum genus pietatis eſt in hac re fuiſſe crudelem.* Talis progreſſus deſignatur per Iacob. *Geneſ. 31. A.* Primo amavit Rachelem, quæ ſignat contemplativam vitam. Secundo propoſuit recedere à Laban, & quaſi languens ait: *Video quod animus veſtri ab heri, & nudius tertius mutatus eſt erga me.*

Amore languent.
Pſalm. 76. A.
Amore moriuntur.
Matth. 19. D.
Marc. 10. D
Hieronym. Heliodoro. NOTA.
Geneſ. 31. A. Rachel ſignat contemplativam vitam.
Video faciem patris veſtri, quod non ſit erga me, ſicut heri, & nudius tertius.

179 Laban interpretatur dealbatio, & ſignat mundum exterius dealbatum, interius ſpurcitia plenū. Quando aliquis efficitur infirmus, impotens, vel inhabilis mundo, tùnc mundus malam faciem, malum vultum prætendit, & tunc homo cum non inveniat in mundo, qui ei applaudeat, ad Deum libentius fugit. Vndè Beda. *Facilius ad Deum convertitur, qui nil habet in mundo, in quo delectetur.* Quidam tamen, licèt mundus de eis non curat, adhuc nituntur, mundo ſervire. Vndè *Luca* 15. *D.* Multi cupiunt ſaturare ventrem de ſiliquis porcorum, & nemo illis dat.

Laban interpretatur dealbatio.
Beda.
Luca 15. D.

180 Sic multi cupiunt animam ſuam truſis, & fraudibus curialium reficere, vt poſsint, in curijs Regum, vel Epiſcoporum vivere, & tamen non inveniunt. Vndè Gregor. *Cor autem mundum requirit, & cor mundus repellit.* Et ideò multum dolent. Similes ſunt Achitophel, vt habetur in 2. *Regum* 17. *F.* Qui abijt, & ſe ipſum ſuſpendit, quia Abſalom conſilium

Gregor.
2. Regum 17. F.

Triſtitia officiuntur multi.

ſilium ſuum non admiſit. Sic plerique multum dolent, cum magnates ipſos non conſulunt, vel conſilium ipſorum, non admittunt; & ideò in patibulo triſtitiæ ſe ſuſpendunt.

181 Melius eſſet Achitophel, quod reconciliaretur David; & melius eſſet impio, quod fugeret mundum, & veniam imploraret à Chriſto. Sicut Iacob. *Geneſ.* 31. C. Qui ſtatim in terram ſuam fugit; Tertio igitur Iacob receſsit, & iterum reverſus, terram ſuam arripuit. Sed Laban ſecutus eſt eum, & conſecutus. Sic mundus etiam, cum in claustro quis fuerit, eum inſequitur, cum vel per luxuriam, vel vanam gloriam, vel triſtitiam, vel invidiam revocat, & præcipitare eum nititur. Laban autem vt habetur, ibidem, non potuit revocare Iacob, ſed fœdus inter ſe inierunt. In ſignum cuius fecerunt acervum lapidum, & vocaverunt eum, tumulus teſtimonij.

Geneſ. 31. C.

182 Tumulus eſt mortuorum: Lapides ſunt firma opera, & duræ diſciplinæ, ſub quibus debet clauſtralis, quaſi ſepeliri, vt dicatur mundo mortuus, & in clauſtro ſepultus. Iſte tumulus eſt medium, & ſeparatio, quaſi magnum chaos inter mundum, & religioſum. Ille frater vere fuit Monachus, ad quem ivit frater ſuus carnalis indigens, & rogans, quod ſibi ſuccurreret: Et ait Monachus: Vade ad tertium fratrem noſtrum, qui iam pridem interierat, & forſitam dabit tibi. Et ait vivus frater; Ille mortuus eſt: Reſpondit Monachus; Sic ego mortuus ſum; vndè in temporalibus tibi ſuccurrere non poſſum.

Exemplum.

183 Item, ait Laban: *Si ego tranſiero illum pergens ad te, aut, tu prætereris, malum mihi cogitans: Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos.* Tale eſt pactum inter mundum, & clauſtrales; ſcilicèt; quod mundus non noceat clauſtralibus; ſed contrarium fit, quia mundus de vſuris: Furto; vel rapinâ, clauſtralibus tribuit, quia tunc totum clauſtrum interficit. Scientes, & conſencientes interficit. Iacob ſimiliter iuravit, per timorem patris ſui Iſaac, quod non tranſgrederetur tumulum. Tale votum facit clauſtralis,

Pactum inter mundum, & clauſtrales.

Votum clauſtralis.

quod non redivit ad vomitum, non reſpiciet retro, non redibit ad mundum; quod plerique tranſgrediuntur. Qui regularem diſciplinam dimittentes, cupidi, guloſi, luxurioſi, vel invidi efficiuntur, quia non eſt timor Dei; non Iſaac; id eſt; primum gaudium ſpirituale in eis.

184 Quando Monachi in riſu, & gula, in ebrietate, inordinatè ſe habent, monſtruum eſt, quia habitus repugnat vultui; profeſsio cordi. Nihil turpius, quam Monachus per vrbes, & caſtella diſcurrens, niſi eum illa cogit charitas, quæ multitudinem operit peccatorum. Item, cum Monachus ſit mundo mortuus, & iterum mundana ſectatur; ſimilis eſt, mortuo, qui ſurgit de ſepulchro, quem homines abhorrent, quia dicitur, quod malignus ſpiritus talia corpora inhabitat, & ambulare facit. Diabolus Monachos mortuos mundo inhabitat, qui, quando de tumulo clauſtralis diſciplinę exeunt; ad vitia, & vanitates mundi redeunt.

Monachus per vrbes, & caſtella diſcurrens.

VERS. VI.

LÆVA EIVS SVB CAPITE meo, & dextera illius amplexabitur me.

185 IAM dixit, ſe languere, & ideò floribus verborum, fructibus operum poſtulavit, fulciri. Sed hoc non ſufficit, niſi inter amplexus ſponſi foveatur. Ideò dicit: *Læva eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Per lęvam intelligimus temporales Chriſti amaritudines, quas ſuſtinuit exiſtens ad ſiniſtram Patris, id eſt, in præſenti miſeria. Per dexteram eius beatitudines, quas habet ſedens ad dexteram Patris in gloria. Vndè in Bulla Papę depingitur Petrus ad ſiniſtram, quin inſtructus fuit à Chriſto, quando fuit in hac miſeria: Paulus depingitur ad dexteram, quia inſtructus fuit à Chriſto, cum ſedit, ad Patris dexteram.

De Læva, & dextera Chriſti: Et Diaboli.

186 Nota quod ſicut Chriſtus habet ſuam ſiniſtram, & dexteram; ſic Diabolus ſuam: Quomodò eſt ſimilis Altiſsimo. Sicut ſiniſtra Dei ſunt amaritudines; & dolores; dex-

Dextera, & ſiniſtra Dei.

tera

Dextera, & ſiniſtra Diaboli.

tera ſunt beatitudines: Sic ſiniſtra Diaboli ſunt voluptates, & vanitates; dextera verò ſunt penæ infernales. Sicut læva Chriſti ſub capite iuſti: Sic læva Diaboli ſub capite impij. Dextera Chriſti amplexabitur iuſtum: Et dextera Diaboli amplexabitur impium. Cum quis morbo acuto laborat, apponitur pulvinar capiti, vt ſuavius quieſcat.

187 Sic tu, ò homo, cum acuto morbo laboras, id eſt, cum in tribulatione quacumque poſitus fueris, apponas capiti tuo pulvinar dè læva; id eſt, omnium miſeriarum afflictionum, dolorum, & paſsionum, quas Chriſtus pro te ſuſtinuit. Reminiſcere, recordare, ſeù mente retine, & omnis dolor mitigabitur, omnis tribulatio, & anguſtia pro nihilo reputabitur. Per caput enim mens intelligitur, ſivè ratio deſignatur. Omnis homo indignum tribulatione ſe iudicabit; cum conſideraverit Dominũ vitæ, & Regem maieſtatis, tanta pro villiſsimo ſervo, voluiſſe pati.

Caput, mens ſeu ratio ſignat.

De conſolatione in adverſis ſive ſiniſtris. Exemplum.

188 Quidam habuit dolorem in manibus, & humilime ait: Ieſu bone; manus habuiſti perforatas crudeliſsimis clavis pro me; non eſt magnum, ſi modicum ſuſtineam pro te. Alius fuit contemptus à multitudine, & ait, Chriſte; Deriſus, & deſpectus fuiſti pro me; non eſt magnum; ſi tale quid ſuſtineo pro te. Et ſic capiti pulvinar appoſuit, quod dolorem mitigavit. Ideò dicit

Iſaia 26. B.

Iſaia *26. B. Nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ. Anima mea deſideravit te in nocte*; id eſt; in tribulatione; *ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te.*

Chriſtus eſt granum frumenti.

189 Chriſtus eſt enim granum frumenti, quod attritum fuit ſub maleo Crucis, vt indè fieret farina, quę miſerias noſtras dulzoraret.

Iſaia 53. B.

Vnde Iſaia 53. *B. Attritus eſt propter ſcelera noſtra.* De dulzoratione in

4. *Regum* 4. *G.*

4. *Regum* 4. *G.* Collegerunt filij Prophetarum amaras colocynthidas, vt coquærentur, & comederent; & vnus cibum guſtans ait ad Eliſeum: *Mors in olla, vir Dei, mors in olla*: Et appoſuit farinam, & dulzoratus eſt cibus. Herbæ amaræ ſunt opera Chriſtianæ diſciplinæ; ſcilicèt, vigilare, ieiunare, & orare. Et tunc quando, quis talia guſtaverit; amare ſapiunt: Sed dicat ad Chriſtum: *Mors in olla, vir Dei; Mors in olla.* Triſtitia in mente; Tunc Chriſtus apponet farinam; Id eſt, minutas particulas paſsionis ſuæ, quæ ſunt; ſputa; flagella; minæ; Crux; clavi; lancea; ſpinę; & cætera, & omnis aſperitas dulçorabitur.

Herbæ amaræ.

Paſsio Chriſti omnes aſperitates dulzorat.

190 Bernardus. *Nulla tanta amaritudo, quam non prophetica farina dulzoret; quam non ſapidam reddat ſapidam.* Ergo lignum vitæ eſt farina; vt dicitur in *Exod.* 12. *E.* Quando filij Iſrael tulerũt in palio de Ægypto, & deficiente farina vſi ſunt Manna. Et nos ſi refecti fuerimus farina paſsionis Dominicæ, ſatiabimur manna cæleſtis gloriæ. Læva Chriſti ſit ſub capite in miſeria; & dextra eius amplexabitur nos in gloria. Meritò dicitur amplexabitur, quoniam gloria iuſtum totum circundabit; totum replebit: Ita quod nèc vnus punctus erit in homine, qui non repleatur gloria. Iſaia *66. D. Gaudete cum Ieruſalem gaudio vniverſi, qui lugetis ſuper eam*; id eſt; qui veram pœnitentiam agitis, quia gaudium cęleſte erit potus interius, & balneum exterius.

Bernard.

Exod. 12. E.

Gloria iuſtum totum circundabit.

Iſaia 66. D.

191 De potu in Pſalm. 35. *B. De torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Item, Iſaia ibidem *66. B. Vt ſugatis, & repleamini ab vbere conſolationis eius.* De balneo idem Iſaia ibidem. *66. Declinabo ſuper eam quaſi flumen pacis*: Ecce balneum: *Et quaſi torrentem inundantem gloriam, quam ſugetis*: Ecce poculum. De his aquis in Apocal. *22. A. Oſtendit mihi Dominus fluvium aquæ vitæ, ſplendidum, tanquam criſtallum, procedentem de ſede Dei, & Agni*; *In medio plateæ eius.* Scilicèt; civitatis ſanctę. Hoc flumen non eſt, niſi Beatitudo; ipſa Deitas flumen, & diffundens ſe per omnes iuſtos, qui ſunt plateæ ſuperne Ieruſalem, vt omnes in eò reficiantur; delectentur; inebrientur: Mirantur, nèc deficiunt in illum, quoniam proſpiciunt: Fruuntur; Nèc faſtidiunt: Quo frui magis ſitiunt.

Pſalm. 35. B.

Iſaia 66. B.

Iſaia 66. D.

Apoc. 22. A.

192 Dominus venit iuſtis; vt aqua reficiens: Venit impijs, vt ignis comburens. De aqua dictum eſt:

Dominus venit.

De

Iſaia 66. E. De igne dicit Iſai. 66. *E. Ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius: Reddere in indignatione furorem ſuum.* Nahum 1. *B. Indignatio eius effuſa eſt, vt ignis, & petræ diſolutæ ſunt ab eo.* Ex quo petræ frangentur, & diſolventur à facie huiuſmodi ignis; quid putas erit de carnibus impiorum? Cum impius mente dolet; videns quia neceſſe habet continere; ieiunare; paupertatem, & aſperitatem ſuſtinere; dicit intra ſe: Non poſſem hoc facere, & ideò volo omnes voluntates meas adimplere. Et ita apponit lævam Diaboli, ſub capite ſuo; in vitijs, & delitijs vivit, & quieſcit.

Nahum 1. B.

Impius mente dolet, & quare.

Iſaia 66. B. 193 De quibus Iſai. 66. *B. In abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt.* De quibus etiam in Prob. 2. *C. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas: Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſsimis.* Item, *in 2. Petri 2. D.* Sicut, *Sus lota in volutabro luti*; in volvitur, & delectatur; ſic impij; modo in luxuria: Modo in comeſationibus: Modo in ebrietatibus: Modo iuxta ignem: Modò in lecto delitias ſuas implent: Apoſtolus ad Galatas 5. *D. Qui talia agunt, Regnum Dei non conſequentur.* Et idem ad Romanos. 3. *B. Quorum damnatio iuſta eſt.* Qui dicuntur porci, ſuper quos Dominus dedit Diabolo poteſtatem. Vndè Math. 8. *D. Dixerunt: Domine mitte nos in porcos, & dimiſit eos, & Dæmones præcipitaverunt eos in mare.* Marc. 5. *A.* Luca 8. *D.* Sic Dæmones immundos in amaritudinem precipitabunt gehennę.

Prov. 2. C.

2. Petri 2. D.

Impij in quo involvuntur.

Galatas 5. D.

Romanos 3. B

Matth. 8. D.

Marc. 5. A. Luc. 8. D.

194 Item, de vanis dicitur in Pſalm. 19. *B. Hi in curribus, & hi in equis: Nos autem &c.* Sed qui fuerunt in curribus, & in equis Pharaonis ſubmerſi ſunt in aquis vehementibus: Sic ſuperbi in aquis infernalibus. De his Auguſtin. *Delectationes ſunt, manducare; bibere; luxuriari; venari; ſequi pompas iſtas vanas; omnia vana ſequuntur.* In Prov. 20. C. *Suavis eſt homini panis mendatij: Et poſtea os eius implebitur calculo.* Panis mendatij eſt, momentanea delectatio, quę nititur ſe oſtendere veram, cum falſa ſit, & nulla. Sed; *Poſtea os eius implebitur calculo*; Id eſt, calidiſſimo Lapide gehennæ. Iſti modo habent lævam Diaboli ſub capite: Poſt mortem verò dextera illius amplexabitur eos. Vndè Iob 21. *B. Ducunt in bonis dies ſuos*: Ecce læva: *Et in puncto horæ ad infernum deſcendunt*: Ecce dextera.

Psalm. 19. B.

Auguſtin.

Prov. 20. C.

Panis mendacij eſt.

De dextera, & ſiniſtra Diaboli.

Iob. 21. B.

195 Tunc Diabolus introducitur loquens ad impios. Satis qui nunc eſtis ſuper lævam meam; nunc dextera mea amplexabitur vos. Hoc eſt; Vos qui ſatis quieſcentes delectati eſtis in delitijs; modo vulnerabimini in ſupplitijs. Vndè in Trenis 2. *F. Aperuerunt ſuper te os ſuum, omnes inimici tui: Sibilaverunt, & fremuerunt dentibus ſuis; & dixerunt. Devorabimus: En iſta eſt dies, quam expectabamus: Invenimus, vidimus*: Quaſi diceret: Sicut Leones cum diù ieiunaverunt, cum magna aviditate prædam recipiunt: Ita Dæmones, ex quo natus fuit impius, quaſi diù ieiunaverunt; donèc in morte animam devorarent. Ergo ex quo tantum ieiunaverunt, cum magna aviditate animam amplexabuntur. Iſai. 5. *G. Rugiet vt catuli leonum: Et frendet: Et tenebit prædam: Et amplexabitur; & non erit qui eruat.*

De pœnis inferni. Diabolus loquitur ad impiũ.

Trinis 2. F.

Dæmones quo modo amplexabuntur, & devorabunt impios.

Iſaia 5. G.

196 Sicut lupus amplexatur agnum; Leo prædam; Canis leporem: Sic Dæmones impiũ. Vndè: Bernard. *Quis pavor erit; ò anima; cum dimiſsis omnibus, quorum tibi eſt preſentia tam iucunda, tam gratus aſpectus, ſola ingrediens incognitam prorſus regionem occurrentia tibi catervatim ruere teterrima illa monſtra; videbis? Quis tibi in die tantæ neceſsitatis ſuccurret? Quis tuebitur te à rugientibus præparatis ad eſcam? Quis conſolabitur? Quis deducet te?* Item, conſuetudo eſt, quod ſternatur via tapetibus, cum nobilis recipitur. Sed quid ſternetur in vijs impiorum? Dicitur in Sophonia 1. *D. Effundetur ſanguis eorum ſicut fumus, & corpora eorum ſicut ſtercora.* Iſai. 15. *A. In plateis eius omnis vlulatus deſcendit in fletum.* Pſalm. 13. *B. Contritio, & infelicitas in vijs eorum.* Item Pſalm. 34. *B. Via illorum tenebræ, & lubricum: Et cætera.*

Bernard.

Via impiorũ quomodo ornabitur.

Sophon. 1. D.

Iſaia 15. A.

Pſalm. 13. B.

Pſalm. 34. B.

197 Nunquid terra ad quam tranſibunt, erit fertilis, & amena? Certe, non; Immo ſterilis, & dolore plena.

Terra ad quã tranſibunt impij, quæ erit.

plena. Vnde Iob. 10. *D. Terram miſeriæ, & tenebrarum, vbi nullus ordo, & cetera.* Sophoniæ 2. C. *Siccitas ſpinarum, & acervus ſalis, & deſertum vſque in æternum.* Sed quale placitum, & cameras invenient. Dicit Iſai. 34. C. *Orientur in domibus eius ſpinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius*: Quibus carnes impiorum ſtimulentur, quia à meretricibus ſcalpi; & ſuaviter palpari conſueverunt. Sequitur in Iſai. 34. C. *Et erunt cubile Draconum, & paſcua ſtruthionum*: *Et occurrent Dæmonia onocentauris, & pilloſus clamabit alter ad alterum.*

198 Hæc ſunt diverſa genera Dæmoniorum. Cum illuc impij pervenerint, dicent; vt legitur in libro Sapientiæ 5. *A. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias difficiles.* Dæmones per contrarium miſerebuntur, ad menſam miræ refectionis; immò ſummæ afflictionis collocabuntur. Menſæ erunt vomitu, & ſordibus copulatæ: Iſai. 28. C. *Omnes menſæ repletę ſunt vomitu ſordium que.*

199 Tùnc erit convivium, de quo Daniel 5. *A. Rex Nabucho-Donoſor fecit magnum convivium optimatibus ſuis mille*; id eſt; Magnus Satham omnibus Dæmonibus, & Babiloni vinum bibunt in vaſis; quæ aſportaverat Nabucho-Donoſor Rex de templo Ieruſalem; hoc eſt, quod Dæmones reficiuntur de pœnis impiorum; qui quandoquidem vaſa fuerunt in Eccleſia Dei. In hac menſa habebunt impij panem; vinum; aquam; piſces; ova; & vuas, & fructus. Sed quis erit panis, dicitur in Iob. 20. *B. Panis eius in vtero eius vertetur in fel aſpidum.* De vino in Deuteren. 32. *E. Fel Draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.*

200 Hoc vinum eſt forte, ideò neceſſe eſt forſitam lymphari. Sed qualis erit aqua. In Apocal. 8. *C. Cecidit de Cælo ſtella magna ardens tanquam facula, & cecidit in fontes aquarum, & multi homines mortui ſunt de aquis, quia amarę factæ ſunt.* Hæc ſtella eſt Diabolus, qui cecidit in infernum, & tanta amaritudine infecit aquas inferni, quod omnes ſunt putridæ, & infectæ: Vndè multi mortalitèr affliguntur. De carnibus. Iſai. 9. *D. Vir fratri ſuo non parcet; & declinabit ad dexteram, & eſuriet: Et comedet ad ſiniſtram, & non ſaturabitur: Unuſquiſque carnem brachij ſui devorabit: Manaſſes Ephraim; & Ephraim Manaſſen.* Certe, magna fames erit, ex quo ſe ipſos comedent, & frater fratrem devorabit.

201 Immò quod horribilius eſt, dicit Ezechiel 5. B. *Patres comedent filios*: Quia parentes induxerunt filios ad vſuram, & fraudes: Ad menſam nummulariorum docuerunt eos loqui mendatium: *Et filij comedent patres ſuos* Quia in docendo, monendo, & corrigendo eos, curam non habuerunt. Vndè Hieronymus, in actis de bello inferni. *In inferno patres comedent filios, dicentes: Maledicta hora, qua te genui: Pro te vſuratus fui: Mendax: Fraudulentus, dereliqui Deum, factorem meum: Nunc ergò te comedam; nunc te devorabo: Nùnc me vindicabo. Filius imprecabitur patri dicens: Debuiſti me docere, vt mundum relinquerem, Deo ſervirem; ſed feciſti me vſurarium, periurium; nùnc te devoro, nùnc me vindicabo; Et tùnc ad invicem ſe corrodent.*

202 Nunquam Deus det mihi carnem patris mei comedere. Sed impius devorabit carnes putridas meretricis: Et meretrix carnes amaſij ſui: Qui mutuo ſe ſolebant amplecti, in inferno ſe invicem ad devorandum amplectentur. De piſcamine dicit. Iob. 20. *B. Caput aſpidum ſuget, & occidet cum lingua viperæ.* De ovis. Iſai. 59. *A. Ova aſpidum ruperunt*: *Qui comederit de ovis eorum, morietur*: *Et quod confotum eſt, erumpet in regulum*: Quaſi diceret; Ibi rumpentur ova peccatorum, & generabunt regulos æternarum, punitionum: Fructus erunt pulli: In Trenis 2. *F. Ergo comedent mulieres fructum ſuum, parvulos ad menſuram palmæ.* De vuis: In Deuteronomio 32. *E. Vua eorum vua fellis, & botri amariſſimi.*

203 Solent homines delitioſis paſsibus poſt prandium ſpatiari: Et qualiter in infernum ſpatiabuntur; dicie-

Iob. 10. D. — *Sophon. 2. C.* — *Iſaia 34. C. Placitum, & Camerę impiorum.* — *Iſaia 34.* — *Sapientia 5. A.* — *Iſai. 28. C.* — *De menſa, & potu damnatorum: Vel de convivio malorum.* — *Iob. 20. B.* — *Deuteronom. 32. A.* — *Apocal. 8. C.* — *Iſai. 9. D.* — *Ezechiel 5. B. Patres comedent filios.* — *Filij comedẽt patres ſuos.* — *Hieronym.* — *De piſcibus.* — *Iob. 20. B.* — *Iſai. 59. A.* — *De Ovis.* — *Trenis 2. F.* — *De Vuis. Deuteronom. 32. E.* — *De ambulatione damnatorũ*

Iob.24.D. dicitur in Iob. 24. D. *Tranſibunt ab aquis niviam, in calorem nimium.*

Zonæ damnatorum. Quales erunt zonæ, quæ nunc ſunt, argento ferratę, tunc erunt ignitæ,

Iſai.50.D. vt dicit Iai. 50. D. *Accinti flammis, ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis:* Et poſtea: *In doloribus dormietis.* Homines in ſpatiando ſolent, mutuis collocutionibus, & aſpectibus conſolari: Sed ibi, pro colloquio, erit vlulatus; pro aſpectu, vultus turpiſsimus.

Locutio damnatorum.

Iſai.13.B. 204 De turpitudine vultus: Iſai. 13. B. *Vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit, facies combuſtæ vultus eorum.* Ioel. 2. B. *Omnes vultus eorum redigentur in ollam.* Item, de

Ioel.2. B. vlulatu. Sophonia 1. C. *Vlulate habitatores pilæ.* Pila dicitur infernus, in

Sophon. 1. C. qua, ſicut grana in pila teruntur impij. Et antequam intrent in lectum, neceſſe eſt, quod bibant. Nunquid vinum gariophylatum, vel roſatum? Minime. Immò dicit Ioel. 1. *A. Expergiſcimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: Quoniam perijt ab ore veſtro.* Quod non de vino tantum, ſed, & de omni carnali delectatione intelligitur.

Pila dicitur infernus.

Vinum damnatorum.

Ioel. 1.A.

Pſalm.10. B. 205 Bibent autem, de calice iræ Dei. De quo in Pſalm. 10. *B. Ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.* Ignis, contra avaritiam; ſulphur, contra luxuriam, & gulam, ſpiritus procellarum, contra ſuperbiam. In Apocal. 18. *B. In*

Apocal. 18.B. *poculo, quo miſcuit, miſcete illi duplum: Quantum glorificavit ſe homo, & in delitijs fuit; tantum date illi tormentum, & luctum.* Item, potus erit, potio infernalis; potio Diaboli, qui

Iſai.13.B. æternas torſiones interius faciet. Vnde Iſai. 13. *B. Torſiones, & dolores tenebunt, quaſi parturientes dolebunt.* Erunt dolores exterius; quia ſicut piſcis frigitur in oleo, & in ſartagine; ita frigentur impij in ſartagine inferni. Ierem. 29. *E. Ponat te Dominus ſicut Sedeziam, & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne.* Ecce ignis, & dolor exterius,

Ierem. 29. C.

Pſalm.20. C. 206 Item, erit ignis interius. Vnde in Pſalm. 20. C. *Pones eos vt clibanum ignis*: Vt per oculos, & nares, quaſi per os inferni flamma egrediatur. Ecce pæna, ſivè dolor interior; ſcilicèt; ignis intima comburens, & conſcientiam corrodens. Ignis exterius carnes adurens. Vnde in Pſalm. 20. C. *Devorabit eos ignis.* Eſt autem, ignis lucens, & non comburens in cælo: Ignis lucens, & comburens, in mundo: Ignis comburens, & non lucens, in inferno. Et ſicut tres pueri ambulaverunt illæſi in fornace Babylonis, ſicut dicitur in Daniele 3. C. D. E. F. Ita ſi iuſti proijcerentur in ignem gehennæ, nèc in vno capillo læderentur: Sed miniſtri Regis Diaboli, in hoc igne comburentur.

Pſalm.20. C. Ignis eſt triplex, &c.

Daniel 3.C. D.E.F. Iuſti ſi proijcerentur.

207 His pœnis, ſivè poculis ſatiati, ducentur ad lectum, qualem deſcribit. Iſai. 14. C. *Subter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Ecce qualis culcitra, & quale operimentum, vermes corrodentes, qui nunquam permittunt dormire: Si ſaltem poſt mille annos poſſent ab his tormentis liberari; aliquid conſolationis eſſent: Sed torquæbuntur, in inferno quandiù Deus erit in Cælo. Vnde Iſai. 34. *B. Erit terra eius in picem ardentem; nocte ac die non extinguetur, in ſempiternum aſcendit fumus eius; à generatione in generationem.* In Apocal. 14. C. *Aſcendet fumus tormentorum eorum, in ſæcula ſæculorum.* Ecce qualiter dextera Diaboli illos amplexabitur, qui in præſenti caput ſuper lævam ipſius ponunt. Fugite ergo lævam Diaboli: Ponite quilibet caput ſuum ſuper lævam Chriſti, vt dextera eius amplexetur vos.

Iſai. 14. C.

Iſai. 34. B.

Apocal.14.C.

VERS. VII.

ADIVRO VOS FILIÆ IERVſalem, per capreas, hinnulos que cervorum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam, quoad uſque ipſa velit.

208 CAPREÆ, & cervi ſunt animalia munda, & ſignant ſanctos, quaſi diceret; adiuro vos per ſanctos, quod non excitetis contemplativum vt tranſeat ad exercitium, donec ipſe velit; vel non faciatis vim Gentibus, vt credant, quia rotata ſervitia Deo non placent, donec gratis per prædicationem, & miracula convertantur.

De voce Chriſti. Capreæ, & Cerui.

Ca-

De his qui diſcretione carentes, dicunt bonum malum, & malum bonum. Vel de proprietatibus capreæ; comparatis contemplativis.

209 Capreæ, & hinnuli habent vngulam ſciſſam, & ruminant. Vngulam habent ſciſſam, qui habent diſcretionem; qui ſciunt diſtinguere bonum à malo: Vtile ab inutili; in quo omnes immundi decipiuntur: Quoniam fere omnes; quod eſt ſummum bonum non iudicant: Sicut Prælati, qui ſe dicuntur, Eccleſiam Dei meliorare, quia diuitias congregaverunt, domum ad domum coniunxerunt: Agrum agro copulaverunt: Quibus dicit Iſai. 5. *B. Væ qui coniungitis domum ad domum: & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci: Nunquid habitabitis ſoli vos in medio terræ?* Melius eſſet, quod laicis, qui habent filios, & filias relinquerent. Undè cum quidam laicus offerret bona ſua Beato Auguſtino; ait illi Beatus Auguſtinus: Partire inter te, & tuos, quia ſufficit mihi, quod habeo. Sed nunc ignis cupiditatis Prælatorum, numquam dicit, ſufficit. Hoc enim præſtaret, quod animas converterent, pro quibus Deus paſſus eſt. Quantum enim diſtat ortus ab occidente, & Cælum à terra; tantum diſtat ſpirituale commodum à temporali.

Prælati auari Iſai. 5. B.

Exemplum.

Quod bonus ſermo eſt repetendus: vel de ruminatione ſpirituali. Auguſtin.

210 Ruminant qui cibum ſpiritualem per recordationem repetunt & per operationem adimplent. Aug. *Lectiones divinas in Eccleſia libenter audite, & in domibus veſtris legite.* Id eſt, lectiones divinas illo deſiderio legere, & audire debetis, vt de ipſis in domibus, & vbicunque fueritis, alios docere poſsitis. Vndè Booz, quando venit ad meſſores, ait: *Proijcite ſpicas de induſtria, vt colligat Ruth abſque verecundia. Ruth. 2. D.* Chriſtus eſt, qui præcipit iuſtis, vt ſpicas verborum Dei proijciant, vt animæ fideles abſque verecundia colligant.

NOTA.

Ruth. 2. D.

De munditia vel quod hic comparat capras iuſtis. Matth. 5. A. Bernard. In 1. Serm. omnium Sanctorum: Circa finem.

211 Per capreas ergò, & hinnulos cervorum, inteliguntur iuſti, qui veram habent munditiam. Hi ſunt, de quibus dicitur in Math. 5. *A. Beati mundo corde: Quoniam ipſi Deum videbunt.* Bern. *Quanta ſolicitudine, fratres; quanto ſtudio danda eſt opera, vt mundari poſsit oculus, quo videndus eſt Deus! Et ego quidem triplici ſorde me coinquinari ſentio, concupiſcentia carnis, concupiſcentia temporalis gloriæ, & præteritorum conſcientia delictorum.* Munditiam corporalem diligit Deus, vt dicitur in Deuter. 23. C. Vbi præcipitur filijs Iſrael, quod ad exquiſita naturæ exeant caſtra, & faciant foveam paxillo, quem balteo portabant, & egeſta humo cooperirent. Vndè, Pompeyo, vt dicitur, nunquam bene contigit, ex quo ſtabilivit equos in templo Ieruſalem. Et ſi iſti non bene contigit, propter equos; quid igitur erit, de his, qui homines immundos in Eccleſia conſtituunt, ſivè inſtituunt? Semper eis male continget.

Deuter. 23. C

NOTA.

De prælato iuſto, & bono contemplativo.

212 Prælatus iuſtus malet vnum aſinum canonicare, quam clericum fornicatorem: Quia aſinus poterit amoveri; ſed clericus concubinarius, totam Eccleſiam, oblationes, & prębendas, & decimas polluit, & amoveri non poterit. Contemplativus verò eſſet compellendus, vt tranſeat ad actionem. Per iſta animalia intelliguntur Sancti; ab omni contagione mundi ſiccati. Adiurat ergo Dominus, quod contemplativi non aſſumantur, ad officium activæ vitæ; niſi velint, & eſt argumentum; quod Abbas non debet Monachum à contemplatione excitare, & officio exteriori ocupare: Quoniam *Maria optimam partem elegit. Luc. 10. G.* Quia vt dicit Gregor. *Tunc ſecreta divinitatis agnoſcimus, cum nos ab huiuſmodi tumultuoſa occupatione ſegregamus.*

NOTA. Abbas quid debet facere.

Luc. 10. G. Gregor.

Contemplatio quod effectum cauſet in contemplativo.

213 Sicut ei, qui dormit male ſapit, cum aliquis à ſomno excitat eum: Et cum bonum cibum dulcem quis comedit; ingratum ſive moleſtum eſt ei, ſi ab ipſo prandio moveatur: Si quis loquitur cum Rege, grave eſt ei, ſi à colloquio arceatur: Sic male ſapit contemplativo, cum à ſancta meditatione, vel oratione avellitur. Contemplativus dormire dicitur, quia à curijs, & triſtitijs mundi ſeparatus, in gremio Chriſti quieſcit, vt legitur in Geneſ. 28. *B.* Iacob in nocte noluit civitatem intrare; ſed lapidem ſubdio ad caput appoſuit, & dormivit. Quia vt dicit Gregor. *Vir iuſtus tumultuoſam vitam impiorum refugit, & lapidem ad caput ponit, quia Chriſtum menti coniungit.* Item Gregor.

Geneſ. 28. B. De itinere, & dormitione Iacob: Atque viri iuſti Gregor. Gregor. in moral. Iob. lib. 5. cap. 21.

In

In itinere dormire, eſt in hoc præſentis vitæ tranſitu, à rerum temporalium amore quieſcere.

214 Item, quod ſit cibus dicit Hieronymus: *Habeant cæteri ſuas opes; gemmis vivant; ſerico induant; plauſu populi delectentur, & per varias voluptates divitias ſuas vincere nequeant; noſtræ delitiæ ſunt in lege Domini meditari die ac nocte: Ianuam non patentem pulſare; panes Trinitatis accipere, & ſæculi fluctus Domino præeunte calcare.* Sed plerique Manna faſtidiunt; cepe, & porros, & alia Ægypti; id eſt proſpera mundi, quæ animam inflant, lacrymas provocant, Colleram generant; eſuriunt. De quibus in Tren. 4. *A. Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.* Scilicet, ſcholares quandiù nutriebantur. *In croceis*; id eſt; in præceptis theologiæ.

Hieronym.

Trenis 4. A.

215 Clauſtralis nutritus in præceptis regularis diſciplinæ; ſtercora iſtius mundi, divitias, dignitates, & curas concupiſcit. Immò quidam infelices Monachi ita gaudent, & tripudiant, quando ad hæc ſtercora vocantur; ad hæc officia exteriora transferuntur. Vndè Gregor. *Sunt nonnulli, qui quietem cunctis mundi præmijs, atque honoribus proponunt: Ita vt nonnulli in hoc mundo aliquid eſſe videantur: Teneris laboribus in ſudant: Inſiſtunt cauſis, & permiſcentur virgijs, & quamvis corpore deficere ſentiunt; amore tamèn terrenarum rerum devicti, delectabilitèr fatigantur, itione amoventur, & tamen vere eis dicitur, facimus tibi miſericordiam*: Quoniam magna eſt miſericordia, cum quis ab amore iſtius mundi, ad portum contemplationis collocatur: Sed iſti miſeri ſemper vellent eſſe in mari. Undè in Iob 30. *B. Eſſe ſub ſentibus delitias computabant.* De illis Bern. *Amorem quietis ſibi invtilem dicunt.*

Quod meditatio legis Diviæ ſit cibus vtri contemplativi. Gregor.

Iob. 30. B.

Bernard.

216 Qui rectus eſt vitiorum correptor deſpicitur, tanquam acerbus, & aſper, & importunus. Idem dicit Mich. 7. *A. Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt:* Qui alios corripiat. Neceſſe eſt Abbati obedire. Vndè Iacob ad laban Geneſ. 31. *F. En de inceps mutaſti mercedem meam.* Similitèr hoc modo præcipiat; neceſſe ſemper habet, in omnibus obedire. Similiter *Geneſ. 32. F.* Dixit Angelus ad Iacob: *Dimitte me aurora eſt iam.* Quaſi diceret; quando tempus habemus operandi, neceſſe habemus ocium dimitere.

NOTA. Correptor vitiorum. Micheæ 7. A.

Geneſ. 31. F.

Geneſ. 32. F.

VERS. VIII.

VOX DILECTI mei.

De voce Chriſti, vel de voce ſimplici bona.

217 DICIT ſponſa: Loquitur mihi ſponſus; & vox eius eſt, vox dilecti; quaſi diceret; Si eum in præſenti non video; tamen per auditus dulcedinem eius guſto. Vox Prædicatoris eſt vox Chriſti. Vndè Dominus in Ierem. 15. *D. Si ſeparaveris prætioſum à vili, quaſi os meum eris.* Vox dilecti eſt triplex. Vocantis: comminantis: Damnantis. Gregor. *Prius dulcitèr vocat: Poſtmodum terribilitèr increpat: Ad extremum irritabilitèr damnat. Si audieritis me, bona terræ comedetis. Iſai. 1. E.* Ecce dulcis vocatio. Sequitur. *Quod ſi nolueritis, & ad iracundiam me provocaveritis: Gladius devorabit vos, quia os Domini locutum eſt.* Ecce terribilis comminatio. Uox damnatis, quando dicit in Math. 25. *D. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. qui præparatus eſt Diabolo & Angelis eius.*

Vox prædicatoris eſt vox Chriſti. Ierem. 15. D.

Vox dilecti. Gregor.

Iſai. 1. E.

Math. 25. D.

218 Et eſt hic triplex maledictio: Vna eſt: *Diſcedite à me*: Quoniam mala maledictio eſt, cum Rex Regum de Regno ſuo expellit illam; quæ deberet eſſe ſponſa; quia nunquam inveniet conſolationem, ſed vbique odium, vbique maledictionem, vbique mortem, ex quo à Deo ſeparatur; quia poteſt dicere cum Cain. *Geneſ. 4. C. Eijcis me à facie tua. Qui invenerit me.* Alia eſt maledictio, quia tradetur igni æterno. Nullus pro toto mundo eſſet; vel eſſe vellet in igne materiali. Multò igitur fortius quiſquis vitare debet; ne igne æterno perpetuo comburatur. Tertia eſt maledictio, quia non in qualencunque ignem; ſed in ignem, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius, ibit. Male eſſet ei, quem oporteret, iacere cum porcis, vel Bufonibus, vel Serpentibus:

Maledictio eſt triplex.

Geneſ. 4. C.

bus: Sed peius, & peſsime erit ei, quem oportebit, manere cum peſsimis Dæmonibus, vt non tantum eum flammæ comburant; ſed, & Dæmones torqueant.

Bernard.

219 Audite ergo vocem Agni; ne audiatis vocem Leonis. Bernard. *Multo ſalubrius eſt hodie audire eum conſulentem, conſolantem admonentem; docentem, & mulce arguentem; quam tunc, vlciſcentem, ſevientem, & condemnantem.* Iob. 26. D. *Cum parvam vix ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri?* Quaſi diceret; vix poterimus audire ſtillas parvas; de ieiunio; oratione: vigilia; eleemoſyna; quæ ſuper nos ſtillat; & quomodo poterimus illud magnum tonitruum ſuſtinere, quando dicet: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui preparatus eſt Diabolo, & Angelis eius.* Gregor. facit mentionem de tonitruo, & fulgure; quæ in diebus ſuis domos dirruerunt, dicens. *Si hæc portare non poſſunt, quid erit, cum nos per tenuiſsimam nubem tremere in ira eius puniat; quæ caro ſubſiſtet?*

Iob. 26. D.

Matth. 25. D

Gregor.

De triplici voce mala: Scilicèt, carnis: Mundi, & Diaboli.

220 Eſt autem triplex vox fruſtra, quæ vocem Chriſti impedit; ſcilicèt; vox carnis, vox mundi, vox Diaboli; vox carnis, ad ſuavia; vox mundi, ad inania; vox Diaboli, ad dilationem. Vox Diaboli eſt coruina, quæ ſemper bonum procraſtinat. Vox carnis figuratur per Dalilam quam Samſon decepit, quia voluit eum decipere. Tandem ei Dalila dixit. Iudicum 16. D. *Quomodo dicis, quod diligis me, cum animus tuus non ſit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluiſti dicere, in quo ſit maxima fortitudo tua. Cumque moleſta ei eſſet, & per multos dies iugiter adhæreret, defecit anima eius, & vſque ad mortem laſſata eſt.*

De voce carnis.

Iudicum 16. D.

Samſon interprætatur Sol eorum.

Dalida.

221 Samſon interprætatur, Sol eorum, & ſignat rationem, quæ totum debet hominem illuminare. Dalila, quæ dicitur ſitibunda, eſt caro, quæ delitias ſitit. Hæc loquitur ad ſpiritum rationis dicens. Frequenter me decipis: Luxuriari; ingurgitari; inebriari nunquam permittis: Et videtur, quod caro vſque ad mortẽ debeat deficere. Spiritus carni cõpatiens, & ſe ipsũ inficiens, dicit: Quod in capillis ſunt vires eius; & illa facit, Sauſonem dormire ſuper genua eius; quod fit, quando ſpiritus carnis deſideria adimplet: Et tunc vocatur barbitonſor Diabolus, & radit capillos; id eſt; capit omnia bona dona gratiarum; & ſtatim, Philiſtei capiunt, excæcant, & expoliant eum, & faciunt molere.

222 Similiter; *Dominus dixit Adæ. Geneſ. 3. C. Quia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo.* Sed quicunque audierit vocem carnis ſuæ, luxuriam implendo, delicate comedendo, ſe frequenter inebriando, maledicta erit terra, in opere ſuo, quia tribulos, & ſpinas germinabit ſibi. Quicunque enim ex certa ſcientia ſe ingurgitat, vel inebriat, caro eius maledictionem Dei incurrit.

Geneſ. 3. C.

Homo qui ſe ingurgitat, vel inebriat. De voce mundi.

223 Vox mundi eſt ad inania. Nahum 2. C. *State, ſtate, & non eſt, qui revertatur.* Quando Ninive deſtruebatur, quidam fugerunt; & introducitur Ninive loquens; *State, ſtate.* Sic Mundus tota die deſtruitur, tota die homines moriuntur; tunc dicit Mundus: *State, ſtate*; In mundo manete, mundum diligite, domos ædificate, vineas plantate. Sed ſenſati, qui vident quotidie mũdum deſtrui; homines mori; fugiunt de mundo. Ideò non eſt, qui revertatur. Et qui reverteruntur, deſtructionem mundi non vident.

Nahum 2. C.

224 Undè Nahum 3. *B. Omnis, qui viderit te, reſiliet à te.* Qui enim vere videt mundum, & vere conſiderat illum, videns illum deſtrui, reſilit ab eo: Sed qui non videt, & non vere conſiderat, non reſilit, nèc reſilire cupit ab eo. Et vt in mundi deſtructionem, brevem tranſitum intelligamus; dicit Gregor. ſuper illud. *Omnis caro fœnum. Iniquorum potentia fœni floribus comparatur, quia mũdi gloria dùm nitet, cadit, dùm aput ſe extollitur, repentino intercepta fine terminatur. Sicut namque à venti flatu in altum ſtipula rapitur, ſed tam cito ad imma revocatur; ſic ad nubes fumus extollitur; ſed repente ad nihilum intumeſcendo diſsipatur. Et ſicut ab infimis nebula aſcendendo ſe erigit; ſed hanc radius ſolis, ac ſi non fuerit, abſtergit: Et ſicut inherbarum ſuperficie nocturni roris humor aſpergitur;*

Nahum 3. C.

Gloria mundi quam momentanea eſt.

Gregor. ſuper Iob. lib. 17. cap. 5.

Sed diurni luminis ſubito calore fugatur : Sicut ſpumoſæ aquarum bullæ in choantibus pluvijs excitatæ, ab intimis certatim prodeunt ; ſed eo celerius diruptę pereunt, & quo altius extenduntur ſic excreſcunt, vt pereant ; & creſcendo peragunt, ne ſubſiſtant.

225 Ecce gloria mundi, ſtupa collecta, ſinagoga peccantiũ. Sicut enim ſtupa cito accenditur, & conſumitur; ſic gloria mundi, cito creſcit, & cito diſsipatur, ſivè diruitur ; cito attollitur, & cito cadit: Cito apparendo nitet; & tanquam vmbra evaneſcit: Nam cito cadit, qui ſtare putatur : Gloria mundi ; *Tanquam dies heſterna, quæ pręterijt.* Pſalm. 89. A. Vndè ſomno comparatur gloria, ſivè excelentia huius mundi. Pſalm. 75. A. *Dormierunt ſomnum ſuum : Et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis.* Et ſicut quis non bene recordatur ſomniorum, ſic etiam eorum, qui prętierierunt. Ideò dicitur in Nahum 3. *B. Omnis, qui viderit te, reſiliet à te, dicens : Vaſtata eſt Ninive* ; Quam ſapiens vaſtatam reputat, quæ quotidie vaſtari non ceſſat. Tamen vt dicit gloſſa; *Pauci ſunt, qui etiam in morte ab amplexibus ſponſæ meretricis poſsint evelli.* Vndè quidam aiebat. O munde, immunde, ſi ſic tenes, cum tranſis; quid faceres ſi permaneres?

Pſalm. 89. A.
Pſalm. 75. A.
Nahum 3. B.
Gloſſa.

226 Vox Diaboli dilatoria, quæ ſemper clamat ; *Cras, cras* ; De quo Sophon. 2. D. *Vox cantantis in feneſtra.* Loquitur de Ninive deſtructa, & ab hominibus derelicta : Tunc venerunt aves, & cantabant, in feneſtris, & coruus ſuper limina : Sic peccator cum à ſuo cultore ; id eſt, Deo, deſeritur, ab avibus ſilveſtribus ; id eſt, Demonibus inhabitatur. Aves cantant in feneſtra labiorum, & oculorum, peccata, ſuper peccata. Coruus exiſtens inſuper liminari ; id eſt ; in ratione, dicit, ſivè cantat: Cras poteris pœnitere ; quieſce hodie. Sed attende, homo, quia ſi hodie non pœnites, forte cras minus pœnitebis, quia plus elongaberis à Deo, & quanto plus procraſtinas, tanto à Deo te plus elongas. De quo Auguſtin. *Sine modo, ſine modo, & illud modo nunquam habebit modum; ſed ſine paupulum ibis in rogum.*

De voce coruina Diaboli.
Sophon. 2. D.
Auguſtin.

227 Propter octo cauſas debet quilibet ad pœnitentiam feſtinare. Prima cauſa, quando quis diutius in peccato moratur ; tanto magis à Deo elongatur. Secunda cauſa; quia magis Deo obligatur. Tertia cauſa eſt, amiſsio temporis. Quarta, amiſsio lucri. Quinta, timor mortis ſubitaneæ. Sexta; aggravatio, ſeù aggeratio penæ æternæ. Septima, provocatio indignationis divinæ. Octava, theſaurizatio iræ Dei. De prima cauſa, qua homo magis à Deo elongatur. Ieremia 2. G. *Receſsimus, non veniemus vltra ad te? Nunquid obliviſcitur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? Populus verò meus oblitus eſt mei diebus innumeris.* Quaſi diceret ; Populus receſsit à me, & eſt mirum, quia virgo non obliviſcitur ſui ornamenti ; nec aliquis obliviſcitur zonam ſuam, vel calceos, & tamen multis diebus plerique obliviſcuntur Dei ; Et ita plus diligunt Zonam, & calceamenta, quam ipſum Deum.

Quæ ſunt cauſæ quare ſit ad pœnitentiã feſtinandum.
De prima cauſa, vel de impijs.
Ierem. 2. G.

228 De ſecunda cauſa, qua magis Diabolo ; quam Deo obligatur; dicit Auguſtin. *Qui peccata peccatis addit, quaſi funem ſuum nectit, vndè ligetur, & flageletur.* Vnde Pſalm. 118. *H. Funnes peccatorum circumplexi ſunt me:* Quia vt dicit Gregor. *Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit.* Et Ioann. Chriſoſtomus. *Si ſemel peccantes obligaverimus nos operibus Dæmonum, ſivè Diaboli, iam noſtra virtute evadere non poterimus.* Sicut navis fracto gubernaculo, illuc ducetur vbi tempeſtas voluerit, ſic homo divinæ gratiæ auxilio perdito, per peccatum, non quod vult, agit ; Sed quod Diabolus vult ; & niſi Dominus valida manu ſolverit eum, vſque ad mortem in peccatorum ſuorum vinculis permanebit. Idem ; *Homo priuſquam peccet liberum habet arbitrium ; Vtrum velit eſſe ſub regno Diaboli, an non. Cum autem pecando ſe tradiderit ſub regno ipſius, iam non poteſt à poteſtate eius exire : Sed voluntas eius in neceſsitatem convertitur.*

De ſecunda cauſa. Auguſtin.
Pſal. 118. H
Gregor. ſuper Iob. moral. lib. 25. cap. 12
Ioann. Chriſoſtomus.
Ioannes Criſoſtomus.

229 De tertia cauſa; ſcilicèt; de amiſsione temporis, & de quarta, ſcili-

De tertia, & quarta cauſa.

ſcilicèt; de amiſsione lucri omniũ opum, quæ immortales ſunt; dicit Bernard. *Quid; neceſſe habes amittere tempora tanta, & perdere tanta lucra? Nil prætioſius tempore. Sed heu mihi! Hodie nil vilius extimatur. Tranſeunt dies ſalutis, & nullus recogitat.* Quis poteſt ſuccurrere rebus; ſed nemo diebus. Idem Bernardus: *Sede, & computa, quid ſingulis diebus acquirere valeas, & certus ſis quidem, quod apud Deum non ſit omnino vllum bonum irremuneratum, & quod capillus de capite non peribit, ſic nèc momentum de tempore perditum.*

Bernard. in Sermone ſuper illud: Ecce nos reliquimus omnia: circa finem, nil prætioſius tempore. Bernard. in eodem Serm.

230 Quidam flebant tempus amiſſum, cuius morula potuiſſent facere tantam pœnitentiam peccatorum; Leo Papa in quodam ſermone de Epiphania Domini, qui incipit. *Dies, dilectiſsimi, quo primum gentibus ſalvator mundi Chriſtus apparuit*: Dicit: *Fragilitas quidem conditionis humanæ facile in delicta prolabitur; Et quia nullum ſine delectatione peccatum eſt, cito acquieſcitur deceptoriæ voluptati. Sed in carnalibus deſiderijs recurratur ad ſpirituale preſidium; & mens habens notitiam Dei ſui, à conſilijs ſe male ſuadentis hoſtis avertat. Proſit illi preſentia Dei, nèc ideò derelinquendi pertinacia nutriatur, quia vindicta differtur.*

Exemplum de tempore amiſſo. Leo Papa.

231 *Non ſit peccator de impunitate ſecurus; quia ſi tempus pœnitentiæ amiſſerit, locum indulgentiæ non habebit*: *Dicente Propheta*: *Quia non eſt in morte, qui memorſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Qui autem ſibi correctionis reparationem experitur, eſſe difficilem; confugiat ad auxiliantis clementiam Dei; & vincula male conſuetudinis ab illo poſcat dirumpi, qui allevat omnes, qui corruunt, & erigit omnes eliſos. Non erit vacua confitentis oratio, quoniam miſericors Deus voluntatem timentium ſe faciet, & dabit, quod petitur, qui dedit vndè peteretur*: Huſque huc; Leo Papa.

232 De quinta cauſa; ſcilicèt; de timore mortis ſubitaneæ. In Eccleſiaſtico 5. B. *Non tardes converti ad Dominum, nèc differas de die, in diem: Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.* Bernard. *Quid inſaniam cauſſer de futuro tam temerario præſumitis, quaſi tempora & momenta Pater in tua, non ſua, poſſuerit poteſtate?* Vox coruina fatur: *O anima! multa habes bona repoſita in annos plurimos: Quieſce: Comede: Bibe: Epulare; & delitiare.* Sic habetur in *Luc.* 12. C. Sed vox divina fuit, ſivè fatur: In eodem Luca: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: Quæ autem paraſti; cuius erunt?* Maledictus qui potius audit vocem corui, quam Dei.

De quinta cauſa. Eccl. 5. B.

Bernard. in Declamationibus. Sermo ſuper illud: Ecce nos reliquimus omnia circa finem. Vox coruina. Luc. 12. C.

233 Cervus enim abſorbens ſerpentem, currit ad fontem: Capra vulnerata feſtinat ad dictamum. Vulneratus à ſerpente feſtinat ad medicum. Igitur impius, & piger, cum ſit vulneratus à ſerpente venenoſiſsimo, quare non feſtinat ad verum medicum Chriſtum, ſivè ad Sacerdotem ipſius vicariũ? *Iob* 24. D. *Dedit illi Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam.* Dicens vt ſcriptum eſt in Iſai. 28. C. *Manda, remanda, expecta, re excepta, modicum ibi, modicum ibi.* Quaſi diceret: Mandet Deus, & remandet: Expectet, & reexpectet; quia non convertemur, niſi cum iam amplius peccare non poterimus. Sed attendat miſer homo, quia quanto diutius Deus expectat nos, vt corrigamus; tanto durius vindicabit, ſi negligamus. Igitur properet; ne ſe venturas deferat in horas; nam qui hodie non eſt; cras minus aptus erit ad ſuſcipiendum; ſcilicèt, pœnitentiam.

Cervus abſorbens ſerpentem. Capra vulnerata.

Iob. 24. D. NOTA. Iſai. 28. C.

233 De ſexta cauſa, ſcilicèt de timore exagerationis pœnæ ęternæ. Miſer non attendis, quod pro vnico morſu fuit Adam quinque millibus annis tam in mundo, quam in Limbo ponitus? Et tamen non legitur quod Adam pœnitentiam, niſi excuſationem ſtultam ſuper addiderit. Et tu, qui tot morſus comediſti; tot illicita perpetraſti, ac addidiſti; non attendis quot, & quantæ pœnæ, & quam acerbæ ſunt tibi in gehenna pręparatæ: Quarum minima, eſt maior, quam maxima pœna, non ſolum quę dari; ſed etiam, quę excogitari poſſint in hoc mundo. De quodam legitur; qui malebat vivere in hoc

De ſexta cauſa.

Exemplum.

mundo decem, & octo millia annorum, & excoriari ter quotidie vivus; quam eſſe per decem, & octo dies in pœnis purgatorij.

De ſeptima cauſa quæ eſt provocatio indignationis: Vel de Chriſto irato contra impiũ.

234 De ſeptima cauſa; ſcilicèt; de provocatione indignationis divinæ: Sivè de Chriſto, irato contra impium. Rex pius, & nobilis ſervo nequam ipſum offendenti offerens pacem, & rogans, vt cum eo pacem faciat; & ſervus magis ac magis offendit; Tandem contra ipſum tanquam proditorem, & ſcæleratiſsimum ſervum, & ingratum, indignatur nimis, & ad vindictam ſumendam præparatur toto animo. Ita Dominus tota die expandit manus ad populum incredulum, & vt dicit Iob. 19. C. *Servum meum vocavi, & non reſpondit mihi, ore propio deprecabar illum; & orabam filios vteri mei; ſtulti quoque deſpiciebant me, & cum ab eis receſſiſſem, detrahebant mihi. Abominati ſunt me quondã conſiliarij mei; & quẽ maxime diligebam adverſatus eſt me.*

Iob. 19. C.

235 Dedit illis Deus victum, & veſtitum; & à Dæmonibus, & periculo cuſtodivit, & adhùc cum ipſo reconciliari contemnunt. Vndè Dominus per Iſai. 27. B. *Nocte, & die ſervo eam; indignatio mihi non eſt: Quis dabit mihi ſpinam, & veprem,* (loquitur de vinea ſua) Et ſequitur: *In prælio gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter.* Quaſi diceret: Anima impij tota die peccatis ſui me ſtimulat, tanquam ſpina, & vepris; Nonne indignabor, & ego, qui ſum mel, & lac, ero ei ſpina, & vepris ad ſtimulandum, & ignis ad ſuccendẽdum. Sequitur, in Iſai. *Ibidem, & C. An potius tenebit fortitudinem meam?* Quaſi diceret; adhùc me non vindicabo, & faciet pacem mihi.

Iſai. 27. B.

Iſai. 27. C.

De octava cauſa: Vel quod peccator tantam iram Dei ſibi theſaurizat quod nunquam ei Dominus dabit gratiam pœnitẽdi. Romanos 2. A.

236 De octava cauſa; ſcilicèt; quod peccator tantam iram Dei ſibi theſaurizat, quod nunquã Deus dabit gratiam pœnitendi. Aliter; de miſericordia Dei; ad, Romanos 2. A. *An igneras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: Secundum autem duritiam tuam, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram, in die iræ, & revelationis iuſti iuditij Dei.* Hæc eſt ira, quam Dominus quandoquidem, pro magnitudine, peccatorum iurat quibuſdam, quod nunquam intrabunt, in requiem ſuam. Pſalm. 94. B. *Quadraginta annis offenſus fui generationi huic, & dixi, ſemper hi errant corde; ipſi verò non cognoverunt vias meas, quibus iuravi in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.*

Pſalm. 94. B.

237 Ita enim iuravit filijs Iſrael, quia murmuraverunt intrare: Vt habetur in *Numer.* 14. *A.* Poſtea voluerant; Sed nulatenus potuerunt, quia Deus non fuit cum eis. Sic pleriſque iurat Dominus, quod nunquam intrabunt, in gloriam ſuam, licèt velint; quia nunquam dabit eis veram pœnitentiam. Et nota quod dixit. *Quadraginta annis offenſus fui:* In quo datur intelligi, quod raro eum Deus reſpicit, qui per quadraginta annos ſemper Deũ offendit.

Numer. 14. A

238 Certe, malem, quod omnes Angeli, & omnes Sancti, homines vivi, & mortui, omnes Dæmones, Cœlum, terra, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, iurarent mortem meam, (ſi eſſe poſſet) quam, quod Deus offenſus mihi iuraret, quod non intrarem in requiem ſuam. Alij enim poſſunt interficere corpus; ſed ſolus Deus habet poteſtatem mittendi quemlibet in gehennam. Et vt dicit Dominus per Ieremiam 2. F. & 32. F. *Verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore ſuæ afflictionis dicent. Surge, & libera nos.* Tunc dicet Dominus, vt ibi ſequitur. *Vbi ſunt Dij tui, quos feciſti tibi? Surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ* Et ſequitur ibi in 3. A. *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* Et vt magis oſtendat malitiã ſuam, ſequitur. B. *Ecce locuta es, & feciſti mala, vt potuiſti.*

Ierem. 2. F. 32. F.

Ierem. 3. A.

239 Et pro verbis pœnitentiæ, verbis ſuperbiæ blaſphemaſti; & impleſti malam cogitationem tuam, & oſtendiſti contra virum fortitudinem tuam, vt poſsis facere, quod ſermone tractaſti. *Et dixit Dominus ad me. Nunquid vidiſti quæ fecerit adverſatrix Iſrael? Abijt ſibimet ſuper omnem montem excelſum, & ſub omni ligno frondoſo, & fornicata eſt ibi. Et dixi, cum feciſſet hæc omnia: Ad me convertere, & non eſt converſa.* Quaſi diceret. Ex quo tot, & tãta commiſiſti.

ex-

expectavi non ſemel; ſed pluries, & vocavi te ad pœnitentiam; & tu non faciem, ſed dorſum vertiſti mihi; itaque ſpernens, & oſtendens fortitudinem tuam, contra virum tuū, non exaudiſti me: Sic ego, quia clamas nunc, tardè ad me; non faciem, id eſt; miſericordiam oſtendo tibi; ſed verto tibi dorſum; id eſt; puniam te pro iuſtitia provt geſiſti, & non exaudiam petitionem tuam, ſivè orationem, qua in vanum pulſas aures meas. Et ideò Dij tui, quos tibi feciſti, ſcilicèt ſilij, & filiæ, meretrices, denarij, pro quibus peccaſti, ſurgant, & liberent te in tempore afflictionis, ſivè confuſionis tuæ.

De miſericordia Dei. Iacob. 2. C.

240 Alia eſt ira, quia quanto in præſenti miſericordior eſt Deus; tanto in iuditio erit diſtrictior, quia vt ait beatus Iacobus in ſua catholica. 2. C. *Miſericordia autem ſuper exaltat iuditium.* Ideòque dicebat Gregor. *Nemo indulta pœnitentiæ tempora parvipendat: Nemo curam ſui, dùm valet agere negligat.* Quia Redemptor nolter tanto tùnc in iuditio diſtrictior veniet, quanto nobis ante iuditium pacientiam prorogavit: Quia, & ex maxima iracundia proferet illam vocem aſperrimam: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Luc. 13. F. & Matth. 25. D.* Item, Iſai. 42. C. *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar.* Sicut enim mulier ex angustia pariendi voces altiſsimas inordinate emittit: Ita, & Dominus dicit ſe locuturum. Alia erit ira, quia præcipitabit omnes impios in corpore, & in anima in pœnas intollerabiles, & ideò ſequitur ibi immediate: *Diſsipabo, & abſorbebo ſimul.*

Gregor.

Chriſtus in iuditio.

Luc. 13. F. Matth. 25. D. Iſai. 42. C.

Iſai. 42. C.

ECCE ISTE VENIT SALIENS in montibus, tranſiliens colles.

Qualiter dominus ſaliendo; & tranſiliendo venit in terram: vel deviſu viri iuſti.

241 AVdita voce dilecti, ſequitur vilus. Ecce iſte: Quoniam fides ex auditu; qui audit de Deo mirabilia, ſtatim occulis fidei mirabiliora videt. Hæc ſunt mirabiliora, quæ videt; nam videt quod dilectus tantus eſt, ac talis, quod ſalit in montibus, & tranſilit colles, quod de puro homine intelligi non poteſt. Ideò viſa eius magnitudine, noſtra parvitas vileſcit. Vndè Iob. 42. A. *Auditu auris audivi te: Idcirco me reprehendo, & pœnitentiam ago in favilla, & cinere.* Vbi dicit Gregor. *In favilla, & cinere pœnitentiam agere, eſt contemplata divina eſſentia, nil aliud quam favillam, cinerem que ſe cogitare.*

Iob. 42. A.

Gregor. ſuper Iob. lib. 35. cap. 2.

242 Sed qualiter venit ſaliens in montibus, & tranſiliens colles. Montes maiores ſunt Angeli quibus ſecreta miſteria a ſæculis abſcondita revelat: Ab illis vſque ad minores Angelos tranſiliens colles, in terram, & ibi ſemen Abrahę apprehendens, & ſic ad homines deſcendens, minoratus eſt ab Angelis paulominus, in hoc, quod fuit paſſibilis, & mortalis: Angeli autem impaſsibiles, & immortales. Ex quo ſic filius Dei ſe humiliavit, multo fortius homo, putredo, & vermis, ſe debet humiliare. Sed & vide quod etiam inferiorem hominibus ſe prębuit. Vndè Luc. 2. G. *Et erat ſubditus illis.* In quo redarguuntur qui ſemper præeſſe alijs deſiderant. Vndè Bernard. *Quotiens hominibus prę-eſſe deſidero, totiens Deum meum præire contendo.* Idem: *Diſce homo obedire, diſce terra ſubdi; diſce pulvis obtemperare; erubeſce cinis ſuperbe. Deus tuus ſe humiliavit, & tu te exaltas? Deus ſe hominibus ſubdidit; & tu dominari geſtiens, tuo te præponis Ductori? Et quare ſic exultavit, vt gigas ad currendam viam? Pſalm. 18. B.*

Montes maiores ſunt Angeli.

Chriſtus minoratus eſt, ab Angelis.

Luc. 2. G.

Bernard. in homil. 1. ſuper miſſus eſt: circa finem.

Pſalm. 18. B.

243 Certè, vt veniret ad nos? Certè, vt miniſtraret nobis. Et quomodo miniſtravit nobis? Dedit nobis veſtimentum, cibum, & potum. Veſtitum dedit nobis, quia nudi fuimus: Pater Adam ait, in Geneſ. 3. B. *Abſcondi me, quia nudus ſum.* Et Dominus dicit in Ezechiel. 16. A. *Expandi amictum meum ſuper te, & opervi ignominiam tuam.* Dominus etiam vocavit ſe vermem. Pſalm. 21. A. *Ego autem ſum vermis.* Vermis autem, de ſe producit ſericum: Et Chriſtus dedit nobis ſericos pannos virtutum. Vndè in Proverb. 31. D. *Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.* Beata virgo fecit ſindonem, & vendidit Chriſto

Quod Chriſtus dedit nobis, veſtitum, cibum, & potum.

Geneſ. 3. B. Ezechiel 16. A. Pſalm. 21. A.

Prover. 31. A

deitate. Hoc enim fuit mirabile comertium, quod recepit carnem, & dedit Deitatem.

Auguſtin. Chriſtus dicitur mercator.

244 Ille idem dicitur Chananæus; id eſt; negotiator. Vndè Auguſtinus. *Bone mercator, eme nos.* Merito mercator dicitur, quoniam dedit corpus, & animam ſuam, pro corporibus, & animabus noſtris. Hæc ſunt veſtes, quibus omnia verenda cooperiuntur. Item, ipſe miniſtravit nobis paupertatem, humilitatem, & miſericordiam; ſed pauci ſunt, qui iſtud ſervitium ab eo recipiant. In die paſsionis ſervivit nobis ita quod nullus in tantum ſervivit, quia dedit nobis carnem in cibum; aquam in lavacrum, ſanguinem in potum, animam in prætium, Deitatem in præmium. Vel dicitur *Saliens in montibus*: Id eſt; in Sanctis, in quibus veſtigia ſuæ paſsionis impreſsit. Montes igitur fuerunt Petrus, & Paulus, & alij Sancti, quia ad imitationem paſsionis Chriſti, per tormenta paſsi ſunt. Sed colles ſunt minores, quos vmbra virtutum obumbrat.

Chriſtus miniſtravit nobis.

Montes fuerunt Petrus, & Paulus. Colles.

245 Moraliter de talibus. Iuſtus, qui ſalit in montibus, & tranſilit colles. Montes ſunt, beneficia cæleſtis celſitudinis æternæ. In his ſalit iuſtus, quoniam affectus ſuos ad æternam celſitudinem transfert; de illis cogitat; ad divina ſuſpirat. Colles ſunt beneficia minora; Decanatus, Archidiaconatus, & cætera. Vir iuſtus tranſit iſta. *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat* 1. *ad Timotheum* 3. *A.* Merito deſiderat Epiſcopatum, quia merito deſiderat bonum opus: Ad hoc enim, vt laboret; ad hoc, vt proſit; non vt quieſcat. Vndè Bernard. Hos colles amariſsimos tranſire nos admonens ait: *Quid nos cingit veſania vitiorum ſitire abſinthium: Huius mundi ſequi naufragium; vitæ præſentis pati infortunium; impiæ tiranidis ferre dominium?*

Qualiter iuſtus ſalire dicitur in montibus, & tranſire Colles: Appretiari cæleſtia; & vilipendere terrena. Vel de beneſitijs Dei comparatis montibus; & collibus. Collis ſunt beneficia minora. 1. ad Timoth. 3. A. Bernard.

246 Ecce colles. Sequitur; De *Montibus*; & nos magis expedit convolare ad Sanctorum felicitatem, ad Angelorum ſocietatem, ſupernæ lætitiæ ſolemnitatem; intrare potentias Domini, & videre ſuperabundantes beatitudines, eiuſque divitias. Merito carnis voluptatem, & mundi vanitatem abſinthium vocat, quoniam vel hic pungit per pœnitentiam, vel in futurum per pœnam. Vndè quidam; Mella voluptatum ſtimulant carnis anxietatem; fel latet in melle, nèc mel bibitur ſine felle. Riſus habet fletum, nectar genreabit acetum. Vt ſingula complectar, fel perpetuum, breve nectar. Gregor. *Breve eſt quod delectat, æternum eſt, quod crutiat.*

Mel voluptatum ſtimulat carnis anxietatem. Fel latet in melle; mel non bibitur ſine felle; riſus habet fletum nectar generabit acetum. Gregor.

VERS. IX.

SIMILIS EST DILECTVS MEUS capreæ, hinnulo que cervorum.

247 BENE dicitur, quod Chriſtus ſimilis eſt capreæ, qua factus eſt in ſimilitudinem carnis peccati, non peccatorum. Omnes ſumus capreę, hædi fætidi, filij iræ: Ille caprea, hædus mundus, & filius gratiæ. Hinnulus caprea dicitur, dorcas, grece: Quod, videns dicitur, latine. Chriſtus dicitur caprea, propter eminentem ſapientiam, quia omnia novit, omnia videt. Ipſe enim eſt ipſa ſapientia: In libro Sapientię 8. A. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter.* A fine cæli vſque ad finem inferni, per medium mundi fortiter; de cælo eijciendo ſuperbum; in mundo refrenando malignum, in inferno ſpoliando avarum. Diſponit omnia ſuaviter; In cælo Angelos confirmando; in mundo peccatores redimendo.

Chriſtus dicitur caprea, & hinnulus, vel de Chriſto cõparato cervo. homines ſumus Capreæ, &c.

Sapientia 8. A.

248 Item, Hinnulus cervi propter parvitatem, & velocitatem; quoniam; *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Item, in pueritia velociter fugit in Ægyptum, dùm canes ipſum ſequerentur. Item, dicitur quod cervus parit in via, propter lupum, qui ſemper publicam ſtratam devitat, credens quod ibi laquei ponentur. Sic beata Virgo peperit hinnulum ſuum in via; ſcilicet, in diverſorio, vbi erat omnis tranſitus hominum; ad ſignificandum, quod omnibus ſe exhibuit hinnulum humilem. Hinnulus eſt animal mundum; ipſum enim oportebat eſſe mundiſsimum, qui vt, omnem auferret immunditiam, venit in mundum. Ber-

Cervus parit in Via.

249 Bernard. ſuper illud Luc. 1. *D. Quod naſcetur ex te ſanctum. Vt quid ſanctum, & abſque additamento dixit? Credo, quod non habuit proprium: digne autem vt nominaret illud eximium, illud magnificum, illud reverendum, quod de puriſſima videlicèt virginis carne cum ſua anima eſſentiæ Patris erat vniendum. Si diceret, ſancta caro, vel ſanctus homo, vel ſanctus infans, quidquid tale poterat, parum ſibi dixiſſe.* Ecce qualiter merito dicitur ſanctum, quia mundavit ſordidos, maledictos ſanctificavit. Hæc ille.

Luc. 1. D.

Bernard. homo 4. ſuper miſſus eſt.

250 Chriſtus dicitur hinnulus cervorum, quoniam ipſum debemus, in hoc mundo venari, & comprehendere. Vnde in Geneſ. 27. *A.* Ait Iſaac. *Sume arma tua pharetram, & arcum, & egredere foras: Cumque venatu aliquid comprehenderis fac mihi indè pulmentum, ſicut velle me noſti, & affer mihi, vt comedam; & benedicat tibi anima mea, antequam moriar.* Sed Iacob de conſilio matris ſuæ, ivit ad gregem, & accepit duos hædos, & præparavit, ſicut ſcivit, velle patrem; & dedit patri ſuo; & ſic impetravit benedictionem.

Quare debemus Chriſtũ venari. De venatione Eſau. Geneſ. 27. A.

De cibo Iacob oblato Iſaac.

251 Iſaac Deus Pater præcepit filio, id eſt, cuilibet iuſto, vt accipiat arma, de quibus ſupra: Pharetram, vbi ſuper ponuntur ſagittæ. Item, quod pera paſtoralis, in qua quinque lapides repoſuit David; idem ergo per lapides, & ſagitas; ſcilicèt; verba Dei comminationis, promiſsionis, dilectionis, laudis, & orationis. Sagittæ in pharetra ſunt verba Dei in memoria; Arcus eſt intentio ad Deum directe mittens orationem, & cætera. Sed plerique cum Eſau venantur; hi ſunt, qui pro temporali commodo laborant: Sicut Clerici, qui pergentes Romam coram magnatibus ambulantes, Miſſas pro temporali quæſtu, ſivè commodo cælebrant. Omnes iſti venantur, & arcum tendunt, vt temporale commodum acquirant: Et hædum, de quo non veſcitur Iſaac apprehendunt.

Sagittæ in pharatra sũt.

Arcus, eſt

De venatione Eſau.

252 Iacob accepit duos hædos, per quos corpus, & animam Chriſti, pro nobis in Ara Crucis oblatam, intelligimus. Hos hædos comprehendit, qui fidem de Chriſto ſuſcipit. Hunc hædum præparat, qui eum in olla paſsionis coctum; in cratula Crucis aſſatum intelligit. Hanc venationem Deo Patri offert, qui mandata eius apprehendit, ſivè cuſtodit. Vinum cum pulmento Deo Patri tribuit, qui ſpiritualem hilaritatem bonæ operationi coniungit. Hoc vino hauſto, dicit verus Iſaac; Da mihi oſculum, fili mi: Statim, qui vt ſentit veſtimentorum eius fragrantiam; bene dicens ait: *Ecce odor filij mei; ſicut odor agri pleni:* Fragantia eſt odor virtutum. Sequitur, *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti vini & olei, de rore cæli,* id eſt, de gratia cęleſti: *Et de pinguedine terræ:* Id eſt, bonorum operum fecunditatem: *Frumentum*, fidei: *Vinum*, Spei, *Oleum*, quod ſupernatat, charitas intelligitur.

De cibo Iacob oblato Iſaac.

Fragrantia eſt odor virtutum.

253 Quilibet fidelis Chriſtum debet coquere; id eſt, eſſe pro ſe decoctum, intelligere. In 3. *Regum* 20. *F.* Ait Michæas: *Quia non percuſſiſti me, leo percutiet te; cum receſſit à Michea, leo percuſsit eum.* Iterum ait: *Percute me: Qui percuſsit eum.* Verus Micheas, Chriſtus eſt, qui dicit cuilibet; *Percute me*: Id eſt, intellige me eſſe percuſsum pro te. Qui hoc non intellexerit; leo antiquus percutiet eum. Vere quilibet poteſt dicere; Chriſtum percuſsi: Chriſtum Crucifixi: Chriſtum vulneravi. Hanc venationem decoxi, quia qui occaſionem damni dat; damnum dediſſe videtur. Omnes enim fuimus cauſa crucifixionis eius. Vndè etiam ſi non eſſet alia cauſa, niſi quod Chriſtum crucifiximus, ab omni mortali abſtinere debemus; ne iterum peccando, iterum Chriſtum crucifigamus.

3. Regum 20. F.

Micheas verus eſt Chriſtus.

Occaſionem damni quidat.

254 Quidam Chriſtum crucifigunt, & oſtentui habent: Alij in faciem conſpuunt: Alij conculcant: Alij ſanguinem eius polluunt. De his, qui crucifigunt, habetur ad Hebræos: 6. *B. Rurſum crucifigentes ſibi metipſis filium Dei, & oſtentui habentes.* Vbi dicit Ioan. Chriſoſtomus. *In ſe crucifigunt filium Dei, & contumeliæ habent, qui gratiam*

De his qui Chriſtum crucifigunt; conſpuunt, & conculcant. Hebræos 6. B. Ioann. Chriſoſtom.

tiam eius vilipendentes, in peccatis iacent. Laici, & cęteri, qui decimas retinent, Chriſtum crucifigunt, ſivè configunt. Vndè Malach. 3. *B. Si affiget homo Deum, & vos configitis me. Et dixiſtis: In quo configimus te? In decimis, & in primitijs: Et in penuria vos maledicti eſtis, & vos me configitis gens tota. Inferte omnem decimationem in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea.* De his qui in faciem eius conſpuunt. Iob 30. *B. Faciem meam conſpuere, non verebantur.* Vt etiam habetur in Math. 27. *D. Et expuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.* Gloſa: *Ita hodie qui credunt ſe perverſis actibus, verba eius, & promiſſa regni deſpiciunt, quaſi fabuloſa.* Si enim quis crederet, quæ, & quanta ſunt; quæ promittuntur in Cælis, & omnia, quæ habentur in Cælis, ad ea obtinenda modis omnibus laboraret. Sed quia non reputant bona, niſi præſentia; contemnunt futura.

Malachia 3. B.

De his qui in faciem Chriſti: Conſpuunt Iob. 30. B. Matth. 27. D.

Gloſa.

256 Alij Chriſtum conculcant, & ſanguinem polluunt: De quibus ad Hebræos 10. *E. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur: Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?* Chriſtum conculcant, qui pedibus animæ; id eſt; affectibus præcepta contemnit. Sanguinem eius polluit, qui pollutus ſanguinem conficit, vel indignus ſumit: Ut dicit Ambroſius; ad *Hebr. 10. F. Sanguinem pollutum ducit; ſi ab eo mundatus, ad vomitum reddit, & pœnitere negligit. Spiritui contumeliam facit, qui eius beneficium grate non ſuſcipit.*

De his qui Chriſtum conculcant, & ſanguinẽ polluunt: Hebreos 10. E.

Ambroſius in comen. Epiſ. ad Hebreos cap. 10.

257 Clerici etiam Chriſtum crucifigunt, qui patrimoninm Eccleſiæ, decimas, & oblationes, quas Chriſtus in Eccleſia acquiſivit, ad vanam gloriam, ad gulam, ad luxuriam expendunt. De quibus Ierem. 22. D. *Qui dicit: Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula ſpatioſa: Qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingit que ſinopide.* Hi ſunt, qui ad gloriam faciunt alta palatia (Chriſto nudo ad oſtium) & pingit parietes, frena, ſellas, ſinopide, id eſt, ſanguine Chriſti: Omnes enim exceſſus ſuos, vel equos, ſellas, & frena eorum, & etiam ſenſus; prætio ſanguinis Chriſti, faciũt rutilare. Impudicæ nates ſedent in ſella deaurata; corpus autem Salvatoris in pixide lignea; & pauperes Chriſti nudi ſunt in via.

De Clericis: Vel de Prælatis: Qui Chriſtum crucifigunt. Ierem. 22. D.

258 Quidam Clericus equitabat in ſella de aurata; & ait ei quidam: Domine, dà mihi vnum dentem de tuis; & ait ei; Quare petis? At ille, quia faciam indè reliquias: Nam ex quo tu renes tuos, ita ſanctificas, quod in auro collocas; multo fortius dentes in auro eſſent collocandi. Contra tales dicit Dominus: Ea, quæ acquiſivi in Cruce expendis in meretrice? Quæ acquiſivi in mortis anguſtia, tu expendis in taberna? Quæ deberes, dare pauperibus, tribuis hiſtrionibus?

Exemplum de quodam Prælato.

259 Iudei noluerunt mittere in corbonam illos triginta argenteos, quæ retulit Iudas, pro quibus vendiderat eis Chriſtum, quia pretium ſanguinis fuit: Sed emerunt inde Haceldama; id eſt; agrũm cęleſtis Patriæ, in quo vere peregrini ſunt ſepeliendi. Scriptum eſt in Eccleſiaſt. 34. *D. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu ſui Patris.* Iudæi ſemel Chriſtum crucifixerunt; ſed iſti tota die crucifigunt. Sciendum, quod dicit Pater filio; id eſt, Deus illi, qui frequenter eum offendit: Fili mi, tota die me crucifigis? Tota die me interficis? Et dicit Auguſtin. *Plus peccat qui offendit Deum regnantem in Cælis; quam qui crucifixerunt ambulantem in terris.*

Eccleſiaſt. 34. D.

Auguſt.

260 Sed peius faciunt, quam Iudæi, qui de prætio ſanguinis Chriſti emunt palium meretricis; Linguam adulatoris; veſtes hiſtrionis: Prætioſas veſtes, quaſi cortinas. Vndè ſterquilinium computant, quoniam vt dicit Bern. *Si diligenter conſideres, quid per os, & nares, & cæteros meatus corporis egreditur; vilius ſterquilinium nunquam vidiſti.* Iſti ſunt ſimiles Ioab, de quo David iniunxit Salomon, vt vindictam acciperet, qui occidit Abner, & Amaſiam

De his qui patrimonium Ieſu-Chriſti in vſum illicitum conſumunt. Vel de perverſis Chriſtũ quotidie crucifigentibus. Bernard. Capit. 3. medit:

ſiam; & poſuit cruorem prælij in balteo ſuo, qui erat in pedibus eius, non deducens caniciem eius pacifice ad inferos. Sanguinem ſanctorum, qui in pace effuſus eſt, in balteo, & calceamentis ponunt: De prætio ſanguinis zonas, & calceamenta, & veſtes auro, & argento depingunt.

261 Chriſtus pro te fuit tinctus roſe ſanguineo, & tu amore ipſius depictus aurifrigio. Non eſt æqua recompenſatio; non eſt ludus iſte, ex quo omnes iſti venantur Chriſtum, more Iudæorum ad interficiendum; non more Iacob ad Deum Patrem per munditiã vitæ reficiendum. Et ideò, non impetrant benedictionem dexteræ; ſed ſiniſtræ; ſcilicèt, abundantiam temporalium, vt poſtea conſequantur abundantiam tormentorum. Ait Eſau ad Iſaac; *Nunquid vnam benedictionem tantum habes?* Hæc eſt vox malorum dicentium; ſi non poſſum habere benedictionem gratiæ, habeam benedictionem temporalis affluentiæ. *Vox malorum.*

262 Vndè Iacob etiam quando habuit cum dextera benedicere Maneſſem, & cum ſiniſtra Effraim, cancelavit manus, & dedit benedictionem ſiniſtræ Maneſſe, qui dicitur, ſivè interprætatur oblivio; quoniam qui Deum obliviſcuntur, temporalia amplectuntur, quæ per ſiniſtrã quodammodò intelligũtur: *Et ſuccedentibus proſperis, oblitus eſt pincerna Pharaonis Ioſeph interpretis ſui. Geneſ. 40. D.* Sed Effraim accepit benedictionem dexteræ. Effraim dicitur, ſive interprætatur, fructificatio; quia qui in bonis operibus fructificant; benedictionem dexterę acquirunt, quoniam æterna, & ſpiritualia, ſivè cæleſtia bona, quæ per dexteram ſignificantur, poſſidebunt. *Manaſſes interprætatur oblivio.* *Geneſ. 40. D. Effraim interprætatur, fructificatio.*

EN IPSE STAT POST PARIETEM noſtrum reſpiciens per feneſtras proſpiciens per cancellos.

263 PARIES, quo ſeparamur à viſione Dei, caro noſtra eſt; cuius feneſtræ, quinque ſunt ſenſus: Viſus; auditus; guſtus; odoratus; & tactus; per quos tamquam per feneſtras mors ingreditur ad animam. Vndè Ierem. *9. F. Docete filias veſtras lamentum: Et vnaquæque proximam ſuam planctum; quia aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras diſperdere parvulos deforis, iuvenes de plateis.* Ezechiel. 21. *D. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti, & limati, ad fulgendum, amicti ad cædem.* Non eſt acutior gladius pulchra muliere aureis, & argenteis, quæ tota die animam conturbant, & puniunt. Non dormit ſecurus, qui gladios hoſtis, ſivè hoſtium videt in portis: Sic nèc in mundo ſecure quieſcimus ex quo tot gladios in portis, & feneſtris videmus. *De feneſtris animę: Vel de pariete. Feneſtræ carnis noſtræ.* *Ierem. 9. F.* *Ezechiel 21. D.* *Gladius acutior eſt pulchra mulier. Non dormit ſecurus.*

264 Si quis mundum pulchrum inſpicit, & inde Deum laudat; qui videt pulchram mulierem, & pro Chriſto, ipſam, ſivè ipſum reſpuit; tunc intrat vita per feneſtras. Stat ergò Chriſtus poſt parietem ad modum ſponſi, qui occulte ſtat, poſt parietem, & reſpicit per feneſtram, vtrum adulterum ſponſa ſua reſpiciat, vel recipiat; propterea cauti, & in bono opere occupati, & aviſati ſemper eſſe debemus; ne ſponſus videat offendiculum adulterij in anima ſponſa ſua. Vndè Boetius: *Magna nobis neceſsitas bene vivendi videtur in dicta.* Indicit enim vt cũcta faciamus coram oculis cuncta cernentis. Greg. *Creator noſter vbique totus eſt, & cernens cuncta, non cernitur.* Vndè tanto magis metuendus, quam inviſibilis permanens: Quando, & quem deſtruat ignoratur. Sapientia 1. C. *Auris zelotis audit omnia.* *Chriſtus ſtat poſt parietẽ.* *Boetius.* *Gregor.* *Sapient. 1. C.*

VERS. X.

EN DILECTVS MEVS LOQUItur mihi.

265 QUOD ſi per feneſtras intuetur; poſtea ſponſam alloquitur; ſi cum adultero fornicatur inſinuat quod hoc intuetur, vt verecundiam incutiat, & alterum dimittat. Vndè Iſaia 57. *B. Iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum: Dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cum eis fœdus, & mei* *Qualiter Dominus allicit & exterret vngit, & pungit. Vel de locutione ſponſæ ad luxurioſos.* *Iſai. 57. B.*

mei non es recordata, neque cogitaſti in corde tuo, quia ego tacens, & quaſi non videns, & mei oblita es: Ego autem anunciabo iuſtitiam tuam; & opera tua non proderunt tibi: Cum clamaveris; liberent te congregati tui. Ezechiel. 16. *A. Tranſiliens autem per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo.*

Ezechiel. 16. A.

266 Ecce quod incutit verecundiam. Et ſi non convertitur, incutit terrorem dicens, ibi *D.* Propterea meretrix audi. *Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commiſta es, & omnes quos dilexiſti, cum univerſis, quos oderas: Et congregabo eos ſuper te undique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpidinem tuam, & iudicabo te iuditijs adulterarum, & effundentium ſanguinem, & dabo te in ſanguinem furoris, & zeli. Et dabo te in manus eorum, & deſtruent lupanar tuum; & demolientur proſtibulum tuum; & denudabunt te veſtimentis tuis, & auferent vaſa decoris tui, & derelinquent te nudam, plenamque ignominia; & adducent ſuper te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladijs ſuis.*

267 Et expone ibi: *Deſtruent lupanar tuum*: Id eſt; corpus; lupanar enim Diaboli eſt corpus impij, quoniam Diabolus, & membra eius multiplicem inveniunt delectationem in eo. Vbi inventus fuerit luxurioſus; ibi proſtibulum voluptatis, porcus Diabolicus, voluptabrum guloſitatis, ſpiritus iræ, invidiæ, fraudis, avaritiæ, ſuperbiæ operatorium omnium iniquitatum. Et hi, qui dicuntur modo amatores, in inferno erunt tortores. Amaſius tuus, ò meretrix; qui tibi dulceſcit, in inferno plus tibi fætebit, quando inter brachia te tenebit, quam totus fumus mundi, ſi tibi ad nares apponeretur. Ergò multum debes terreri, & pavere. Et ſi non vis forte corrigi per timorem, & ad ſponſum tuum Chriſtum reverti, per huiuſmodi comminationem, quam tibi facit: Saltem revertere per amorem, quia ecce quam dulciter alicit, dicens: *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, cincinni mei pleni guttis noctium.*

Luxurioſus quid ſit.

SVRGE PROPERA AMICA mea, formoſa mea, & veni.

De excitatione ſponſæ, & ditionibus, eius. Properatio. Prov. 6. A.

268 IAM permiſit dilectam aliquantulum quieſcere; iamque quia tempus eſt excitat ad actionem, vt animas viſitet, doceat, & convertatur. De operatione in Prov. 6. *A. Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti manum tuam aput extraneum, & illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus. Fac ergò quod dico, fili mi, & temetipſum libera; quia incidiſti in manum proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum; Ne dederis ſomnum oculis tuis, nèc dormitent palpebræ tuæ. Erue quaſi damula de manu, & quaſi avis de manu aucupis.* Et ſequitur. *Vſque quo piger dormis? Quando conſurges à ſomno tuo?* Id eſt, paululum dormies; paululum dormitabis; paululum conſeres manus tuas, vt dormias, & veniet tibi quaſi viator egeſtas, & pauperies quaſi vir armatus.

269 Amica dicitur propter dilectionem: Columba propter ſimplicitatem: Formoſa propter pulchritudinem. Veni de contemplatione ad actionem; de quiete ad laborem; de meditatione ad prædicationem, de pigritia ad probitatem: Qui dicitur in Iſai. 6. *B. Væ mihi quia tacui.* Apoſtolus in 1. *ad Corint. 9. C. Væ enim mihi eſt, ſi non prædicavero.* Prov. 11. *D. Qui abſcondit frumentum, maledicitur in populis: Benedictio autem ſuper caput vendentium.* Greg. dicit. *Tantis proculdubio rei ſunt; quantis ad publicum venientes prodeſſe poterunt.*

Iſai. 6. B.

Prov. 11. D.

Gregor.

VERS. XI.

IAM ENIM HIEMS TRANSIIT imber abijt, & receſſit: Flores apparuerunt in terra noſtra.

De hieme; imbre, & floribus.

270 HIEMS ſignificat legis auſteritatem; imber propheticæ promiſſionis conſolationem; flores evangelicam veritatem; Quaſi diceret; Iam ceſſat

sat vmbra legis; iam impletæ sunt prophetiæ, quia flores evangelicæ veritatis apparent in Ecclesia: Et ideo surge, propera ad prædicandum, ad veritatem demonstrandum.

Hiems signat. Moraliter, per hiemem, designatur dolor pœnitentium: Per imbrem,

Imber signat. lacrymę plangentium: Per flores,

Flores signat. firma spes fructificantium,

Ephesios 4. C. 271 Per primum, vetustas renovatur. Vndè ad Ephesios 4. *E. Renovamini autem spiritu mentis vestræ.* Item, Ierem. 4. *A. Novate nobis novale, & nolite serere super spinas: Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum, viri Iuda, & habitatores Ierusalem; ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam cogitationum vestrarum.* Per secundum, cor

Psalm. 35. B. inebtiatur. Vndè Psal. 35. *B. Inebriabuntur ab vbertate domus tuę.* Per tertium fecundatur. Vndè Isai.

Isai. 55. D. Psal. 102. A. 55. *Date semen serenti, & panem comedenti.* In principio iuvenescit, sivè

Psalm. 62. B. virescit. Vndè Psalm. 102. *A.* Renovabitur vt aquilæ *inventus tua.* Et in secundo pinguescit. Psalm. 62. *B. Sicut adipe, & pinguedine, & cætera.* In tertio floreicit. Vnde Psalm.

Psalm. 91. C. 91. C. *Iustus vt palma florebit.*

De triplici hieme. 272 Triplex est hiems. Prima, pigritię: Secunda, pœnitentiæ: Tertia, condemnationis æternæ. De

Prov. 20. A. prima in Proverb. 20. *A. Propter frigus piger orare noluit; mendicavit autem in æstate, & non dabitur ei.*

Ioann. 50. A. De secunda, in Ioane 10. *D. Facta sunt encænia in Ierosolymis; & hiems erat.* Ierusalem visio pacis; Encænia dicitur innovatio, quia propter visionem pacis obtinendam incipit,

Ierusalem interpretatur visio pacis. Encænia innovatio. innovari in hieme; id est, per asperitatem pœnitentiæ. De tertia, scilicèt, de damnabili sententia, in

Matth. 24. B. Math. 24. *B. Orate; vt non fiat fuga vestra in hieme; vel sabato.* Quando impij recipient hiemem, id est, pœnitentiam: Iusti verò quietem: Vel aliter: Ne expectes pœnitere quando nares, & labia contrahentur; id est; in fine, quando manus, & pedes, & cætera membra refrigescunt. Tùnc non licebit fugere, quoniam anima tùnc egredietur de corpore, quando non licebit operari.

VERS. XII.

TEMPUS PUTATIONIS adveniet.

Quod omnia vitia sunt amputanda, vel de peccatis de furto, & avaritia.

Augustin. Galatas 5. C.

273 HOC est tempus: Vt vitia extirpentur. Dicit Aug. *Hic vitę; hic esca: hæc sunt quæ putare debemus.* Ad Galatas 5. *C. Manifesta sunt opera carnis: Quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, beneficia, inimicitię, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia.* Hęc sunt amputanda à vinea Domini, vt fructum faciat, in vitam æternam; *Quoniam qui talia agunt;* ibi; *Regnũ Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est: Charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas; adversus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.* Vitia igitur debemus extirpare: Plantaria virtutum inserere.

Maximus; Episcopus.

274 Maximus Episcopus: *Modò omnia sunt in partu, vt tunc omnia reperiantur in fructu.* Tunc contra naturæ spem, spina profert rosam; calamus fragrat lilium; arida virgulta suavitatem depromunt; cuncta floribus adornantur, vt festivitatem Dei, ipsa natura victori suo cælebrare credatur. Ergò & nos ieiuniorum tempore producamus de spinis rosas; hoc est, de peccatis iustitiam; de severitate misericordiam; de avaritia largitatem.

Leo Papa. Leo Papa. *Subtracta saturitate corporea, spiritualibus mens reficiatur delitijs.* Sed stultus non se permittit secari, vulnus curari; potius eligit mori.

Gregor. 275 Ita est de quibusdam, vt ait Greg. *Stultus magis vult in perpetuum puniri, quam ad tempus aliquid adversitatis perpeti.* Si ergò hic nolueris putari, veniet dies illa; quando putabunt te, & mittent te, in gehennam ignis ardentis. Nec vult Deus quod natum, vel membra amputes, vel carnem tuam scindas; sicut patres antiqui carnem

De his qui non permittũt se purgari.

Putatio quã vult Dominus fieri in nobis.

nem ſuam circunciderunt ; ſed quandam levem putationem præcepit. Scilicèt, quod vitia amputes; luxuriam à renibus ; Guloſitatem ab ore : Rapacitatem à manibus: Concupiſcentiam ab oculis ; detractionem, & blaſphemiam, & irriſionem à lingua ; auditionem malam ab auribus ; cogitationem pravam à corde ; & ſic de alijs.

276 Si tu hanc putationem levem nolueris facere ; ſcito quod Dæmones duriorem, & duriſsimam de te facient putationem ; ſicut dicitur in Ezechiel. 23. D. *Aſcenſores equorum venient ſuper te inſtructi curru, & rota ; multitudo populorum;* (ſcilicèt Dæmonum) *Lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te vndique, & dabo coram eis iudicium, dicit* Dominus ; *& iudicabunt te iudicijs ſuis : Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore : Naſum tuum, & aures tuas præcident, & quæ remanſerint, gladio concident.* Et ſic portaberis ad macelum Dæmonum, & ibi facient bonum forum de carnibus tuis, & aliorum impiorum.

Ezech. 23. D.

Ezech. 11. B.

277 Item, Ezech. 11. *B. Gladium metuiſtis, & gladium inducam ſuper vos* : Quaſi diceret ; Timetis gladium pænitentiæ, quo vitia auferuntur, ſivè putantur : Ego mittam talem gladium, quo carnes veſtræ concidentur. Iob 6. C. *Qui timet pluviam, ruet ſuper eum nix.* Qui timet pænas temporales, ſubibit æternas. Item, Iob 20. C. *Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.* Gloſa. *Dùm mala temporalia ſtulte cavet ; irruet, in æterna.* Arma ferrea dicuntur miſerię temporales ; quas qui patienter ſuſtinent; contra Diabolum armantur. Undè Iob quando filijs, & filiabus,& bonis temporalibus abundavit ; Diabolus irruit in eum, & omnia ei abſtulit ; Quando verò fuit ſumma miſeria vallatus ; tùnc Diabolus in eum nil potuit. Sed & ſedens Iob in ſterquilinio, ipſum Diabolum devicit.

Iob. 6. C.

Iob. 20. C.

Gloſſa.

Arma ferrea.

278 Filius Dei etiam, qui non indiguit, putatus fuit : Et tu, qui tot habes ſuperfluitates ; tot concupiſcentias, non permittis te putari. Puer lacrymatur, cum caput abluitur, quando tinoſus eſt : Sic, cum divitiæ, vel delitiæ corporales auferuntur, plerique conquæruntur. Sicut dicitur in *Math.* 19. C. Dives, cui ait Dominus, quod venderet omnia, & ſequęretur eum; *Abijt triſtis.* Huiuſmodi, caput, id eſt, mentem habent ſcabioſam, & non permittunt radi, vel ablui. Attende, quod dicit veritas. Ioannes 15. *A. Ego ſum vitis vera ; & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: Et omnem, qui facit fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Sequitur. *Si quis in me non manſerit; mittetur foras, ſicut palmes ; & arescet, & colligent eum, & mittent in ignem, & ardebit.*

Math. 19. C.

Ioanes 15. C

VOX TVRTVRIS AUDITA EST in terra noſtra.

279 TVRTVR eſt Chriſtus, qui fuit in ſumma quiete, & deindè deſcendit pro ſalute generis humani, per prædicationem clamavit. Multò fortius contemplativus, pro ſalute animarum ſurgat aquiete. Greg. *Si is, qui valet, omnipotentis Dei oves renuerit paſcere, oſtendit ſe ſummum paſtorem minimè amare.* Si enim Vnigenitus Patris, pro explenda vtilitate ovium, de ſecreto Patris, ad publicum noſtrum ingreſſus eſt: Nos quid dicturi ſumus, ſi ſecretum noſtrum pręponimus vtilitati proximorum? Quies itaque nobis ex corde eſt appetenda, & tamen pro multorum lucro aliquando poſtponenda.

Admonitio ad prædicandum; vel, de turture comparatâ contemplationi.

NOTA. Gregor.

VERS. XIII.

FICVS PROTVLIT GROSSOS ſuos.

280 QVIA audita prædicatione turturis, Iudæa protulit Apoſtolos: vel alitèr, audita voce turturis, ſequitur fructus bonæ operationis : Hoc eſt, quod ; *Ficus protulit groſſos ſuos.* Id eſt, vir iuſtus bona opera. Vndè Oſee 14. C. *Ero eis quaſi ros, Iſrael germinabit ſicut lilium.*

Oſee 14. C.

De paucitate ſalvandorũ ; Vel de his, qui non percipiũt doctrinam.

281 Sed quia pauci fructum faciunt, Dominus conquæritur per Mi-

Mich. 7. A.

cheam 7. A. *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, & non est botrus ad comedendum, præcoquàs ficus desideravit anima mea. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.*

Præcoquę ficus.

Præcoquę ficus sunt primitivæ; quæ meliores sunt serotinis.

NOTA.

281 Sic Dominus plus diligit eos, qui, ab adolescentia iugum portant; quam eos, qui fæces vitæ suæ Domino tribuunt. Et tamen, tam isti, quam illi sunt pauci. Vndè Isai.

Isai. 24. B.

24. B. *Quomodo si paucę olivę, quę remanserunt, excutiantur ex olea; & racemi, cum fuerit finita vindemia. Hi levabunt vocem suam, atque laudabunt.* Quoniam Diabolus grossos vsurarios, divites Clericos, milites rapaces vindemiat. Sed Dominus paucas olivas, pancos racemos, qui remanent sub folijs ad opus suum colligit.

282 Cum multi filij Israel essent in Ægypto, soli duo, scilicèt, Iosue, & Caleph intraverunt in terram sanctam. Valde dolendum, & timendum est, quod respectu tantæ multitudinis, pauci sint salvandi; quoniam omnes Iudęi; Sarraceni; & Hęretici pereunt, & vbi sunt centum Christiani, vir triginta sunt in charitate. Vndè quidam. *Si omnes deberent salvari, præter vnum, omnes deberent timere, ne essent.* Si vnus solus deberet salvari, laborarent, vt essent ille. Dicit Dominus ad Ierem.

Ierem. 24. B.

24. B. *Ficus bonas, bonas valde.* Quia pessimæ erunt damnationis, optimę salutis.

VINEÆ FLORENTES ODOrem dederunt.

De vinea cõparata Ecclesiæ.

283 VIneæ sunt Ecclesię, quæ ex prædicatione floruerunt in virtute, fructificaverunt in bona operatione, odorem dederunt in opinione bona, quia fama Ecclesiæ ex bono nomine in omnem terram exivit. Illæ vineę florent, quia ex bono interiori gaudent.

De triplici gaudio.

284 Est triplex gaudium; vnum ex eo, quod quis relinquit mundanam vanitatem; Aliud ex eo, quod acquisivit gratam veritatem; Tertiũ quod expectat acquirere ęternam beatitudinem. Dicit enim vir iustus gaudens: *Benedictus Dominus, qui nõ dedit nos in captionem dentibus eorũ.* Psalm. 123. B. *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* De secundo, legitur quod tres: *Vissa vella gavisi sunt, gaudio magno valde.* Matth. 2. B. De tertio legitur in Matth. 25. B. D *Euge serve bone, & fidelis; intra in gaudium Domini tui.*

Psal. 123. B.

Matth. 2. B.

Et 25. B. D.

SURGE AMICA MEA, SPEtiosa mea, & veni: Columba mea in foraminibus petræ, & cavernis maceriæ.

285 FOramina Petrę: Sunt vulnera Christi: Caberna maceriæ: Vulnus in latere; vel consortium Angelorum; à quo ceciderunt Angeli Apostatæ: Uenire ergo ad foramina petrę, est habere spem in vulneribus Christi. Hæc est petra, quæ dat potum sitientibus; refugium debilibus; consolationem tristibus; refectionem esurientibus. De primo vt in Psal. 104. D. *Percussit petram, & fluxerunt aquę.* De secundo. Psalm. 103. *B. Petra refugium herinacijs.* In Prov. 30. *D. Lepusculus plebs invalida, collocat in petra cubile suum.* De tertio, scilicèt, de consolatione, in Iob 29. *A. Lavabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi rivos olei.* Id est; Christus dona spiritus sancti. De quarto Psalm. 80. *D. Civabit illos ex adipe frumenti: Et de petra, melle saturavit eos:* Et in Cantico Moysi audite cæli. Deuteron. 32. *B. Vt suggeret mel de petra, oleum que de saxo durissimo;* Id est, doctrinam melifluam de Christo, passibili; & dona gratiarum de Christo impassibili; quasi de saxo durissimo.

Quod Christus est petra perforata: Humus fossa: Situm, & regula: Vel de vulneribus Christi. Foramina. Caverna maceriæ.

Psal. 104. D. Psal. 103. B. Prov. 30. D.

Iob 29. A.

Psalm. 80. D.

286 Item, ascendamus in cavernam maceriæ, vndè ceciderunt Apostatæ, quoniam expectat nos cum desiderio, & exultatione. Bern. *Curramus ergò non passibus corporis: sed affectibus, desiderijs, & suspirijs: Quoniam non solum Angeli: sed & Angelorum creator nos expectat. Idem, Angeli desiderant adventum nostrum, quoniã de nobis expectant civitatis ruinas restaurari.* De hac petra: Isai. 2. C. *Ingredere in petram, abscondere in fossa humo à facie timoris Domini.* Quasi di-

Deuter. 32. B. Bernard. Ser. 2. in Vigilia nativitatis Domini.

Isai. 2. C.

ceret; Si peccator fragilis; & miser maiestatem Patris, & potentiam times; confugias ad hanc petram, & ad hanc summam fossam, si vis evitare faciem furoris Domini.

285 Cum attendo miseriam culpæ, & miseriam fragilitatis meæ; videtur mihi, quod illa summa maiestas de me non curat, nisi ad perdendum. Sed ex quo intelligo, quod filius eius vulneratus est pro me, intelligo quod desideravit me, & quod diligenter curet de me. Isai. 26. C. *Tantum in te recordemur nominis tui.* Id est; in Patre recordemur filij. De hac petra: Ierem. 48. D. *Relinquite civitates*; id est; tumultuosam vitam mundanorum. *Habitate in petra habitatores Moab*, qui dicitur ex Patre; id est; Qui fuistis ex Patre Diaboli per viam perversam, habitate in Christo. Sequitur: *Et state quasi columba nidificans in summo ore foraminis.* Hæc est terra, quam Iudei foderunt, vt fructum faceret in vitam æternam. *Foderunt manus meas, & pedes meos.* Psalm. 21. C. Vndè quidam hos versus composuit.

Fossa dabit tellus
Optato tempore fructus:
Fossa caro Christi
Cælica regna dedit.

Isai. 26. C.

Ierem. 48. D.

Psalm. 21. C.

V. NOTA.

Caro Christi est scutum.

186 Item, caro Christi est scutum, in quo devincuntur inimici. In Deuter. 33. D. *Beatus est Israel, cuius ego sum scutum auxilij tui, & gladius tuus Israel.* Hoc scutum fuit perforatum clavis, & vnus miles faciens astiludium percussit eum cum lancea; & mira plaga, quanto magis perforabitur, tanto melius hostis vincebatur. Hic est later, de quo, *Ezechiel. 4. A. Fili hominis sume tibi laterem, & pones eum ante te; & describes in eo civitatem Ierusalem.* Hic later est caro Chnristi, de terra Virginis formatus, in fornace passionis decoctus, & clavis perforatus, & in tabernaculo crucis positus, vt totum mundum cooperiret, vt tegula.

Deuter. 33. D

Ezech. 4. A.

287 Tegula enim defendit à vento, pluvia, & grandine. A vento Diabolicę suggestionis; à pluvia mundanæ persecutionis, à grandine extremæ damnationis, quando Dominus mittet ignitos lapides super capita impiorum: Sub hac tegula proteguntur iusti. *In hoc latere describes civitatem Ierusalem.* Id est; intelligas esse descriptam. Ierusalem interpretatur visio pacis: Et in Christo, inveniens summam pacem, ipsam deitatem, ipsam beatitudinem, vt dicit beatus Gregor. *In illo est pax sine discordia; voluntas sine invidia: iustitia sine mendatio; iuventus sine senectute; decor sine deformitate; vita sine morte: Lætitia sine conturbatione, vbi carmina non desunt: Præmia non deficiunt, amici non moriuntur, regnum non amittitur.* Ad hanc pacem perducat nos Dominus Amen.

Ierusalem interpretatur visio pacis.

Greg.

VERS. XIV.

OSTENDE MIHI FACIEM tuam, sonet vox tua in auribus meis.

288 ALLOQVITUR Christus sponsam quamlibet fidelem animam. Sæpe contigit, quod sponsa à sponso faciem avertit, & ad illicita convertit. Sic anima hominis fidelis quoties videt mulierem, aureos, aut mundi gloriam concupiscit; tùnc faciem suam à Domino avertit. Vndè Ierem. 2. F. *Et 32. F. Verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent: Succurre, & libera nos: Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? Surgant, & liberent te in die afflictionis tuæ.* Nota, quod quatuor solent indignationibus, sivè indigentibus succurrere; scilicet, divitiæ; amici; sancti; & ipse Deus. Sed nunquid divitiæ eis succurrent tunc? Certè non. Vndè, Sophon. 1. D. *Argentum, & aurum non poterunt liberare eos, in die iræ Domini.*

De his qui faciem à Domino avertunt; vel de quatuor quæ solent indigentibus succurrere.

Ierem. 2. F. 32. F.

Succurrere.

Sophon. 1. D.

289 Nunquid amici succurrent eis? Non. Nèc etiam vxor, nèc filij. Sed erunt in confusione Isai. 30. A. *Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit, non fuerũt in auxiliũ, nèc in aliquã vtilitatẽ; sed in confusionẽ, & opprobriũ.* In Tren. 1. A. *Omnes amici eius spreverunt eã, & facti sunt ei inimici.* Nũquid sancti succurrent? Non. Ezec. 14. F. *Si tres viri isti Daniel, Noè, & Iob fuerint in medio eius: Vivo ègo, dicit Dominus, quia filiũ, & filiam non liberabunt.* Per istos tres intelliguntur omnes sancti. Sed omnibus istis deficientibus, solet ipse Deus liberare, & succurrere.

Isai. 30. A.

Trenis 1. A

Ezech. 14. F.

Nun-

Nunquid tunc malis succurret? Non. Unde in Prover. 1. *D. Cum irruerit repentina calamitas; quando venerit super vos tribulatio, & angustia; tunc invocabunt me, & non exaudiam.*

Prover. 1. D.

290 Destituti ergo ab omnibus, semper laborabunt in inferno. Dij tui sunt aurum, domus, mulieres, & omne illud, quod contra Deum diligis. Surgant igitur Dij tui, & succurrant tibi, in die afflictionis tuæ; scilicet, mortis. Dominus semper dicit; ostende mihi faciem tuam; quod sonat; convertere ad me: Sonet vox confessionis tuæ in auribus meis; respice; pœnitere; confitere; veni, & dic, Domine miserere: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Vnde Ieremia. 8. *B. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti. Attendi, & auscultavi, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium.*

Dij tui.

Ieremia. 8. B.

291 Et attende qualiter Dominus comminatur his, qui nolunt converti, & agere pœnitentiam, dicens, per Ieremiam. 18. *A. Si pœnitentiam egerit gens illa de malo suo, quod locutus sum adversus eam: Agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi ut facerem ei.* Sequitur ibi: *C. Si fuerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: Pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum ut facerem ei.* Item in eodem. *C. Tergum & non faciem ostendam eis in die perditionis illorum.*

Comminatio Domini. Ierimia 18. A

292 Item, attende infinitam eius bonitatem, quia vt faciem ei ostendas blanditur; vt si non timore; saltem amore convertaris. Unde vide quid dicit Isaias. 51. *A. Attendite ad petram unde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis.* Idem 50. *C. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: Faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me: Posui facem meam, vt petram durissimam.* Et hæc omnia pro te sustinui, sicut petra durissima non recalcitravi, immo patienter in corpore, & facie sustinui.

Bonitas Domini infinita.

Isaia. 51. A.

Isaia. 50. C.

293 Faciem ergo tuam ad me convertas, qui tanta feci pro te: Durior enim es lapide, si mihi faciem tuam non ostendis; quia in hoc articulo lapides scissi sunt; terra tremuit; & monumenta aperta sunt. Si autem induraveris cervicem, & nolueris ostendere faciem tuam Domino pœnitendo, & confitendo, attende quid dicit de te, & similibus tui per Ieremiam. 5. *Induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti.* Et quia diu tacens expectavit te per misericordiam, demum exurgens per vindictam, quasi parturiens loquetur contra te; & quanto expectavit diutius, tanto condemnabit te durius, & strictius, vt de hoc dictum est supra in cap. 2. num. 240. Nam misericordia super exaltat iudicium.

Ieremia. 5. A.

294 Sonet vox tua in auribus meis: Vox, scilicet, confessionis, prædicationis, orationis, & laudis. Sed quia pauci hoc faciunt, ideo dicit, vt supra, Ieremia. 8. *B. Attendi, & auscultavi, & nemo quod bonum est loquitur.* Si autem vis scire, quod est illud bonum, ibi dicitur ad statim: *Nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo.* Et illud in Psal. 91. *A. Bonum est confiteri Domino: & psalere nomini tuo Altissime.* Tantum autem bonum est confiteri, & pœnitentiam agere, quod etiam Angeli, qui sine peccato sunt, valde congaudent. Unde ait Salvator in Luc. 15. *B. Gaudium est Angelis Dei in Cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem iustis, qui non indigent pœnitentia.*

Ieremia. 8. B.

Psal. 91. A.

Luc. 15. B.

295 Curre ergo frater, & festina ad pœnitentiam, vt gaudium sit de te Angelis Dei. Iudex offensus præsto est ad veniam: Ecce quia non vult mortem; sed pœnitentiam desiderat, vt convertaris, & vivas. Caput habet inclinatum ad oscula; brachia extensa ad amplexandum, cor apertum ad amandum; noli deridere vocantem; noli spernere amantem te; derelinque viam impietatis, & quere eum, dum invenire potes, voca eum dum propè est: Non differas, donec ægrotes quando dolor corporis auferet dolorem mentis, quia tunc incipies velle, & non poteris.

Isaia.55.B.

296 Isaias. 55. *B. Quærite Dominum, dum inveniri potest: Invocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum: Quoniam multus est ad ignoscendum.* Emendemus ergo in melius, quæ ignoranter peccavimus, ne præoccupati die mortis quæramus spatium pœnitentiæ, & invenire non possimus. Certè, frater, si peccata tua non vis hic cantare; in die iudicij te facient vlulare; quoniam vt dicitur in Sophonia. 1. C. *Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris aporta piscium, & vlulatus à secunda.*

Si peccatatua

Sophonia.1.C

VOX ENIM TUA DVLCIS, ET facies tua decora.

De voce dulci & facie decora vel de voce Domini, aut confitentis. Nihil dulcius. Confessio.

297 Nihil resonat dulcius in aure Omnipotentis, quàm sonus confitentis. Vere vox dulcis, qua virus expellitur; Dæmonium fugatur; infirmus sanatur; mortuus resuscitatur; impius cum Deo, servus cum Domino, reconciliatur. Facies decora, quoad naturalia; magis decora, quoad gratuita, pulcherrima, quoad præmia æterna: Quasi in primo statu depingitur; in secundo coloratur; in tertio deauratur. Et sicut nihil pulchrius anima munda; ita nihil turpius anima immunda. Unde Hieronymus: *Anima munda templum Dei est: Anima immunda habitatio Dæmonum est. Animæ ornamenta mandata Christi sunt, animæ deformitates immunditia corporis.* Bernard. *Iactatio vbi est paranda domus Dei; quoniam non capit eum nisi tantum imago sua: Anima illius capax est, quæ nimirum ad eius imaginem creata est. Propter quæ iam festina, adorna thalamum, filia Sion.* Quanta Dei benignitas; quanta dignatio; quanta dignitas; quanta gloria animarum, quod Dominus vniversorum, & qui nullam habet indigentiam, templum sibi fieri iubet in illis.

Hieronymus.

Animæ ornamenta.

Bernard.

(o)

VERS. XV.

CAPITE NOBIS VULPES PARVULAS, quæ demoliuntur vineas: Nam vinea nostra floruit.

De hæreticis: Vel de vulpibus comparatis hæreticis.

298 Vulpes sunt hæretici. vineę Ecclesię. Vulpes vineas demoliuntur, quando Ecclesiæ per corruptionem hæreticorum à fervore fidei siccantur. Dicuntur parvulæ, quia quanvis interius superbiant, exterius tamen humilitatem prętendunt. Sed dicitur Prælatis, vt istas vulpeculas capiant, hoc est, ratione, & anathematibus Hæreticos cõvincant, excomunicent, & expellãt. Sed contra; in Matth. 13. D. *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Solummodo debet intelligi; Quando dubium est, non debent expelli: Zizania enim, & triticum, quãdo crescunt, similia sunt. Quando comprehenduntur hæretici, & convincuntur; tunc hæresis est; tũc debet vt zizania separari, & cremari hęreticus.

Vineæ.

Math. 13.D.

De pravis cogitationibus eliminandis: Vel de vinea; scilicet; Ecclesia.

299 Moraliter vinea cuiuscumque est mens eius, quia anima, id est, conscientia in se nil incultum, nil desertum derelinquit. Ibi vitis est virtus: Botrus, bonum opus: Vinum, lętitia spiritualis: Vulpes sunt pravæ cogitationes, quę hanc vineam dissipant. Istæ dicuntur muscæ morientes, perdunt enim suavitatem vnguẽti gratię; per pœnitentiam corpus atteritur; si inordinatis moribus; vel aliter; moribus, mẽs intus dissipatur Bernard. *Cor meum semper est in motu, nunquam requiescit: Sed sive dormiam, sive vigilem, somniat, & cogitat quidquid illi occurrit; quia sicut molendinum si imponatur ei arena exterminat; si lutũ inquinat; palea occupat: Sic cor meũ cogitatio amara turbat; immũda maculat, vana in fœstat, & fatigat.*

Vinea cuiuscumque est mens eius. Vitis est virtus. Botrus est bonum opus. Vulpes sunt pravæ cogitationes.

NOTA. Bernard. cap. 9. Medit.

300 Ideo dicitur viro iusto, quod istas cogitationes capiat, & extinguat; quoniam vinea, id est, mens fidelis, quasi viret per virtutes; frondet per bonã opinionem; fructificat per bonam operationem. Item, quilibet iustus est vinea Domini exercituũ: Vulpes parvulæ sunt primi motus. Isti dissipant vineã Domini, quia quandoquidem subvertunt virũ iustum. Et ideo necesse est, quod capiãtur dũ sunt parvulæ. Nam *Beatus qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram*; id est, Christũ. *Psal. 136. B.* Plerique enim nihil agendo, vel loquen-

Iustus est vinea Domini. Vulpes parvulæ sunt primi motus.

Psa. 136.B.

quendo; sed solummodò cogitando, aliquid laborant. Vndè Iob 13. C. *Quare tacens consumor?*

Iob.13.C.

VERS. XVI.

DILECTVS MEVS MIHI, ET ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.

De dilectione sponsi, & sponsæ.

301 HIC non ponitur verbum, quoniam nullo delectamento, & delectatio sponsi, & sponsæ sufficienter exprimitur. Ita enim se diligunt; ita inter se delectantur, quod est quædam inefabilis prægustatio illius dulcedinis, quæ erit in Patria. Illud enim est, quod nèc oculus vidit, nèc auris audivit, nèc in cor hominis ascendit. Hæc sunt, quæ vidit Paulus, quæ non licèt homini loqui. Sequitur: *Qui pascitur inter lilia.* Id est, in illis delectatur, qui candorem castitatis retinet. Dies autem aspirabit, & vmbræ inclinabuntur quando vita æterna apparebit, præsens finietur.

Dies est triplex.

302 Triplex est dies; temporalis; spiritualis; cælestis. Primus est ad calamitatem; secundus ad intelligentiam; tertius ad Dei visionem. De primo Iob 3. *A. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: Conceptus est homo.* Hæc est temporalis mutabilitas, in qua peccamus, & pungimur. Ista dies peribit, vt non sit. Vndè iuravit Angelus, quod tempus amplius non esset. De secundo; *Dies diei eructat verbum. Psalm.* 18. *A.* Quia vir spiritualis spiritualem sciẽtiam exponit. De tertio. *Tronus tuus sicut dies cæli. Psalm.* 88. *E.* Hęc est dies æternitatis. David in Psalm. 76. *A. Cogitavi dies antiquos: Et annos æternos in mente habui.* Quoniam viri iusti, ibi fixa sunt corda, vbi vera sunt gaudia.

Iob.3.A.

Psalm.18.A.

Psalm.88.E.

Psalm.76.A.

VERS. XVII.

REVERTERE: SIMILIS ESTO, dilecte mi, capreæ hinnulo que cervorum super montes Bethel.

De triplici recessu Dei.

303 A NOBIS corporaliter tùnc dilectus abijt, quãdo post resurrectionem in cælum ascendit. Tunc revertetur, quando in fine mundi resuscitatis hominum corporibus, in iuditio manifestabitur. Item, dicit; *Similis esto capreæ, hinnulo que cervorum.* Quasi diceret; mitis fuisti, & humilis veniens in primo adventu. In secundo similiter appares mitis & humilis, & merita Sanctorum discernens, saltem super montes Bethel, id est; super illos qui alti sunt, per æminentiam vitæ, qui dicuntur montes Dei: Bethel enim domus Dei interpretatur.

Bethel interprætatur Domus Dei.

De tripiici adventu Domini.

304 Est autem triplex adventus Domini. Primus in carne: Secundus in corde: Tertius in maiestate. Primum desideraverunt Patres antiqui. Undè Isai. 64. *A. Vtinam dirumperes cælos, & descenderes.* Secundum, peccatis illaqueati. Vndè: *Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium.* Tertium, omnes iusti: Vnde in Apocal. 22. *D. Veni domine Iesu. Gratia Domini nostri Iesu-Christi cum omnibus vobis: Amen.* Propter tria postulaverunt Patres primum adventum. Propter tria laqueati; mens, secundum. Propter vnum, iusti desiderant tertium.

Isai.64.A.

Apocal.22.D

De septem antiphonis ante natale Domini.

305 Vndè sunt septem antiphonæ ante natale Domini. In primis enim tribus quæruntur tria, quæ Patres antiqui desiderabant; scilicèt; eruditionem; redemptionem; liberationem. Dicit prima: *O sapientia, quæ ex ore Altissimi prodisti; veni ad docendum nos viam prudentię.* In secunda petebatur redemptio. Vndè: *O Adonai, dux domus Israel:* Et cætera: *Veni ad redimendum nos in brachio extento.* Tertia petit libertatem. Vndè: *O radix Iesse, qui stas in signum populorum:* Et cætera: *Veni ad liberandum nos, iam noli tardare.* Item, prędictæ tres ad primum pertinent adventum. Aliæ

tres, quæ ſequuntur, pertinent ad ſecundum adventum; ſcilicèt; in cor; propter tria, quæ illaqueati petunt; ſcilicèt; à tenebris peccatorum purgationem; gratiæ illuminationem; ſalutem contra tentationem.

306 Vndè, in prima ſic petunt. *O clavis David*; Et cętera: *Educ vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris, & vmbra mortis.* In ſecunda, gratiæ illuminationem. Vndè: *O oriens, ſplendor lucis eternæ, & ſol iuſtitiæ: Veni, & illumina ſedentes in tenebris, & vmbra mortis.* In tertia; ſalutem. Vndè: *O Rex Gentium*, & cætera. *Veni, & ſalva hominem, quem de limo formaſti.* Septima eſt de tertio adventu in maieſtate, in qua, vnum poſtulat; iuxta illud; *Vnam petij à Domino, hanc requiram*; ſcilicèt; ſalutem æternam; quaſi in prędcedenti petebatur ſalus temporalis, contra temporales tentationes. In hac petitur ſalus æterna. Vndè: *O Emmanuel, veni ad ſalvandum nos, Domine Deus noſter.* Emmanuel interprætatur, nobiſcum Deus. Tùnc enim erit nobiſcum; & numquam ab eius amplexibus poterimus ſeparari; nèc eius prędentia carere.

Emmanuel interprætatur, nobiſcum Deus.

CAPVT III.

VERS. I.

IN LECTVLO MEO PER noctes quæſivi, quem diligit anima mea: Quæſivi eum, & non inveni.

Ubi non invenitur Dominus.

1 IN lecto carnalis voluptatis quærit quis ſummum bonum, & non invenit. Sicut opinio Sarracena; quia qui ſectantur illam dicunt; quod ſummum bonum in vita eſt voluptas in nocte ignorantiæ. Quærunt Iudæi Deum, & non inveniũt. Iob 28. *B. Sapientia vbi invenitur? & quis eſt locus inteligentiæ? Neſcit homo prętium eius, nec invenitur in terra ſuaviter viventium.* Sequitur, *Abyſſus dicit: In me non eſt: Et mare loquitur: Non eſt mecum.* Abyſſus dicit, corda per lapſum fluida, & per duplicitatis caliginem tenebroſa. Eſt autem mare, tumultuoſum cor ſuperborum, nèc ibi invenitur ſapientia. Sequitur. *Non dabitur aurum obrizum pro ea, nèc apendetur argentum in commutatione eius.* Aurum obrizum eſt ſubſtantia Angelica, quæ eſt pura, & clara, nullus tamen eorum æquiparatur: Similitèr nèc argentum; ſcilicèt; viri eloquentiſsimi ei poſſunt æquipararari.

Iob.28.B

Abyſſum.

Mare tumultuoſum.

Aurum obrizum.

2 Iſai. 1. *B. Vulnus, & livor, & plaga tumens, non eſt circumligata, nèc curata medicamine, neque fota oleo.* Vulnus avaritiæ, quod eſt apertum: Tumor luxuriæ, qui eſt livor ſanguinis ſub cute; Plaga tumens ſuperbiæ. Iob 1. D. *Chaldæi fecerunt tres turmas, & invaſerunt camelos, & tulerunt eos, nèc non, & pueros percuſſerunt gladio.* Chaldęi, quaſi vbera: Quaſi feræ: Quaſi Dęmones. Vbera ſunt in luxuria, & gula, quæ ſuaviter ſuggunt. Feræ ſunt in avaritia; quoniam pro pecunia maiores devorant ſubditos; & vt feræ in illos deſeviunt. Item, Dæmones ſunt in ſuperbia; quia Diabolus eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Igitur Dæmones dicuntur, qui ſuperbiam Dæmonum imitantur.

De tribus generibus vitiorum: Uel de triplici turma.
Iſai. 1. B. Vulnus avaritię, tumor luxuriæ, plaga tumens ſuperbiæ.
Iob. 1. D.

3 Tres turmæ ſunt, vt dicit Ioanes in prima 2. C. *Quidquid eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis; aut concupiſcentia occulorum, aut ſuperbia vitæ.* Iſtæ tres turmæ, ſcilicet, tria peccata; bona Iob; id eſt, Chriſti, ſcilicèt; animas fideles; invadunt percutiunt, & perimunt. Iſti ſunt Adam, Cain, & Lamech: Adam peccavit per ſuperbiam. Cain per avaritiam. Lamech per luxuriam. Iſta ſunt tria media inter nos & Deũ ſcilicèt; Nubes Ieremię; *Trenorum 3. E.* Murus David: Sartago Ezechielis. 12. Nubes Ieremiæ, id eſt; avaritia: Murus David 2. *Reg.* 5. id eſt; ſuperbia. Sartago Ezechielis; id eſt, gaſtrimargia, ſivè ventris ingluvies.

De triplci turma.
1. Ioann. 2. C.

De tribus quæ animas fideles invadunt: Percutiunt: Et perimunt.

Trenis 3. E.

4 Iſta ſunt, lutum avaritiæ; lutum luxuriæ; palea; ſuperbia; in quibus filij Iſrael diſperſi per Ægyptum laboraverunt, & multi in his noſtris

De tribus quæ Hoſpitem ſuum: Et expellunt de domo.

noſtris temporibus laborant. Iſta ſunt illa tria, quæ hoſpitem ſuum expellunt de domo; ſcilicèt; fumus; ſtilicidium; mala vxor. Fumus; ſcilicèt; ſuperbię. Stilicidium avaritiæ: Mala vxor, carnis concupiſcentia. Iſta ſunt, quæ male remunerant hoſpitem ſuum; ſcilicèt; mus in pera; ſerpens in ſinu: Ignis in gremio. Mus in pera, curioſitas in mente. Serpens in ſinu, ſuperbia in corde; quoniam primus ſerpens per ſuperbiam peccavit. Ignis in gremio, luxuria in carne.

De tribus quæ Male remunerant hoſpitem ſuum.

De tribus quę tranſierunt ante Eliam cum eſſet in porta ſpeluncæ. 3. Regum 19. C.

5 Hæc ſunt tria, quæ tranſierũt coram Eliam 3. *Regum* 19. C. Tria tranſierunt ante Eliam: *Spiritus grandis, & fortis ſubvertens montes, & conterens petras ante Dominum: Non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio: Non in commotione Dominus; & poſt commotionem ignis; non in igne Dominus. Et poſt ignem ſibilus auræ tenuis.* Spiritus grandis, & fortis eſt ſuperbia, quæ montes & petras; id eſt; altos, & conſtantes plerunque ſubvertit. Commotio eſt cupiditas, quæ ad multa illicita commovet, vt divitiæ acquirantur. Movet enim Clericos ad ſimoniam: Milites ad rapinam: Mercatores ad periurium: Burgenſes ad vſuram; & ſic de ſingulis. Ignis eſt luxuria, quæ totum hominem accendit donec adimpleatur. Sed poſt ignem ſibilus aurę tenuis; & ibi Dominus, hoc in humilitate, quæ quemlibet facit ſe reputare auram tenuem; & ibi Dominus.

Spiritus grandis, & fortis eſt ſuperbia. Commotio eſt cupiditas.

Ignis eſt luxuria.

Iob. 8. B.

Matth. 4. A.

Apocal. 9. C.

6 Hæc ſunt illa tria de quibus Iob 28. *B. Sapientia vbi invenitur? Et quis eſt locus intelligentiæ?* Et cætera vt ſupra. In Math. 4. *A. Si Filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Ecce peccatum carnis. *Si filius Dei es, mitte te deorſum.* Ecce vana gloria. *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.* Ecce avaritia. Item, Apocal. 9 C. *Et vidi equos in viſione*: Sequitur: *Et de ore eorum procedit ignis, & fumus, & ſulphur.* Ignis; ſcilicet; ardens; fumus excæcans; ſulphur fœtens. Ignis avaritiæ: Fumus ſuperbiæ: Sulphur luxuriæ. Sequitur. *Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum de igne, & de fumo, & de ſulphure, quę procedebant de ore eorum.* Merito dicit; tertia pars hominum. Quidam enim aſcendunt in cęlum vt perfecti: Quidam tranſeunt per Purgatorium, vt imperfecti; Tertij deſcendunt in infernum, vt impij. Et hęc eſt tertia pars hominum, quæ his tribus plagis moritur. In Iſai. 15. *A. Omnis barba radetur in terminis eius.* Id eſt; Omnis fortitudo auferetur, mixta in fauſto temerario, in quo ſunt viæ, quę ducunt ad inferos.

Iſai. 15. A.

VERS. II.

SVRGAM, ET CIRCVIBO CIvitatem: Per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea.

De deſiderio amantis.

7 Greg. *Qui maximo deſiderio æſtuat, quidquid tenet, ei non ſufficit, donèc dilectũ inveniat: Secundum perſeverantiam;* In quibus ſubiungit ille Gregor. in homilia de virginibus: *Qui cæleſtis vitæ dulcedinem, quanto poteſtas admittit perfecte cognovit, & ea, quæ in terris amaverat, cuncta libenter derelinquit, in comparatione eius villeſcunt omnia; deſerit habita; congregata diſpergit; inardeſcit in cęleſtibus animus; nil in terrenis libet; deforme conſpicitur, quidquid de terrenæ rei placebat ſpe, quia ſola prętioſę margaritæ claritas fulget in mente.* Ideò dicitur in Pſalm. 76. A. *Renuit conſolari anima mea*: Scilicèt; in terrenis. *Sed memor fui Dei, & delectatus ſum.* Ideò ſponſa ſurgit per vicos, & plateas ad quærendum dilectum.

Greg.

Pſalm. 76. A.

Civitas eſt Eccleſia. Vicini ſunt, &c. Plateæ

8 Civitas eſt Eccleſia. Vicini ſunt ſpirituales viri, qui per artam viam incedunt in Paradiſum. Plateæ ſunt ſeculares, qui per amplam viam nituntur intrare, vt coniugati: Quaſi; in Religioſis, & ſecularibus inveniantur aliquã inditia ſponſi. Notandum, quod eſt triplex civitas: Scilicèt; Eccleſia malignantium: Eccleſia militantium: Eccleſia triumphantium. De civitate malignantium dicit Propheta Malach. 3. *B. Ego Dominus, & non mutor.* Ierem. 50. *A. Dicite capta eſt Babylon, confuſus eſt Bel, victus eſt Merodach.* Babylon interpretatur confuſio, & ſignat luxuroſos; de quibus Ierem. 20. C. *Confundantur vehementi confuſione, quia*

De civitate triplici: Vel de civitate malignantiũ Eccleſia. Ierem. 50. Babilon interpretatur confeſsio. coremia 20. C.

quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod nunquam delebitur.

Bel interterpretatur ſine iugo. Merodach terpretatur amaritudinem.

9 Bel, interpretatur, ſine iugo, & ſignat ſuperbos. Merodach amaritudinem imitantes, & ſignat cupidos, & avaros, qui ſunt in amaritudine cupiditatis. Et tamen totum eſt Babylonia, tota eſt confuſio. Hæc civitas eſt congregatio impiorum. De qua in Apocal. 18. E. *Væ, væ civitas illa magna, quæ amicta erat byſſo, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioſo:* Sequitur: *Quia vna hora deſolata eſt. Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum, & miſsit in mare, dicens hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna in infernum, & vltra iam non invenietur.* De civitate militantium. Iſai. 60. A. *Surge illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.* De Civitate triumphantium dicitur in Pſalm. 86. *A. Glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei.*

Apocal. 18. E

Iſai. 60. A.


Pſalm. 86. A.

10 Prima civitas habet vicos, & plateas plenas vſura, & dolo. Vndè in Pſalm. 54. *B. Et non deficit de plateis eius vſura, & dolus.* Et in inferno habebit plateas plenas luctu, & fletu. In Apocal. 18. *C. Flebunt, & plangent ſuper illam Reges terræ, quia cum illa fornicati ſunt, & indelitijs vixerunt.* Hi fornicantur cum Babylonia, qui mundum diligunt, & gloriam eius. Secunda habet vicos, & plateas, religioſos, & coniugatos, vt, hic. Tertia habet vicos, & plateas, id eſt, Angelos, & homines in æterna beatitudine exultantes. Tobia 13. *D. Beatus ero ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndam claritatem Ieruſalem. Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius ſternentur; & per vicos eius alleluia cantabitur.* In vicis autem, & plateis millitantis Eccleſiæ, non invenies Chriſtum. Vndè, Sequitur: *Quæſivi illum, & non inveni.*

Pſalm. 54. B.

Apocal. 18. C.

Tobia. 13. D.



VERS. III.

INVENERVNT ME VIGILES, qui cuſtodiunt civitatem: Num quem diligit anima mea vidiſtis?

Qui dicuntur vigiles.

11 VIGILES ſunt Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, Prædicatores, & qui in lege Domini meditantur die, ac nocte vigilantes, & expectantes adventum Domini. Ab illis quærit dilectum, & ipſi per doctrinam dilectum demonſtrant. Vndè; *Paululum cum pertranſiſſem eos.* Id eſt, cum non conſiderarem perſonas eorum; ſed prædicationem: *Inveni quem diligit anima mea.* Vt dicitur in Luca 24. *E. Quoniam in fractione panis:* Id eſt; apertione ſcripturarum; *cognoverunt Ieſum. Inventa autem vna prætioſa margarita, vadit, & vendidit omnia, quæ habuit. Math. 13. F.* Qui autem parvip endet omnia temporalia, emit illam, vt dictum eſt ſupra.

Luce 24. E.

Math. 13. F.

VERS. IV.

TENVI EVM, NEC DIMITtam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

De multiplici detentione.

12 HOC dupliciter exponitur. Primò dicit Eccleſia, quia ex quo per fidem Chriſtum invenit, non vult eum dimittere, donec introducat eum in fine mundi in domum ludæorum, quando reliquiæ Iſrael ſalvę fient. Moraliter; dicit anima fidelis: Ex quo fidem ſemel ſuſcepi, non dimittam eum, donec introducam eum in ſupernam Ieruſalem. Iſtud tenere, eſt perſeveranter Deo in hęrere. Quidam tenent eum, vt perimant: Quidam, vt benedictionem acquirant: Quidam vt devotionem augeant.

13 De his, qui tenent, vt perimant, ſcriptum eſt, in Math. 26: *E. Tùnc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum.* Quibus ait. *Quotidie apud vos eram in templo docens & non me tenuiſtis.*

Math. 26. E

Hoc

Hoc eſt. Quod non tenuiſtis per fidem, nec per bonam operationē: Nunc tenetis per pravitatem, ad interremptionem. *Similes illis fiant qui faciunt ea.* Pſalm. 113. *B.* Qui fidem recipiunt; ſed per pravum opus interficiunt. Tenuit Iacob Angelum, vt impetraret benedictionem. Vndè in Geneſ. 32. *F. Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Hęc lucta fuit vt dicitur in Oſee 12. *A. In fortitudine ſua directus eſt cum Angelo: Et invaluit ad Angelum, & confortatus eſt: Flevit, & rogavit eum.* Hoc eſt, tenere, & luctari cum devotione, & lacrymis fortiter inſtare, vt aliquid impetret.

Pſal. 113. *B.*

Geneſ. 32. *F.*

Oſſee 12. *A.*

14 Tenuerunt eum mulieres, ad augmentum devotionis. Vndè in Math. 28. *B. Acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius, & adoraverunt eum.* Qui enim tenent, quem deſiderant, devotionem in ſe excitant. Vndè Iob 34. *B. Si direxeris ad eum cor tuum, ſpiritum quoque, & flatum ad ſe trahet.* Sponſa autem tenet eum perſeverando: Secundum illud Math. 10. *C. Et* 24. *B. Qui perſeveraverit vſque in finem, hic ſalvus erit.*

Matth. 28. *B.*

Iob. 34. *B.*

Maith. 10. *C. & 24. B.*

VERS. V.

ADIVRO VOS FILIÆ IERVſalem per capreas, cervosque camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.

15 EXPONATVR vt ſupra in hoc C. num. 1. expoſitio ſuper illud: *In lectulo meo*: Et cætera.

VERS. VI.

QUÆ EST ISTA, QVÆ AScendit per deſertum. ſicut virgula fumi ex aromatibus mirrhæ, & thuris, & vniverſi pulveris pigmentarij?

Vox Sinagogæ de laude Eccleſiæ: Vel de Aſcenſione fidelis animæ; aut Virginis Mariæ.

16 VIDENS quilibet ſanctam animæ converſationē, admiratur dicens: *Quæ eſt iſta?* Et cætera. Anima enim fidelis odore Chriſti accenſa, terrena taſtidijt; interiora contemnit; ad altiora ſe erigit; cæleſtia appetit. Iſta anima; ſcilicèt; iſti, non paſſibus pedum: ſed paſſibus bonorum affectuum ad cælos conſcendit. Gre. *Si adhùc hic tenemur infirmitate corporis; Sequamur tamen cum greſibus amoris.* Et quomodo aſcendit? *Sicut virgula fumi.* Quando multæ ſpectationes ſimul teruntur: Vel alitèr: Comburuntur. Vndè ſubiungitur: *Ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniverſi pulveris pigmentarij.*

Gregor. in homil. 29 ſup. Marc. in fine.

17 Quatuor ſunt deſerta. Primum infernus. Secundum mundus. Tertium aſperitas converſationis. Quartum Patria cæleſtis. De primo. Ezechiel. 29. *A. Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti draco magne*: Et cætera: Sequitur: *Proijciam te in deſertum, & omnes piſces fluminis tui.* De ſecundo, in Exod. 3. *F. Ibimus viam trium dierum ſacrificare Domino in deſerto.* Id eſt, in mundo iſto. De tertio; in præſenti loco. *Quę eſt iſta quæ aſcendit per deſertum.* In quo Ioannes prædicavit. *Lucæ* 3. *D.* Elias fugit. 3. *Regum* 19. *A.* Chriſtus ieiunavit. *Math.* 4. *A. Marc.* 1. *B. Luca* 4. *A.* De quarto: *Dominus reliquit nonaginta novem in deſerto, & quæſivit ovem, quæ perierat. Luca* 15. *A.* Primum deſertum execrandum eſt. Secundum eſt fugiendum. Tertium eſt aſcendendum. Quartum eſt perveniendum.

De quadruplici deſerto.

Ezechiel 29. A.

Exod. 3. *F.*

Luc. 3. *D.* 3. *Reg.* 19. *A.* *Matth.* 4. *A.* *Marc.* 1. *A.* *Luc.* 4. *A.* *Luc.* 15. *A.*

18 Exponitur de beata Maria Virgine. Beata Maria virgo eſt virga florifera. Fructifera, ſive fœta. Florifera fuit in Chriſti nativitate. Fructifera in Chriſti paſſione. Fuit fœta in prima aſſumptione. De eo quod fuit virga florida, dixit Iſai. 11. *A. Egredietur virga de radice Ieſſè*; in ſui nativitate. *Et flos de radice eius aſcendet*; quando Chriſtus natus eſt ex ea. Undè quidam. *Virgo Dei genitrix, virga eſt: Flos, filius eius.* De eo quod fuit virga fructifera; ſignificatum fuit per virgam Aaron; de qua in *numeris* 17. *C.* Legitur, quod Moyſes poſuit eam in tabernaculo coram Domino, & inventa eſt; quod germinavit; fronduit; floruit, & amigdalas dedit, ſive protulit. Hæc virga, eſt beata virgo Maria; cuius folia ſunt ſacra verba; frondes, miſerorum protectiones. Multos, à periculis animæ, & corpo-

De multiplici privilegio Beatæ Mariæ: Vel de multiplici laude eius. Maria Virgo. Iſai. 11. *A.*

Num. 17. *C.*

Beata Virgo fuit virga, & Amigdala 19 folia ſunt, frondes ſunt.

poris, ab incendijs Diaboli, protexit. Flores ſunt, miraculoſæ operationes, quibus tota Eccleſia ſicut roſis, & lilijs florigeratur. Amigdala, quæ protulit, eſt Chriſtus. Lac amigdalarum ſolet, dari infirmis. Hęc amigdala vere ſunt medicinalia. Certè, numquam vidi, numquam audivi talem medicinam, quæ vere ſanaret, & de mortali, immortalem faceret. Et ſicut amigdalę primo teruntur, & cum aqua temperantur; ſic Chriſtus primò fuit in mortario paſsionis attritus; cum aquis tribulationis, quaſi totus diſtemperatus. Ita factum eſt lac infirmorum, & ſanitas languidorum.

Flores ſunt.

Amigdala.

Iob. 14. C.

20 De hac attritione. Iob 14. C. *Homo, cum, dormierit, non reſurget, donec atteratur cælum, non evigilabit, nèc conſurget dè ſomno ſuo.* Quaſi diceret; Homo non reſurget, ad veram ſanitatem, donec cælum cælorum, quod eſt Chriſtus atteratur paſsione: Sed poſt attritionem, eos qui dormierunt, eduxit de tenebris, & ab omni moleſtia animæ, & corporis ſanavit. Quod autem dicitur, quod Amigdalas protulit, verum eſt, quoniam dedit nobis vnũm amigdalum, ex quo omnia Amigdala, omnes ſancti; ſicut palmites a vite proceſſerunt. Chriſtus ergò, qui fuit flos in nativitate, vt mundum odore virtutum, & miraculorum repleret; ſic factus eſt Amigdala in paſsione, vt ſalutem humano generi conferret. Ad hanc virgam introducitur Aaron prę monitione virgę; dicens: *Vt mera virga vires, nec tellus dat tibi vires: Sed paris, abſque maris ſemine, ò ſtella maris.* Hæc eadem fuit ſumme fæta, in aſſumptione, quando aſcendit per deſertum mundi, & cæli ſuper choros Angelorum, delitijs virtutum, & bonorum operum affluens.

21 Item, *Ex aromatibus mirrhę, & thuris.* Permyrrham mortificationem carnis intelligimus. Per thus odorem devotionis. Nèc iſta ſolia; ſed omnes virtutes, omnia bona opera ſpiravit. Undè ait: *Univerſi pulveris pigmentarij.* Species primò pulverizantur, poſtea cum melle diſtemperantur, & fit electuarium. Sic virtutes beatæ Virginis fuerunt per humilitatem pulverizatæ; quoniam vt dicit Greg. *Qui virtutes ſine humilitate congregat; quaſi pulverem in vento portat.* Fuerunt autem pulverizatę per humilitatem; diſtemperatæ melle divinitatis, vndè optimum electuarium fit animarum.

De comparatione ſpecierum comparatarum virtutibus beat. Virginis.

Greg. in expoſitione Pſalm. 3. pœnitent. in verſ. 3. non eſt ſanitas, &c.

22 Vndè Bernard. *Plena eſt gratiarum, plena rore cæleſti, inniꝛa ſuper dilectum, delitijs affluens; Ciba hodie pauperes tuos divina cibaria, quorum catelli edunt de micis.* Matth. 15. C. *Nèc puero Abrahæ tantum; quin & Camellis eius potum tribuas.* Geneſ. 24. C. *De ſuperfluenti hydria tua, quia tu vere puella es prælecta, & præparata Altiſsimi Filio, qui eſt Benedictus in ſæcula ſęculorum amen.* Benigna Domina de illa fragrantia nos reficias; odorem humilitatis, quo totus mundus iam indiget, nobis tranſmittas, vt in odore vnguentorum tuorum currentes, properemus venire ad filium tuum.

Bernard. Serm. Beatæ Mariæ: Super illud: Signum magnum apparuit in cælo in fine. Matt. 15. C. Geneſ. 24. C.

VERS. VII.

EN LECTVLUM SALOMONIS ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſrael: Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſsimi.

23 SAlomon interpretatur pacificus, & ſignat Chriſtum, cuius locus eſt in pace. Ipſi lectum facimus, quando à mundana ſolicitudine ceſſamus. Per ſexaginta Fortes; Omnes perfectos in Eccleſia intelligimus, qui omnem in ſex diebus decalogum implent. Perfecti gladios tenent, qui verbum Dei implent; & ad bella ſunt doctiſsimi, dùm alios inſtruunt, qualiter lectum Salomonis defendere debeant.

Quid Salomõ ſignat: Quid lectus: Quid ſexaginta fortes: Quid gladij: Quid ad bella doctiſsimi.

24 Eſt autem triplex lectus Salomonis: Coniugatorum; ſcilicèt; Viduarum: Et virginum. Primi licèt debitum ſolvant; curant ſe a criminali cuſtodire. Secundi, continere; Tertij, ex toto vacare. Primi habent fructum trigeſimum. Secundi ſexageſimum. Tertij, centeſimum. Hunc lectum debent Fortiſsimi ambire. Fortes ſunt laici: Fortiores Clerici: Fortiſsimi debent eſſe Prælati.

De triplici Lecto.

Qua-

De fortitudine qnadruplici.

25 Quadruplex eſt fortitudo: Neceſſaria eſt Prælato fortitudo in divinis meditandi; bene operandi; prædicandi; orandi. Meditandi eſt neceſſaria, quia vt dicit Bernard. *Nimis difficile eſt, cor tenere, & ab illicita cogitatione ſervare.* Idem; *Solent dicere homines huius ſeculi, bonum caſtellum cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit. Nos autem, non ſic; Sed vile ſterquilinium cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit.* Vndè Apoſtolus ad Galatas 6. B. *Qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem.* Sed dicit tibi Salomon in Prover. 4. D. *Omni cuſtodia ſerva cor tuum.*

Bernard.

Bern. Parvo Serm. 46.

Galatas 6. B.

Prover. 4. D.

26 Diabolus enim nititur, vel ignem apponere, vt comburatur; vel aquas, vt extinguatur. Aqua eſt neceſſaria ad exteriora abluenda; ſed cum intrat ad animam, homo ſuffocatur. Similiter, cum aquæ divitiarum intrant ad animam vſque, per cupiditatem, quod contigit, quando quis, per delectationem cor apponit; tunc homo ſuffocatur. Undè neceſſe habet, clamare ad Dominum, dicens. *Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ vſque ad animam meam. Pſalm. 68. A.* Et Ionàs proiectus in mare, ait 2. B. *Circundederunt me aquæ vſque ad animam: Abyſſus vallavit me, pelagus operuit caput meum.* Pelagus caput cooperit, cum abundantia divitiarum mentem comprimit.

Aqua eſt neceſſaria.

Pſalm. 68. A. Ionas 2. B.

Abundantia divitiarum.

27 Tùnc omnes ſenſus capitis aquis replentur, quia circa divitias collocantur. Sic miſer ſubmergitur, & anima ſuffocatur. Sed ſicut natans totum corpus in aquis collocat; Sed caput erigit, ne ſubmergatur; Sic, licèt corpus noſtrum in præſenti miſeria exigente veſtibus, cibis, ac cæteris temporalibus collocetur; mens tamen in altum erigatur, vt oculi noſtri ſint ſemper ad Dominum; oculi; ſcilicèt; cordis. Sed proh dolor! Cum ipſum cor ſit, ſedes Dei, & calix corporis, & ſanguinis Domini; Immò totius Trinitatis; quidam ponunt, ſeù collocant illud, in immunditia.

Cor eſt ſedes Dei.

28 Si aliquis calicem altaris luto impleret, horribiliter peccaret. Sed attende, quia magis peccant, qui immunditiam collocant in calice cordis ſui; de quibus Ezechiel 14. A. *Fili hominis, viri iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis.* Hi ſunt, qui videntes pulchram mulierem, cogitant in cordibus ſuis, qualiter immunditiam cum ea implere valeant. Hi iam mechantur in corde. *Matth. 5. D.* Quid autem de his Dominus dicat, legitur in Ezechiele 14. B. *Quicumque autem advena fuerit in Iſrael, ſi alienatus fuerit à me, & poſuerit Idola ſua in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam, & venerit ad prophetam, vt interroget per eum me: Ego Dominus reſpondebo ei per me; Et ponam faciem meam ſuper hominem illum, & faciam eum in exemplum, & in proverbium, & diſperdam eum de medio populi mei: Et ſcietis quia ego Dominus.*

Ezechiel 14. A.

Matth. 5. D. Ezechiel 14. B.

29 Attende frater, ne dicas, ego non pono idola in corde, immò execror. Certe immò ponis, & non execraris; ſed veneraris; quia quotieſcũque foves malam cogitationem; tunc idolum fabricans ponis in corde tuo; & ſic ſtatuis ſcandalum iniquitatis tuæ contra faciem tuam; quia tota illuc tendit facies mentis, ſeù cogitatus tui. Nonne videtur tibi à Deo alienari, & idolum venerari, qui tota mentis devotione, & animi propoſito de meretrice meditatur, & totis viribus, vt cum ea deſiderium carnis ſuæ expleat, operatur; & quod peius eſt, vt in peccato perſeveret, conatur? Alienatur enim à Deo, proijciendo mandata Dei poſt ſe.

Idola venerari.

30 Præcipit enim Dominus: *Non mœchaberis.* Sed quid reſpondet iſte: Recede à me, durus eſt ſermo tuus, faciam quod mihi placet: Et ſic Deo contempto, tota mentis aviditate in meretrice debacchatur; ſi non opere, forte quia non poteſt, vel non adeſt opportunitas; ſaltem peſsima delectatione cogitationis. Ecce idolum, frater, quod veneraris, & in corde tuo ponis: Ecce ſcandalum iniquitatis tuæ, quod contra faciem tuam ſtatuis.

31 O homo, inſignita Dei imago, redempta Chriſti ſanguine; quid tibi cum Diabolo? Proijce feſtinanter, & expelle de corde tuo idolum, pravam, ſcilicèt, cogitationem; iuxta illud, quod legituri

Quod immundæ cogitationes ſunt extinguendæ.

4. *Regum* 9. F. in 4. *Regum* 9. F. *Iehu Rex Iſrael venit in Iezrabel. Porro Iezabel* (peſsima Regina) *introitu eius audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornabit caput ſuum, & ponens ſe ad feneſtram reſpexit ingredientem Iehu per portam. Levavit que Iehu faciem ſuam ad feneſtram, & videns eam ait: Quæ eſt iſta? Et inclinaverunt ſe ad eum duo, vel tres eunuchi, & dixerunt: Hæc eſt Iezabel: At ille dixit eis: Præcipitate eam deorſum, & præcipitaverunt eam. Cumque ingreſſus eſſet, vt comederet; bibiſſet que, ait: Ite, & videte maledictam illam, & ſepelite eam: Quia filia Regis eſt. Cumque iiſſent, vt ſepelirent eam, non invenerunt niſi calvariam, & pedes, & ſummitates manuum.*

Iezabel quid interpretatur

32 Iezabel peſsima Regina in Iſrael, exterius pulchra, ſed fornicationibus & beneficijs plena, tres habet interpretationes; ſcilicet; fluxus vanus: Fluxus ſanguinis: Sterquilinium; & ſignificat peccatum, quod conſiſtit in fluxu vano dignitatum, & divitiarum. Item, in fluxu ſanguinis luxuriæ, & gulæ, ad quas obtinendas plerique à Dei gratia fluunt in culpam, & tandem in gehennam. Iehu Rex Iſrael ſignificat perfectum, qui ſe, & alios regere novit. Iuſtus quilibet tanquam Iehu levat faciem ſuam, ſivè erigit ad feneſtram, quæ dicitur, quaſi ferens extra: Quando conſiderat exteriora: Nam tunc quaſi per feneſtram ſenſuum ſe ingerit ad cognoſcendum quid quid ſit.

Iehu Rex Iſrael ſignificat perfectum.

33 Et ecce Iezabel, quæ pingit oculos ſuos ſtibio, & caput ſuum ornat; hoc eſt, vanitas huius mundi ſemper apparere deſiderat. Hæc vanitas conſiſtit in divitijs, & delitijs. Et vanis pulchrum videtur alijs præſici; ab alijs honorari; huic dicere, vade, & vadit; & alij, veni, & venit. Pulchrum eſt habere domos amplas, veſtes pretioſas, multos aureos, & varia ſupellectilia, & huiuſmodi: Similiter pulchrum apparet, ſplendide comedere, & diverſis vinis vti; pulchram, & ornatam feminam habere. Sed hæc omnia ſi bene advertimus, ad voluptatem, & vanitatem referuntur, & retorquentur, & ſunt ſterquilinium viliſsimum, & congregatio peccatorum,

Quod omne peccatum quã tuncumque appareat pulchrum: Debet reputari ſterquilinium.

34 Igitur cum iſta tibi, tanquã Iezabel ſe ingerunt ad feneſtram, vt eis delecteris, ad hoc vt animam tuam capiant; elevans oculos orationis, & conſiderans quoniam ad interitum animæ, & fornicationem cum hoc mundo provocant; Debes dicere cum indignatione: Quæ eſt iſta? Et debes per duos Eunuchos; id eſt; fortitudinem, & temperantiam, eam deorſum præcipitare. Mediantibus enim iſtis duobus eunuchis, id eſt, fortitudine, & temperantia; omnis noxia tentatio, & omnis fœtor peccati debet expelli, & ſterquilinium putidiſsimum reputari. Iehu Rex reputavit Iezabel vilem, quam alij habuerunt pro Regina: Sic & tu mundum, vanitatem, dominationis voluptatem, quod multi ſtulti reputant pretioſum; reputa ſterquilinium, laqueum, & interitum animæ.

Fortitudo, & temperantia.

35 Vndè in 3. *Regum* 15. C. *Rex Aſa Maacham matrem ſuam amovit, ne eſſet Princeps in ſacris Priapi, & in luco eius, quem conſecraverat: Subvertit que ſpecum eius, & confregit ſimulachrum turpiſsimum, & combuſsit, & proiecit in Torrente Cedron.* Hæc mater eſt, de qua ibi dicitur Beatus cuius pater mortuus eſt, & concupiſcentia mater. Tunc mater eſt Princeps in ſacris Priapi; quando concupiſcentia carnis luxuriæ deſeruit. Specum ſubvertit, qui cogitationes actuum obſcenorum à ſecreto cordis tollit. Multi exterius opera luxuriæ deteſtantur: Tamen in pariete ſui cordis diverſa genera reptilium per turpes cogitationes depingunt. Debes igitur, frater, ſimulachrum turpe comburere; id eſt, turpes cogitationes, ſivè imaginationes, quas cogitando fingis, igne devotionis annihilare, & proijcere in Torrente Cedron. Torrens Cedron eſt paſſio Chriſti, & Sanctorum, qui ſunt ligna imputribilia. Recordatione ergò paſsionis Chriſti, & ſanctorum debemus omnes turpes cogitationes extinguere.

3. *Regum* 15. C.

Torrẽs Cedrõ eſt paſsio Chriſti.

36 Debet etiam Prælatus eſſe fortis in operatione. Vndè Michææ 4. D. *Surge, & tritura filia Sion; quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam æreas: Et comminues*

De fortitudine Prælati in operatione. Mich. 4. D.

populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniverſæ terræ. Prælatus habet cornu ferreum, quando habet virtutes inexpugnabiles : Vngulas æreas, quando ſtrenuus eſt in operatione : Puta in ieiunijs, & vigilijs, & eleemoſinarū largitione. His vngulis, quaſi æreis, comminuit populos, id eſt, vitia populorum, & interficiet rapinas eorum; id eſt ; cupiditates. Quoniam vt dicit Hieronym. *Rapinam facere convincitur, qui vltra neceſſaria retinere comprobatur.* Et fortitudinem eorum; id eſt, luxuriam, & gulam, quæ eſt fortitudo aſinina. Nā qui fortis eſt in rebus: debilis eſt in interioribus, & fortitudinē habet in gula; de qua Iſai. 5. E. *Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.*

Hieronimus

Iaia 5. E.

37 Debet autem habere fortitudinem David; de quo legitur in 2. Regum 23. A. *Ipſe eſt quaſi teterrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.* Per hoc quod dicitur *Vermiculus*; Notatur infirmitas carnis, quæ quando plus confert, vt ſpiritus ſit fortis. Quoniam vt dicit Apoſtolus 2. *ad Corinth.* 12. D. *Cum infirmior, tunc potens ſum.* In hoc quod dicit; *Octingentos*; Notatur vniverſitas vitiorum ; quia ſeptem ſunt mortalia, & octavum eſt ſuperbia. Ille impetu vno octingentos interficit, qui omnia vitia ſimul interimit. Quidam non vno impetu; ſcilicet; qui luxuriam interficiunt; Sed caſtrimargiam, vel avaritiam nutriunt.

2. Regum 23. A.

2. ad Corinth. 12. D.

38 De fortitudine in prædicatione. Michææ 3. C. *Repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini, iudicio, & virtute : Vt annunciem Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuum.* Hoc eſt officium Prælatorum, ne oleo adulationis inungant vitia, non palpent ; ſed ſtimulent ; vt dicitur in Iſai. 58. A. *Clama neceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Aut ſicut dicitur in eodem Iſai. 3. C. *Populo meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt.* Sicut faciunt falſi Prædicatores, qui pro pecunia peccata dimittunt, animas abſolvunt, impios iuſtificant, & iuſtitiam auferunt ab eo, qui iuſtus eſt.

De fortitudine in prædicatione: Michea 3. C.

Iſaia 58. A. NOTA.

Iſaia 3. C.

Prædicatores falſi.

39 De quibus Ezechiel 13. C. *Cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum; & violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur, & vivificarent animas, quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendatijs.* Plerunque enim afferunt dicentes. Qui dederit denarium hoſpitali, vel huiuſmodi; omnia ei peccata remittuntur ; animæ nunquam damnabuntur; & animæ parentum ab inferis extrahentur. Et ita pro modico olei, vel fragmine panis, iuſtitiam Dei violant, & mortuos vivificant. Qui verò non dederit ori eorum quidpiam, ſuſcitant ſuper eum bellum

Ezech. 13. C.

40 Iſti ſunt ſacerdotes Baal, quos interfecit Elias iuxta torrentem Ciſſon. *Pſalm. 82. B.* Vt habetur in 3. *Regum* 18. *G. Dixit Elias apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis : Quos cum apprehendiſſent, duxit eos Elias ad Torrentem Ciſſon, & interfecit eos ibi.* Qui fortes ſunt in prædicatione habent linguam medicinalem ſicut canis, latratum acutum, per quos coarcendi ſunt lupi. Sed canis rabidus linguam habet venenoſam, nec bene latrat ; ſed oves devorat. Hi ſunt Prælati morbidi, & morbiferi habentes linguam putridam, ſivè venenoſam, quia de rebus temporalibus, delitijs, & vitijs, ſæpe, & continue loquuntur, vnde ſuoditi intoxicantur : De Chriſto autem, vbi vera medicina conſiſtit raro, immo rariſsimè fantur : Lupos, id eſt, Dæmones, ſivè peccata non arcent ; ſed tanquam canes rabidi, per diverſas extortiones oves devorant. Iſtius modi canes, ſtatim eſſent perimendi.

Pſalm. 82. B 3. Regum 18. G.

Prælati morbidi.

41 Bonus pater familias, fortiſsimum canem, & melius latrantem pro ovibus ſuis quærit. Sed proh dolor ! Econtra Prælati noſtri temporis, non gnaros non morigeros, & diſciplinatos, non prædicatores valentes, cupientes Dæmones, & peccata ab ovium Chriſticolarum caulis arcere : Sed Clericos indiſ-

ciplinatos, ignaros; canes mutos, non valentes latrare, qui venenum temporalium magis ſciunt, & ſitiũt coacervare caulis Chriſti. Scilicèt, ſanctis Eccleſijs præficiunt. Videbis Prælatum, inſcio, indiſciplinato, & fortaſis puero circa ętatem conſtituto, totius boni ignaro, beneficiũ committere mille animarum; cui decem ficus, vel pira commitere cuſtodiendum formidaret quamplurimum.

42 O abuſio patris familias! quam care Chriſtus comparavit, ſivè recuperavit animas, & quam large, & ſine precio, iſte exponit eas. Ideòque oves, & canes à lupis infernalibus devorantur, quia canes non eliguntur ex fortiſsimis Iſrael. Quia ſi cæcus cæco ducatum præſtet; in foveam prius ductor cadit, & indè ſecutor. Homo ſine moribus, ſcientia, & providentia, alterum ſimilem regere volens, prior in foveam mortis, & peccati cadit; deindè ſecutor.

De fortitudine, in oratione.
Exodus 32. *G.*
Geneſ. 32. *F. G.*
Greg.
NOTA.
De cura paſtorali cap. 11 *& Epiſt.* 24.
Gregor. Epiſtol. 24.

43 Fortes debent eſſe in oratione, ſicut Moyſes. *Exodus* 32. *G.* Qui pro populo oravit dicens: *Aut dele me de libro vitæ: Aut dimitte eis noxiam hanc.* Et veniam impetravit. Similitèr Iacob, non dimiſit Angelum, donèc benedictionem impetravit. *Geneſ.* 33. *F. G.* Fortis enim fuit, à quo Angelus victus receſsit. Sed vt dicit Gregor. *Cum is qui diſplicet, ad intercedendum mittitur; irati animus ad deteriora provocatur.* Idem. *Qua itaque fiducia ad Deum pro peccatis alienis interceſſor venio, apud quem de proprijs ſecurus non ſum?* De his quatuor Ieremia 1. D. *Egò dedi te in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram, Regibus Iuda, & principibus eius, & ſacerdotibus, & omni populo terræ, & præliabunt adverſum te, & non pravalebunt; quia ego tecum ſum dicit Dominus.*

Ieremi. 1. *D.*

De fortitudine prælati quadruplici.

44 Quadruplex fortitudo Prælati hic notatur, vt ſit civitas munita multitudine bonarum cogitationum. Columna ferrea, multitudine bonorum operum, vt per bonum exemplum infirmos valeat ſuſtentare: Murus ſit ęreus, perſonoritatem prædicationis, & orationis; vt oratio ſonet in auribus Dei; prædicatio in auribus populi. Vndè *Exodi* 39. *E.* In tunica ſacerdotis erant tintinnabula ne ſine ſono ingredientes morerentur. Gregor. *Sacerdos namque ingrediens moritur; ſi de eo ſonus non auditur.* In ingreſſu audiatur ſonus prædicationis; in ingreſſu ſonus orationis. Greg. *Præconijs quippe officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit.*

Ezod. 39. *E.*
Greg. De cura paſtorali cap. 4. *& exempla* 24. *circa medicum.*

45 Iſti debent eſſe ex fortiſsimis Iſrael; id eſt; ex his, qui fortes ſunt in contemplatione cęleſtium: Non de his, qui potentes ſunt, oculos ſtatuere in terram; *Pſalm.* 16. *C.* Sic quidam fortes ſunt, vt multiplicent terrena ædificia, caſtra, filios generent, ſalmones devorent. Tales ſunt filij Nemrod. *Geneſ.* 10. *B.* qui fuit robuſtiſsimus venator; id eſt extinctor hominum coram Domino. Hi ſunt, qui divitias, & delitias venantur, & ſubditos perverſo exemplo extinguunt. De his in libro ſapientię 6. *B. Iudicium duriſsimum in his, qui præſunt, fiet: Potentes potenter tormenta patientur: Fortioribus fortior inſtat cruciatio.* Sequitur. *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſsimi.* Hi tenent verbum Dei in opere, ad bella contra Dæmones fortiſsimi; qui dicunt cum Apoſtolo: *Non ignoramus aſtutias eius* 2. *ad Corinth.* 2. *C.*

Geneſ. 10. *B.*
Sapientia 6. *B.*
2. *ad Corint.* 2. *C.*

46 Eſt autem triplex gladius: Prędicationis: Compunctionis: Condemnationis. Gladius prædicationis eſt verbum Dei, de quo ſupra. Gladius conpunctionis eſt pœnitentia; de quo Ezech. 5. *A. Fili hominis ſume tibi gladium acutum, radentem pilos: Et aſſumes eum, & duces per caput tuum, & barbam tuam Et aſſumes tibi ſtateram ponderis, & dividies eos.* Gladius eſt pœnitentia. Gladius pungit, ſcindit, ponderat, & ſplendificat. Hæc eſt pœnitentia, quæ cor pungit, per contritionem: Hominem ſcindit à corpore Diaboli, per gtatiam. Quandoquidem per culpam, prius fuit de corpore Diaboli: Sed per gratiam infuſam ab hoc corpore ſeparatur. Scindit etiam per confeſsionẽ, quando peccata in anima congeſta cõfitendo, ſeparat peccata carnalia; fornicationẽ:

De gladio triplici.
Ezech. 5. *A.*
Gladius eſt pœnitentia.

Gu-

Gulam; ebrietatem diſtincte confitendo: Invidiam; avaritiam; vanam gloriam; iracundiam diſtinguendo.

Ioel 1.A.

Eruca ſignificat luxuriam.

Amos 4. C.

47 Vndè, huiuſmodi diſtinguntur, in Ioele 1.A. *Reſiduum Erucæ comedit locuſta; & reſiduum locuſtę comedit bruchus; & reſiduum bruchi comedit rubigo.* Eruca nominatur quæ conſummit olera; ſignificat luxuriam. De qua Amos 4. C. *Oliveta veſtra, & ficeta veſtra comedit eruca.* In Olivetis, opera deſignantur miſericordiæ: In ficetis, manſuetudo, dulciloquium, ſuavitas amoris: Omnia iſta exurit luxuria. De qua.

Hieronym. 3. Reg. 21. C. D. 4. Reg. 9. D. E. F. G.

Hieronym. 3. *Regum* 21. *C. D. Et* 4. *Regum* 9. *D. E. F. G. Clamat contra te ſanguis Nabaoth.* Nabaoth habuit vineam in Iezrael. Iezabel autem eum fecit interfici, quia noluit vendere eam Regi Achab, vt faceret ſibi hortum olerum. Nabaoth eſt Chriſtus, qui maluit ſanguinem fundere; quam vineam; id eſt; animam vendere. Sed tu vendes vineam Diabolo, vt faciat hortum olerum; vt animam tranſportet cibum immundorum ſpirituum. Et tùnc clamat contra te ſanguis Chriſti, qui vineam tuam, immo ſuam, pro qua effuſus eſt; ſic vendidiſti.

Nabaoth eſt Chriſtus.

De brucho cõparato gulæ: Uel de diverſis generibus peccatorum.

48 Bruchus gulam ſignat, quia totus eſt in ventre; & plantam cui inſidet non relinquit; dònèc totum comederit. Simili modo guloſus, quando obſidet ſcutelam, vel craterem, aut venter crepabit, aut ſcutela, vel crater evacuabitur.

Iob. 20. C.

Sed contra hos dicitur, in Iob. 20. C *Non remanſit de cibo eius, & propterea nihil remanebit de bonis eius. Cum ſatiatus fuerit, arctabitur, æſtuabit, & omnis dolor irruet in eum.* Nihil remanebit, de bonis eius; ſupple; quibus in inferno viventur; quia totum hic devoravit.

Locuſta eſt ſuperbia.

Locuſta eſt, ſuperbia; quia alicui eſt volatus: Sed cito incipiet; ſed cito deſinit.

Rubigo eſt peſtis.

Rubigo eſt peſtis, quæ ſpicas invadit, & nigras eſſe facit, & fructum evacuat; iram, detractionem, invidiam deſignat: Quia duplex eſt peccatum; ſpirituale; & carnale, neceſſe eſt, quod gladius ſit biceps.

Peccatum.

49 Hic gladius ponderat per ſatisfactionem; quia ſatisfactio eſt onus leve, quod pœnitenti imponitur. Splendificat; per exempli exhibitionem. Præcipit, quod ducatur hic gladius per caput, vt radantur pili; id eſt; vt bona temporalia, quæ ipſis pilis tanquam corporis porci ſuperflue comparantur; Pauperibus diſtribuantur, & per largitionem à nobis ſeparentur. Per capillos igitur, qui ſunt ſuperfluitates; & tamen homines adornant; intelliguntur divitiæ. Et nota, quod quando pili raduntur, & tondentur facies hominis efficitur ſplendida, & hilaris: Sed econtra nigram, obſcuram, & deformem reddunt, cum luxuriare, ſeù creſcere permittuntur.

De gladio radente pilos diverſarum partium, quæ conſiderantur in peccato; & qui inveniuntur.

Pili ſignant divitias.

50 Sic temporalia bona, quodammodo claram hilarem, & iucundam ſpirituali gaudio animam reddeunt, cum pauperibus, & egenis tribuuntur; deformem verò faciunt, cum ardenter retinentur, ſivè amantur. Raduntur pili puerorum, ne ſub eis tinea creſcat, quæ carnem rodit: Sic ex abundantia divitiarum, niſi diſtribuantur; naſcitur iniquitas, quæ animam conſummit: Sicut dicit Iacobus in ſua catholica 5. A. *Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt: Et veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt: Aurum, & argentum veſtrum æruginavit: Et ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & devorabit carnes veſtras ſicut ignis.* Pueri lacrymantur, cum raduntur, quia ſunt ſcabioſi: Sic, qui dolent cum divitias amittunt; ſunt tinioſi. Ideò ducendus eſt gladius confeſsionis per barbam, per quam ſignificantur opera virilia.

Iniquitas ex abundantia divitiarum naſcitur. Iacob. 5. A.

Dolent aliqui de amiſsione divitiarum; & iſti ſunt tinioſi.

51 Quædam eſt fortitudo in malo, ſecundum quod quidam ſunt fortes in ebrietate; in luxuria; in vana gloria: Sed eſt alia fortitudo in bonis operibus, in largitate, in oratione, in vigilijs. Sed quando hæc fortitudo ad vanam gloriam refertur, neceſſe eſt, quod per pœnitẽtiam radatur. Vndè *Iudicum* 11. *G.* Filia, Iephte virginitatem ſuam deflevit duobus menſibus: In virginitate ſterilitas, in duobus menſibus, duplex defectus intelligitur; quia duabus vicibus, in duobus menſibus luna deficit. Una ſterilitas, ſivè vnus defectus eſt, cum facimus opera de genere bonorum,

Barba ſignificat opera virilia, Fortitudo in malo. Fortitudo in bono.

Iudicum 11. G.

norum, ſed malo fine. Alia ſterilitas, ſivè alter defectus eſt; cum quis facit opera de genere malorum. Vtramque ſterilitatem debemus deflere cum filia Iephte, & ſic barbam, ſecundum conſilium *Ezechielis* 5. *A.* Mala opera, & bona, ſed malo fine facta deflere.

Ezech. 5. A.

52 Sequitur: *Sume ſtateram ponderis. In* 2. *Reg.* 14. *F.* Abſalom tondebat ſe ſemel in anno, & ponderabat capillos ſuos pondere publico, non pondere ſtumarij, & appendebat eos ſiclis ducentis; & ſignat eos, qui ſemel in anno faciunt confeſsionem, & peccata ſua ponderant, non pondere ſtumarij, quaſi, non ſicut Deus, & ſancti ea gravia iudicant; ſed pondere publico, id eſt, ſicut opinio vulgi parvipendit. Duobus ſiclis ponderat, qui dolet de peccatis, & confitetur; ſed tertium ſiclum non apponit, id eſt, ſatisfactionem: Quia pauci ſunt, qui pœnitentiam ſibi iniunctam perficiant: Contra quos Ioannes baptiſta. Vt legitur in *Matth.* 3. *B.* Et in *Luca* 3. *B.* *Genimina viperarum, quis monſtravit vobis fugere à ventura ira?* Id eſt, O venenati, venenatorum filij non bene didiciſtis fugere, ex quo contemnitis ſatisfacere. Ideò ibidem ſubdicitur: *Facite dignos fructus pœnitentiæ.* Habent plerique flores pœnitentiæ, qui bene incipiunt ſatisfacere; ſed fructus non matureſcũt, quia pœnitentia non adimpletur.

2. Reg. 14. F.

Matth. 3. B.
Luc. 3. B.

53 Sequitur: *Divides eos. Tertiam partem combures igne in medio civitatis. Tertiam partem concides gladio: Tertiam partem diſperges in ventum: Et ſumes indè parvum numerum; & ligabis in ſummitate pallij tui.* Ecce tres partes; quoniam in peccato, tres conſiderantur, ſcilicèt; Macula in anima: Delectatio circa ipſum corpus: Fœtor, ſivè abominatio circa ipſum peccatum. Macula igne comburenda eſt in medio civitatis, id eſt; in medio cordis, quod eſt civitas Dei, vt dicit Greg. *Plene conſummit peccati rubiginem, qui ardet per amoris ignem.* Rubigo autem ferri per limam, & ignem tollitur: Sic livor, ſivè rugibo peccati, per limam timoris, & ignem amoris conſumitur, ſivè aufertur.

Ezech. 5. A.

De afflictione triplici.

In peccato tres conſiderantur.

Gregor.

54 Voluptas, ſivè delectatio debet dari vento; vt ſicut ventus tranſiens non redijt; ſic delectatio peccati ad memoriam non revertatur; quoniam per auram Spiritus Sancti penitus aſportatur. Sed dùm peccator indolendo, peccati recordatur; ſubintrat quaſi latrunculus memoria voluptatis. Undè Nahum 3. C. *Subiungens tene laterem*: Id eſt; carnem per pœnitentiam. Sequitur: *Ibi quoque mordebit te ignis*: Id eſt; ardor delectationis. Vndè in 2. *Regum* 2. *E.* Legitur quod cum Aſael velox perſequeretur Abner, percuſit eum Abner averſa haſta in inguine, & occidit eum. Abner interpretatur, lucerna patris, & ſignat Diabolum, qui transfigurat ſe in Angelum lucis. Aſael perſequitur Abner, cum pœnitens per dolorem, & ſatisfactionem per peccatum, & Diabolum infeſtat: Sed niſi caute ſe habeat; Diabolus percutit eum averſa haſta; id eſt; recordatione, & delectatione peccati; quando ad memoriam per delectationem revocatur; & ſic occidit eum.

Nahum 3. C

2. Regum 2. E.

Abner interpretatur lucerna patris.

55 Tertia pars gladio conſcinditur: Quando corpus peccati in confeſsione per partes demonſtratur: Quoniam quid committitur in cogitatione; quid in locutione; quid in operatione; quid in omiſſione: Et circunſtantias debet pœnitens confiteri: Sicut legitur in 4. *Regum* 10. *F.* *Quod produxerunt ſtatuam de phano Baal, & combuſſerunt, & comminuerunt eam; & deſtruxerunt ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas vſque in hodiernum diem.* Phanum Baal eſt mens peccatoris: Statua, peccatum eſt, quod producitur per confeſsionem; comburitur per contritionem, comminuitur dum quis ſingula peccata, ſivè peccati circunſtantias confitetur. Deſtruitur domus Baal, cum omnes ſtructuræ peccati deſtruuntur. Ibi debent fieri latrinæ, vt pro ſuavi odore peccati; ſcilicèt; delectatione, ſit fœtor, & abominatio commiſsi. Hæc eſt pars quæ debet ligari in ſummitate palij pro muſco.

Peccati qualitas. Circunſtantiæ.

4. Regum 4. F.

Phanum Baal eſt mens peccatoris.

56 Pharao tripliciter afflixit filios Iſrael: Faciebat enim eos civitates mura-

Pharao triplicitèr afflixit filios Iſrael.

murare, ne poſſent de Ægypto exire: Fluvium per prinos dividere: Lutum de plateis aſportare. Sic Diabolus facit quod peccator ſe ipſum muret; quando ſe ipſum in vitijs, & delitijs vallat: Flumen cogitationum in multas ſolicitudines diſpergit: Facit pecatorem ferre lutum de plateis; cum facit, vt non conſideret, quantus ſit fœtor in culpa; quantus fœtor in gehenna; quia non vult Diabolus fœtorem in ſua civitate, ne homines horreant, & velint exire.

De luxuria: Vel quod mulier debet radere incentiva luxuriæ: Siuè de gladio deſtipate.

57 Mulier, quæ gerit pro pulchra, & adornat; & aſpectu ſuo multos corrumpit: Hoc gladio debet ſcindere ornamentum, caput, pelum croceum à facie & collo; ceſuram à colore adulterantium. Debet ducere gladium per ſpathulas, & mamillas, per ventrem, & crura, & tibias; & pedes; & vt omnes plicas aurifrigium, & omnia incentiva luxuriæ abrradat. Vſurarius, qui nihil habet, niſi ex vſuris, & iniquitate; ducat hunc gladium per totam domum, & ſcindat veſtema pertica; denarios ab arca; ciphos argenteos à menſa; vinum ab apotheca; blandum à grangia, ſivè horreo, & totum vendat, & ablata reſtituat: Quoniam tota domus vſurarij eſt infecta; omnia illicite poſſeſſa; ira, & maledictione Dei ſunt plena.

Uſurarius debet reſtituere.

Ierem. 5. G.

58 De quibus Ierem. 5. G. *Sicut decipula plena avibus, ſic domus eorum plenæ dolo: Ideò magnificati ſunt, & ditati: Incraſati ſunt, & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſsime.* Plerique, vt videmus per fraudes, & mendatia divitias congregant: Sequitur: *Et populus meus dilexit talia.* Si nolueris hoc radere gladio conpunctionis, interficiet te gladius æternæ damnationis. De quo Iob 19. *D. Fugite ergò à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius eſt.* Is cultellus, ſicut cultellus macelatorum fornicatores, adulteros, vſurarios in diverſa fruſtra conſcindit; & canibus inferni ad devorandum exponit.

Iob 19. D.

59 Legimus ergò, gladium in capite, in ore, in barba, in manibus ſuper femur. *Apocal. 1. D. Et 19. C.* Ex ore ſedentis in throno egrediebatur gladius vis acutus. Gladius in ore, eſt verbum in prædicatione. Gladius in barba, confeſsio plena. Gladius in manu, ſatisfactio in opere. Gladius ſuper femur, repreſsio luxuriæ. Et hæc debent fieri, propter humores nocturnos; id eſt; tentationes tenebroſas: Fornicatio, & adulterium, ſunt opera tenebrarum. Undè Ioanes 3. C. *Omnis, qui male agit, odit lucem.* Si talibus lectulus Salomonis cuſtodiretur; aduſterator in Eccleſia, non reciperetur. Sic fieret tranſitus de lectulo in lectulum; de militante in triumphantem; de labore ad requiem; de via ad patriam: Quod ipſe præſtare dignetur.

Apocal. 1. D. Et 19. C.

Gladius in ore.
Gladius in barba.
Gladius in manu.
Gladius ſuper femur.
Fornicatio & adulterium.
Ioannes 3. C.

VERS. VIII.

VNIUS CUIUSQUE ENSIS SUper femur ſuum propter timores nocturnos.

60 ENSEM ſuper femur ferunt, qui gladio verbi Dei vitia carnis refrenant, ne hoſtis, quem in nocte huius mundi timent, per moliciem veniens, lectulum ſponſi maculare valeat.

De enſe comparato verbo Dei qui ſcindit vitia.

VERS. VIV.

FERCULUM FECIT SIBI REX Salomon de lignis Libani: Columnas eius fecit argenteas.

61 TRIA ſunt fercula: Primum, Eccleſia: Secundum anima: Tertium manna Primum fert Chriſtum, per ſacrorum ſumptionem: Secundum, per mandatorum adimpletionem: Tertium, per carnis contemplationem. Ligna libani ſunt imputribilia. Hi ſunt fideles, quorum licèt cadavera computreſcunt; tamen ſunt imputribilia, quo ad vitia in præſenti; quo ad ſupplicia in futuro; quia in præſenti expellũt vitia; in futuro non ſentiunt ſupplitia.

Quod ferculum quod fertur, eſt cibus quo nihil ad preſens: Vel ferculum quod ferebatur cum citharа, de quo ad preſens miſtice.

62 Argenteæ columnæ; hi ſunt Prælati, qui ſunt argentei propter nitorem eloquentiæ: *Reclinatorium aureum:*

De columnis quæ ſunt Prælati.

Per aurum

aureum : Per aurum, ſapientiam intelligimus ; quia melior eſt ſapiens cunctis opibus. In illis autem, qui fulgent per vitæ ſapientiam, facit Deus ſuum reclinatorium. Vel reclinatorium dicitur ſplendor vitæ æternæ. Sed aſcenſus dicitur purpureus ; quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare, ſivè pervenire ad requiem. Medij ſunt conſtructi charitate ; quaſi, media inter ferculum. Ligna enim, & columnæ & reclinatorium, ſunt ſtrata charitatis ; vt per dilectionem omnes miniſtri Eccleſiæ ſe ſe reſpiciant. *Propter filias Ieruſalem* ; id eſt ; propter infirmos, qui ſunt in Eccleſia. Nota enim ; ex charitate infirmi ſuſtentarentur ; per deſperationem perirent : Vel media ; Qui non poſſunt martirium ſuſtinere ; ſufficit tantum eis habere charitatem.

Reclinatoriũ.

De aſcenſu

De medijs.

De filijs ſivè filiabus Ieruſalem.

VERS. X.

RECLINATORIUM EST AUreum.

De reclinatorio triplici allegoricè ; & moralitèr.

63 ITEM, triplex eſt reclinatorium. Primum eſt eburneum. Secundum, purpureum. Tertium, aureum. Primum eſt Beata Virgo, eburneum proprer caſtitatem. Secundum eſt Crux Chriſti, purpureum, propter ſanguinis tinctionem. Tertium eſt cæleſte Regnum, aureum propter gloriæ ſplendorem. Moraliter, quilibet iuſtus debet eſſe reclinatoriũ. Reclinatorium eburneum eſt iuſtus, ſi caſtus fuerit. Purpureum, ſi carnem, & ſanguinem afflixerit : Aureum, ſi peccata planxerit ; quoniã aurum Evilath, interpretatur dolẽs ; & optimum aurum ; id eſt ; optima ſapientia eſt, de peccatis dolere.

Aurum Evilath interpretatur dolens.

64 Vndè Chriſtus conqueritur eo quod vulpes foveas habent ; & volucres cæli nidos : Filius autem hominis non habet, niſi vnicum Latronem, vbi inclinet caput ſuum ; quoniam fugit Petrus, & diſcipuli ; in ſolo Latrone habuit vbi caput inclinaret. Vndè inclinato capite verſus Latronem pœnitentem, emiſit ſpiritum. Si pollutus fueris per gulã : Si hydropicus per avaritiam ; ſuper te caput ſuum nõn reclinat : Sed Diabolus, qui ſub vmbra dormit in ſecreto calami, in locis humentibus ſcilicèt : Quam ſecure vigilat, quam ſecure dormit ; cui Dominus caput reclinat, in eius corde, in eius ſanguine Dominus quieſcit.

VERS. XI.

EGREDIMINI FILIÆ SION videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

De greſſu multiplici.

65 SALOMON Chriſtus eſt ; cuius mater Beata Virgo Maria, quę in die conceptionis corona carnis. Et, hoc eſt, dies lætitię, quoniam eius nativitas cum gaudio venit in mundo.

66 Legitur de multiplici egreſſu, bono, & malo. De malo, in *Geneſ.* 4. *B.* Egreſſus eſt Abel in agrum, & interfectus eſt à Cain. Item, in *Geneſ.* 34. *A.* Egreſſa eſt Dina filia Iacob, vt videret mulieres regionis illius, & à Sichem corrupta eſt. Item, in *Ierem.* 39. *A. B.* Egreſſus eſt Sedecia à Ieruſalem, & à Babylonijs captus exoculatus eſt & in Babyloniam ductus, & datus eſt ei potus laxativus, & ignominioſus coram Babylonijs, & laxatus, & in carcere mortuus eſt. Primus egreſſus eſt de quiete ad ſolicitudinem. Secundus, de bona intentione, ad erroneam. Tertius, de ſecreto ad publicum. Quartus, de virtutibus ad vitia, ſivè de Angelis ad Dæmonia.

Geneſ. 4. *B.*
Geneſ. 34. *A.*
Ierem. 39. *A. B.*

De primo egreſſu Abel.

67 De primò : Egreſſus Abel in agrum, & inſurrexit maior contra minorem ; ſcilicèt ; contra Abel, & interfecit eum. Abel domi manens eſt ; cum aliquis in pace pectoris commorans, egreditur ad agrum ; Hoc eſt, ad agricuturam, & ad mũdanas occupationes. Cain interpretatur poſſeſsio. Abel, luctus. Amor eſt cura de poſſeſsionibus, quam de luctu ſpirituali ; quem habent, qui incolatum huius miſeriæ, & dilationem Patriæ deflent, quando homo egreditur de tali luctu ſpirituali

Cain interpretatur poſſeſsio.
Abel luctus.

ad

ad ſolicitudines, ſivè, occupationes temporales; tùnc maior interficit minorem: Cura, ſcilicèt, temporalis, luctum ſpiritualem interficit.

De ſecundo egreſſu à facie Domini.

68 De ſecundo dicitur, quod Cain egreſſus eſt à facie Domini. Ante faciem Domini eſt, qui Deum habens præ oculis, omnia opera ad ipſum refert: Sicut ſervus ſtans ante Dominum, totum obſequium ipſi impendit; ſecundum quod dicit Apoſtolus 1. *ad Corinth.* 10. *G. Sivè manducatis, ſivè bibitis, ſivè aliquid aliud facitis: Omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite.* Sed à facie Dei egreditur, ſivè fugit, qui non Deo; ſed vt mundo placeat, operatur, vt ventri deſerviat; delitias adimpleat, voluntatem, non Dei, ſed propriam ſequatur. De quibus *Oſeas 7. D. Væ eis qui receſſerunt à me: vaſtabuntur, quia prævaricati ſunt in me; non clamaverunt ad me in corde ſuo, ſed vlulabant in cubilibus ſuis; ſuper triticum; & vinum ruminabant, & receſſerunt à me, vt eſſent abſque iugo.*

1. *ad Corint.* 10. *G.*

Oſea 7. D.

De tertio egreſſu à religioſa vita.

69 Hoc impletum eſt in Religioſis, qui habitum, & cætera referunt ad commodum temporale; qui vlulant, & ruminant ſuper triticum, & vinum, quia cantus, qui deberet ſua dulcedine cæleſtem curiam exhilarare; dicitur vlulatus: Et ſermo, qui deberet eſſe de cæleſtibus; dicitur ruminatio; quia ad triticum, & vinum, & cætera multiplicanda in choro, & in capitulo loquitur. Et hoc faciunt, vt ſint abſque iugo, ne Deo, nèc Abbati obediant; ſed totam ſuæ voluntatem carnis adimpleant. Sic habitant cum Cain, in orientali plaga Edom, quod interpretatur, delitiæ; ad aquas adimplendas, quaſi, ex ortu corrupto contraximus: De ſecreto ad publicum; quod deſignatur per hoc, quod Dina egreſſa eſt, vt videret mulieres regionis.

Edom interpretatur delitiæ.

70 Sic plerique morantur in ſecreta, & ſolitaria converſione; vel aliter: Converſatione. Vnde colonus inter homines anterior exiſtit, qui non curat cuius manus ſit mundus. In perſona talium ait Ierem. 15. D. *Non ſedi in concilio ludentium, & gloriatus ſum à facie manus tuæ: Solus ſedebam, quoniam amaritudine repleſti me.* Iſti non quærunt conſolari in ludis, in cauſis, in curijs divitum; ſed memores Dei in eo delectantur. Plerique non ſunt contenti iſto ſecreto: Sed videre homines, cum Magnatibus habere colloquium, & familiaritatem, in curijs converſari, in cauſis clamare, ſummum bonum reputant.

Ierem. 25. D

Egreſſus Dinæ.

71 Iſti egrediuntur cum Dina. *Geneſ. 34. A.* Vt videant mulieres; id eſt; homines moliter viventes: Et Sichem videns talem, qui de ſecreto clauſtri, vel animi egreditur; hanc, ſeù hunc concupiſcit, rapit virginem, & opprimit; & conglutinatur anima eius cum ea; triſtem que delinit. Sichem, qui interpretatur humerus, eſt Diabolus fortis, & potens; animos rapit, quando per aliqua iuſſa, ad conſenſum mortalis culpæ attrahit. Uerbi gratia. Monachus exiens clauſtrum; Clericus ſtudij ſecretum, aſcendit ad publicum; Videns quoſdam elegantes, à mundo commendatos, ab Epiſcopis promotos, dicit penes ſe: Quam felices ſunt iſti; vtinam eſſem eis ſimilis. Ecce quia miſer a Diabolo rapitur, quia Deum factorem ſuum relinquit; & mundi gloriam concupiſcit.

Geneſ. 34. A.

Sichem interpretatur humerus.

72 Sic, cum aliquis videt diviteſ, pulchras mulieres, & ad illicitam concupiſcentiam rapitur; & vi opprimitur, quoniam per violentam tentationem vincitur. Conglutinatus eſt Diabolus cum eo, quando nullatenus vult recedere à peccato. Vndè Oſeas 5. B. *Non dabunt cogitationes ſuas, vt revertantur ad Deum ſuum; quoniam ſpiritus fornicationum in medio illorum eſt.* Quoniam quædam ſunt peccata, vt homicidium, quæ faſtidiunt; & cito currunt; ſivè curantur per pœnitentiam: Sed quædam, in quibus nimia delectatione; vt in gula, & fornicatione conglutinatus eſt Diabolus cum impio, quod de facili non pœnitet.

Oſeæ 5. B.

73 Triſtem delinit; quando Diabolus impio pœnitere volenti promittit vitam longam, & emendationem dicens: Bene poteris peccare, & diu vivere, & poſtea in fine pœnitere. Infinitos ſic decipit. Ideò ſecurius eſt cuilibet in ſecreto ſuo com-

commorare; quam per vallem illuſtrem iſtius mundi perambulare. Ideò Semei interfectus fuit, vt habetur in *3.Regum 2. F. G.* Quia egreſſus fuit de domo, in Geth de Ieruſalem, contra præceptum Regis. *Et in 2. Regum 16. C.* Legitur de egreſsione eiuſdem Semei, qui *Per iugum montis ex latere contra* David *gradiebatur maledicens, & mittens lapides adverſus eum, terram que ſpargens*: Propter quod præcepit David Salomoni vt haberet apud ſe Semei in cuſtodia vt habetur in *3.Regum 2.B.* Et, in campo ſolitudinis Ierichontinæ, captus eſt Sedecias Rex Iuda à Chaldæis, vt habetur in Ieremia ſupra citato *39. B.*

3.*Regum* 2. F. G.

2. *Reg.* 16. C.

2.*Regum* 3. B

De quarto egreſſu. De virtutibus ad vitia.

74 Quartus egreſſus eſt, de virtutibus ad vitia; de Angelis ad Dæmonia. *Captus eſt à Babylonijs.* Sic impius in latitudine iſtius mundi à Dæmonibus exoculatus. *In Reblatha filij ſui interfecti ſunt in oculis eius à Nabuchodonoſor.* Sic omnia bona opera, ne poſsint vitam æternam generare perimuntur. Poſtea Sedecias ex oculatur; quando oculi, quibus cæleſtia ſolent contemplari, extinguntur. Ducitur in Babylonē, id eſt, in confuſionem peccatorum, ſedentibus Babylonijs ad prandiū; ſcilicet; potum laxativum coram omnibus ignominioſe laxatus eſt.

75 Hoc contigit; quando impius coram Dæmonibus prandium diverſorum peccatorum ſedentibus, ad diverſa peccatorum genera laxatur; quia plerique modo ad comeſtationes, modo ad fornicationes, adulteria, mendatia, periurium, ſimoniam; turpe ludum, riſum, laxàntur. Vndè hoc? Quia Diabolus dedit eis potum laxativum. Poſtea impius in inferno crutiatur, & ibi perpetuo moritur; quia pæna gehænnalis mors ſęva dicitur; & quælibet pæna gehęnnalis magis affligit quam mors temporalis; vel aliter: Corporalis.

De egreſſu bono triplici: ſcicèt ab Ægypto: Sodoma, & Babylonia. Egyptus dicitur tenebræ.

76 Eſt triplex egreſſus bonus: ab Ægypto: A Sodoma: A Babylonia. In Ægypto ſunt, qui tenebris vitiorum, & infidelitatis exęcantur. Ægyptus enim tenebræ dicitur. Hi ſunt Iudæi: Hęretici: Increduli. In Sodoma ſunt, qui muti ſunt. Hi ſunt, qui peccata ſua, nèc gloriam Dei digne annuntiant. Sodoma enim muta dicitur. Non tantum ſunt muti à laude Dei; ſed ſunt muſitantes in laude Diaboli; quia os eorum plenum eſt luxuria; avaritia; ſuperbia; gula, detractione; adulatione; & talibus Diabolum laudant; mundum glorificant. De quibus Iſai. 29. A. *De terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum: Et erit quaſi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum muſitabit.* Python interpretatur os abyſsi, & ſignificat ventriloquos; quoniam ſemper, de abyſſo ventris ſermocinantur, carnes, & ſalſas varijs modijs diſtinguentes.

De ſecundo egreſſu à Sodoma. Sodoma dicitur muta.

Iſai. 24. A.

Python interpretatur os abyſsi, &c.

77 De hac Sodoma plerique proximos admonent, vt egrediantur: Sicut Lot; vt dicitur in *Geneſ. 19. C.* Dixit generis ſuis: *Surgite, egredimini de loco iſto, quia delebit Dominus civitatem hanc; & viſus eſt eis quaſi ludens loqui.* Sic multi illudunt Prædicatoribus, & verba illorum ludum putant. Sed tamen in mane Deus civitatem delevit, & ſuper eam pluit ignis, & ſulphur. Sic etiam nunc pluit; ſed Dominus ſuper malos, ſeu multos aliquantulum diferat: Quoniam vt dicitur in Iſai. 30. D. *Propterea expectat Dominus vt miſereatur veſtri,* Egreſſus eſt autem Lot de Sodomis, & animam ſuam ſalvavit: Sic, qui accipit verbum Dei, & os ſuum aperit, vt peccata confiteatur; ſe ipſum ſalvat; vt Lot.

Geneſ. 19. C.

NOTA.

Iſai. 30. D.

De tertio egreſſu à Babylonia.

78 De tertio egreſſu legitur in Ierem. 50. B. *Recedite de medio Babylonis, & de terra Caldæorum egredimini; & ſtote parati quaſi hœdi ante gregem.* Intrat Babylonem, qui mortaliter peccat: In medio Babylonis habitat, qui confuſione multorum vitiorum ſe ſubmittit. Hæc eſt civitas Chaldæorum, quorum triplex eſt interpretatio: Quaſi, verba; quaſi, fera; quaſi, Dæmones. Verba, ſuaviter ſuggerendo. Fera, detinendo; vel aliter; Dæmones crudeliter torquendo. Qui in hac civitate commorantur; poteſtati Dæmonum ſubijciuntur; & in operibus confuſionis delectantur. Egrediamur ergo de Ægypto, per cordis contritionem: De Sodomis, per oris confeſsionem: De Babylonia, per operis ſatisfactionem.

Ierem. 50. B.

NOTA.

Nota,

NOTA.

79 Nota, quòd cum multis ſignis, præcunctis; & cum magna difficultate egreſsi ſunt filij Iſrael de Ægypto; vt habetur in Exod. 5. *A. B. Et* 13. Per totum. Sic plerique à peccato, & præcipue ab infidelitate, quia facilius eſt multos Chriſtianos converti ad bonos mores; quam vnum infidelem ad fidem, quia errant in capite; & fundamentum nullum habent, in egreſsione autem mare obſtitit. Vndè in Exod. 14. *E. Sed cum Moyſes extendiſſet manum ſuam ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementiſſimo, & vrenti; & vertit in ſiccum; & diviſa eſt aqua; & egreſsi ſunt filij Iſrael per medium maris ſicci.* Ecce duo, quæ fecerunt mare deſiccari: Extenſio manus; & ventus vehementiſsimus.

Exodus 5. A. B. Et 13. per totum.

Convertere infideles.

Exodus 14. E

80 Mare eſt peccatum, quod eſt obſtaculum, quo de Ægypto nō eximus: Extenſio manus eſt comminatio: Ventus vehemens eſt gratia ſpiritus ſancti. Timor enim pœnæ æternæ introducit gratiam; ſicut ſetta filum. Ex timore igitur, & gratia, mare dividitur; peccatum aufertur; & ſic exeunt filij Iſrael de tenebris vitiorum. Sed adhùc manus Domini eſt extenſa, & ad percutiendum duriſsimè elevata: Spiritus ſancti gratia eſt ſeparata; adhùc tamen impij exire non curant.

Mare eſt peccatum.

Ventus vehemens.

81 Item, eſt triplex egreſſus. Vndè dictum eſt Abrahę. *Geneſ. 12. A. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui.* De terra; id eſt, de cupiditate terrenarum, quo ad avaritiam. De cognatione tua; id eſt; de vitijs carnalibus, quæ nobis ſunt cognata. De domo patris tui; id eſt; de ſuperbia, & vana converſatione. Hunc triplicem egreſſum fecerunt filij Iſrael. Primò de Ægypto. Secundo de mari. Tertio de deſerto. Per Ægyptum, carnem intelligimus: Per mare, fluctuantes cogitationes. Per deſertum, mundum. Tres legimus coronas Chriſti. Prima eſt, carnea: Secunda, ſpinea: Tertia, aurea. Duæ ſunt manifeſtatæ. De tertia, in Apocal. 14. *C. Vidi, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem Filio hominis habentem in capite ſuo coronam auream.* Prima, coronavit eum mater ſua: Secunda, noverca: Tertia, pater. Hæc ſunt in die deſponſationis; maritari voluit verbum Patris; alicui nubere non potuit caro glorioſius.

De egreſſu Abrahæ. Geneſ. 12. A.

De triplici corona Chriſti; qua coronavit eum mater ſua. Apoc. 14. C.

CAPVT IV.

QVAM PVLCHRA ES amica mea, & decora! Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet.

VERS. I.

1 PVLCHRA eſt Eccleſia; decora in virtute: *Oculi tui columbarum* In ſimplicitate; & ſequitur; *Abſque eo quod intrinſecus latet.* Quod eſt illud cum Deo: Quod nèc oculus vidit; nèc auris audivit. Illud pulcherrimum quod interius latet, eſt ipſe Deus. Pulchra eſt anima in eſſentia; pulchrior in gratia: Pulcherrima pro deitate intus contenta. Greg. *Quem per ſe videre nullo modò valemus, hunc in ſervis ſuis videre iam poſſumus, quos mirandum aſpicimus agere, certum ſit nobis in eorum mentibus habitare.*

De triplici pulchritudine.

Pulchra eſt Eccleſia.

Gregor.

2 Quęſitus quidam vndè haberet, quod ita bene verſificabat? Reſpondit: Eſt Deus in nobis agitans, quales nos in illo. Bernard. *Deus eſt in mundo rector, & gubernator, in omnibus liberator, & adiutor; in Angelis ſapor, & odor; in ſe ipſo principium, & finis; in reprobis terror, & horror; in creaturis admirabilis; in hominibus amabilis; in Angelis deſiderabilis; in ſe ipſo in comprehenſibilis; in reprobis intolerabilis.* Homo eſt ſpeculum, & imago Dei: Lignum, eſt caro; vitrium eſt anima; imago ipſe Deus. Sicut pulchra mulier lætatur quandocunque videt ſuam pulchritudinem in ſpeculo; ſic Deus cum videt ſuam pulchritudinem in nobis. Si ſpeculum fuerit rubiginoſum, & obſcurum per culpam, quod pulchritudinem ſuam

Bernard.

Qualis eſt Deus in nobis.

ſuam non poſsit videre Deus proijcit illud in ignem, & ſtercus; ſicut mulier proijcit ſpeculum in quo ſe non poteſt ſpeculari.

Homo eſt ſpeculum Dei.

3 Vere homo eſt ſpeculum Dei. Et ſicut quidem ſpeculum, quantũcunque exterius depingatur, ad nihil eſt vtile, niſi in ipſo ſe poſsit aliquis conſpicere; ſic homo quantumcunque pulcher, bonus Clericus, bonus miles, fortis, ſtrenuus; veruntamen ad nihil eſt vtilis; niſi Deus ſuam imaginem, ſuam pulchritudinem, in eo valeat ſpeculari. Vndè charitas ait. Geneſ. 1. C. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Quaſi diceret: Faciamus hominem ſpeculum noſtrum. Væ homini illi, qui hanc amittit pulchritudinem! Quoniam inter turpiſsimos Dæmones morabitur. Qui autem hanc pulchritudinem ſervaverit, cum matre Domini, cum ſanctis decoris, perpetuo collocabitur.

Geneſ. 1. C.

CAPILLI TUI SICUT GREGES caprarum, quę aſcenderunt de monte Galaad.

De patria iuſtorum.

4 CAPILLI ſunt, ſpontanei pauperes: Quia ſicut capilli caput; ita pauperes ſpontanei Chriſtum adornant. Undè in Pſalm. 39. C. *Multiplicati ſunt, ſuper capillos capitis mei.* Id eſt; inimici plures fuerunt; quam diſcipuli, qui mihi adhęſerunt. Iſti ſunt ſicut greges caprarum, quaſi hilares virtutibus, & exemplis impinguati, qui fuerunt in monte Galaad; id eſt; in acervo teſtimonij; & ſignat Galaad, Martires, qui latine dicuntur teſtes; quia fidem confitentes, teſtes Chriſti, & operum eius fuerunt. Qui igitur vitam confeſſorum, & paſsiones martirum attendunt, in horam ſicut capreæ in mõtibus ſaginantur. Undè Ierem. 8. G. *Nunquid reſina non eſt in Galaad!* Reſina eſt gummi, quo vulnera ſanantur, venenum expellitur.

Capilli ſunt ſpontanei pauperes.

Pſalm. 39. C.

Galaad ſignat martires.

Ierem. 8. G.

Reſina Galaad quæ eſt.

5 Hæc reſina in Galaad, eſt patientia, qua omnia vulnera mitigantur, venenum expellitur; & anima poſsidetur ne perdatur. Luca 21. D. *In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras.* Reſinam invenies in paſsione Chriſti, in paſsionibus Martyrum. Vndè Bern. *Nulla eſt tanta amaritudo, quam non farinula prophetę dulcoret, & quam non ſapidam reddat.* Sapientia lignum vitæ. Nil credentibus impoſsibile; nil amantibus dificile; nil aſperum mitibus; nil arduum humilibus, reperitur: Quibus à gratia fertur auxilium, & obediendi devotio venit imperium.

Luca 21. D.

Bernard.

6 In monte igitur Galaad impinguantur, qui patientia in omni tribulatione muniuntur. Vndè Greg. *Mens quippe ſanctorum in hoc tentationum prælio, & munita patientię clipeo, & gladio amoris accuta, ad perferenda mala ſumit fortitudinem, & ad recipienda bona erigit benignitatem, quatenus & odiorum tella patienter excipiat: & amoris iacula valenter reddat.* Ecce quod in Galaad invenies medicum, & reſinam. Medicus eſt Chriſtus; reſina eſt patiẽtia. Idem ſignatur per mortem Pharan; de quo in Deuter. 33. *Apparuit Dominus de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia.* Pharan interpretatur ferox mons. Pharan eſt pertinatia ferorum. In monte Pharan fuit Chriſtus, quando Iudæi ipſum crudelitèr interfecerunt: *Et ipſe tãquam agnus coram tondente ſe obmutuit. Iſai. 53. C.* Agnus nèc habet iram in corde, nèc mordet dente, nèc lędit vngue.

Greg.

De montibus Galaad, & Pharan Medicus eſt Chriſtus reſina eſt patientia.

Deuter. 33. A. Pharan interpretatur ferox mons.

De patientia Chriſti.

Iſai. 53. C.

Agnus quas habet proprietates.

7 Talis debet eſſe vir iuſtus, vt nèc pro verbo, nèc pro facto, habeat rancorem in corde, nèc maledictum in ore, nèc lęſionem in opere. De rancore Apoſtolus ad Hebr. 12. D. *Contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei; nequa radix amaritudinis ſurſum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.* Vndè in Eccleſiaſt. 28. *A. Homo ſervat iram, & à Deo quærit medelam?* Quaſi diceret; in vanum laborat. De maledicto admovendo. Luca 6. D. *Benedicite maledicentibus vobis.* Greg. *Exemplo Chriſti, glorioſius eſt, tacendo fugere, quam condemnando ſuperare.* Nec opere debetis lędere. Vndè Luc. 6. D. *Benefacite his, qui oderunt vos.* In paſsione legitur; *Omnes, qui acceperint gladium; gladio peribunt. Math. 26. E.* Si hoc feceris vt dicitur in *Luca 6. Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam,*

Hebreos 12. D.

Eccleſiaſtic. 28. A.

Luca 6. D.

Gregor. In hom. 18. ſuper Ioan. circa finem.

Luca 6. D.

Math. 26. E.

Luca. 9. E.

&

& ſuperaſſluentem dabunt in ſinum veſtrum.

VERS. II.

DENTES TUI SICUT GREGES tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro.

De tonſitione ovium; id eſt, de meſsione temporalium. Greges ſunt Prælati dentes inferiores.

8 GREGES ſunt Prælati; dentes inferiores. Prælati manduunt, & terunt quod à morſibus recipiunt. Labia ſermocinatores. Dentes ergò ſunt omnes, qui verbum Dei exponendo, diſpuſando terunt, & maſticāt. Huiuſmodi debent eſſe ſicut greges tonſarum; Greges, qui lanam amiſerunt, nudi ambulant; Et ideò ab omni ornamento ſeparati humiliantur. Tales debent eſſe dentes Chriſti, vt ab omnibus divitijs, quæ per vellera deſignantur, ſeparentur. Vndè Apoſtolus 1. *ad Thimotheum 6. B. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus.* Seneca. *Si vis vacare animo; aut pauper ſis; aut ſimilis pauperi.* Hoc eſt, vt omnes divitias abijcias; vel ſi non abijcis; de illis ſaltem non cogites. Vndè; *Divitiæ, ſi affluant nolite cor apponere. Pſalm. 61. B.*

1. ad Timoth. 6. B. Seneca.

Pſalm. 61. B.

De tribus feſtis, vel de triplici lavacro.

9 Tria feſta celebraverunt antiqui; In puerorum ablactione: In ovium tonſione: In areæ ventilatione. Hoc eſt enim cum ſeparantur à voluptate; à cupiditate; à vanitate. Ablactatio ſignificat, ſeparationem à voluptate. Tonſio, ſeparationem à cupiditate; per lanam enim & pilos intelligimus divitias. Tùnc ovis tondetur, quando aliquis abijcit divitias, & clauſtrum ingreditur. Per ventilationem areæ, qua granum à palea ſeparatur, ſignificatur ſeparatio, in qua palea vanitatis à grano boni operis aufertur.

Ablactatio.

Tonſio.

Lana, & pili.

De triplici lavacro.

10 Lavacrum eſt triplex; baptiſmale: Pœnitentiale: Clauſtrale. In primò abluimur ab originali, & cæteris actualibus ante eum commiſsis. In ſecundo, à mortali. In tertio à veniali. Vnde, qui præcepta clauſtri adimplent, per purgatoriū non tranſibunt.

OMNES GEMELLIS FOETIbus, & ſterilis non eſt inter eas.

De gemina dilectione.

11 OVES Chriſti geminos fructus pariunt per prædicationem à ſpiritu ſancto impinguante. Gemini fœtus ſunt amor Dei, & amor proximi. Vndè Lucas 10. *A. Dominus miſit diſcipulos ſuos binos, & binos ante faciem ſuam.* Item, in Math. 21. *A. Duos diſcipulos miſit*, ad ſolvendum aſinum. Illi enim ad prædicandum ſunt mittendi, qui gemina charitate ſunt præditi. Greg. *Nèc Deus vere diligitur ſine proximo*: Idem: *Amemus eum, qui iuxta nos eſt, vt valeamus ad eū pervenire, qui ſupra nos eſt* Talis amor appellatur coccus bis tinctus. Gregor. *Qui ſic amat Deum, vt pro contemplatione ipſius negligat proximum, coccus quidem eſt, bis tinctus non eſt.* Similiter, ſi ſic amat proximum; vt contemplationem Dei, propter amorem proximi relinquat; coccus eſt; ſed bis tinctus non eſt. Vel dicitur gemellos habere fœtos; id eſt; fidem, & opera.

Luc. 10. A.

Matth. 21. A

Gregor.

Gregor.

De triplici ſterilitate.

12 Eſt triplex ſterilitas. Quædam ſunt, quæ nunquam concipiūt: Aliæ, quæ concipiunt, ſed conceptum perimunt. Aliæ abortum faciunt: Aliæ quæ concipiunt, & pariunt, ſed partum non nutriunt, ſed pariendo, perimunt. Primi ſunt, impij, qui numquam verbum Dei audiunt, & ſi audiunt; numquam tamen ad bonum propoſitum concipiunt. De quibus. Ierem. 22. *G. Scribe virum iſtum ſterilem, virum, qui in diebus ſuis nunquam proſperabitur: Nèc enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium David.* In libro ſapientiæ 4. *A. Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis; adulterina plantationes non dabunt radices altas, nèc ſtabile fundamentum collocabunt.*

Ierem. 22. G.

Sapientia 4. A.

13 De his, qui concipiunt, ſed antequam pariant perimunt. Matth. 13. *A. Aliæ ceciderunt in ſpinas, & creverunt ſpinæ, & ſuffocaverunt eas.* Per ſpinas intelligimus divitias. Contingit enim quod dives ſemel verbum Dei recipit, & bonum propoſitum concipit: Sed cum

Matt. 13. A.

Spinæ ſunt divitiæ.

cum redit ad poſſeſsiones, videt denarios in arca; pannos in pertica; equos in ſtabulo; boves in aratro; triticum in horreo; vinum in dolio, ſtatim cogitat qualiter talia multiplicet, & conſeruet; ad lucrum, vel ad laudem expendat: Et ita ſpinæ creſcentes ſemem ſuffocant, & conceptum perimunt.

De his qui in clauſtro peiores efficiũtur. Abortum.

14 Alij ſunt, qui abortum faciunt. Hi ſunt, qui bonum propoſitum conceperunt; ſed mortuum pariunt, ſive parturiunt: Sicut qui intrat clauſtrum, cum bono propoſito intrat; ſed poſtea monſtruoſe vivit. Portat cucullam Benedicti: Super pellicium Auguſtini; ſed intus latet mors; ſcilicet, lupus rapacitatis, vrſus guloſitatis. Vndè de quibuſdam audivi, quod in ſcholis, vel in ſæculo fuerunt ſimplices, benigni, & contenti: Sed poſtquam ſunt in clauſtro, efficiuntur fraudulenti, rixoſi, & alijs gentibus cupidiores: Meritò dicuntur monſtrum abortivum. De huiuſmodi Math. 13. *A. Aliæ ceciderunt in petroſa, vbi non habeant terram multam: Et continuo exortæ ſunt quia non habebant altitudinem terræ: Orto ſole æſtuaverunt: Et quia non habebant radicem, aruerunt.* Ecce quod ſemen abortum facit.

Mast.13.A.

Nota de pitacoricis. De quæſtuarijs. Concipere, & parere.

15 Alij ſunt, qui concipiunt, & pariunt; ſed partum, per negligentiam perimũt. Hi ſunt quidam quęſtores, ſive quæſtuarij, qui per prædicationem multos perimunt. Et, quia hoc faciunt, ad quæſtum, ſcilicet, vt lac, & lanam extorqueant: Ideò ſive moriantur, ſivè vivant; à quibus extorquent; non curant. Iob 39. *B. Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij, & accipitris*: Et icitti tempus partus earum: *Derelinquit in terra ova ſua. Tu forſitam in pulvere calefacies ea? Obliviſcitur. quod pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat. Duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui, fruſtra laborauit nullo timore cogente.*

Iob. 39. B.

Gregor. in moral. Iob. lib. 31. cap. 7.

16 Greg. *Parvuli auditores frigidi, & inſenſibiles remanent, niſi doctoris ſui ſollicita exortatione calefiant. Ne igitur derelicti in ſua inſenſibilitate turpeſcant; aſsidua doctorum voce fovendi ſunt; quouſque valeant, per intelligentiam vivere, & per contemplationem volare.* Item, Seneca. *Nemo in tranſitu perfecte ſaret.* Ideò Apoſtolus ad Galatas 4. *Filioli mei, quos iterum parturio.* Item, proprium negligentia perimit; qui fidem bonis operibus non nutrit; *Quia fides ſine operibus mortua eſt.* Iacobus 2. *D.* Quęlibet ovis debet eſſe fœcunda, vt concipiat, conceptum baiulet: baiulum pariat; partum nutriat; donec in cæleſti patria: *Filij tui ſicut novellę olivarum in circuitu menſæ tuę. Pſalm. 127. B.*

Seneca.

Ad Galatas 4. C.

Iacob. 2. D.

Pſal. 127.

VERS. III.

SICUT VITTA COCCINEA labia tua: Et eloquium tuum dulce.

De vitta coccinea.

17 LABIA ſponſæ cocco aſſimilantur, qui dominicam paſsionem, & ſanguinis effuſionem prædicare non ceſſat; & cantando frequentat, dicens: *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu-Chriſti, &c.* Item, non dicit coccum; ſed vittam coccineam; vitta capillos capiti conſtringit, ſive reſtringit: Sic paſsio Chriſti, & ſanguinis effuſio multos Chriſto capiti per dilectionem adhęrere compellit; & ne per illicita defluant; capiti Chriſto coaptat. Vndè Ioann. 12. *B. Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Niſi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; ipſum ſolum manet: Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Item, Pſalm. 140. *B. Singulariter ſum ego donec tranſeam.* Quaſi diceret; capilli mei defluxerunt, niſi per vittam paſsionis mihi aſtringatur. Vndè Iſai. 48. *B. Laude mea infrenabo te.* Quaſi diceret; Tale opus faciam pro te, quod laudabis me, & illud opus laudabile, erit tibi frænum, ne per cãpos laſciviæ diſcurras, & à me recedas.

Labia ſponſę.

Ioann. 12. E. & D.

Pſal. 140. B.

Iſai. 48. B.

Quod paſsio Chriſti eſt vitta coccinea: Funis coccineus ligans cogitationes. Filum coccineum verba, & opera: Vel de vitta coccinea, comparata Cruci Chriſti, & de fune, & filo.

18 Legimus de vitta coccinea ſponſæ: De fune coccineo Raab Iob 2. C. de filo coccineo Zare. *Geneſ. 38. G.* Vitta coccinea fuit in capite: Funis coccineus in feneſtra: Filum coccineum fuit in manu. Tange hiſtoriam: Vitta coccinea in capite, eſt paſsio Chriſti in mente.

Ioſue 2. C. Geneſ. 38. G.

Funis

Funis coccineus in feneſtra, eſt confeſsio fidei in ore. Filum coccineum in manu, eſt paſsio Chriſti in operatione. Et hæc omnia dicuntur vincula, vel ligamenta. De his Oſea 11. B. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis.* In funiculis Adam; id eſt; per timorem, quia ſic percuſſus eſt Adam: Per vinculũ amoris, quia ſic paſſus eſt Chriſtus. Per funem dimiſsi ſunt exploratores extra Ierico: Et plerique amore paſsionis Chriſti relinquunt mundum.

Oſea 11. *B.*

19 Ecce quod per hunc funem à mundo dimittimur; in cælum trahimur, cogitationes, labia, & manus colligantur. De cogitationibus, & operationibus, Cantica 8. B. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum.* Quaſi; ſeram: Quaſi; operculum, ne per illicitas cogitationes cor defluat. *Vt ſignaculũ ſuper brachium tuum*: Nequis brachium tuum ad prohibita extendat. Item. Pſal. 140. A. *Pone Domine cuſtodiam ori meo, &c.* Si cor tuum defluat per cogitationes, dicit tibi Chriſtus; Amore paſsionis meę, collige, & liga cogitationes: Hoc eſt, pone vittam coccineam in capite. Si labijs tuis aliquem proponis offendere: Dicit tibi Chriſtus; Amore paſsionis meæ, contine linguam tuam, ſicut ego in paſsione mea. Iſai. 53. C. Obmutui. Nulli maledixi 1. *Petri* 3. C. Inferendo.

Cantica 8. *B.*

Pſal. 140. *A.*

Iſai. 53. *C.*

1. *Petri* 3. *C.*

20 Item, ſi aliquem vis percutere, vel defraudare; pone filum coccineũ in manu tua, taliter, quod cor, labia, & manus ſint tibi ligata vinculis paſsionis Chriſti, ne ad illicitũ aliquod procedant: Sic omnia verba, ſivè mẽbra tua erunt crucifixa cum Chriſto. Hanc vittam habere debent mulieres ſanctæ in capite, in ore in manu. Sed proh dolor! Multæ non iſtam vittam, ſed pepla crocea luxuriæ incentiva Veneris, guirlandam recipiunt Diaboli, & guirlandam proijciunt Ieſu Chriſti. Iſtæ ſunt meretrices Diaboli; aſſumunt funes Raab meretricis, & indè faciunt ſibi guirlandas, ſivè vittas coccineas, & ſalvabuntur in deſtructione mundi. Iſte triplex funiculus difficile rumpitur. De his vinculis. *Oſea* 11. *B. In funiculis Adam traham eos, &c.*

Oſea 11. *B.*

De diverſis generibus cõpedum, & vinculorum.

Funiculi.

21 Funiculi, quibus ligatus fuit Adam, ſunt diverſę pœnę, quas experimur; ſcilicèt; fames; frigus; calor; infirmitates. Ex quo ſic ligati ſumus, pro peccato alieno. Heu, quam aſperis funibus conſtringentur impij, pro peccatis proprijs! Timore iſtorum vinculorum plerique trahuntur ad Chriſtum. Uincula charitatis ſunt, nativitas, verbera, vulnera, paſsio, & mors Chriſti, quę omnia amore noſtro ſuſtinuit; quibus ad ipſum diligendum, nos conſtringit. Habent hæc tria vincula; de quibus in Pſal. 5. C. *Non eſt in ore eorum veritas; cor eorum vanum eſt.* Item *Iſai.* 59. *B. Opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.*

Vincula charitatis.

Pſalm. 5. *C.*

Iſai. 59. *B.*

22 Iſtorum cor, labia, & manus ligata ſunt vinculis Diaboli. Cor eorum ligatum eſt vinculo vanitatis, quia; *Cor eorum vanum eſt.* Labia vinculo falſitatis; *Quoniam non eſt in ore eorum veritas.* Manus vinculo iniquitatis; quia; *Opus iniquitatis in manibus eorum.* Vt dicit Iſai. Tales ſunt Dæmoniaci, ſicut legitur de quodã in Marc. 5. A. *Occurrit Domino homo de monumentis in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis; & neque catenis iam quiſquam poterat eum ligare; quoniam ſæpe compedibus, & catenis vinctus diruperat catenas, & compedes comminuiſſet.*

Marc. 5. *A.*

23 Catenæ Dei ſunt præcepta: Compedes conſilia. Sed plerique ſunt Dæmoniatici, quia præcepta rumpunt; nullis mandatis ligari poſſunt; nullis conſilijs acquieſcunt. Catena autem Chriſti decem annulis copulatur; quæ ſunt decem præcepta Decalogi, quæ his verſibus continentur.

Catenę Dei compedes.

De decem anulis catenæ Chriſti.

Sperne Deos.
Fugito periuria.
Sabbata ſerva,
Sit tibi Matris amor.
Sit tibi patris honor.
Non ſis occiſor.
Mæchus; fur.
Teſtis iniquus.
Vicini thorum.
Res que caveto ſuas.

Dæmoniaci dicuntur, qui has catenas frangunt; contra quos. Ierem. 26. C. *Pro ligneis facies catenas ferreas; quia hęc dicit* Dominus exercituum: *Iugum ferreum poſui ſuper collum cunctarum Gentium iſtarum.* Quaſi diceret: Pro lineis catenis

iugum Domini ſuave confringunt; dabo eis catenas ferreas in inferno, quas nullatenus rumpere poterunt.

Ierem. 28.C. De catena duplici Diaboli: Vel de decem annulis, quibus ligatur impius.

24 Catena autèm Diaboli duplex eſt. Vna eſt culpæ in præſenti: Altera pœnæ, in futuro. Catena culpæ decem annulis copulatur. Annulus eſt delectatio in peccato. Hoc annulo alicitur impius, & detinetur. Nullus de facili peccaret, niſi Diabolus per delectationem aliceret. Quis fornicatur, ingurgitatur, inebriatur, niſi per delectationem, quam culpa committatur. Vndè in Pſal. 9. C. *In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.* Vbi dico in Gloſa mea. verſ. 106. quod delectatio alligat eos, vt arrumpere, & ad vtilia intendere non audent. Si enim conantur, dolorem deſerere, quem delectat, & ille dolor non ſinit abſtinere.

Pſal. 9. C.

25 Secundus annulus eſt mentis excæcatio, quoniam delectatio facit, quod impius ſummum bonum reputet voluptatem, & incidit in errorem Epicurorum. Iupiter omnem impium ſtatuit, quodcunque; Ienare; aſperitates ſuſtinere, reputat ſummum malum. Sed, *Vę, bis*, vt dicit *Iſaias* 5. *E. Qui dicunt malum, bonum, & bonum malum &c.* Item, ex quo impius bonum reputat, quod eſt peſsimum, in illo peſsimo gloriatur. De huiuſmodi in Prov. 2. B. *Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſsimis.* Gregor. *Plerique gaudent in iniquitatibus, quas flere deberent.*

Iſai. 5. E.

Prover. 2. B.

Gregor. in moral. Iob. lib. 6. cap. 11.

26 Quartus annulus eſt nutrimentum peccati, quoniam vt dicitur in Pſalm. 9. *D. Laudatur peccator in deſiderijs animę ſuę: Et iniquus benedicitur.* Cum quis fornicatur, dicit adulator, quam bene feciſti; & tùnc magis nocet lingua adulatoris, quam gladius perſecutoris, vel percuſoris. Quintus annulus eſt impudentia, quoniam nèc Deum timet, nèc homines veretur. Ieremia 3. *A. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere*: Immò peior quam meretrix es. Vndè Ezechiel. 16. *D. Omnibus meretricibus datur merces, tu autem dediſti mercedem omnibus amatoribus tuis.* Quoniam impius dat animam, & corpus amatoribus, quos amatores ſuos reputat.

Pſal. 9. D.

Lingua adulatoris.

Ierem. 3. A.

Ezech. 16. D.

Impius dat animam.

27 Sextus annulus eſt oblivio Dei. Vndè in Pſalm. 53. *A. Quoniam non propoſſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.* In cantico Moyſi. Deuterenom. 32. *C. Et receſsit à Deo ſalutari ſuo.* Septimus annulus eſt, induratio mentis. Iſai. 48. *A. Scivi enim quia durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, & frons tua ærea.* In Proverbijs 27. *D. Si contuderis ſtultum in pilla deſuper feriente pilo, quaſi ptiſanas, non auferetur ab eo ſtultia eius.* Octavus annulus eſt, dilatio pœnitentiæ. Iſai. 28. *C. Manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.*

Pſalm. 53. A

Deut. 32. C.

Iſai. 48. A.

Prov. 27. D.

Iſai. 28. C.

28 Ita clamant plerique Doctoribus Eccleſiæ, dicentes: Pater expecta parum, adhùc peccare poſſumus; in fine pœnitebimus. Eccleſiaſt. 5. *B. Ne dixeris Peccavi, & quid mihi accidit triſte? Altiſsimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu; neque adijcias peccatum ſuper peccatum: Et ne dicas: Miſeratio Dei magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim, & ira ab illo cito proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.* Ecce ſi fueris in peccato, & dilataveris converti, credis, quod invenies miſericordiam? Non: Sed invenies iram.

Eccleſ. 5. B.

29 Nonus annulus eſt contemptus. In Prov. 18. *A. Impius, cum in profundum venerit malorum, contempnit, & ſequitur eum ignominia eius, & opprobrium.* Decimus annulus eſt, deſperatio, quod fuit peccatum Cain, qui ait. Geneſ. 4. *B. Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Per hanc catenam trahit multos Diabolus, in ge-

Prov. 18 A.

Geneſ. 4. B.

Ezech. 16. C. gehennam. Ezechiel 16. C. *Accidit post omnem malitiam. Væ, væ tibi, ait Dominus.* Quasi diceret, Cum cõpleveris prędictas malitias, vel aliquas illarũ, accidit tibi duplex væ; vnum in corpore; & aliud in anima.

ELOQVIVM TUUM DVLCE.

De duplici eloquio, amaro, vel dulci.

30 EST quoddam eloquium, quod dulce est carni; sed amarum spiritui. Alterum, quod est amarum carni; sed dulce spiritui. Prima vox, sive eloquium, est Syrenę, quæ secundum

Isidorus. Isidorum in libro Æthimologiarum. *Vocis dulcedine attrahit navigantes, & dimergit in pelagus, & pereunt.* Hæc vox multum exauditur in mundo. Vox est ista illorum, qui dicunt; eamus ad prostibulum, ad

Isai. 22. D. convivium; sicut dicitur in Isai. 22. D. *Comedamus, & bibamus: Cras enim moriemur.* In libro Sapientiæ 2. B.

Sapientia 2. B. *Vino pretioso, & vnguentis nos repleamus: Et non prętereat nos flos temporis: Coronemus nos rosis, antequam marcescant: Nullum pratum sit, quod non per transeat luxuria nostra: Ubique relinquamus signa lætitiæ nostrę.*

31 Quę vox, sivè eloquium à multis exauditur, quoniam vt dicit

Eccles. 1. D. Hieronym. Eccles. 1. D. *Stultorum infinitus est. Numerus.* Hieronymus de huiusmodi adulatoribus. *Mira cautela vtere rebus tuis: Bibe, dum vivis: Huiusmodi fermentes ad delitias moliunt.* Certe omnes isti non ducunt ad voluptatẽ carnis, sed ad mortem animæ. Immò corpus, & animam ad mortem gehennę trahunt. Huiusmodi apponunt amarum in dulce, & dulce in

Vox spiritualis. amarum, & ideò, væ illis. Alia vox spiritualis, amara est carni. Hæc est vox Domini: Vox scripturæ: Vox Ecclesię.

32 Iste liber, qui dulcis est, erit tanquam mel; sed facit ventrẽ amaricare. *Ezechiel* 2. D. & 3. Id est; carnalitatem; in Apoc. 10. D. & 20. D.

Ezech. 2. D. Et 3. A. Apocalip. 10. D. 20. D. *Accepi librum de manu Angeli, & devoravi illum: Et erat in ore meo tanquã mel dulce: Et cũ devorassem eum, amaricatus est venter meus.* In Eccles.

Eccles. 18. D. 18. D. *Post concupiscentias tuas non eas, & à volũtate tua avertere. Si enim prestes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Hæc vox salutifera est, vt carnis voluptatem non adimpleas, ieiunes, comedas citra saturitatẽ, bibas citra ebrietatẽ, vt dicit Hieronymus. *Melius est dolere de ventre, quã de mente.* Hæc in me præscio, cum nimium comedo, vel bibo, ingurgitationes pravas; eructationes huiusmodi synthomata sentio: Deum offendo: ventre farcito, mente doleo, quod modicum excessi. Si verò ad mensuram cibũ, potum que sumo; venter esuriendo dolebit; sed tamen in sobrietate, & mẽsura in Domino fotus gaudebit.

Ieiunare quã vtile est spiritui.

Hieronym.

Saturatio quantum noceat.

33 Ideò de hac voce dicitur in

Matth. 5. D. Matth. 5. D. *Esto consentiens adversario tuo cito, cõcorda cum illo dum es in via: Ne forte tradat te adversarius iudici, & iudex tradat te ministro: Et in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies indè, donèc reddas novissimum quadrãtem.* Hoc est, verbo Dei, quod carni adversatur, acquiescas, ne tradat te Domino; Dominus ministro Diabolo, & Diabolus ponat te in carcerem inferni, vbi perpetuo eris, & pro minimo peccato punieris. Hęc verò vox dulcis est spiritui, quia vitam ęternam promittit. Si Episcopus tibi promitteret Prebendam, Beneficium, Archidiaconatũ, diceres, quod verba vitę ęternę haberet. Sed bonus Iesus promittit tibi ęternum Beneficium, ęternam Dignitatem in Cœlo. Ergo vox eius dulcis, dulcior, dulcissima. Dulcis in promissione: Dulcior in peccatorum remissione: Dulcissima in glorię solutione. *Venite Benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi: Matth. 25. C.*

Matth. 25. C.

SICVT FRAGMEN MALI PVnici ita genę tuę absque eo, quod intrinsecus latet.

De his qui habent genas meretricis & genas turturis. Genæ.

34 IN genis est sedes verecundię. Per genas intelliguntur Religiosi Prelati: Immò quilibet fidelis, qui debet habere verecundiam de peccato. Vndè, Seneca. *Si scirem Deos ignoscituros, & homines moraturos, tamen dedignarer, peccare.* De his qui non erubescunt, dicitur in Ierem. 3. A. *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Quilibet fidelis de-

Seneca.

Ierem. 3. A.

bet habere frontem, & genas virginis, non meretricis. Meretrix enim, nèc fornicatores, nèc adulteros, nèc mœchos erubeſcit; ſed indiferenter reſpicit, ſeu recipit. Sic impij non erubeſcunt Dæmonibus commiſceri peccando.

De fractione corporis Chriſti.
Genas perdere.
Malum punicum eſt Chriſtus.

35 In fragmine mali, primi Parentes peccaverunt; genas perdiderunt. Ideò neceſſe fuit, quod aliud malum frangeretur; & ſic factum eſt, quoniam malum punicum, quod eſt Chriſtus fractum eſt. Et ſic humanũ genus redemptum eſt. In fractione mali punici tria attendũtur; ſcilicet, rubor, candor, & liquor. Hæc tria cõ currunt in fractione carnis Chriſti: Rubor in ſanguine; Candor innocẽtiæ: Liquor ſanguinis, & aquæ. De hac fractione dicitur in Evangelio Matth. 26. C. *Benedixit, fregit, & dedit.* Non quia fregit corpus ſuum; ſed formam. Quæ fractio ſignat illã fractionem, quę fuit in Cruce. Eſt autem ibi regula tironij, vbi verba videntur referri ad idem, & tamen referũtur ad diverſa, quia benedixit panem; fregit formam; dedit corpus.

Matth. 26. C.

NOTA. Regula tironij.

36 Eſt autem rubor rutilans. Candor blandiens. Liquor incidens, ſivè viſculus. Rubore Dæmones exterrentur. Candore homines atteruntur. Liquore corda penetrantur. Nil eſt, quò tantum exterriti ſint Dęmones, ſicut paſſione Chriſti, proprio ſanguine rubricata: Quoniam per illam fuerunt victi, & deiecti. Nil tantum atterit hominem, ſicut benignitas Chriſti, quæ per candorem vitę intelligitur. Nil magis durum cor penetrat, quam ſanguis, & aqua, qui manaverunt, de corpore Chriſti, ſanguine hœdi adamas, ſanguine vermiculi marmor confringitur. Gregor. *Durus adamas inciſionẽ ferri minime recipit: Sed leni hircorum ſanguine moleſcit.* Chriſtus autem eſt hœdus, qui in lege offerebatur. Ipſe autem de ſe ait in Pſal. 21. A. *Ego autem ſum vermis, & non homo.*

Sanguis hædi
Sanguis vermiculi.
Gregor.
Chriſtus eſt hœdus.

37 Certè ſi cor tuum fuerit vt marmor, vel adamas, qui inter lapides ſunt duriſſimi: Tamen ſi attendas, quod bonus Ieſus Deus, & homo amore tui guttas ſanguinis ſudavit, & ſanguinem de vulneribus emiſit; cor tuum confringetur, & per pœnitentiam conteretur: Quoniam in effuſione iſtius liquoris lapides ſciſi ſunt: Sol obſcuratus eſt: Terra tremuit. Lapides avaritię; Sol vanæ gloriæ; Terra luxuriæ; Omnia iſta confringuntur, contenebrantur, timore cõcutiuntur, in corporis Chriſti fractione, & sãguinis loquoris effuſione. Licèt igitur ſit maxima in corde duritia, tamen, vt dicit Bernard. *Quis confringit duritiam iſtam, niſi qui paſſione ſua petras ſcidit.*

38 Fuit autem triplex fractio in corpore Chriſti: Vna in manibus: Alia in pedibus: Tertia in latere. Vna in ſudore: Alia in crucifixione: Tertia in lanceatione. Proſequamur primam. Illa, quę eſt in manibus, ſignificat largitatem, vndè largus homo dicitur habere manus perforatas, quia nihil retinet. Vndè in Eccleſ. 4. D. *Non ſit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum collecta.* Illa, quæ eſt in pedibus, caſtitatẽ; quoniã per pedes affectus intelligimus. Prius enim affectus carnis pergit ad conſenſum, ad meretricẽ, ad proſtibulũ, quam pedes corporis; quandoquidẽ omnia membra voluptatem ſequuntur. Illa, quæ eſt in latere, ſignificat humilitatem in corde. Cor enim ſub latere eſſe dicitur, licèt non ſit authenticum, quod illa lancea vſque ad cor protendebatur.

Quod tria debemus frangere pro Chriſto ſcilicèt carnem: Panem, & mentem.
Homo largus Eccleſ. 4. D.

39 Tria ergo ſunt frangenda. Panes, qui in manu habentur. Affectus carnis, qui in pedes, ſivè per pedes deſignantur. Cor, quod ſub latere abſconditur. Frange igitur panem tuum, per largitatem. Frange carnẽ, per caſtitatem. Frange cor, per humilitatem. De prima fractione. Iſai. 58. C. *Frange eſurienti panem tuum, &c.* De fractione carnis in Pſal. 136. B. *Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos ſuos ad petram.* Id eſt, amore Chriſti, qui eſt petra, primos motus confringet; ne ad conſenſum, vel opus procedat. De fractione mentis, ſivè cordis. Ioel. 2. C. *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Quoniam *cor contritum, & humiliatum Deus non deſpiciet. Pſal.* 50. *D.* Hæc omnia debes frangere amore ipſius, qui corpus ſuum, pro te frangi permiſit.

Frangenda.
Iſai. 58. C.
Pſal. 136.
Ioel 2. C.
Pſalm. 50. D.

40 Dominus duas manus habuit foratas, ſivè fractas; & tu duas in manibus habeas fracturas. Vnã ad amicos; alte-

alteram ad inimicos. Vnam à dextris; alteram à ſiniſtris. Item duas habuit, in pedibus. Duo ſunt affectus carnis: Vnus ad gulam; alter ad luxuriam. Hos duos affectus debes frangere. Ingluviem frangas comedendo, citra ſaturitatem. Luxuriam reſiſtendo, citra operationem; hoc eſt; guloſitatem, per abſtinentiam: Luxuriam, per continentiam. Hę ſunt herbæ ſilveſtres, quas debes extirpare. Vndè circa tempus quadrageſimale, cardus, & herbæ agreſtes in campo franguntur; ne bonum triticum extinguatur.

Affectus carnis eſt duplex

41 Tu quoque extirpa nociva à modica terra, quam portas, herbis venenoſis, & agreſtibus plena, nè in autumno inveniantur. Tùnc confringes peccatorum ſpinas. *Pſal. 31. A. Et 57. B.* Bernard. *Quotles reſiſtimus Diabolo, ſupremos Angelos lætificamus; Deum honorificamus. Ipſe enim nos hortatur, vt pugnemus: Adiuvat, vt glorificemur; certantes expectat; deficientes ſublevat; vincentes coronat.*

Pſalm. 31. A. Et 57. B. Bernard.

42 Inter hæc omnia difficillimum eſt cor frangere, per humilitatem; quoniam ſuperbia in mente latitat; vt dicit Ambroſius. *Natione eſt cęleſtis, circa cæleſtia mente ex bono oritur. Quicunque rixatur; quicunque inflatur; quicunque alium vilipenderit; radicem ſuperbiæ in corde occultat.* Quandoquidem eſt mortale, quandoquidem veniale. Sed quomodo; neſcio; Deus ſcit: Quoniam, vt dicitur in Pſal. 18. C. *Delicta quis intelligit?* Tamen frangere oportet. Tres enim fractiones fiunt in Eccleſia, non in corpore; ſed in forma. Iſtę tres fractiones, præcipue ſpectant ad Religioſos, qui debent habere fracturam in manibus, vt nullũ proprium retineant. In pedibus, vt continentiam ſervent. In latere, vt obedientiam, per humilitatem habeant.

Ambroſius.

Pſalm. 18. C.

43 Si nolueris frangere, vt dictum eſt. Dæmones te totum confringent, vt teſtatur Ezechiel 23. D. *Multitudo popalorum lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te undique: Nares tuas, & aures prędident: Et quę remanſerint, gladio concidentur.* Certe, non eſt aliquis ita infamus, qui pro pulcherrima muliere, vel villa, ſuſtineret, quod ſibi naſus ſcinderetur. Et quid erit de impio, qui pro vnica fornicatione incurrit, quod ei naſus; & totum corpus in inferno ſcindatur, & confringatur: Quoniam Dominus; *Tanquam vas figuli confringet eos. Pſalm. 2. B.*

Qualiter Dæmones impios confringent. Ezech. 23. D.

Pſalm. 2. B.

44 Item, Dæmones dentibus acutiſsimis cadavera impiorum confringent, corrodent, & comminuent; vt dicitur in Deuther. 32. D. *Sagittas meas complebo in eis: Conſumentur fame, & devorabunt eos aves morſu amariſsimo: Dentes bęſtiarum immittam in eos, cum furore trahentium ſuper terram, atque ſerpentium.* Per aves, beſtias, & ſerpentes intelligimus Dæmones, qui crudelibus dentibus impios confringent, & mordebunt. *Benedictus Dominus qui non dedit nos, in captionem dentibus eorum. Pſalm. 123. B.* Hic poteſtis cogitare de Gedeonicis, qui lagenulas fregerunt in die Madian.

Deuther. 32. D.

Pſal. 123. B.

ABSQVE EO, QVOD INTRINſecus latet.

45 QVaſi diceret: Magna ſunt, quæ exterius aguntur; ſed maiora, quę intrinſecus abſconduntur. Hoc eſt, in ſponſo pulchra ſunt, quæ apparent; pulcherrima, quæ intus latent; ſcilicèt; anima, & Deitas. Hoc eſt illud Apoſtoli ad Corinth. prima 2. C. *Quod oculus non vidit, nèc auris audivit; nèc in cor hominis aſcendit.* Item Iſai. 64. A. *A ſæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: Oculus non vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.* Hic eſt locus voluptatis, de quo exierunt quatuor flumina Evangelicæ doctrinæ, quæ irrigant terram cordium noſtrorum, & fœcundant.

De pulchritudine interiori: ſcilicèt: Animæ.

1. ad Corinth. 2. C. Iſai. 64. A.

46 De hoc ſcribit Beda, hoc modo: *Deus eſt ſubſtantia ſpiritualis, tam ineffabilis ſuavitatis, & tam ineffabilis pulchritudinis, vt Angeli, qui ſeptuplo ſolem ſua vincunt pulchritudine, in ipſum deſiderant inſatiabiliter proſpicere.* Quoniam hoc pulchrum nunquam vidimus, multa diſcere neſcimus; ſed adhùc videre ſperamus. Similiter de intrinſeca pulchritudine ſponſæ exponatur.

Beda de actu quid eſt Deus.

Hyeronim. De qua Hieronymus. *Anima munda, templum Dei eſt. Anima immunda habitatio Dęmonum eſt. Animę ornamenta, mandata Dei ſunt. Animæ deformitas, vitia carnis.* Auguſt. *Auguſtin.* *Sed ſub nigro habitu animam ſatis pulchram latitare contingit.* Nèc multũ interſt, ſi non habeat quis candidam veſtem, habens candidam cõſcientiam. *Pſalm. 44. D.* *Quoniam omnis gloria eius filiæ Regis ab intus.* Gratiæ de beata Virgine, & anima fideli. Si foris gloriam quærit; ſpeciem, quam Rex concupierat, non habet. Hieronymus ad Rufinum *Hieronym. ad Rufinum.* *Quid pulchrius anima, quę filia Dei nuncupatur? Et nullos extrinſecus quærit ornatus: Credit in Chriſto, & in hac ambitione ditata, pergit ad ſponſum.*

47 Hoc autem video inter amantes, quod cum aliqua habet pulchram faciem, plerique diligunt manus, & pedes illius. Sic Dominus attendens pulchritudinem animæ, caput, membra, & totum corpus hominis diligit. Item, aliquis zelotypus plus diligit aliquã, quam Solem, Lunam, & Stellas, quã & villam, & vineas, & omnem creaturam. Certè, nullus magis zelotypus, quam Chriſtus, vndè nèc Solem; nèc Lunam, nèc mare, nèc terram tantum diligit, quantum animam imagine ſua inſignitam, & virtutibus decoratam. Pro anima, huc de Cœlo deſcendit, Crucem aſcendit. Hanc animam ſitivit dicens, vt habetur in Ioanne 19. *F.* *Ioann. 19. F.* *Sitio.* Nil enim niſi animas ſitivit. Et *beatus qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis.* *Pſal. 126. A.* *Pſalm. 126. A.*

VERS. IV.

SICUT TURRIS DAVID COLlum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

De diverſitate Prælatorũ. Vel de diverſis nominibus prælatorum. 48 NOTANDUM, quod Caput eſt Chriſtus: Corpus Eccleſia: Collum Prædicatores, per quod, ſeù quos deſcendit cibus doctrinæ in corpus Eccleſiæ. Vndè Dominus dedit Diſcipulis panes, & illi appoſuerunt turbæ, vt habetur in *Matth. 14. B.* *Caput eſt Chriſtus. Collum. Corpus. Math. 14. B.* *Et Luca 9. B. Dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis.* Hoc collum turri comparatur. Si enim Eccleſia eſt civitas, meritò turris in ea eſt Doctorum conſtantia. Quæ turris à verò David, qui dicitur manufortis, eſt conſtructa. Propugnacula, quibus hæc turris defenditur, ſunt, ſacra ſcriptura; Eccleſię ſacramenta; vel facta ab eis miracula, ſivè periti in diſputatione. *Luca 9. B.* *Turris in Eccleſia.*

49 Mille clypei, qui pendent ex ea, ſunt mille præſidia divinæ diſpenſationis, quibus à Domino adiuvantur; ne inimici poſsint eos debellantes proſternere. Omnis armatura fortium eſt illa, quam ponit Apoſtolus ad Epheſios 6. *C.* *Epheſios 6. C.* *State ergò ſuccinti lumbos veſtros in veritate, & induite loricam iuſtitiæ, & calceati pedes in præparatione Evangelij pacis: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite: Et gladium ſpiritus (quod eſt verbum Dei) per omnem orationem, & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu: Et in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione.* Turris igitur dicitur prædicatorum conſtantia: Clypei ſunt preſidia. *Clypei mille.*

50 Clypeorum quatuor ſunt genera. Primus eſt, ferreus: Secundus, æreus: Tertius, argenteus: Quartus, aureus. Primus eſt obſtinationis: Secundus, ſimulationis: Tertius, innocentiæ naturalis: Quartus, charitatis. Primum portavit Saul. 1. *Reg.* 31. *B.* Et in montibus Gelboe occubuit. Secundum æreum, portavit Goliath; & à David interfectus eſt. 1. *Reg.* 17. *G.* Argenteum portavit Ioſue, & eo levato adiutus à ſocijs civitatem Hai combuſsit. *Ioſue* 8. *D.* Aureum portaverunt Machabei, & diſipaverunt gentium fortitudinem. 1. *Machab. 6.* *De quatuor generibus clypeorum.* *1. Regum 31. B.* *1. Reg. 17. G.* *Ioſue 8. D.* *1. Machab. 6.*

51 Primi ſunt aſini ad ſtimulum; meretrix ad verecundiam; aſpis ad incantationem; vrſus inſidians ad vltionem; lapis ad maleũ, ferrum ad ignem. De primo in Prover. 23. *D.* *Verberaverunt me, ſed non dolui: Traxerunt me, & ego non ſenſi.* Omnes infirmitates, & afflictiones; & huiuſmodi, non ſunt niſi ſti- *De induratis, & obſtinatis.* *Prov. 23. D.* *Infirmitates, & afflictiones*

ſtimuli, vt, *Feſtinemus ingredi in Regnum Cœlorum.* Ad Hebræos 4. C. Vndè Gloſa in Math *Felix neceſſitas, quæ nos ad meliora compellit.* Et tamen magis ſentit aſinus ſtimulum ſuum, quam nos huiuſmodi noſtrum: Quia plerique ſemper iacent in infimo peccati; nèc vnquam volunt ſeparari.

Hebræos 4. C.

Gloſa in Mat.

52 Item, ſunt meretrices ad verecundiam; qui nullam in peccatis verecundiam patiuntur. Vndè Ierem. 3. *A. Frons meretricis mulieris facta eſt tibi*, vt ſupra in hoc cap. num. 34. Immò quidam minorem habent verecundiam, quam meretrix viliſsima, quæ coram tribus, vel quatuor erubeſcit peccare: Sed impius nèc coram Deo, & beata Virgine, & Angelis ſanctis; toto que mundo erubeſcit peccare: Scelus perpetrare, cum Diabolo fornicare. Quicunque enim mortaliter peccat, cum Diabolo fornicatur: Immò & quod peius eſt, cum male fecerint, gloriantur.

Ierem. 3. A.

Impius quam inverecundus ſit.

53 De tertio; Pſalm. 57. *A. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas.* De quarto in Trenis. 3. *B. Urſus inſidians factus eſt mihi.* De lapide, & ferro. In Prov. 27. *D. Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius.* Lapis, ſi cum glutino ponitur, non frangitur. De ferro Ierem 6. *G. Fruſtra conflavit conflator; malitiæ eorum non ſunt conſumptæ.* Maledictus furor talium, quia pertinax. Hunc clypeum habuit Saul 1. *Regum* 15. *Per totum, & quaſi vſque ad vigeſsimum quartum*, qui increpationes Samuelis ſuſtinebat, & vitam ſuam non corrigebat: Sed perſecutioni David inſiſtebat.

Pſalm. 57. A.

Trenis 3. B.

Prover. 27. D

Lapis ſi cum glutino.

Ierem. 6. G.

1. Regum 15.

54 Secundus clypeus eſt hypocritarum, qui videntur habere colorem aureum, ſicut, ęs; cum non ſit aurum. Nam hypocritæ videntur compati, ſivè pati ex charitate: Sed patiuntur ex vanitate. Vno modò, quandoquidem patiuntur, propter temporale commodum. De quibus Apoſtolus 1. *ad Timoth. 6. B. Exiſtimantes quæſtum eſſe pietatem.* Alio modo, propter laudes hominum; ſicut illi, qui *Ex terminant facies ſuas, vt videantur ab hominibus ieiunantes. Math. 6. B.* Tertio modò, vt ſubvertant corda fidelium. Hi ſunt hæretici. *Qui in eduut in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Math. 7. C.* Quia oves Chriſti, per ſuam falſam doctrinam interficiunt. Hic eſt cypeus Galiæ, de quo ſcriptum eſt in 1. *Regum* 17. *A.* Quod *Clypeus æreus tegebat humeros eius.*

De hipocritis, & eorum clypeis.

1. ad Thim. 6. B.

Math. 6. B.

Math. 7. C

1. Reg. 17. A.

55 Tertius clypeus eſt argenteus. Hic eſt naturalis bona, ſive innocentia, quæ per ſe non ſufficit; ſed informata charitate, tranſit in virtutem. Hunc clypeum habuit Ioſue 8. *D.* Qui cum expugnaret vrbem Hai, perſequentibus eum viris civitatis illius, clypeum elevavit in altum: Quem videntes ſocij econtra; qui erant in inſidijs, adiuverunt eum, & deſtruxerunt civitatem. Quidam hūc clypeum dimittunt in terram, dùm ad terrena commoda, ſuam applicant innocentiam. Quidam in altum elevant, qui ad hoc habent naturalia bona, vt in divino obſequio expendant. Hai interpretatur vita valium; & ſignat vitam impiorum, ad quam fluunt ſordes vitiorum. Hæc vita deſtruitur, quādo naturalis bonitas ad cęleſtia erigitur.

De bonis naturalibus.

Ioſue 8. D.

Hai interpretatur vita valium.

56 Quartus clypeus eſt patientia, quæ ex ſola charitate habetur. Iſta habet imaginem Chriſti, & dat proximis fulgorem, & adverſarijs terrorem. Vnde in 1. *Machab. 6. D. Refulſit Sol in Clypeos aureos.* Ecce imago ſolis: *Et reſplenduerunt montes ab eis.* Ecce qualiter dat proximis fulgorem. Montes ſunt, potentes huius ſæculi, qui Religioſorum patientiam videntes, illuminantur *Et fortitudo gentium diſsipata eſt.* Ecce dat adverſarijs terrorem. Tales clypei pendent ex hac turri. Veniāt tella petrina, & omnia machinarū genera; nil poterunt contra Eccleſiam, vel animam iuſtam, quæ his clypeis eſt munita.

De patientia

1. Mach. 6. D

57 Gregor. *Mens quipè ſanctorum in hoc tentationum prælio communita patientiæ clypeo, & gladijs atrocia, ad perferenda mala, ſivè formidinem: Quatenus, & odiorum tella potenter eripiat: Vel aliter: Excipiat; & amoris iacula valenter reddat.*

Gregor.

Hunc

Hunc clypeum habuit Stephanus;& ideò Lapides torrentis nil nocuerunt. Hunc clypeum habuerunt Laurentius,& Vincentius: Vndè incendia nil prævaluerunt. Hoc clypeo fuerunt muniti Didimus Thomas & Thomas Cantuarienſis : Nèc hunc ſagittæ ; Nèc illum gladij vincere potuerunt.

VERS. V.

DVO VBERA TVA SICVT DVO hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs, donèc aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.

Quot nominibus nuncupantur prælati; ſivè prædicatores.

58 PRædicatores,qui ſupra;oculorum nomine, & dentium, & colli deſignati ſunt : Nunc vberum vocabulo exprimuntur , ſivè experiuntur. Qui recte dicti ſunt oculi ; quia occulta ſcripturarum proſpiciunt. Dentes; quia impios mactando mortificant; & in corpus Eccleſiæ maſticando trajiciunt. Vndè Acto 10. B. *Macta , & marduca.* Collum ; quia vitalem fructum virtutes, & præmia manducando Eccleſiæ miniſtrant. Ubera dicuntur , quia parvulis in Chriſto , lac potu ; id eſt ; faciliorem doctrinam miniſtrant.Dicuntur hinnuli capreæ , quia accutiſsime, quæ agenda ſunt,proſpiciunt. Vndè. Prover. 4.D. *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.*

Prædicatores ſunt vbera : Oculi:Dentes: Collum:hinnuli capreæ:Gemelli.

Actuum 10. B.

Prover.4. D.

59 Item,bene dicuntur gemelli, quia, ab vno patre , & eadem matre geniti , vt inter omnes Prędicatores præcipua ſit concordia , corde; opere,& prædicatione.Undè ſi vnus alteri contradicit , vel invidet ; non ſunt gemelli. *Qui paſcuntur in lilijs:* Id eſt; in caſtis mentibus. Quia ſicut lilium valet contra aduſtionem ; ſic etiam caſtitas curat aduſtionem inferni , quæ eſt luxuria. *Donèc aſpiret dies* : Id eſt ; vſque ad finem ſæculi, quia tùnc aſpirabit, dies illa, de qua dicitur in Pſalm. 83. D. *Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia.* Et tùnc inclinabuntur vmbræ , quia conſumptis tenebris huius mundi : *Fulgebunt iuſti ſicut ſol in domo patris noſtri.Matth.13.F.*

De vberibus animæ , vel lamiæ : Mariæ : Et Eccleſiæ.

Caſtitas.

Pſalm.83.D.

Matth.13.F.

60 Sunt autem vbera lamiæ : Ubera Mariæ : Vbera Eccleſię. Lamia eſt quoddam monſtrum , quæ catulos parit,& lactat,& cum lactaverit, laniat , & occidit. De quo in Trenis 4.A. *Lamiæ nudaverunt mammam ; lactaverunt catulos ſuos.* Hoc monſtrum , iſte eſt mundus, qui habet duo vbera ; voluptatem ; ſcilicèt; & vanitatem. Voluptate lactat delicatos; vanitate, vanos , & ſuperbos. Et cum lactaverit,laniat , & interficit. Laniat enim cum ſanitatem aufert in egritudine; divitias in morte;amicos in tribulatione. Item laniat , quando corpus tradit vermibus,& animam Dæmonibus.

Vbera lamiæ Mariæ, & Eccleſiæ. Lamia.

Trenis 4. A.

61 Vbera Mariæ ſunt, quæ de Cœlo plena lactaverunt Chriſtum. Undè ; *Ipſum Regem Angelorum ſola virgo lactabat vbere de Cœlo pleno. In 8. reſponſorio Circunciſionis.* Plerique quam plures dietas pergerent, vt hæc vbera lacterent , & ſuggerent. Sed vbera Eccleſiæ meliora , quam vbera Mariæ carnem Chriſti, nutriverunt. Vbera Eccleſiæ animas fidelium nutriunt , & in cœlum ſalire faciunt.De quibus hic, & in officio mediæ quadrageſimæ. Iſai. 66. C. *Lætare Ieruſalem, & conventum facite omnes , qui diligitis eam, &c. Vt exultetis , & ſatiemini ab vberibus conſolationis eius.* Hæc vbera ſuggimus , quoties prædicationis verba audimus.

Vbera Mariæ

Vbera Eccleſiæ.

Iſai.66. C.

VERS. VI.

VADAM AD MONTEM. Myrrhæ , & ad collem thuris.

De martiribus: Confeſſoribus, & fidelibus. Mons.

62 VOX Chriſti , quia gratia ſua viſitat illos , qui per eminentiam carnem mortificant. Mons enim eminentiam , aut carnis mortificationem ſignificat. Similiter viſitat collem thuris ; quia fumum devotionis redolent : Quaſi diceret ; Dominus viſitat Martires , qui per montes myrrhæ intelliguntur. Viſitat Confeſſores , qui per colles thuris dicuntur. Martires enim carnem ſuam amaritudini mortis exponunt. Confeſſores fumum devotionis in bonis operibus emittunt. Item moraliter,

per iſtos intelligimus fideles, qui ſe ipſos cum devotione mactant; vt in

Pſalm.33.D. Pſalm. 33.D. *Quoniam iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde.*

Iſai.61.A. Iſai.61.A. *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit Dominus me: Ad annuntiandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clauſis apertionem. Ut conſolarer omnes lugentes, vt ponerem conſolationem lugentibus Sion: Et darem eis coronam, pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Ideò dicitur Chriſtus vnctus, vt vnctione ſua ſanet contritos corde, & alliget contritiones eorum. *Pſalm.146.A.*

Pſal: 146.A. De farina Eliſei.

63 Hæc eſt farina, quæ dulcoravit herbas prophetarum, quia mors fuit in olla, hoc eſt Oleum gratiæ farina Eliſei: Quoniam ſecum portat verbum plenum gratiæ, & veritatis. Herbæ agreſtes amaræ, ſunt præcepta Domini implenda: Flagella toleranda: Pœnitentia agenda, in quibus eſt mors, & afflictio, niſi dulcorentur per farinam; id eſt, per dulcedinem gratiæ. Vndè Bernard. *Ecce moleſtus eſt nobis pœnitentiæ labor: corporis afflictio gravis: Abſtinentia oneroſa: In vigilijs dormitat anima noſtra præ tædio.* Pſal. 118. D. *Non propter aliud ſane, quam per inopiam ſpiritus. Ipſe enim ſi adſit Chriſto, & eius dulcedini, ipſe Chriſtus ſine dubio adiuvaret infirmitatem noſtram. Vndè Eccleſiaſticus* 25. C. *Spiritus meus (ait Dominus) ſuper mel dulcis: Et ita, quid non temperabit illa dulcedo, quæ mortem quoque facit eſſe dulciſſimam? Sed fortaſſe multorum conſcientiæ reſpondent: Deſideramus, & nos hunc ſpiritum, qui ſic adiuvet infirmitatem noſtram, ſed invenire non poſſumus. Et ego dico vobis, propterea non invenitis, quia non petitis. Et ſi petitis, non accipitis, quia negligenter petitis. Nihil aliud expectat Deus niſi vt ſedule, & cum deſiderio quæratur.*

Herbę agreſtes.

Bern. In Serm. Santi Andreę

Pſalm. 118. D.

Eccleſiaſtic. 24.C.

64 Exponatur etiam de ſponſa, & de qualibet fideli anima, quæ vitam ſuam in melius proponit commutare dicens: Ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Hoc dicit, qui proponit pœnitere, vel vitam ſuam arcere, vel Religionem intrare. Et quilibet iſtorum eſt mons myrrhę; id eſt; eminentia auſterę vitę. Dicit ergo: *Ibo mihi*: Id eſt; ad vtilitatem mei; quoniam Deus bonorum meorum non eget.

Quod pœnitens vel Religioſus eſt mons myrrhæ

65 Triplex eſt myrrha. Prima eſt pœnitentię. Secunda aſperitatis voluntariæ. Tertia eſt, regularis vitę. Primam guſtant, qui de peccatis pœnitent; ſcilicèt, qui in domibus ſuis voluntarie; ſivè iniunctione, & voto ieiunant. Vndè Prior Cartuſienſis ordinis Odoni Epiſcopo Pariſienſi: *Nil vovas; ſed omnia bona opera ex voto factas.* Aug. *Ea in officijs noſtris ſunt gratiora, quę cum liceret nobis non impendere; tamen cauſa dilectionis impendimus.* Multa enim ſunt facienda, quæ lex non præcipit. Vita iſtorum bona eſt, & ſancta, tamen difficile eſt in igne eſſe, & non comburi; in ſterquilinio iacere, & non coinquinari: In mundo eſſe, & mundana non ſectari. Difficile eſt vxorem habere, & eam non amplecti: Cibaria delicata tenere, & non guſtare. Ideò vita tutiſſima eſt religionem intrare.

De triplici myrrha; & triplici ſtatu.

NOTA.

Aug.

Vxorem habere.

66 Prima myrrha triplicem continet amaritudinem; ſcilicèt; pœnam; quoniam in compunctione amarus dolor: In confeſsione pudor: In ſatisfactione labor. Vndè dolor retrahit delicatos: Pudor vanos: Labor revocat pigros. In ſecundo ſtatu; hoc eſt, in aſperitate voluntaria, eſt triplex myrrha, ſcilicet, continentia cum muliere: Abſtinentia cum ciborum ſuperfluitate: Largitas in rerum poſſeſſione. Continentiam habet, qui cauſa prolis, vel debiti ſolvendi, non cauſa voluptatis adimplende, vxorem cognoſcit. Item, abſtinentiam habet, qui tantum ad ſuſtentationem, non ad delectationem cibum ſumit. Item, largus eſt, qui amore Dei, & compaſsione proximi, poſſeſsiones diſtribuit; quoniam qui ſimplicitèr pro laude humana hoc facit, iam mercedem ſuam accipit, & beneficium totum perdit.

Myrrha triplicem habet amaritudinem.

67 Item, in ſtatu Religionis triplex myrrha, ſive amaritudo eſt; abdicatio poſſeſsionis: Mortificatio propriæ carnis: Abnegatio propriæ voluntatis. Primum eſt pau-

per-

pertas voluntaria, vt nullum proprium retineat. Secundum eſt caſtitas, vt nullam adimpleat luxuriam, ſeù libidinem. Tertium eſt obedientia, voluntatem ſui ſuperioris, voluntati propriæ præponat. Qui talis eſt, omnia ſua Domino ſacrificat: Poſſeſsiones, per voluntariam paupertatem: Carnem, per abſtinentiam, & caſtitatem: Animam, ſive mentem, per obedientiam, & humilitatem. Qui talis eſt, poteſt dicere cum Petro: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Math. 19. D. Quid ergo erit nobis?* Omnia; id eſt; animam, & corpus, & poſſeſsiones. In anima vanitas: In carne voluptas: In poſſeſsionibus cupiditas. Qui iſta relinquit; omnia relinquit. Bern. *Non eſt inutilis commutatio, pro eo, qui ſuper omnia eſt, reliquiſſe omnia.* Sane omnia diximus, nèc tantum poſſeſsiones; ſed & cupiditates. Plus enim mundi concupiſcentia nocet; quam ſubſtantia.

Math. 19. D.

Bernar.

Concupiſcentia mundi.

Quatuor retrahunt à religione.

68 Sunt autem quatuor, quæ retrahunt homines ab hoc itinere. Amor vanitatis: Amor propriæ carnis: Amor temporalis poſſeſsionis; Amor carnalis cogitationis. De primò dicit. Bern. *Quæ nos angit veſania, vitiorum ſitire abſinthium; huius mundi ſequi naufragium; vitæ labentis pati infortunium; impiæ tiranidis ferre dominium; & non magis ad ſanctorum convolare ſocietatem: Ad ſupernæ lætitiæ ſolemnitatem: Ad contemplationis vitæ iucunditatem?* Item; Gregor. *Mundum fugientem ſequimur; Labenti inhæremus, & quia labentem retinere non poſſumus, cum ipſo labimur.* Nahum 1. *A. Onus Ninive, liber viſionis, & C.* Sequitur: In eodem. Nahum 3. *B. Et omnis qui viderit te, reſiliet à te.* Si vanitatem, & periculum mundi attenderet, anima cito reſiliret ab eo. Vndè, ibidem ſequitur. *Vaſtata eſt Ninive.* Quoniam tota die mundus vaſtatur. In Eccleſiaſt. 1. *A. Generatio præterit, & generatio advenit: Terra autem in æternum ſtat.*

Bernard.

Gregor.

Nahum 1. A. & 3. B.

Eccleſiaſt. 1. A.

69 Amor carnis retrahit ab aſperitate religionis. Contra hoc dicit Hieronymus. *Labore terreris? Sed nemo athleta ſine ſudoribus coronatur. De cibo cogitas? Sed fides fames non timet. Super nudam metuis humum exoſa ieiunijs membra collidere? Sed Dominus tecum iacet. Item, paupertatem times? Sed beatos Chriſtus pauperes appellat, Immò affatim dives eſt, qui cum Chriſto pauper eſt.* Contra amorem carnalis cogitationis. Idem Hieronymus. *Gladium tenet hoſtis in manibus, vt me perimat, & ego de matris Lacrymis cogitabo? Propter patrem militiam Chriſti deſeram; cui ſepulturam Chriſti cauſa non debeo?* Ergò feſtina ad montem myrrhæ.

Hieronimus, ad Heliodorum.

Hieronymus. ad Heliodorum.

70 Vndè Bernard. *O quantos mundi ſapientia maledicta ſupplantat; & contentum in eis extinguit ſpiritum, quem voluerat Dominus vehementer accendi! Noli (inquit) præcipitatum agere; diù conſidera; diligenter intuere; magnum, quod proponis opus, habes multa deliberatione expedire, quod poſsis amicos conſulere; ne poſt factum pœnitere contingat.* Hæc ſapientia mundi eſt terrena; animalis Diabolica; ſuffocatrix vitæ; mater cupiditatis, eius que ſolet conſilium Deo vomitum provocare. Cum à Deo exit verbum, non dubites, nèc eſt opus deliberatione. Vocat te magni conſilij Angelus, & tu humana conſilia præſtolaris? Quis fidelior; quis ſapientior illo? Curre ergò dicens; Ab ore putei gehennæ eripior, & ego inducias putem?

Bernard.

71 Sequitur. Thus myrrhæ coniungitur, quando quis in tribulatione ad collem thuris aſcendit. Per collem thuris intelligitur eminentia devotionis, ſivè ſpiritualis hilaritatis. Meritò, monti myrrhæ coniungitur collis thuris; quoniam nihil prodeſt paſsio, niſi adſit conſolatio. Vndè lædit punctio, niſi adſit vnctio. Solum torquet pœnalitas, niſi adſit hilaritas. Ita ergò debent coniungi; quoniam per nimiã afflictionem deijcimur, niſi per ſpiritualem conſolationem ſuſtentemur. Undè Greg. *Mens, dum ardore Spiritus Sancti cruciatur, ipſis ſuis cruciatibus paſcitur.* Hoc eſt, plora, canta, qui enim lacrymatur, gaudet; quia veniam peccator, & augmentum ſperat. Hieronymus, de quadam dicens: *Laudant cæteri nimiam eius humilitatem, fidem: Ego ar do-*

Paſsio. Punctio. Pœnalitas.

Greg.

Hieronym.

ardorem animi plus laudo. Ecce quod multum valet myrrha cum thure.

Bernard. In Serm. de obedientia, patientia, & sapientia.

72 Vndè Bern. *Opus est, vt iustitia sit in intentione, hilaritas in afflictione, humilitas in reputatione. Insipida namque Deo, & insulsa est, quodammodò obedientia, seù etiam patientia, nisi omnium, quæ agimus, vel quæ patimur, ipse sit causa: Quia & quidquid facimus, iubemur facere in gloriam Dei: Et non si quid patimur; Sed si quid propter iustitiam patimur, Beati.* Sic Apostolus Petrus in prima sua nos docet. Et Apostolus ad Roman. 12. C. *In tribulatione patientes.*

1. Petri 1. D. & 3. C. Romanos 12. C.

73 Sit etiam hilaritas in donatione; nam vt ait Apostolus 2. *ad Corinth. 9. B. Hilarem enim datorem diligit Deus.* Piscis, qui non habet squamas, & pennulas, est immundus. Sic, qui non habet squamas patientiæ, & pennas hilaritatis, dicitur immundus, hoc est; in tribulatione gaudens. Sed dicunt quidam: Myrrham gusto; miserias tolleros; sed istud thus non habeo. Frater, illum ora, illum considera, de quo dicitur in Isaia 42. *A. Nunquam tristis nunquam turbatus.* Glosa semper hilaris; semperque iucundus fuit. Sicut qui ridentem respicit, de facili ridet: Sic, qui Christum hilaritate patientiæ respicit, & quod quanta pro nobis benigne sustinuit.

2. ad Corinth. 9. B. Piscis.

Isai. 42. A.

De thuribulo aureo, quod mentes exhilarat.

74 In Apocal. 8. *A. Stetit Angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua: Et data sunt ei incensa multa, vt adoleret, de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.* Iste Angelus est spiritus ministratorius, sive Prædicator, vel Prælatus, qui debet habere thuribulum aureum: Quia sicut aurum est purissimum inter omnia metalla; ita Christus carnem purissimam assumpsit. In hoc tabernaculo est ignis deitatis, & omnia aromata virtutum, quorum odore Dæmones fugantur; infirmi sanantur; tristes exhilarantur: Immò & mortui resuscitantur. In signum cuius puer portat thuribulum, & primò thuriferat altare, & postea facies hominum.

Apocal. 8. A.

Prælatus.

Thuriferare

75 Per altare intelligimus Deū Patrem, qui de odore Filij multum sibi complacuit. Vndè Isaac de Iacob. *Gen. 27. D. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni.* Sicut ager plenus varietate florum odorem aromatum reddit; sic Christus omnibus speciebus aromaticis repletus, quæ patrem suum exhilarat: Postea homines thurificantur. Thuribulum autem sepius ducitur, vt in odore aromatico, qui procedit à Christo, tristes exhilarentur. Species autem aromaticæ, in hoc thuribulo sunt, qui humilitatem habent in incarnatione; paupertatem, in nativitate; sapientiam, in prædicatione; pietatem, in curatione; potestatem, in miraculorum operatione; patientiam, in passione; gloriam, in resurrectione; honorem in ascensione. Ex quo fidelis sit ante Dominum suum, sic humiliari debet; paupertatem amplecti; patienter pati, & huiusmodi, non debet tristari; sed orationes cum devotione, & alacritate, sivè hilaritate multiplicare; vt ex his, quæ gessit Christus in humilitate, accendatur, vt orationes dirigat ad filium in Deitate: Sed Angelus dat de orationibus sanctorum super altare aureū, quod est ante thronum Dei; id est; super filium, qui est in beneplacito Patris sedentis in throno.

Genes. 27.

Species aro-

76 Vndè de tristitia per hoc thuribulum amovenda, & mente fidelium exhilaranda, dicit Bern. *Quid tibi durum, vel durum esse poterit, cum recordatus fueris, quod ille, qui erat in forma Dei, in die eternitatis suę, in splendoribus sanctorum, de vtero ante luciferum genitus, splendor & figura substantia Dei; Venit ad carcerem tuum, & limum tuum infixus, vt dicitur vsque ad cubitos in limo profundi? Quid non suave tibi erit, cum tibi collegeris omnes amaritudines Domini tui, & rememoraveris primò infantilium illarum necessitatum: Deindè laborum, quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo; tentationum in ieiunando; vigiliarum in orando; lacrymarum in compatiendo; insidiarum in colloquendo; postremo periculorum in falsis fratribus, sputorum, clavorum convitiorum, subsannationum, exprobra-*

Bernar. Serm. de quadruplici, debito.

bationum colaphorum, & omnium ſimilium, quæ in ſalutem generis noſtri triginta, & tribus annis operatus eſt in medio terræ : Iſto ergò odore exhilaratur, qui in fame, & frigore & nuditate affligitur.

De thuribulo Diaboli quod mentes infatuat.

77 Diabolus autem portat thuribulum de inferno, quo impios accendit ad iracundiam ; confringit per triſtitiam ; poluit per luxuriam; comburit per ingluviem ; infatuat per avaritiam ; deijcit per ſuperbiam. Sicut in thuribulo, qui Chriſtus eſt, ſunt omnes ſpecies aromaticæ ; ita in thuribulo Diaboli omnis ſpurcitia, omnes radices venenoſæ, quæ animas mortificant ; quæ indè guſtaverunt. Ideò ſumma eſt prudentia faciem avertere, quotiens Diabolus aliquod mortiferum tibi ſatagit præſentare : Quoniam fætidiſsimum habet anhelitum, vt dicit Iob 41. *B.* *Iob 41. B.* *De naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ, atque ferventis : Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore ius egreditur.* Quæ excæcat : Halitus fætet: Flamma ſuperbiæ, quæ adurit : Halitus luxuriæ : Flamma avaritiæ. Si vitare volumus ; faciem noſtram convertamus ad dulciſsimum Ieſum ; qui effundet nobis odorem ſuaviſsimum, aromaticum, dulciſsimum, qui vivificet, exhilaret, & poſt eum currere nos faciat, in odorem vnguentorum ſuorum currentes, & perveniamus ad Deum Deorum in Sion.

VERS. VII.

TOTA PULCHRA ES AMICA mea, & macula non eſt in te.

78 EXPONITVR vt ſupra cap. 1. numer. 396. & 407.

VERS. VIII.

VENI DE LIBANO SPONSA mea; veni de Libano, veni: Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.

79 ALLOQVITVR ſponſam ſponſus Chriſtus fidelem animam, vt relinquat Libanum, qui interprætatur candidatio, id eſt, mundum candore falſitatis, & duplicitatis opertum. Ter dicit vt veniat ; fide ; opere; & cum multitudine ; Fide, ne erronea; opere, ne mortua ; cum multitudine, ne ſola. Errat enim qui non credit. Item, fides ſine operibus mortua eſt. Item, Greg. *Si ad Deum tenditis ; curate, ne ad Deum ſoli veniatis.* Si venerit ſponſa, coronabitur de vertice Amana, Sanir, & Hermon. Amana mons eſt Ciliciæ : Sanir, & Hermon montes, in quibus habitant Leones : Quaſi diceret: Sponſa Chriſti coronabitur illis, qui fuerunt cubilia Draconum ; quoniã vt dicit Iſaia 35. *B.* *In cubilibus in quibus habitant Dracones oritur viror calami, & iunci.* Vndè eoſdem vocat cubilia Draconum, & montes pardorum, propter crudelitatem & varietatem vitiorum.

De triplici venire.

Libanus interpretatur candidatio.

Gregor.

Amana.

Sanir & Hermon.

Iſai. 35. B.

80 Legimus quinque vocationes Dei. Vocavit enim Abraham de Sacrificio. *Geneſ.* 22. Moyſem de paſtorali officio. *Exod.* 3. *B.* Samuelem de ſomno, vt habetur in 1. *Regum* 3. *A.* Sponſam de Libano. Vt in præſenti capite. Petrum, & Andream de navigio. *Math.* 4. *C.* Abraham voluit interficere Iſaac filium ſuum, ſed ab hac immolatione Dominus revocavit eum, & quod arietem interficeret præcepit: Iſaac interprætatur Iesvs, ſivè gaudium. Duplex eſt gaudium ſpirituale quo *Gaviſi ſunt diſcipuli viſſo Domino* Ioanes. 20. *E.* Et *ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij* : *Actuum* 5. *G.* Imperat animus gaudens; ætatem floridam facit ; ſpiritus triſtis deſiccat oſſa. Hunc Iſaac interficiunt, qui ſpirituale gaudium in ſe perimunt, & in triſtitia incidunt. Si-

De quinque vocationibus Dei.

Gen. 22. C.

Exod. 3. B.

1. Reg. 3. A.

Math. 4. C.

Gaudium.

Iſaac interpretatur riſus, ſivè gaudium.

Ioanes 20. E

Actuum 5. G.

3.Reg.19.A. Iona 4.C. NOTA.

Sicut. *In 3. Regum 19.A. Et in Iona 4.* G. Elias, & Ionas, qui petierunt animæ ſuæ mori.

81 Plerique quando temporalia amittunt, morbum, vel aliā afflictionem incurrunt, in tantum triſtantur, quod mortem deſiderant. Iſti interficiunt Iſaac, & à tali ſacrificio vocat nos Dominus, & præcipit quod interficiamus arietem; id eſt; carnale gaudium: De quo Iſai. 56. D. *Uenite ſumamus vinū, & impleamur ebrietate: Et erit ſicut hodie, ſic & eras, & multo amplius.* In Prover. 2. C. *Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſsimis.* Hi ſunt luxurioſi, mercatores, milites, qui gaudent, & rident, & proximum decipiūt. Greg. *Multi gaudent in iniquitatibus, quas flere deberent.* Hunc arietem, hoc carnale gaudiū Domino ſacrificemus, & tunc cognoſcet Dominus, quod eum diligimus. Maledictus, qui gaudio ſpirituali expulſo, gaudet in carnalibus:

Iſai. 56. D.

Prov. 2. C.

Greg. in moral. Iob. lib. 6. Cap 11.

Moyſem vocavit à paſtorali officio.

Exod. 3. A. B.

82 Moyſem vocavit à paſtorali officio. *Cum enim minaſſet gregem, apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi. Exod. 3. A. B.* Moyſes acceſsit vt videret viſionem hanc. Et cum vidiſſet Dominus quod appropinquaſſet, ait: *Moyſes, qui reſpondit; adſum: At ille. Solve calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt:* Et ſubiunxit: *Veni mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum, filios Iſrael de Ægypto.* Moyſes paſcit gregem, quando aliquis motus carnales nutrit, & reficit. Iſtū gregem habet quilibet noſtrum. Oculi clamant, duc nos ad ſpectacula, ad aureos, ad pulchras mulieres in quibus paſcimur. Sic lingua, palatum, venter clamant, ducas nos ad diverſa cibaria, ad comeſtiones, ad tabernas, vt diverſis paſcuis reficiamur. Sic de alijs ſenſibus.

83 Plerique Deum, & omnia ſpiritualia relinquunt, vt iſtos greges peſsimos paſcant. Vndè ſupra. *Si ignoras te, ò puleherrima inter mulieres, ſurge, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce greges tuos;* id eſt, motus carnales. *Iuxta tabernacula paſtorum;* Id eſt, qui ſe ipſos paſcunt. Ab hoc paſtorali officio vocavit Dominus Moyſem, vt eſſet paſtor hominum, vt educeret de Ægypto populum ſuum. Sic Dominus pleroſque delicatos vocat ad officium prædicationis, vt qui ſolebant motus carnales paſcere; Filios Iſrael paſcant, & de Ægypto; id eſt, de tenebris vitiorum educant.

Quod Dominus vocavit Samuelem à Somno.

1. Reg. 3. A. Dormiunt illi.

1. ad Theſſal 5. A. Vita.

Pſal. 75. A.

Iſai. 29. C.

84 Samuelem vocavit à ſomno. 1. *Reg. 3. A.* Illi dormiunt, qui ſomno culpę oculos, & ſenſus ſpirituales claudunt. De quibus Apoſtolus *ad Theſſalonicenſes prima. 5. A. Qui dormiunt, nocte dormiunt.* Tota vita, quæ in vitijs, & delitijs ducitur, non eſt niſi ſomnus: Quoniam; *Dormierunt ſomnum ſuum, &c. Pſal. 75. A.* Item, dicitur In Iſai. 29. C. *Somniat eſuriēs & comedit, cum autem fuerit experge factus, vacua eſt anima eius: & ſicut ſomniat ſitiens, & bibit, & poſtquam fuerit experge factus, laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt: Sic erit multitudo omnium Gentium, qui dimicaverant contra montem Sion;* Id eſt, Eccleſiam.

85 Somniamus igitur nos bene comedere; aureos habere, ſuper culcitras iacere; Sed plerique cum fuerint experge facti, nèc aurum, nèc bucellam invenient: Super ſpinas infernales ſe iacere comperient. Surge ergo ò, tu, qui dormis: Exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Tertia vocatio ſignificat, quod amore Trinitatis ſaltem à ſomno culpæ reſurgamus; ne ſimus duriores lapide, nèc ponderoſiores terra; quoniam ad clamorem Chriſti. Lapides ſciſsi ſunt; terra tremuit: Vocavit dominus paraliticum, & ſtatim ſurrexit. Vocavit Lazarum iam mortuum, & revivixit, & de ſepulchro exivit. Maledictus ergo ſomnus, qui taliter oppri mit, & ita detinet impium, quod ad vocem Chriſti, ſaltem in Cruce clamantis, non ſurgit.

Vocatio tertia.

Quod Dominus vocat ſponſam de Libano: Scilicet; animam.

NOTA.

86 Vocavit ſponſam de Libano. Sponſa eſt in Libano, quando anima delectatur in favore mundano. Cum quis enim efficitur miles; Archidiaconus, vel Epiſcopus, cum Lucifero exultat; cum Lucifero eſſe æqualis Deo deſiderat; vult enim quod manus eius oſculentur; quod homines ei inclinentur; adulentur; genua flectant; pileum auferant. Vndè plerique emunt pileos, vt eos de capitibus auferant, quando Magnatibus loqui habeant. Hi ſunt, qui pompa-

tice ingrediuntur domum Domini. Vndè Bernar. *Superbia tua aſcendit ſemper, ſequere Regem; oculi tui omne ſublime videant; feſtina multiplicare præbendas: Indè ad Archidiaconatum vola, deindè aſpira ad Epiſcopatum, nèc ſis paulatim deſcendes, ſed ſicut fulgur in ſpiritu vehementi, tanquam alter Satanas deijcieris.* Ergo veni de Libano: Relinque mundum,& eius vanitatem,& accede ad veritatem.

Bernar Serm Declamationum ſuper: Ecce nos reliquimus omnia.

87 Tales in mari navigant, qui in mundo pro divitijs acquirendis laborant. Divitias acquiſitas in delitijs ad corporum voluptatem, vel in honoribus; vel ad mundi vanitatem collocant. Quicumque enim divitias congregant, hunc finem conſtituunt, vt gaudium carnis, vel mentis adimpleant. Sed de his dicitur in Pſal. 47. A. *In ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis.* Tharſis interpretatur exploratio gaudij: Naves Tharſis ſunt, qui gaudenter explorant, qualiter bene ſit eis in hoc mundo,& pro hoc laborant. De gaudio vitæ æternæ, parum; vel nil curant. De iſto navigio Iuda in ſua Epiſtola catholica. C. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuivantes ſine timore: Nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur: Arbores autumnales, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia, quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum.* Ecce quod tales vocat, nubes ſine aqua; fluctus maris; arbores bis mortuas; id eſt; in culpa, & pœna: Sidera errantia.

Quod Simonē & Andream vocavit Dominus de Navigio. Navigantes.

Pſalm. 47. A. Tharſis interpretatur exploratio gaudij. Naves Tharſis.

Iuda: In ſua Cath. C.

88 De quibus Iſai. 65. B. *Vocavi, & non reſpondiſtis: Locutus ſum, & non audiſtis; & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegiſtis:* Scilicèt; divitias, & delitias. Item Iſai. 65. A. *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona.* Expandit propter tria, ad recipiendum, ad amplectendum, ad oſculandum. Ad recipiendum pœnitentem: Ad amplectendum iuſtum: Ad oſculandum perfectum. Quam infelix! Qui tale refugium fugit. Tales amplexus repellit: Tale oſculum renuit. Illos recipit Diabolus; feris cum brachijs amplectitur; ore fœtido, & ardentibus dentibus oſculatur.

Plerique vocati; venire nolunt. Iſai. 65. B.

Iſai. 65. A.

89 Vndè *Iſai. 65. B. Pro eo, quod vocavi, & non reſpondiſtis: Locutus ſum, & non audiſtis, & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui egiſtis. Propter hoc; Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ſervi mei comedent, & vos eſurietis: Ecce ſervi mei bibent, & vos ſitietis: Ecce ſervi mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce ſervi mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis.* Chriſtus ergo vocat; & nos veniamus, curramus, vt coronet nos gratiæ corona in præſenti; & corona gloriæ in futuro; quod ipſe nobis præſtare dignetur.

Iſai. 65. B.

VERS. VIV.

VULNERASTI COR MEVM ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.

90 VOX Chriſti cauſam exponens, quare ad ipſum de Libano veniamus: Quia, ò ſponſa; ò homo, vulneraſti cor meum, per compaſsionem; Vulneraſti cor meum, per fidei, & dilectionis vnitatem; hoc eſt; in vno crine colli tui. Multi crines deſcendentes de capite, ſunt virtutes exeuntes de mente, in publico. Sed vnum crinem; id eſt; vnitatem fidei, dilectionis, præcipue commendat. Ex hoc crine præcipue per dilectionem vulneratur Chriſtus: Vulneratus eſt ex compaſsione: Sicut mater videns filium vulneratum, quaſi ei compatiendo mente vulneratur. Sic Chriſtus videns hominem in corpore, & anima vulneratum, ex compaſsione vulneratus eſt. Vndè hoc vulnere compulſus, carnem ſumpſit, & ſe vulnerari permiſit.

De voce Chriſti ad Sponſā: Scilicèt animam.

Crines.

De vulneribus Chriſti. Chriſtus vulneratus eſt.

91 Qualitèr autem homo fuerit vulneratus, legitur in Apocal. 16 *A. Primus Angelus effudit phialam ſuam in terram, & factum eſt vulnus ſævum, & peſsimum in homines,*

De vulneribus hominis. Apocal. 16. A.

res, qui habebant characterem beſtiæ, & adoraverunt imaginem eius. Primus Angelus, qui peſsimam phialam effudit; fuit Lucifer, cuius phiala fuit Serpens. Ab hac phiala venenum in humanum genus effudit; quando hominem per Serpentem decepit: factum eſt vulnus ſævum in corpore, & peſsimum in anima.

Corpus noſtrum. Corpus noſtrum ante peccatū fuit impaſsibile, immortale; quod nèc ferrum, nèc lignum, nèc fames, nèc frigus ei nocere poterat: Sed modo à culice, & pulice; à ferro, & lapide; à frigore, & caumate læditur, & cruciatur: & tandem de neceſsitate moritur: Ecce quam ſævum vulnus.

Vulnus hominis quam ſœvum & peſsimum. 92 Item, peſsimum in anima, eſt culpa originalis, pro qua dignus eſt homo carentia viſionis Dei. Et dicitur vulnus peſsimum, quia eſt mors animæ. Propter hæc, ratio, memoria, & cętera naturalia ſunt vulnerata. *Impij habent* Impij habent characterem beſtiæ, qui portant ſignaculum beſtiæ; id eſt; Diaboli; ſcilicèt, qui habent guirlandas in capitibus; auri frigium in veſtibus; liripipia in pedibus. Quidam adorant Diabolum, ſcilicèt; Gentiles; quoniam Dij gentium Dæmonia. Quidam adorant imaginem eius; ſcilicèt; falſi Chriſtiani, qui luxuriæ, avaritiæ, invidiæ, ſuperbiæ deſerviant. *Peccatum eſt imago beſtiæ.* Peccatum enim eſt imago beſtiæ: Et qui facit peccatum ſecundum Apoſtolum ſervus eſt peccati. Homo ſic vulneratus ad ſuum medicum multis modis clamat. Vnus clamor fuit vt legitur in Iſai. 64. A. *Utinam dirumperes cęlos, & deſcenderes.* *Iſai. 64. A.* Alloquitur filium, vt cælos rumpat; non cælum æthereum, vel ſidereum; quia verbum Dei eſt vbique.

De triplici cęlo trinitatis. 93 Sed triplex eſt Cælum; ſcilicet; tres perſonę, quæ ante adventum filij fuerunt celatę, ſivè abſconditę. Vndè Iſai. 45. C. *Vere tu es Deus abſconditus.* *Iſai. 45. C.* Pater rumpebatur per paſsionem filij; quando oportebat filium ſuum in regionem miſeriæ tranſmittere; ſicut Pater cum mittit filium ſuum Cruce ſignatum vltra mare contra inimicos Crucis Chriſti; ſuſpirat, & lacrymatur; ſic non fuit mirum, ſi Pater quaſi ex paſsione rumperetur; quando filium chariſsimum Cruce ſignatum, vt contra Dęmones pugnaret, vt hereditatem ſuam acquireret, in terram tranſmiſit. Hoc deſignatur in *Geneſ.* 43. *A.* C. Quando alimenta defuerunt in terra promiſsionis, & fames premebat Iacob, & familiam ſuam: Ait filijs ſuis: *Revertimini in Ægyptum, vt ematis pauxillum eſcarum. Qui reſponderunt. Si vis puerum mittere nobiſcum; pergemus, & ememus tibi neceſſaria. Et ait Iſrael. Si ſic neceſſe eſt facite quod vultis.* Et deſcenderunt filij Iſrael cum puero in Ægyptum. *Geneſ. 43. A. C.*

Iacob eſt Deus Pater. 94 Miſtice: Iacob eſt Deus Pater; Filius eius Chriſtus, quem ab æterno genuit; Filij per creationem ſunt Angeli in terra promiſsionis; id eſt; in Cælo: Magna fames premebat Deum, eo quod homines eſurivit; quoniam vndique proſpiciens nullum hominem in cælo invenit: In hanc vallem miſeriæ in pœnas gehennæ omnes eſſe detruſos reſpexit: Ait Angelis, vt irent in terrā, pro huiuſmodi victualibus, vt Deus pro animabus noſtris reſpiceret; & dixerunt: Si vis filium tuum mittere nobiſcum: ibimus: Quoniam etiā ſi omnes Angeli venirent, nèc vnam animam in cælum reportarent; niſi puer iſte, in mundum deſcenderet.

95 Ideò ait; Si ſic neceſſe eſt; facite quod vultis; & ita factum eſt; quia per Gabrielem Archangelum, & per alios, filius Dei in mundum deſcendit; licèt ſolus Gabriel apparuerit Virgini; creditur tamen, quod in hoc miſterio plures aſsiſtebant. De Cælo deſcendit, quando carnem aſſumpſit, vt mundo appareret; non fuit mirum, ſi Pater ex compaſsione rumperetur; quando filius, vt has miſerias tolleret, in Ægyptum mittebatur.

Cælum eſt Chriſtus. 96 Item, Cælum eſt Filius met; in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. Iſtud Cælum frequenter per compaſsionem rumpebatur; quando ſuſpiria, & lacrymas, pro nobis emiſit. Flevit enim ſuper civitatem Ieruſalem: Flevit ſuper Lazarum. Item, ruptum fuit hoc cælum in paſsione; ſcilicèt; in manibus, in pedibus; in capite, in latere; clavis, ſpinis, & lancea. Vndè *Interrupit petram in eremo*; quia ruptus

Crux Chriſti.

fuit Chriſtus in patibulo. Vere Crux Chriſti dicitur eremus; quia à paucis habitatur, & verus eremita dicitur, a quo Crux Chriſti habitatur: *Et adaquavit in abyſſo multa*; Quia tota Eccleſia ſanguine eius refecta: *Pſalm. 77. B. Iſai. 48. D. Aquam de petra produxit eis, & ſcidit petram & fluxerunt aquæ.*

Pſalm. 77. B. Iſai. 48. D.

97 Tunc effudit Deus phialam ſuam, & toti humano generi tribuit medicinam. Phiala Dei fuit ſacrum corpus Chriſti. Effudit inquam ſanguinem, & aquam, vt ſanaret vulnera animæ; quoniam ſanguis ſedes animæ eſt: Aquam, vt corpus abluеret; immundiciam originalis peccati mundaret, ſic ſanavit contritos corde. Appropinqua vit Samaritanus noſter, vt dicitur in *Luca* 10. *F.* Ad ſauciatum. *Alligavit vulnera eius, infundens oleum, & vinum.*

Phiala Dei.

Sanguis ſedes animæ eſt,

Luca 10. F.

98 Quidam præcepit ſervo ſuo, ne quemdam leproſum oſcularetur: Servus verò, non acquievit; ſed leproſo oſculum dedit, & factus eſt leproſus, & vulneratus. Servus clamavit ad Dominum ſuum dicens: Sana me Domine, & ſanabor. Reſpondit Dominus ita: Difficile ſanari potes: Vnus modus eſt ſanandi: Habeo filium, neceſſe eſt, vt vulneretur, & vlceretur, & pro te moriatur: Oportet quod in illo balneo te balnees, & abluas; ſanguinem eius bibas, carnē eius comedas. Sic à lepra tua ſanari poteris. Et ait ſervus. Et quis eſt ſervus, qui tale quid à Domino ſuo poſtulare præſumeret.

Exemplum de illo qui oſculatus eſt leproſum.

99 Servus iſte eſt homo, cui Deus prohibuit, ne Diabolo lepra peccati pleno, cōſentiret: Sed homo miſer oſculum ab eo recepit, quando vetitum guſtavit. Diabolus eum lepra peccati infecit: Homo pro ſalute clamavit: Deus Pater reſpondit; quod aliter ſanari non poſſet, niſi Filium ſuum mitteret; & prædicta cōpleret: Factum eſt ita. *Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factū ſub lege.* Quid plura? Chriſtus balnea vit ſe in balneo baptiſmi, in quo neceſſe eſt quemlibet baptizari, ſivè balneari, vt à lepra peccati ſanetur. Item, ad plenitudinem noſtræ ſanitatis permiſit ſe vulnerari; carnem ſuam in craticula crucis aſſari, in fornace paſsionis decoqui, & ſic placuit mori. Vndè nos comedendo eius carnem, vivendo eius ſanguinem, ab æterna morte liberemur.

Qualiter homo fuit infectus.

Apoſtolus ad Galat. 4. A. Baptiſmus Chriſtus.

100 Item, tertium cælum rupit, quando ſeptem dona ſpiritus ſancti in die Penthecoſtes humano generi effudit. Diſrupit primum cælum, & deſcendit Filius Dei in Virginis vterum: Diſrupit ſecundum, & deſcendit in infernum: Diſrupit tertium, & deſcendit gratia in corda fidelium. Neceſſe eſt, quod huic triplici rupturæ, triplex in nobis ruptura reſpondeat; vt, ſcilicèt; cor noſtrum rumpatur, per humilitatem; caro, per caſtitatem; ſubſtantia, per largitatem; vt in nobis rumpatur ſuperbia in corde; luxuria in carne; avaritia in poſſeſsione. Ex quo cæli ſic pro nobis ſunt diſrupti; non eſt mirum ſi terra diſrumpatur. Qui noluerint hęc vitia dirumpere, Deus dirumpet eos.

De triplici, & ruptura Chriſti.

101 Vndè Dominus per Oſeam prophetam 13. *B. Ego ero eis, quaſi leæna, & quaſi pardus in via Aſſyriorum, & occurram eis quaſi vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & conſummam eos ibi, quaſi leo, beſtię agri ſcindent eos.* Sic ergò effudit phialam ſuam Diabolus, & humanum genus nubilatum; vel alitèr; Vulneratum eſt, in toxicatum eſt, mortificatum eſt. Effudit phialam ſuam Chriſtus, & humanum genus ſanatum eſt.

Oſee 13. B.

102 Recipiamus ergo, quod Chriſtus effudit de phiala ſua; ſcilicèt; de vulneribus eius ſanguinē, & aquā cū reverētia; & ſuavitate: Alioquin effundet frameam, evaginabit gladiū, effundet iram ſuper impios, & acerbius vulnerabit, quam poſſet excogitari. Vnde, effunde frameam tuā, hoc eſt; oſtende vindictam, vt omnibus appareat, quaſi ſevere iudicacabis. Ezechiel. 21. *A. Stilla ad ſanctuaria; & propheta contra humum Iſrael*: Id eſt; annuncia ſantificatis in baptiſmo quod eſt quaſi ſtilla reſpectu iudicij futuri: Sequitur: *Et occidā in te iuſtū, & impiū*: Talē iuſtū, de quo Mich. 7. *A. Qui optimus eſt in*

Ezech. 21. A

Mich. 7. A.

eis,

eis ; quaſi paliurus ; & equi rectus, quaſi ſpina de ſepe.

Ezech.21. A. 103 Sequitur in Ezechiele 21. A. *Egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnem* ; Id eſt; vindictam , quæ modo latet in omnibus carnaliter viventibus , & apparebit; *Ab Auſtro vſque ad Aquilonem.* Per Auſtrum tepidos ; per Aquilonem frigidos intelligimus. Sequitur. *Vt ſciat omnis caro , quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina ſua irrevocabilem.* Vndè Idem *Ezechiel* *Ezech.20. E.* 20.E. De iſta effuſione: *Vivo ego dicit Dominus Deus , quoniam in manu forti,& in brachio extento , & in furore effuſo regnabo ſuper vos.* Quoniam ignem,& aquam , flagella , & vulnera,& omnia genera pœnarum, quæ feribundus ſuper impios effundet.Sed ſi verba eius, quæ nobis per ſingulos dies effundit , carnem , & ſanguinem cum devotione recipimus,effuſionem gaudiorum, quæ in cælo ſunt , recipiemus. Quod ipſe præſtare dignetur.

VERS. X.

QUAM PVLCHRÆ SVNT MAMmæ tuæ ſoror mea ſponſa! pulchriora ſunt vbera tua vino.

De lacte facilioris doctrinæ. 104 SICVT per oculos cæleſtia contemplantes; per collum ſpiritualem gratiã: Vel aliter: Eſcam infundentes : Per viginti dentes, perverſos repræhendentes : Sic per mammas deſignantur parvuli lacte facilioris doctrinæ nutrientes. De vberibus vel mammis : Supra.

ET ODOR VNGVENTORVM tuorum ſuper omnia aromata.

De vnguento triplici. 105 EST vnguentum morificativum ; & mordificativum: Et eſt vnguentum mitigativum; & ſanativum. Mortificativum eſt,de quo Amos 6. A. *Qui dormitis in lectis ebarneis , & laſcivitis in ſtratis veſtris : Qui comeditis agnum de grege , & vitulos de medio armenti : Qui canitis ad vocem pſalterij ; Sicut David putaverunt ſe habere vaſa cantici : Bibentes vinum in phialis , & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contritionem Ioſeph.* Hoc vnguentum eſt duplex. Uno enim caro ; altero anima mortifere inungitur.

106 Cibaria delicata;aves aſſatæ ; piſces piperati ; non ſunt , niſi quædam vnguenta , quibus lingua, & palatum , & guttur inunguntur. Et in tantum caro in hac inunctione delectatur , quod ſi avide , & nimis propere ſumit , animam interficit. Vndè quidam ſumunt propere, laute , ardenter , ſtudioſe. Eſaù vnguento lenticulæ: Hèli filij vnguento carnium. Vnguento adulationis inungitur anima ; quando laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. De hoc dicitur, *Oleum autem peccatoris , non impinguet caput meum;Pſal.14.A.* Id eſt *Pſal.1 40. A.* non exhilaret mentem meam.

De vnguento mordificativo Eccleſiaſt. 11.C. Eccleſiaſt.7.B Eccleſiaſt.7. D. 107 Unguentum mordificativum eſt, cogitatio pœnę infernalis; de quo in Eccleſiaſtic. 11. C. *In die bonorum ne immemor ſis malorum* ; & in Eccleſiaſtic. 7. B. *Malam diem præcave.* Item in Eccleſiaſtic. 7. D. *Memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis.* Vnguentum hoc conficitur ex corde,iecore , & felle peccatorum. Per cor , iniquitatem Diaboli;per iecur,infernum;per fel, amaritudinem pœnæ intelligimus. Hoc vnguento inuncti ſunt oculi Tobię , & viſum recuperavit. Plerique enim conſideratione pœnarum convertuntur ad deſiderium præmiorum. Hoc eſt collyrium de quo in Apocal.*Collyrio inunge oculos tuos,* *Apocal. 3. D* *vt videas.*

De vnguento mitigativo. 108 Vnguentum mitigativum, eſt paſsio Chriſti & circunſtantiæ paſsionis ; ſcilicèt ; ſputum: Virgę: Clavi : Verbera : & vulnera : Sanguis , & aqua. Hoc vnguentum mitigat paupertatem , vulnera, & verbera , & omnem aſperitatem. Ex quo enim Chriſtus ſic paſſus eſt,qui non meruit; debemus cum hilaritate omnia tormenta ſuſtinere. Hoc vnguento vncta fuerunt vulnera Stephani : Crematuræ Laurentij: Afflictiones Martyrum , & ideò benigne omnia ſuſtinuerunt.In Eccle- *Eccleſ.49. A.* ſiaſtic. 49. *A. Ioſias* ; id eſt Chriſtus; *In compoſitione odoris factus eſt opus*

pigmentarij; in omni ore quaſi mel tudule abitur eius memoria. Item, in Eccleſiaſtic. 38. *A. Altiſsimus de terra creavit medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa*: In eodem; *Unguentarias faciet pigmenta ſuavitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis.*

Eccleſ. 38. A.

Bernar.

109 Item, Bernard. *Denique nulla eſt tanta amaritudo, quam non prophetæ farina dulzoret; quam non ſapidam reddat ſapientia ligni vitæ.* Hoc vnguento vnctum eſt caput; ſcilicèt; Chriſtus, vt nos, qui ſumus eius pedes inungamur eodem. Quando caput noſtrum fuit vnctum, impleta eſt domus ex odore vnguenti, & domus ſanctæ Eccleſię debet hoc odore refici, & exhilarari. *In 2. ad Corinth. 1. A. Sicut abundant paſsiones Chriſti in nobis; ita & per Chriſtum abundat conſolatio.* Sed Iudas mortuus eſt bono odore, quo alij vivunt. Per Iudam intelliguntur Iudæi, & Sarracæni, qui non poſſunt intelligere, quod Filius Dei ſitpaſſus. Alij inteligũt; ſed imitari contemnunt, quia nullam moleſtiam volunt pro Chriſto pati. Ideò vnguentum gulæ, & luxuriæ magis apprætiantur. Et ideò bono odore moriuntur, quo alij vivunt. Vndè vnguentum mortiferum dicitur ab eis optimum, cum tamen in ſe ſit peſsimum: Sed reputatione ſtultorum, qui carnis curam agunt, in deſiderijs, dicitur optimum.

Chriſtus eſt caput noſtrũ, & nos ſumus pedes eius.

2. ad Corinth. 1. A.

Per Iudam.

De vnguento anativo.

110 Sanativum vnguentum, quo Dominus corpora, & animas noſtras ab omni corruptela, & infirmitate ſanabit; quia tunc ſanabit contritos corde, & alligabit contritiones eorum. Hoc ſignatur per vnguentum, quo inunctum fuit corpus Iacob: De quo in Gen. 50. *A. Ioſeph præcepit ſervis ſuis medicis vt aromatibus condirent Patrem.* Vndè corpus eius creditur fuiſſe balſamo vnctum, quod reddit ad tempus corpora imputribilia: Sed in Regno Cęlorum verius erunt ſpirituali balſamo inuncta, quæ nunquam poterunt corrumpi.

Geneſ. 50. A.

Balſamum.

111 De hoc vnguento; in *1. ad Corint. 15. G. Canet tuba & mortui reſurgent incorrupti; & nos immutabimur: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: Et mortale hoc induere immortalitatem.* Hoc vnguentum conficitur ex quatuor ſpetiebus, quæ in Cælis inveniuntur: Quæ ſunt, claritas, ſubtilitas, agilitas, impaſsibilitas. Vndè *Fulgebunt iuſti tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, &c.* Vndè quidam. Corpora ſanctorum fulgebunt, fortia, ſana, libera, pulchra, cita ſivè moventia, læta. Senſus, amicitia, concordia, plena poteſtas. Pax ſecura; decus & gaudia ſunt animabus. Odor iſtorum vnguentorum eſt, ſuper omnia aromata.

1. ad Corinth. 15. G.

VERS. XI.

FAVUS DISTILLANS LABIA tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua.

Quod, labia Doctorum, diſtillãt, mel, & lac.

112 LABIA ſponſæ ſunt Doctores Eccleſię, qui debent ſtillare mel de cera; ſcilicèt; ſpiritualem ſenſum, de litterali. Mel, & lac, eſt duplex doctrina; ſcilicèt; de melle Divinitatis; & lacte humanitatis. Mel expræſsit Ioannes; quando ait: *In principio erat verbum.* Undè Aug. *Ioannes merito dicitur Boanerges; id eſt; filius tonitrui; quoniam ſi parum altius intonuiſſet; totus mundus eum capere non poſſet*: Vel aliter: Potuiſſet. Lac ſtillavit Apoſtolus, quando ait in 1. *ad Corinth. 2. A. Non enim iudicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Dificilior doctrina mel dicitur: Planior lac nũncupatur. Vndè Apoſtolus in prima ad Corinth. 3. A. *Tanquam parvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam.* Quilibet Prædicator tale mel, & lac debet habere ſub lingua.

Mel, & lac.

Ioann. 1. A. Auguſtin.

1. ad Corinth 2. A.

Doctrina,

1. ad Corinth 3. A.

ODOR VESTIMENTORVM *tuorum ſicut odor thuris.*

De veſtimentis.

113 VEſtimenta, quæ nuditatem, & verenda cooperiunt, ſunt bona opera; quæ operiunt multitudinem peccatorum. Odor eſt ſicut odor thuris; id eſt; ſapit Deo, ſicut devota oratio. Vndè; *Conclude eleemoſynam in ſinu, vel corde pauperis, & hæc exorabit pro*

De odore orationis; Et eleemoſynæ.

te

Eccleſ. 29. B. *te ab omni malo*: Eccleſiaſ. 29. *B.* Item
Eccleſ. 18. C. Eccleſiaſt. 18. C. *Non impediaris orare ſemper.* Gloſa. *Non ceſſat orare,*
Gloſ. *qui non ceſſat benefacere.* Si ergo aliquis bene operatur, non debet vituperare orantem; nec orans operantem. Quoniam, *Odor veſtimentorum tuorum eſt ſicut odor thuris*; Hoc eſt; tantum valet oratio; quantum ſæpe valet operatio.

Orare.

Oratio.

114 In lingua invenimus ignem, & mel. Item, in lingua invenimus laborem, dolorem, & venenum. De primo dicitur in Actibus Apoſtolorum 2. A. *Apparuerunt illis diſpertitę linguæ tanquam ignis, ſedit que ſupra ſingulos eorum.* Quoniam ignis examinat, illuminat, elevat, & accendit. Hoc totum facit verbum Dei, ſivè lingua Doctoris. Secundum primam proprietatem ignis fuit in Rubo: In ſecunda; Fuit columna ignea: In tertia; currus igneus: In quarta; lingua ignea. Ignis Rubum depaſcebat; ſed non conſumebat. Sic verbum Dei, culpam conſummit; Sed ſubſtantiam non lædit. Item, columna ignea illuminavit filios Iſrael in nocte: Et nos ſumus in deſerto mundi, & in nocte peccati: Ideò neceſſe eſt, quod verbum Dei ſit nobis culpam illuminans.

De quatuor, quę invenium tur in lingua. De Penthecoſtes, & de efectu multiplici ignis.

Acta 2. A.

Verbum Dei.

115 Item, currus igneus elevavit Eliam: Et verbum Dei nos elevat ad Cælum per contemplationem; Adimpletio verbi per fruitionem. Hic currus quatuor habet rotas, quibus verſatur, ſivè voluitur. Hi ſunt quatuor modi exponendi ſcripturas: Hiſtorialis: Allegoricus: Moralis: Et anagogicus. Ignis accendit, ſicut lingua Doctoris. Vnde Gregor. *Linguas igneas Doctores habent; quia dum Deum amando prædicant; corda audientium inflammant.* Nonne ocioſus eſt ſermo Doctoris, ſi præbere non valet incendium amoris. Totum hoc facit verbum, ſivè lingua. Vndè verbum dicitur ignis. Ieremia 23. *F. Numquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus; & quaſi malleus concerens petram?* Sub lingua hac debent eſſe, mel, & lac.

Greg.

Sermo doctoris.

Verbum.

Ierem. 23. F.

De triplici melle.

Leviticus 2. C.

116 Triplex eſt mel: Inflativum, inficiens: Et reficiens. De inflativo prohibetur, ne mel ponatur in ſacrificio; hoc eſt; quod nullus ſuperbiat pro bono opere. Inflativum poſuit Lucifer; quando, pro bonis naturalibus ſuperbivit. In tantum tunc tumuit, quod firmamentum eum ferre non potuit, & in hunc aerem caliginoſum de cælo cecidit. Mel inflativum guſtavit Phariſæus, quando ait, vt habetur in Luca 18. *C. Gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, nèc velut hic publicanus: Nam ieiuno bis in ſabbato, &c.* Et in tantum tumuit, quod medius crepuit; quia viſcera animæ; id eſt; virtutes amiſit.

Iſai. 14. C.

Luca 18. C.

117 De melle inficiente; in Prov. 5. *A. Ne attendas fallatiæ mulieris: Favus enim deſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: Noviſsima autem illius amara quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius viceps.* Iſte favus, ſivè mel, eſt ſuavis ſermo meretricis, quæ allicit hominem ad luxuriam, & inficit; quia cum guſtaverit, infectus eſt, & nihil inde niſi culpam trahit, & pœnam. Hoc modo Dalia Sanſonem infecit vt habetur *Iudicum 16. E.* Item, eodem modo mulieres infecerunt Salomonem; vt habetur in 3. *Regum* 11. *A.* Item, & eodem modo mulieres alios multos ſapientes infecerunt, & nunc inficiunt ſuis mellitis ſermonibus.

Mel inficiens.

Prover. 5. A.

Iudicum 16. E.

3. Reg. 11. A

118 Vndè in Prov. 7. *D. Irretivit eum multis ſermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum.* Item, in eodem. 9. *C. Mulier ſtulta, & clamoſa, plenaque illecebris, & nihil omnino ſciens, ſedit in foribus domus ſuæ ſuper ſellam in excelſo vrbis loco, vt vocaret tranſeuntes per viam, & pergentes itinere ſuo: Qui eſt parvulus, declinet à me: Et vecordi locuta eſt: Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavior. Et ignoravit quod ibi ſint gigantes, & in profundis inferni convivæ eius.* Qui enim applicuerit ſe illi, deſcendit ad inferos.

Prover. 7. D

Prover. 9. C.

119 Vndè in Prov. 23. *C. Fovea enim profanda eſt meretrix: Et puteus anguſtus, aliena. Inſidiatur in via quaſi latro, & quos in cautos viderit, interficiet.* Qui verò abſceſſerit ab ea ſalvabitur. Ignoravit Samſon, quod Philiſtæi fuiſſent cum Dalila abſconditi. Ignorant etiam, & nunc impij, quod cum meretrice ſemper ſint

Prov. 23. C.

Mel reficiens. Prov. 25. C. Hieronym.

ſint Diaboli. De melle reficiente, item hic in Prov. 25. C. *Mel inveniſti, comede quod ſufficit tibi.* Hieron. *Mel meum, lumen que meum, deſiderium meum Chriſtus.*

De triplici lacte. Lac voluptatis. Geneſ. 21. A.

120 Lac etiam triplex eſt; ſcilicèt; voluptatis; adulationis; doctrinæ levioris. De primo: *Fecit Abraham magnum convivium in ablactatione pueri ſui Iſaac Geneſ. 21. A.* Sic Deus Pater & Angeli reficiuntur, quando aliquis à lacte carnalis voluptatis ſeparatur. De lacte adulationis: Salomon in Prov. 1. *A. Fili mi, ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis.* De lacte levioris doctrinæ; Hic Chriſtus dicitur mel & lac Martyrum. Terra fluens mel divinitatis, & lac humanitatis. Vndè quidam. Terra fluens lac, & mel, virgo mater dicitur. Mel lacti coniunctum eſt; quod ſic intelligitur; Verbum caro factum eſt; ſic mel lac efficitur. Item, dicitur mel, quo nihil dulcius: Lac, quo nihil ſuavius. Mel divinitatis; lac humanitatis; quoniam Deus, & homo vnus eſt Chriſtus. Nihil ergo Chriſto dulcius; nihil Chriſto ſuavius. Ideò relinquamus mel inflationis, & carnalis voluptatis, & guſtemus mel ſanctum refectionis: Quoniam in infinitum eſt dulcius mel divinitatis.

Lac adulationis. Prover. 1. A.

Lac levioris doctrinæ. Chriſtus dicitur mel, & lac martyrum Terra fluens lac, & mel dicitur beata Virgo.

Pſalm. 33. B.

121 Vndè Pſalmiſta in Pſalm. 33. *B. Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus: Beatus vir qui ſperat in eo.* Bern. *Nemo ſanè mentis ampliorem credit eſſe in vitijs, quam in virtutibus delectationem*: Præſertim, cum ſit Deus virtutum totius veræ iucunditatis fons, & exultationis. Item, Bern. *Hoc eſt manna abſconditum, quod in Apocalipſi victori promititur, & nomen novum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.* Idem, Bern. *Bonus es Domine animæ ſequenti te; quanto magis invenienti? Si tam dulcis eſt memoria, qualis erit præſentia? Si mel, & lac dulce eſt ſub lingua, quid erit ſuper linguam?* Aug. *Sed quare non ſapit Chriſtus? Quia amiſſimus palatum, de febri iniquitatis.* Item, in Prov. 27. *A. Anima ſaturata calcabit favum. Et anima eſuriens etiam amarum pro dulce ſumet.*

Bernar. Bernar. Auguſt. Prov. 27. A.

122 Anima enim delicijs carnis ſaturata, cæleſtes cibos faſtidit; & favum ſalutiferum conculcat. Aug. *Narraverunt mihi iniqui fabulationes; ſed non vt lex tua: Qui, ſcilicèt; dicunt; fruere bonis, dùm vitales capitis auras, quod eſt ſummum bonum. Vtere delicijs nobiſcum; quia omnia ſunt ſubiecta ſub pedibus noſtris.* Vtamur ergo conceſsis. Delectationes iſtorum, ſivè carnales, ſunt manducare; bibere; luxuriari; ludere; venari pompas iſtas. Iſtæ ſunt delitiæ, quibus inerraſſatur anima, carnis deſiderijs deſerviens. Propter omnia mala ſequuntur, & propter quæ ſic ſaturata favum ſalutis faſtidit. Qui talia adimplent, ſimiles ſunt ruſtico, qui tantum implevit corpus ſuum, ſivè ventrem ſanguine porci, quod gallinas, & carnes prȩcioſas ſumere non potuit. Vndè, in Pſalm. 16. *C. Saturati ſunt porcina*: Vbi nos habemus: *Saturati ſunt filijs.* Porcina, id eſt; immunditia tantum ſaturati ſunt, quod vilipenderunt Chriſtum, & ſermonem eius.

Auguſt. Delectationes quibus incraſſatur anima. Pſalm. 16. C

123 Chriſtus dicit: *Non in ſolo pane vivit homo.* Non in iſtis cibis carnalibus quibus tantum corpus, ſivè caro impinguatur. Vivit homo: *Sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Quod reficit, & impinguat mentem, & ad vitam nutrit, & elevat, quæ finem neſcit. Iſti autem è contra: Non in verbo, quod procedit de ore Dei; ſed in carnalibus delicijs, totam vitam hominis, & ſubſtantiam eſſe dicunt. Ideòque iniqui fabulas narrant, mendatia dicunt: Non autem vt lex Dei; quia contra Chriſtum ſentiunt: Propter quod ſunt fugiendi tanquam Anti-Chriſti, & membra magna Anti-Chriſti. Anti-Chriſtus enim dicitur contrarius Chriſto ab anti; quod eſt; contra.

Anti Chriſtus

134 Hieronymus dicit: *Chriſtum noſtra pagella decantet. Illum centę litterę ſonent; quem corpore non vidimus, recordatione teneamus; cum quo loqui non poſſumus, de eo loqui non deſinamus.* Qui bonum habet electuarium dulcę, & ſuave, frequenter de eo guſtat. Et vos guſtate, & videte; quoniam ſuavis eſt Dominus; vt ſuavitatem in via deguſtantes, ad plenam dulcedinem,

Hieronym.

quę

De labore, & dolore, & veneno ſub lingua.

que eſt in Patria perveniatis: De labore, & dolore nemo ſub lingua teneat. Scire autem debetis, quod qui laborant, vt mentiantur, mendatia, periuria ad deceptionem proximorum multiplicant; & qui alijs detrahunt; vt dolere faciunt; & qui alios ad peccatum alliciunt; dicuntur, laborem, & dolorem, & venenum ſub lingua continere. Vndè *ſub lingua eius labor, & dolor; venenum aſpidum ſub labijs eorum. Pſal. 9. E. Et 139. A.*

Pſalm. 9. E. Et 139. A.

VERS. XIII.

HORTUS CONCLVSUS SOROR mea, ſponſa, hortus concluſus & fons ſignatus.

De horto multiplici.

125 HORTVS concluſus eſt Eccleſia, quæ germina bonorum diverſa gignit; que ſub nominibus multorum ſanctorum Martyrum inferius deſignatur. Fons eſt doctrina ſalutaris, que mentes fidelium quaſi areolas rigat, & fœcundat. In Prov. 16. C. *Fons vitæ erudito poſſidentis.* Iſai. 12. *A. Hauritis aquas in gaudio de fontibus ſalvatoris.* Quatuor ſunt horti. Primus eſt patria cæleſtis: Secundus eſt Paradiſus terreſtris: Tertius eſt Eccleſia militans: Quartus, eſt vterus Virginis. Primus beatitudinum: Secundus voluptatum: Tertius ſacrorum: Quartus gratiarum.

Hortus concluſus eſt Eccleſia.

Fons eſt doctrina ſalutis. Prov. 16. C.

Iſai. 12. A. Horti ſunt quatuor.

126 In primo ſeminatum eſt ſemen ſapientię, quod degeneravit in culmen ſuperbię, & pervenit ad ſpicam Angelicæ ruinæ; protulit que fructum damnationis æternę. Vndè ait in Iſai. 14. C. *In Cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, &c.* Poſtea corruit: Vndè in eodem. *Quomodo cecidiſti de cęlo Lucifer, qui mane oriebaris?* Item, damnationem recipiet; quando dicetur: *Ite maledicti, &c.* Licèt quædam plantationes novæ remanſerunt; ſcilicet; novem ordines Angelorum.

De horto gloriæ.

Iſai. 14. C.

127 Hic eſt hortus concluſus inſeparabilis Dei potentia: Quoniam magnum chaos firmatum eſt inter ſervatos, & perditos; & qui nolunt hinc tranſire; non poſſunt:

Hortus concluſus.

Quoniam; *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Pſalm. 90. C.* Ibi eſt fons vitę, vbi lumen videtur in lumine. Vndè Aug. *Ibi videtur beata vita in fonte ſuo. Soli prædeſtinati intrabunt in hunc hortum: Quoniam, quos prædeſtinavit, hos & vocavit: Quos vocavit, hos iuſtificavit, hos magnificavit.* In potentia vocavit; ex miſericordia iuſtificavit; ex gratia magnificavit in gloria.

Pſalm. 90. C. Fons vitæ. Auguſt.

De horto paradiſi terreſtris.

128 Secundus hortus eſt Paradiſus terreſtris; in quo ſeminavit Dominus ſemen obedientiæ; quæ germinavit peccata inobedientiæ, & produxit fructum præſentis miſeriæ. Et hoc totum fuit in malo cultore. Preceptum obedientiæ fuit, quando dictum eſt, vt legitur in Geneſ. 2. C. *De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas:* Pœna ſequitur: *In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Inobedientia notatur in hoc, quod comedit: Miſeria in hoc quod ait. Geneſ. 3. *D. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Hortus ille eſt concluſus, quoniam poſuit ibi Cherubin, & flammeum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.

Geneſ. 2.

Geneſ. 3. D.

De horto Eccleſiæ.

129 Tertius hortus eſt, in quo ſunt plantationes iuſtorum, qui ſunt arbores varia folia habentes, & varios fructus producentes: Tertia genera ſunt arbores; ſcilicèt; Martyres: Confeſſores: Virgines. Primæ arbores habent folia rubra. Secundę, iacintina. Tertiæ, candida. Rubra per ſanguinis effuſionem. Iacintina per cęleſtium contemplationem, cælum enim colorem habet iacintinum. Candida per virginitatis candorem. Hæc producunt diverſos fructus. Primę producunt fructum patientiæ. Secundę fructum ſapientiæ. Tertiæ fructum mundiciæ. Quoniam per martyres inſtruimur in patientia, per augmentum, & cęteros confeſſores in ſapientia; per virgines in mundicia.

Fontes ſeptem.

130 In hoc horto ſunt ſeptem fontes, qui ſunt; Nativitas; Baptiſmus; Paſsio; Reſurectio; Aſcenſio; Spiritus ſancti miſsio; Adventus ad iudicium. De quolibet enim effunditur flumen inſtructionis, & ſalutis. Iſta ſunt ſeptem ſignacula, quibus

Signacula ſeu ſigilla ſeptem.

bus ſignatus fuit liber, & nemo poterat aperire librum, niſi agnus, qui occiſus eſt. Hic hortus eſt concluſus munimine Angelorum. Iſai. 5. *A. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei, & ſepivi eam*; ſcilicèt; munimine Angelorum: Clauditur cum ipſo Chriſto: *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion Salvator, ponetur in ea murus & antemurale. Iſai. 26. A.*

Hortus. Iſai. 5. A.

Iſai. 26. A.

131 Quartus hortus eſt Beata Virgo. In eo creſcunt herbę aromaticæ, quibus tota illuminatur Eccleſia. Reficitur fidelis anima. Gaudet cæleſtis curia. Vndè in Aſſumptione ipſius legitur, in Cant. 3. C. *Quæ eſt iſta, quę aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulueris pigmentarij?* Virgula fumi reficit, & exhilarat odorantes, & iſta protenditur virgula fumi à terra ad Cælum, & ſuper choros Angelorum ad cæleſtia regna.

De horto virginali.

Cantic. 3. C.

132 In illa creverunt humanitas; ſingularitas, fœcunditas; integritas; vtilitas. Humilitas; ſanctitatis ſingularitas; Fœcunditas matris; integritas virginitatis; vtilitas humanæ neceſsitatis. Hic eſt ortus concluſus. Vndè Ezechiel 44. *A. Porta hæc clauſa erit: Non aperietur, & vir non tranſibit per eam. Quoniam Dominus ſolus Rex Ieſus Chriſtus Ingredietur, & egredietur per eam, & clauſa erit in æternum.* Ecce porta clauſa ante, & poſt; quia virgo, ante partum; virgo, in partu; Virgo, poſt partum. Hic eſt fons ſignatus: Fons, quia fundit flumen ſalutis toti mundo; ſcilicèt; Chriſtum.

Hortus concluſus. Ezech. 44. A.

Fons ſignatus

VERS. XIII.

EMISSIONES TVÆ PARADISUS malorum punicorum cum pomorum fructibus.

Quod Eccleſia dicitur hortus, & quales fructus producit.

133 ECCLESIA dicitur hortus, & meritò, quia producit tales fructus; ſcilicèt; mala punica; ſcilicèt; martyres propter ruborem ſanguinis, & fructus aliorum pomorum; ſcilicèt; confeſſorum, & virginum. Et ita Eccleſia emittit paradiſum malorum punicorum cum fructibus pomorum. Hoc etiam dicitur de beata Virgine; quoniam Eva paradiſum amiſit: Maria paradiſum emiſit; quoniam Chriſtum peperit. Meritò Chriſtus paradiſus dicitur; paradiſus voluptatis; quoniam duplex eſt voluptas: Vna eſt ſpiritualis, altera carnalis. Spiritualis eſt in ſpiritualibus bonis, in Deo, & in operibus eius, & hæc bona. Alia in ſpiritualibus malis; ſcilicèt; peccatis, avaritiæ, ſuperbiæ, vanæ gloriæ; & hæc mala. Carnalis duplex eſt; Vna eſt in aſſumptione carnis Chriſti; in nativitate; paſsione, reſurrectione, & aſcenſione; & hęc bona. Alia eſt in fornicatione, in comeſtione, & huiuſmodi: Et hæc eſt mala.

Chriſtus dicitur paradiſus ſumme delectabilis. Voluptas eſt duplex.

134 Chriſtus autem eſt Deus, & homo, vt vtrunque gaudium, ſivè voluptatem in Chriſto habeamus. Deitate nihil delectabilius; quod pendet ex deſcriptione, quam ponit Beda; dicens: *Deus eſt ſubſtantia ſpiritualis, tam inextimabilis pulchritudinis; tam ineffabilis ſuavitatis, vt Angeli, qui ſeptuplo ſolem ſua vincunt pulchritudine, ipſum deſiderant inſatiabiliter proſpicere.* Quoniam vt dicitur in 3. Regum 10. *D. Magnificatus eſt ergo Rex Salomon ſuper omnes Reges terræ divitijs, & ſapientia: Et vniverſa terra deſiderabat vultum videre Salomonis.* Vndè in Pſal. 26. *C. Vultum tuum Domine requiram: Ne avertas faciem tuam à me.* Ideò ſecum Chriſtus deitatem portavit, vt qui ſpiritualiter gaudet, in ipſo ſolo lętetur.

Chriſtus eſt Deus homo.

Beda. 3. Regum 10. D. Pſalm. 26. C.

135 Lucifer ſpiritualiter gaudebat; ſed quia in propria gloria; non in Domino gaudebat; ideò in locum tormentorum corruit; vbi perpetuo dolebit. Greg. *Dignum eſt, vt in ſe dolorem ſemper inveniat, qui relicto creatore, in ſe gaudium quærebat.* Item, quanto quis magis gloriatur, tanto vilius in inferno tractabitur. In 1. *Machabæorum* 2. *G. A verbis viri peccatoris ne timueritis; quia gloria eius ſtercus, & vermis eſt: Hodie extollitur, & cras non invenietur: Quia converſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius perijt. Iob* 20. *A. Laus impiorum brevis eſt: & gaudium hypocritę ad inſtar puncti. Si aſcenderit uſque ad cęlum ſuperbia*

Lucifer quare ceciderit.

Greg.

1. Machab. 2. G.

Iob 20. A.

bia eius, & caput eius nubes tetigerit: Quaſi ſterquilinium in fine perdetur.

136 Hoc ergò ſpirituale gaudium relinquas; quia malum eſt; & in iſto paradiſo; hoc eſt; in Chriſto gaudeas: Quoniam vt dicit Bern. *Habere Deum eſt ſumme bonum.* Item, ſi in carnalibus gaudeas; aſpice quod de luxuria dicitur. *Præterita non delectat; futura excruciat; præſens non ſatiat.* Vndè Bernardus: *Libidinis illecebra vorago quantis laboribus, & diſpendijs, interdum famæ, vel honoris, aut etiam vitæ ipſius periculo comparatur. Cuius appetitus anxietas, & vecordiæ, actus abominationis, & ignominiæ, exitus pœnitudinis, & verecundiæ plenus eſſe dignoſcitur.*

Bernar. Contra luxuriam.

Bernard. in Converſione ad Clericos, cap. 12.

Contra gulã.

137 De gula. Bernar. *Voluptas gutturis, quæ tanti hodie extimatur, vix duorum obtinet latitudinem digitorum, & huius tam modicæ partis eſt, tam exigua delectatio, quanta operatur ſolicitudine, tantam inde moleſtiam parit. Hinc menſtruoſius dilatantur renes, & hilla; hinc intumentes vteri nam tam impinguantur quã impregnantur à ruina: Dum carnis onus oſſa non ſuſtinent, etiam morbi varij generantur.*

Bernard. in converſione, ad Clericos, cap. 12.

138 Quoniam totus mundus diligit carnem, & vinum quoad luxuriam, vel mortuam, quo ad gulam; ait Chriſtus volo eſſe caro: Uidebo, ſi velit me deligere. Et ſic: *Verbum caro factum eſt*; Vt à carnalibus diligeretur, fecit eam vapulare clavis, & virgis, vt faſtidientibus modicas faceret ſorbiunculas. Fecit eam decoqui in clibano paſſionis, aſſari in craticula crucis, vt hanc carnem delectabiliter guſtaremus. Nunquam aliquis, pro aliquo tanta paſſus eſt, ſicut Chriſtus pro nobis, vt animas noſtras, immò amorem noſtrum acquireret. Maledictus ergo, Chriſte, qui te non diligit, qui in te non delectatur. Ideò Dominus alloquitur animam dicens per Ieremiam 31. *D. Vſque quo deliciis diſſolveris filia vaga? Quia creavit Dominus novum ſuper terram, fœmina circundavit virum.* Homines ſolent in novitate gaudere; quoniam gaudent novitate moderni. Sed inter omnia nova, iſtud magis novum; quia novus Rex: Nova lex. Ecce nova facta ſunt omnia.

Quia mundus dilexit carnẽ verbum caro factum eſt, vt diligeretur.

Verbum caro factum eſt.

Ierem. 31. D.

139 Quod enim Deus factus eſt homo; quod divina ſublimitas voluerit noſtram ſuſcipere vilitatem quis audivit vnquam tale? Quare ergò ò homo in delicijs noxijs delectaris? Quoniam mulier circundabit virum, in quo ſumme eſt delectandum. Meritò virum vocat; quia tantam habuit ſapientiam iacens in vtero matris, quantam ſedens ad dexteram Patris. Iſte homo eſt paradiſus cæleſtis, dedit nobis mala punica; quia Deus. Paradiſus terreſtris, quia homo. Iſte paradiſus dedit nobis mala punica; ſcilicèt; martyres, de quibus ſupra: Cum fructibus pomorum alterius generis, id eſt; congregationem confeſſorum, & virginum. Hoc enim fuit granum frumenti cadens in terra quod mortuum fuit, & multum fructum attulit; quia ex hoc grano multa grana martyrum, confeſſorum, & virginum orta ſunt.

Chriſtus tantam habuit ſapientiam.

VERS. XIV.

CYPRI CUM NARDO, NARdus, & crocus, fiſtula, & cinnamomum cum vniverſis lignis Libani, myrrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis.

140 CYPRUS alta arbor gracile in immò, groſum caput habet in ſummo & ſignat viros ſpirituales, qui in terrenis ſunt graciles, in ſuperioribus fertiles. Greg. *Qui in terrenis curis ſe implicant, à Dei amore ſe ſeparant.* Nardus eſt herba redolens, valens quam plurimum in vnguentis odoriferis, & ſignat charitatem, quæ præcipue omnes virtutes facit boni odoris: Aug. *Vbi charitas deeſt, quid eſt, quod poteſt prodeſſe, quia debet eſſe condimentum aliarum virtutum.* Ideò dicitur virtutum. *Cypri cum nardo.* Item, *Nardus, & crocus.* Crocus eſt aurei coloris, & ſignat ſapientiam: Sicut enim aurum rutilat; ita ſapientia ſuos facit rutilare. Daniel. 12. *A. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplẽdor firmamenti, & quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

De cypro, & nardo croco: Fiſtula: Cinamomo: Myrrha: Aloe, & primis vnguẽtis.

Greg. De Nardo.

Auguſt.

Titulus 3. De croco Daniel 12. A.

De fiſtula.

Fiſtu-

141 Fiſtula caſsia ſua gumoſitate lubricativa eſt, & viſcera purgat: Hæc eſt humilitas, quæ interiora animi purgat; quoniam in cinere, & cilicio latet ſuperbia; ſed neceſſarium eſt; quod morbus iſte fiſtula humilitatis purgetur. Cinnamomum cortex eſt mortificativum, & eſt cinerei coloris, & ſignat illos, qui frequenter habent memoriam dominicæ paſsionis; Undè Bernard. *Poſt fiſtulam purpuream ponit cinnamomum cinerei coloris; quia per recordationem paſsionis oritur in nobis noſtræ deſpectus virtutis.* Quid plura? In hoc paradiſo ſunt huiuſmodi viri aromatibus virtutum redolentes, & cum omnibus lignis Libani; quaſi omnes iuſti, qui candore virtutum ſunt præditi, in Chriſto ſunt fixi, in Chriſto radicati: Quoniam Deus eſt vitis; iſti ſunt palmites.

De Cinnamomo,

Bernar. ſuper cantica.

142 Myrrha, & aloe dicuntur, qui amaritudine continentiæ & abſtinentiæ arcent vermes gulæ, & luxuriæ; quoniam myrrha, & aloe amara ſunt; & benedicta ſit amaritudo, quæ dulcedinem generat æternam, Quoniam beati, *Qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam &c.* Prima vnguenta ſunt virtutes, quibus animę primo inunguntur. Optima vnguenta, & vltima, ſunt dotes animę, & corporis, quibus homines inuncti efficiuntur immortales: De quibus ſupra.

De Myrrha, & aloe.

De primis vnguentis.

VERS. XV.

FONS HORTORUM: PUTEUS aquarum viventium, quę fluunt impetu de Libano.

Quod Chriſtus dicitur fons, & puteus aquarũ viventium. Horti ſunt Eccleſia. Libanus interpretatur candidatio.

143 HORTI ſunt Eccleſia: Fons Chriſtus, & puteus aquarum viventium, id eſt; quę vivere faciunt, quæ ſunt dona gratiarum, quæ fluunt impetu de Libano; id eſt; de claritate vitæ æternę; quoniam Libanus interpretatur candidatio. Quia dona gratiæ venerunt ſubito; dicuntur aquæ cum impetu fluere. Vndè in actibus Apoſtolorum 2. *A. Factus eſt repente de cælo ſonus.* Vndè dicitur; Reficit corda ſancti ſpiritus gratia. De hoc flumine legitur in Pſalm. 45. *A. Flaminis impetus lætificat civitatem Dei.*

AAa 2. A.

Pſalm. 45. A.

144 Multiplex eſt vſus fontis; quoniam fœcundat; renovat; mundat; & ſatiat. Renovat veteres: Mundat ſordidos: Fœcundat ſteriles; ſatiat ſitientes. Secundum quadruplicem effectum quatuor modis loquitur ſcriptura de hoc fonte. De eo quod renovat, legitur in Pſalm. 41. *A. Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum; ita deſiderat anima mea ad te Deus.* Cervus cum hauſerit ſerpentem, ſiti exardeſcit, ad fontem currit, & bibit, & proijcit veteres pilos, & cornua. Sic peccator, cum peccando hauſerit venenum ſerpentinum, ſitit ad fontem pœnitentiæ, ibi bibit aquas gratiæ, proijcit pilos culpæ, & cornua ſuperbiæ.

De multiplic fontis effectu

Quod iſte fon renovat.

Pſalm. 41. A.

Cervus.

Quod iſte fons mundat.

145 De ſecundo in Zach. 13. *A. In die illa erit fons patens domui David, & habitantibus Ieruſalem in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ.* Fons iſte patens, eſt vulnus in latere Chriſti, à quo fluxit flumen aquæ & ſanguinis. Per peccatorem immundum intellige ex aliena ſuggeſtione. Per menſtruum, quod in muliere oritur, intellige immunditia peccati, quę in nobis naſcitur; ſcilicèt; primi motus; peccatum gulæ, & luxuriæ. Nam vt dicit. Greg. *Ex coitus corruptione propagati in nobis ipſi gerimus, vndè certamina toleramus.* Sed Dominus noſter Ieſus Chriſtus, de propria carne mundiſſima mundiſsimum liquorem emiſit, vt ſordes, quæ de carne noſtra oriuntur, abluerent. Item, ſicut pannus bene abluitur, & poſtea tingitur; ita Chriſtus, primò aqua lateris nos lavit, & ſanguine ſuo tinxit. Illum enim ſanguine ſuo tinxit, qui amore ipſius Chriſti, peccare erubeſcit.

Zach. 13. A.

Fons patens.

Gregor.

146 De tertio *Ioel* 3. *D. Egredietur fons de domo Domini, & irrigabit torrentem ſpinarum: Ægyptus in deſolatione erit, & Idumęa in deſertum perditionis.* Per ſpinas cupiditatem; per Ægyptum vanitatem; per Idumæam voluptatem intellige. Ægyptus enim interpretatur tenebræ, & figurat vanos, & ſuperbos, qui tenebris palpabilibus

Ioel 3. D.

Egyptus interpretatur tenebræ.

iſtius

iſtius mundi excæcantur, ita quod nullam gloriam, nullam veritatem attendunt, niſi præſentis ſæculi vanitatem. Idumæa interpretatur terra, vel terrena, & ſignat terram noſtræ carnis, quę nil requirit, niſi vt benè comedat, & bibat, & luxurietur. Et ideò Chriſtus de ſe hoc flumen emiſit.

Idumæa interpretatur terra, vel terrena.

147 Sequitur, quod fœcundat. Undè fons hortorum dicitur, vt terram fructificare faciat, & hoc per verbum Dei. Iſai. 55. D. *Quomodò deſcendit imber, & nix de Cælo, & illùc vltrà non revertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo.*

Quod iſte fons fœcundat.
Iſai. 55. D.

148 Tandem ſatiat: Hoc in Gloria, quandò bibemus de illo fonte, de quo dictum eſt: *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Tunc ſatiabimur cum apparuerit Gloria Dei. De primo flumine bibimus aquas gratię ad renovationem vitę. De ſecundo liquorem ſanguinis, & aquę ad maiorem ablutionem culpę. De tertio flumine haurimus vinum doctrinę, & fructificationem bonæ operationis. De quarto, mel, & lac ęternæ gloriæ, ad veram beatitudinem corporis, & animę. Tunc vt dicitur in Iſaia. 58. D. *Implevit ſplendoribus animam tuam, & oſſa tua liberavit, & eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.* Nèc vnquàm gloria, riſus, vel iocus, vel lætitia deficient. De primo flumine bibimus, quando pœnitemus. De ſecundo, quando communicamus. De tertio, quando verba Dei audimus. De quarto bibemus, quando Gloriam Dei intraverimus.

Quod iſte fons ſatiat.
Pſal. 35. B.

Iſai. 58. D.

149 Similitèr Prelati debent eſſe fontes hortorum, vt prędicta faciant, ſicut dictum eſt. Vndè in Iſaia. 12. A. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Et de Prælatis dicitur in Prover. 5. C. *Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. Habeto eas ſolus.* Fontes tui foras derivantur, quando verba, & exempla alijs exponuntur. *Habeto eas ſolus.* Id eſt, vt non intermiſceatur favor humanus. Iſti ſunt putei aquarum viventium, quia fluentes vitæ, & doctrinæ faciunt homines vivere vita gratiæ in præſenti, & vita Gloriæ in futuro.

Quod Prelati dicuntur fontes.
Iſaia. 12. A.
Prover. 5. C.

150 Sed proh dolor! Iſti fontes, id eſt, Prælati noſtri temporis aquas non habent, & ideò horti deſicantur, & herbæ, & arbores areſcunt. Vndè Dominus per Amos. 4. C. *Percuſſi vos in vento vrente, & in aurugine, multitudinem hortorum veſtrorum, & vinearum veſtrarum, oliveta veſtra, & ficeta veſtra comedit eruca, & non reddiſtis ad me.* Quaſi diceret: O Prælati, propter defectum veſtrum percuſſi peſſimè ſubditos veſtros varijs vitijs, quæ ſunt peſtes animæ, & tamèn non eſtis converſi ad me, vt doctrinam meam audiretis. In Deuter. 28. C. *Sit Cœlum, quod ſupra te eſt, æneum, & terra, quam calcas, ferrea.* Cœlum æneum eſt Prælatus ſiccus verbo, & opere, & ideò non eſt mirum, ſi terra, quam calcat, id eſt, ſubditi ſui ſint ferrei, id eſt, duri, & nigri.

Amos 4. C.

Deute. 28. C.

151 Item, in Iob. C. *Ignis Dei deſcendit de Cœlo, & tactas oves, puerosque conſumpſit.* Ignis; ſcilicèt, luxuriæ, avaritiæ, guiæ deſcendit de Prælatis, & oves, id eſt, ſubditos, & pueros, id eſt cuſtodes minores conſumpſit: Quoniam vt dicitur in Eccleſiaſtico 10. A. *Qualis Rector eſt Civitatis, tales, & habitantes in ea.* Et dicitur ignis Dei per contrarium: Non enim miſit hunc ignem, niſi quia deſcendere permittit. Iſti non dicuntur putei aquarum viventium, immò putei aquarum putrentium, ſive putreſcentium. Putei à puteo putes, id eſt, fœtere: Quoniam vt dicitur in Ieremia. 23. D. *A Prophetis enim Ieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram.* Verè quidam Prelati putent, quia fœtorem famę, & culpę, longe, lateque diffundunt. Et ſicut candela, quæ debet alijs illuminare, cum extinguitur fœtet, & fœtor ille morbum generat: Sic fœtet, & varios morbos generat Prælatus extinctus lumine gratię, & doctrinæ, & operationis ſplendore pri-

Iob. 4. C.

Eccleſiaſtic. 10. A.

Prælati.

Ieremi. 23. D.

* vatus. *

VERS. II.

SVRGE AQUILO, ET VENI Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

De Aquilone perfidiæ, & Auſtro gratiæ.

152 HOC eſt, recedat ſpiritus malignus, veniat Spiritus Sanctus, perflet hortum Eccleſię, hortum fidelis animæ, & fluant aromata Superiorum lachrymarum bonorum operum, quibus Dominus, & Cœleſtis Curia, ſicut optimis aromatibus exhilaratur. *Hortus dicitur fidelis anima.* Hortus ergo dicitur fidelis anima. Secundum hoc proſequimur. Iſte hortus ſic excollitur, ſcilicèt, timore foditur, Auſtro gratiæ perflatur, lachrymis rigatur, per pœnitentiam à pravis hervis purgatur; radix donum Sancti Spiritus nutritur, in fructum bonorum operum fœcundatur.

Qualia ſunt aromata impiorum.

153 Habet autem impius ſua aromata. Aromata, quibus impij ſe exhilarant, & ad luxuriam accendunt, ſunt muſcatus, roſæ, electuaria, cibaria diverſis ſpeciebus condita. Sed pro talibus aromatibus habebunt fœtorem intolerabilem. *Iſai. 3. D.* Vndè in Iſaia 3. D. *Erit pro ſuavi odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpanti crine calvitium, & pro faſcia pectorali cilicium.* Certè pro huiuſmodi odoriferis corporalibus, erit fœtor infernalis, pro zonis aureis, funis ſuſpenſionis, & arctationis, pro criſpanti crine, ſicut quidam criſpant crines, vt pulchriores appareant, toti decalvabuntur; pro faſcia pectorali, cilicium aculeis ferreis pungitivum.

Qualia ſunt aromata dæmoniorum. Oſea. 7. A.

154 Aromata, quibus lętificantur Dœmones, ſunt furta, fraudes, & huiuſmodi mortalia. Vndè Oſea. 7. A. *In malitia ſua lætificaverunt Regem.* Scilicèt, Diabolum: Tales ſunt horti Diaboli, ſcilicèt, qui talia agunt; quoniam ſurgit Auſter, id eſt, recedit Spiritus Sanctus, & venit Aquilo, ſcilicèt ſpiritus malignus perflat hortum ſuum, & fluunt peſsima aromata. *Aquilo, & Auſter.* Aromata Iuſtorum ſunt pœnitentia, ardor devotionis, ſuſpiria, vt dictum eſt. *Qualia ſunt aromata iuſtorum.* Talibus aromatibus ſe ipſos reficiunt.

155 Vndè Greg. *Mens, dum ardore Spiritus Sancti cruciatur, ipſis cruciatibus paſcitur.* Item, Deum, & Cœleſtem Curiam exhilarant. Vndè in Evangelio Lucè. 15. B. *Gaudium erit Angelis Dei in Cœlo, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, &c.* Sed heu! Iam tranſit Auſter ab Eccleſijs, à clauſtris, & ideò veniens Aquilo perflat, & fluunt aromata non virtutum, ſed vitiorum, quoniam alba cuculla cupit, & iàm nigra luxuriatur. Reglares ſuperbiunt. Hoſpitalarij invident. Canonici Regulares proprium tenent. Ioel. 1. D. *Demolita ſunt horrea, diſipatæ ſunt apothecæ.*

Gregorius.

Lucæ. 15. B.

Ioel. 1. D.

156 Horrea, quæ ſolent abundare tritico verbi Dei, ſunt Eccleſiæ, quę iàm diverſis vitijs demolitæ, non triticum, ſed paleas retinent. Apothecæ ſunt Monaſteria, quæ diverſarum virtutum aromata ſolent longe, lateque diffundere; ſed iàm flante Aquilone ſpecies deſiccantur, aromata exſuflantur, fœtores multiplicantur. Quare autem hoc contingit, legitur in Iſaia. 39. A. *Ezechias Rex oſtendit Nuncijs Regis Babylonis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & omnes apothecas ſupellectilis ſuæ; & vniverſa, quæ inventa ſunt in theſauris eius.* Meruit que audire per Iſaiam in eodem. C. D. *Eccè dies venient, & auferentur omnia, quę in domo tua ſunt, & quæ theſaurizaverunt patres tui vſque ad diem hanc in Babylonem.*

Quod Eccleſiæ ſunt horrea, & quod monaſteria ſunt apothecæ, & continentes verbum Dei.

Iſai. 39. A.

157 Nuncij Regis Babylonis ſunt ſpiritus maligni, & impij, quibus clauſtrales aromata oſtenduntur, quando pro temporali lucro, vel pro vana gloria, orationes, & Miſſas multiplicant, & ſe coram hominibus iactant. Sic plerique faciunt vt dives in cimeterio, vel in clauſtro ſuo ſepeliatur, diſcurrunt, orationes, & Miſſas pertractant, Sed quare hoc? Vt divitias acquirant. Et hoc ſatis poteris perpendere, quoniam pro paupere nihil ex his facerent. Quare? quia nihil indè temporale commodum ſperant. Igitur aromata ſua Babylonijs oſtendunt.

Ideò

iàm venient dies, & nùnc ſunt, quod hæc aromata theſauri ſpirituales; lacrymæ; ſuſpiria; devotiones ab Eccleſijs, & clauſtris aſportantur; vt dicitur in Ieremia 9. C. *Dabo Ieruſalem in acervos arenæ, & cubilia Draconum.* Id eſt; in monaſterijs multiplicantur ſteriles, & aperti mali, qui ſunt Dracones flatu ſuo alios perimentes. O bone Ieſu! Frangatur alabaſtrum, & impleantur apothecæ odore vnguentorum tuorum, & aromatibus virtutum, vt nobiſcum habitare delecteris. Amen.

Ieremi. 9. C.

CAPVT V.

VENIAT DILECTVS MEVS in hortum ſuum, vt comedat fructum pomorum ſuorum.

VERS. I.

Sermo de Adventu.

1 VENIAT Chriſtus carnem aſſumendo in hortum Eccleſiæ, & guſtet illud, quod fructificaverunt Patriarchæ, & Prophetæ, qui dicuntur poma, ſive arbores Eccleſiæ: Fructus iſtorum pomorum eſt adimpletio ſignorum. Prophetæ, & Patriarchæ enim prædixerunt Chriſtum eſſe naſciturum, paſſurum, reſurrecturum. Dominus fructum iſtorum pomorum guſtavit, quando hęc omnia adimplevit.

VENI IN HORTVM MEUM Soror mea Sponſa.

Quomodò, & ad quid venit Chriſtus.

2 VT veni ſit præteriti temporis: Quaſi diceret: O Sponſa, vocaſti, & rogaſti, quod venirem in mundum. In hortum Eccleſiæ iàm veni, iàm carnem aſſumpſi. Et ad quid veni? Gloſſa ſubiungit: *Errantes corrigendo; infirmos ſublevando, mortuos in requiem meam collocando.* hoc totum fecit per paſsionem, & alias amaritudines, quas tolerauit. Vndè ſub iungit,

Gloſſa.

MESSSVI MYRRHAM MEAM cum aromatibus meis.

Sermo de Patientia, Paſſione, & Cruce.

3 ID eſt, collegi amaritudines carnis cum ſpirituali mentis hilaritate. Miſerias, & afflictiones in mundo: Intùs patientiam, & hilaritatem tenendo. Sicut enim aromata bonum odorem reddunt; ita amaritudines, miſeriæ, & afflictiones in patientia toleratæ cum hilaritate in conſpectu Dei, & Sanctorum redolent. Videamus qualitèr meſſuit myrrham. Si quis diligentèr vitam Salvatoris attendat à Nativitate, vſquè ad Paſsionem, nihil aliud fecit, niſi quod meſſuit myrrham, collegit amaritudinem.

Vita Chriſti.

Chriſtus à Nativitate, vſque ad Paſſionem.

4 In Nativitate collegit myrrham paupertatis, quando de paupere Matre in paupere tecto natus, propter multitudinem confluentem ad Bethleem, vt tributum Cæſari ſolverent; Beata Virgo non habuit domicilium; ſed peperit in diverſorio, quod erat, quoddam operculum, quaſi tabulatum, de domo ad domum in via, vbi homines divertebant, pro pluvia ad refugium, vel ad colloquendum. Nèc etiàm ibi potuit collocari; quia non erat locus in diverſorio; ſed Mater involvit eum pannis, & involutum collocavit eum in præſepio. Eccè quã myrrham meſſuit in Nativitate.

5 Itèm, poſtquàm fuit natus, Herodes voluit eum interficere; & cum eſſet parvulus, & debuiſſet in pace cum parentibus more parvulorum nutriri; neceſſe habuit fugere in Ægyptum: Et ità guſtavit amaritudinem fugæ, & myrrham omiſsionis Patrię. In cuius figura ait David ad Saul, vt legitur in 1. Regum 26. C. D. *Filij hominum maledicti ſunt in conſpectu Domini, qui eijcierunt me hodiè, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes: Vade, ſervi Dijs alienis.* Multi ſunt Herodes, qui compellunt Chriſtum, hanc myrrham colligere; hoc eſt, ab hæreditate ſua fugere. Hæreditas Domini eſt cor iuſti; ſecundum illud. *Cor iuſti eſt ſedes Dei,* Et in Pſalm. 21. A. *Tu autem in Sancto habitas Laus Iſrael.*

1. Regum 26. C. D.

Hæreditas Domini eſt cor iuſti. Cor iuſti eſt ſedes Dei. Pſalm. 21. A.

6 Quilibet Chriſtum recipit in baptiſmo: In vera pœnitentia, cum quis de peccatis convertitur, Chriſtus in terra ſua, in hæreditate ſua, in Bethleem naſcitur; ſed cum fornicaris, cum vſuras exerces, vel aliud mortale perpetras; tùnc Chriſtum, cum Maria Matre ſua à Patria ſua expellis, vel quantum in te eſt, interficis. Sicut enim Herodes credidit quod natus auferret ei Regnum; ità & tu cum Chriſtus in te naſcitur, credis, quod auferetur tibi tuum Regnum, vel gaudium, & hoc Chriſtus non intendit: Immò vult tibi Regnum Cœlorum, gaudium æternum conferre. Itèm, in prædicatione ſua multotiès ſubſtinuit contradictionem, blasfemias, & mala verba.

Chriſtum expellit, qui peccat.

7 Bernardus autem enumerat, quod multiplicem myrrham collegit, dicens: *Quid non ſuave tibi, cum tibi collegeris omnes amaritudines Domini tui, & rememoraberis primò illarum ſuarum infantilium neceſsitatum; deindè laborum quos pertulit in prædicando: Fatigationum in diſcurrendo, tentationum in ieiunando, vigiliarum in orando, lachrymarum in compatiendo, inſidiarum in colloquendo, poſtremò periculorum, ſputorum, colaphorum, convitiorum, ſubſannationum, exprobationum, clavorum, horumque ſimilium, quæ in ſalutem generis noſtri triginta tribus annis operatus eſt in medio terræ.* Certè, hæc eſt myrrha, quam collegit: Sed aromata adiunxit, quæ myrrham dulcoraverunt Chriſti.

Bern. Serm. de quadruplici debito.

8 Sed quæ ſunt aromata? Certè, animæ noſtræ. Hæc aromata ita fuerunt ei dulcia, ita ſapida, quod omnes amaritudines Chriſti dulcoraverunt: Quod verba, ſputa, flagella, minæ, Crux, clavi, lancea, ſpinæ; omnia placuerunt, dummodo animas noſtras ſibi poſſet acquirere. Certè, ſicut ipſe amaritudines collegit in hoc mundo, ità neceſſe eſt nos colligere. Et ſicut animæ noſtræ ſunt aromata ſuæ amaritudinis; ità neceſſe eſt, quod Chriſtus & opera eius ſint nobis aromata, quæ myrrham noſtram dulcem faciant, vt nos ſimiliter myrrham cum aromatibus colligamus.

Quod animæ noſtræ ſunt aromata, quæ myrrham Chriſti dulcorant.

9 Undè Bernard. *In Mundo quaſi in campo tormentis poſiti ſumus, in quo Chriſtus mortuus eſt pro nobis.* Si quis ergo pro eo livorem, vel plagam non acceperit, à campo inglorius exibit. Chriſtus in Cruce pendens ſitiit, & eſurijt, & corda noſtra gravantur crapula, & ebrietate? Certè, non eſt equum, ex quo diviſus eſt ludus iſte, vt dicit vulgus. Paſsio Chriſti ludus non eſt, & nos vitam noſtram ludum facimus. Greg. *Diverſo quippe itinere ambulat, ſi gaudia, delectationeſque appetat, cui dux ſuus viam amaritudinis oſtendit.* Itèm, Hieronymus. *Difficile eſt, immò impoſsibile, vt præſentibus quis, & æternis perfruatur bonis, vt & ventrem hic, & ibi mentem impleat; vt de delitijs tranſeat ad delitias, vt in vtroque ſæculo primus ſit; vt & in Cœlo, & in terra appareat glorioſus.* Idem ad Heliodorum. *Delicatus es frater, ſi & hìc vis gaudere cum ſæculo, & poſteà regnare cum Chriſto.*

Bernardus. *Gregorius.* *Hieronymus.* *Hieronymus ad Heliodorum.*

10 Neceſſe eſt ergò, vt myrrham in præſenti colligamus. Sed nimium eſt amara, niſi aromatibus dulcoretur. Cum quibus aromatibus debeat dulcorari, dicit Bernar. *Conſidera filium Dei illuſum ſputis, colluſum plagis, confixum clavis. Attende Rectorem Cœli ſtantem in Cruce, palidum in morte, deformem in carne, ne pertranſeas Dominum Angelorum, virum percuſſum à Deo, & humiliatum, virum leproſum, & omnibus detrimentis expoſitum.* Aromata ſunt hæc, quæ debet cor tuum exhibere. Vnde idem Bernardus ſubiungit, dicens. *Recordatio hæc ſuccendit cor, interiora depaſcit, talis memoria eijcit lachrymas, ſuffundit oculos, vultus humetat.* Circa hunc gladium ferè obvolvitur omnis Religioſorum inſtantia. Hæc ſunt aromata, quę flammam Laurentij, lapides Stephani, Crucem Andreæ, tormenta Martyrum dulcoraverunt. Bernar. *Quid mirum ſi Cruci ſuavitatem dedit, & igni? Quomodò Crux Chriſti videtur inſipida, vbi dulce ſapit, & flamma? Quid enim dulce ſapiebat Laurentio ignis ille, cum irrideret carnifices, & iudices ſubſannaret? Quid nos dicemus ad iſta: Fratres? Cur non ſapit etiam nobis, quæ pro Chriſto tribulatio eſt?*

Bernardus. *Bernardus.* *Bern. Serm. 1. Sanct. Andreæ.*

Ne-

Neceſſe habemus bibere calicem amaritudinis, ſi Dominus ita dulcorat hunc calicem ſacro ſanguine quaſi melle, ſuam carnem ſpinis, & clavis, quaſi clavis gariophylli, quod libenter, & hilariter bibere debemus.

12 Sicut medici ponunt amaritudinem in cipho; & tot ſpeciebus dulcorant, quod amaritudo delicatis non ſenſitur: Ita Chriſtus ſua paſſione, frigus; famem; ſitim; verbera; & vulnera noſtra ſic dulcoravit, quod hęc omnia dulciter nobis ſapere debent. Aug. *Calicem paſſionis potius bibit medicus, ne eum poſtea abhorreat egrotus.* Bernar. *Quid non temperet iſta dulcedo, quæ mortem quidem facit eſſe dulciſsimam.*

Auguſtin.

Bernard. Serm. 2. S. Andreæ.

13 Ieſu bone, ſivè inviti, ſivè voluntarij, ſatis habemus de myrrha; ſed mitte aromata cum iſtis; mitte ſpiritum conſolationis; ſaporem gratiæ, vt myrrha cum aromatibus tuis ſuaviter colligamus. Etiam iſta aromata amara iudicantur, niſi melle tuæ gratiæ dulcorentur. Sicut ergo favus, dulcedo, mel, & aromata, quæ omnem paſſionem ipſius dulcoraverunt: Ita paupertas nativitatis, fatigatio itineris, condimentum, mel, & aromata noſtræ tribulationis. Et tunc poteſt dici: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi: Inter vbera mea commorabitur.* Scilicet, in pectore, vt nos exhilaret, & in omni tribulatione confortet.

14 In hoc faſciculo præter alia ſunt quaſi vndecim herbæ precipuę. Vndecim aromata, quæ ſuſtinuit Chriſtus, vt omnem tranſgreſsionem, quæ per vndenarium deſignatur auferret, & omnem dolorem in nobis mitigaret. Primo fuit ligatus: Secundo, ad iudicium ductus: Tertio, deriſus: Quarto, colaphis ceſſus: Quinto, conſputus: Sexto, cum virgis verberatus: Septimo, coronam de ſpinis portavit: Octavo, crucem proprijs humeris baiulavit: Nono, Crucifixus. Decimo, vino cum felle mixto potatus: Vndecimo, latus lancea vulneratus.

De vndecim herbis avomaticis ſignificantibus vndecim dolores quos Chriſtus ſuſtinuit, in diverſis partibus ſui corporis. Faſciculus herbarum.

15 Et tu ergo, frater, imitare magiſtrum tuum, & habeas pedes ligatos, ne eant ad proſtibulum, vel ad aliud illicitū. Manus tuę ſint parcæ, ſive ligatæ, vel curuę ad ſanguinem effundendum, vel male operandum. Oculi, aures, tactus, & alij ſenſus, ſint ligati, ne ad prohibitum procedant. Quoniam vt dicit Moyſes in num. 19. *Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam immundum eſt.* Item, ſi traheris ad iudicium vt iniuſte condemneris, ſuſtineas patienter; quoniam Chriſtus pro te ſe iniuſte iudicari permiſit. Si deriſus fueris; & Chriſtus ſimiliter deriſus eſt: Ergò patienter ſuſtineas; & hoc emplaſtrum, ſcilicet; patientiam Chriſti ſuper vulnus apponas.

Chriſtum imitari.

Numeri 19. C.

16 Item, ex quo Chriſtus patienter flagella ſuſcepit, & tu patienter flagella diſciplinę ſuſcipias. Auguſt. *Qui exemptus eſt de numero flagellorum, exemptus eſt de numero filiorum.* Item, Chriſtus habuit ſpinas pungentes in capite, & tu divitias in mente. Sed ſi homines non ſint ad delectationem, ſed ad punitionem, vt divitię potius te pungant, quam delectent; quoniam divitiæ à Domino ſpinæ nuncupantur, contra naturam cum ſpinæ appetantur. Tamen ſi dantur, ſi contractantur, ſanguinem; id eſt; afflictionem eliciunt. Vndè Iob 3. *D. Quare miſero data eſt lux*: Id eſt; proſperitas: De quibus. Iob in eodem: *Expectant mortem, & non venit.* Quia mortem habent in deſiderio, vitam in ſupplicio. Sequitur: *Gaudent que vehementer, cum invenerint ſepulchrum.* Quia vir iuſtus gaudet cum invenerit pacem, vt mens in contemplatione ſepeliatur.

Auguſtin. NOTA.

Divitiæ.

Iob. 3. D.

Uir iuſtus gaudet.

17 Octavo, crucem proprijs humeris baiulavit, quod non legitur de latronibus, qui crucifixi fuerunt cum eo. Illi crucem portant, qui ſua ſponte cruci ſe ſubijciunt: ſed latrones non portaverunt; quia in angaria crucifixi fuerūt cum eo. Tamen vnus illorum crucifixionem mentis portavit dicens, vt legitur in Luca 23. *Nos quidem digna factis recipimus.* Vndè meruit audire vt habetur in eodem: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Ita, & qui infirmitatem, vel afflictionem ſuſtinet, & ſe meritis ſuis crucifigi intelligit; vocem iſtam audit: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Et ſi veraciter hoc intelligit, iam non erit;

Crucem portare.

Luc. 23. D.

immò iam eſt in Paradiſo, ſpe, & ſi non re; immò eſt quadam præguſtatione Novus Stephanus: Stephanus fuit in Paradiſo; licèt caro in tormento, quando ait, vt legitur in actibus Apoſtolorum 7. G. *Ecce video cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei.* Item, Chriſtus eſt crucifixus; & tu in aliqua Cruce ſemper crucifigaris.

Acta Apoſtolorum 7. G.

18 Quinque ſunt genera Crucis. Crux prima eſt mandatorum Dei obſervatio. Hanc tenetur quilibet per fidem; & operationem portare. Secunda eſt largitas in paupertate; & hac poteris vitam promereri. Hanc habuit ſareptana mulier, quæ cum non haberet niſi panem ſubcinericium domus ſuæ; primò tamen de illo dedit Prophetæ Eliæ: vt legitur in 3. *Regum* 17. C. Gregor. *Non eſt manus vacua à munere, ſi arca cordis eſt plena bona voluntate.* Et mulier duobus minutis Regnum Cœlorum ſibi promeruit. Vt legitur in *Luca* 21. *A.* Tertia Crux eſt caſtitas in iuventute. Ideò dicitur in Trenis 3.D. *Beatus qui portaverit iugum Domini ab adoleſcentia ſua.* Quarta Crux eſt abſtinentia in abundantia; quando pro Deo in delitiis quis abſtinet. In tempore pacis frangenda ſunt deſideria: In tempore belli frangenda ſunt deſideria: In tempore belli frangenda ſunt corpora, ſi opus fuerit. Leo Papa. *Sublata ſaturitate a corpore, ſpiritualibus mens reficiatur delitijs.* Quinta, crux, & vltima eſt, patientia in tribulatione. Hæc eſt cuſtos animæ, & omnium virtutum. Vndè quidam. *Intra ignem tribulationis; Si palea es, conſummeris: Si lignum incineraberis: Si auram, purgaberis.*

Quod quinque modis cruce portatur. Genera crucis ſunt quinque.

3. Regum 17. G. Gregor.

Luca 21. A. Tren. 3. D.

Leo papa.

19 Decimo, fuit Chriſtus vino cum felle mixto potatus. Vinum, quod cor lætificat, eſt lætitia temporalis: Sed felle mixtum, pœna culpæ; quoniam humana felicitas, amaritudine eſt reſperſa, & culpa repleta. Hoc vinum porrigit nobis Diabolus. Sed facias tu, quod Chriſtus fecit, ſicut ſcriptum eſt de ipſo. *Cum guſtaſſet noluit bibere.* Similitèr, & tu cum ſentis quod in divitijs eſt fel cupiditatis; in delitijs eſt fel voluptatis; ſecurum, & optimum eſt de his nil guſtare.

Vinum.

Felicitas humana.

Math. 27. D.

Fel cupiditatis, & voluptatis.

20 Vndecimo, latus eius fuit lancea apertum: Et cor tuum ſimilitèr lancea verbi Dei aperiatur, de qua dicitur in Iſai. 2. *B. Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces.* Gladius, & lancea dicuntur verba Dei, quando accute penetrant. Dicuntur vomer, & falx, quando plene, & inexculte proferuntur. Hac lancea percutiaris, & effluat ſanguis, & aqua; ſanguis culpæ, & aqua lacrimarum: Quoniam per ſanguinem culpam intelligimus; ſecundum illud Oſee 4. *A. Sanguis ſanguinem tetigit.* Hoc eſt; culpa culpam attrahit. In his omnibus debes Chriſtum imitari; amore ipſius myrrham tribulationis metere; ſed cum aromatibus ſpiritualis lætitiæ.

Iſai. 2. B.

Gladius, & lancea dicuntur verba Dei.

Oſea 4. A. Culpa culpam attrahit.

COMEDI FAVUM CUM MELle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo.

21 ECCE fructus. Quod Dominus myrrham meſſuit quod paſsionem ſuſtinuit, ex eo conſecutus eſt optimam, & deſideratam comeſtionem; ſcilicèt quod comedit favum cum melle, & bibit vinum cum lacte. Per iſta intelligimus diverſa genera hominum, quos Chriſtus ſibi incorporat, & nominibus dulciſsimarum rerum nominat; quia nihil Deo dulcius, nihil ſuavius, nihil delectabilius, quam vt peccatores ad eum convertantur, & perſeverando cum ipſo commorentur. Vndè in Prov. 8. *D. Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum.* Gregor. *Chriſtus non veniret, niſi nos ſecum trahere vellet.* Per favum intelligimus, qui in ſe mellifluam doctrinam continent, & alijs effundunt. Per mel, qui divinas epulas ſibi appoſitas libenter deguſtant, & mandata Dei dulciora ſuper mel, & favum diligunt. Per vinum quod lætificat, qui alios promiſsione æternorum exhilarant; vel qui perſpicaci intellectu miſteria Eccleſiæ inquirunt. Per lac ſimplices, qui planiori doctrina contenti ſunt.

Quod per favum & mel, vinum, & lac intelliguntur genera hominum.

Peccatores ad Deum convertere. Prov. 8. D. Greg.

Per favum.

Per mel.

Per lac.

22 Cum Chriſtus propinavit Eccleſiæ quoddam poculum ſalutiferum, in quo erant iſtæ quatuor confectiones, quatuor optimi liquores; favus, mel, vinum, & lac. Per favum in-

De quatuor dulcedinibus quibus poculum Eccleſiæ propinatur.

intelligimus, Ambroſium. Per mel, Gregorium. Per vinum, Auguſtinum. Per lac Benedictum. Quod favus competat Ambroſio, hinc patet, quod cum parvulus eſſet, & dormiret quadam die examen apum apud faciem ipſius, ita frequentabatur, quod in os eius intrantes, quaſi favum divini eloquij in ipſo relinquerent. Pater eius, ne nutrix apes abigeret, prohibuit: Poſtea evolantes apes ita in altum aſcenderunt, quod vix poſſent ab oculis hominum intueri. Hoc factum ſignavit, quod ipſe futurus eſſet favus diſtillans eloquium gratiæ repletum.

Favus competit. Ambroſio.

Mel competit Gregor.

23 Item, mel dicitur Gregorius, vel alitèr, Hieronymus; quia inter alios Sacræ Legis Expoſitores dulciùs inſonuit, dulcius locutus eſt mellica verba, mellica ſcientia repleta publicavit. Vino comparatur Auguſtinus; quia vinum eſt ſubtile, & vinum modicè ſumptum acuit ingenium. Auguſtinus inter ſacri eloquij Expoſitores ſubtilitate quæſtionum, & ſolutionum præeminebat; vnde dictus eſt maleus hæreticorum: quoniam opponendo, reſpondendo, & exponendo efficatiùs, & ſubtiliùs hæreticos confutavit.

Vino eomparatur Auguſtinus.

Lac competit Benedicto.

24 Per Lac intelligimus Benedictum ſimplicem, qui ſapienter doctus ſtudium reliquit, & in deſerto converſatus eſt, vt Deo liberiùs poſſet vacare, & lacte ſimplicitatis omnia clauſtra replevit. Sed iàm felle duplicitatis, guloſitatis, & cupiditatis clauſtra exuberant: Uix iam ſimplicitas in aliquo clauſtrali reperitur. Similes illis fiant, qui faciunt iſta. Adhùc autem, quidam ſunt in Eccleſia favus, mel, vinum, & lac: In quorum meditationibus, verbis, & operibus, quaſi in favo, melle, vino, & lacte Dominus delectatatur.

COMEDITE AMICI, ET bibite, & inebriamini chariſsimi.

Qui in præſenti ſunt amici, & in futuro larvij.

25 NON ſolùm in nobis ſponſus reficitur; ſed vt in eo reficiamur invitat. Unde ait: *Comedite amici mei*: Id eſt, in verbis, & exemplis Sanctorum reficimini in via, & ab vbertate domus eius inebriamini in Patria. In præſenti ſunt amici, in futuro larvij; quia tùnc à ſuo amico; ſcilicèt, Chriſto, non poterunt ſeparari: Eſt autem cibus, ſivè potus quadruplex: Carnalis, Infernalis, Spiritualis, Cœleſtis: Vt dicitur in Eccleſiaſtico 36 *C. Omnem eſcam manducabit venter, & eſt cibus cibo melior.* Loquitur de ventre animæ, qui impletur malo, vel bono cibo.

De cibo quadruplici. Eccleſiaſtic. 36. C.

26 Item, eſt menſa Dæmoniorum, & eſt menſa Chriſti; menſa Dæmoniorũ eſt duplex: Vna eſt culpæ; altera gehennæ. De menſa culpæ, in *Daniele. 5. A. Baltaſſar Rex fecit grande convivium optimatibus ſuis*, & biberunt, in vaſis, quæ Rex Nabucho-Donoſor aſportaverat de Ieruſalem, & vidit manum ſcribentem: *Mane: Thecel: Phares*: Plerique faciunt hoc convivium, qui vaſa templi, qui ſunt oculi; aures; guſtus; & cæteri ſenſus; quoniam templum Domini ſanctum eſt, quod eſtis vos. In iſtis vaſis plerique hauriunt luxuriam, vanitatem, avaritiam, & inſanias falſas; ſicut fit in convivijs, in ludis, in ſpectaculis. Sed qui ſedent ad hanc menſam, debent legere hanc ſcripturam: *Mane: Tecel: Phares*: Quod interpretatur, appenſum, numeratum, diviſum: Quod Deus appendit omnia bona, & invenit minus; quia nihil numerat virtutis; & nullam invenit. Sequitur: *Phares*: Id eſt; diviſio, quod dividat à te; vt dicat: *Diſcedite à me maledicti*, & ponet portionem tuam cum filijs perditionis.

De mente demoniorum & menſa Chriſti, & de ferculis eorũ. Daiel 5. A. Et per totum.

Mane. Thecel. Phares interpretatur, &c.

27 Item de cibo carnali, in Trenis vltimo. *B. Ægypto dedimus manum, & Aſſyrijs, vt ſaturaremur pane.* Hoc eſt, mundo, & Diabolo fecimus omagium cum manibus noſtris, vt ſatiemur pane corporali, & infernali, quæ ſunt peccata. Plerique enim, ſimonias, vſuras, furta, homicidia committunt, vt ventrem impleant. Dicit Salomon. In Eccleſiaſt. *6. C. Omnis labor hominis in ore eſt.* Quia plerunque, quidquid homo acquirat, os carnis vel mentis devorat, De talibus in Tren. *1. D. Dederunt pretioſa quæque pro cibo vt refocilarent animas.* Plerique dant omnes virtutes, omnia bona, & animam Diabolo, vt guloſe animalitatem reficiant. Fercula quibus carnale-

Trenis vltimo B.

Eccl. ſiaſt. 6. C.

Trenis 1. D.

Fercula carnalium.

les ſtragulantur, ſunt fornicatio, avaritia, invidia, detractio, ſuperbia. Hæc ſunt fercula menſæ Diaboli, ad quam plerique alios invitant dicentes illud Iſai. 56. D. *Venite, ſumamus vinum, & impleamur ebrietate*: Vini; ſcilicèt; vitiorum, quod inebriat animam, ſivè rationem.

Iſai. 56. D.

28 Sequitur: *Et erit ſicut hodiè, ſic, & cràs, & multò amplius.* De huiuſmodi dicitur in Iob. 20. B. *Caput aſpidum fuget, & interficiet eum lingua viperæ.* Caput aſpidum fugit, qui tentationem delectabiliter rapit. Lingua viperæ interficit, quando impius conſentit. Nullus planè comederet in ſcutella, vbi ſciret eſſe caput aſpidum. Sed in quolibet cibo mortali eſt caput aſpidum, caput Diaboli; ergo ſecurum eſt abſtinere. De his in Proverb. 9. D. *Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavior.* Aquæ ſunt carnis delitiæ, quibus plerique furtive vtuntur.

Iob. 20. B.

Prover. 9. D.

Aquæ ſunt carnis delitiæ.

29 Deus enim præcepit, ne cognoſcas alienam, & tu cognoſcis, iàm furtum committis; quia quod alienum eſt capis. Deus tradit tibi panem, & vinum ad ſuſtentationem; tu autem ſumis ad ſuperfluitatem: Iàm furtum committis; quia alienam rem contra voluntatem domini ſui tractas. Proximum per mendacium defraudas, & tamèn plus de tali pecunia gaudes, quam ſi licito modo acquiſiſſes. Eccè quod aquæ furtivæ dulciores ſunt. Panis abſconditus eſt ſubſtantia peccati, quia quantum ſit in confectione, & in afflictione nemo ſcit. Vnde Dominus per Iſaiam. 24. C. *Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi.* Sed cum in ſe ſit tàm amarum, quare ita avidè ſumitur? Quia Diabolus eſt quaſi medicus, qui pilulas involvit in nebula, ne amaritudo ſentiatur: Sic Diabolus involvit peccatum amariſſimum in aliquo delectabili, & ſapido carni, & ſic ab impio ſumitur, & ducit eum ad latrinas peccatorum, & tandèm ad ſterquilinium ſupplicij de quo nunquàm exivit.

Panis abſconditus.

Iſai. 24. C.

30 Itèm, Diabolus habet ſe ad hominem, ſicut piſcator ad piſcem: Piſcator enim abſcondit hamum, & cooperit eſcam: Piſcis autem mordens eſcam viſibilem, capitur ab hamo, & extrahitur de aqua vitali ad aſſandum, ad coquendum, ad devorandum. Sic Diabolus abſcondit culpam, & cooperit aliquo delectabili, & placido carni, quod cum impius momorderit, capitur ab hamo culpæ, & extrahitur ab aqua gratiæ, quæ nos facit vivere; & finaliter, niſi Dominus potentia virtutis ſuæ fregerit hamum; ducitur ad coquinam inferni, & ibi aſſabitur, decoquetur, devorabitur, & æternis ſupplicijs cruciabitur.

Diabolus ſe habet cum homine, &c.

31 Itèm, ſicut quis volens occidere canem, proijcit ei panem inſertis crudeliſsimis clavis abſconditis, quem, qui inglutit canis ſtragulatur: Sic Diabolus offert homini panem cum clavis accutiſsimis, ſive acubus crudeliſsimis vitiorum, vt impius homo mordens, ſive glutiens, mortaliter vulneretur, & vitam perdens, quæ Deus eſt, ipſi morti, & principi mortis ſocietur æternaliter cruciandus. Et ſic cum impius fuerit talibus cibis repletus, tranſibit ad cibos infernales totius amaritudinis, & abominationis; vbi os eius implebitur calculo, guttur abſinthio; venter veneno mortifero.

Diabolus ſe habet cum homine.

32 Vnde Ieremia. 23. D. *Ego cibabo eos abſinthio, & potabo eos felle.* De hoc cibo, & menſa dictum eſt ſuprà in cap. 2. num. 195. Igitur ſi talibus cibis fueris ſaturatus, ſupremum remedium eſt, quod facias quod legitur in Eccleſiaſtico. 31. C. *Si coactus fueris in edendo multum, ſurge è medio, & evome.* Hoc eſt; ſi Diabolus, mundus, vel caro te coegerit in tantum comedere, quod fueris vitijs impinguatus, ſive ingurgitatus; ſurge de medio vitiorum, per pœnitudinem, ſeù cordis contritionem; & evome, per oris confeſsionem. ſequitur: *Et refrigerabit te, & ſic non adduces corpori tuo infirmitatem.* Niſi enim venenum peccatorum evomas; mortem æternam incurres.

Ieremi. 23. D.

Eccleſ. 31. C.

33 Menſa Chriſti eſt triplex; Scripturæ, Gratiæ, & Gloriæ. Cibus, & potus iſtius menſę ſunt verba, & exempla Sanctorum. Vndè in Eccleſiaſtico. 15. A. *Cibabit illum pane vitæ, & intellectus.* Quot ſunt verba, tot ſunt fercula. Super hanc men-

De multiplici menſa Chriſti.

Eccleſ. 15. A.

menſam Moyſes attullit panes ordeaceos ; ſcilicèt ; quinque libros cum aſperitate legis ; ſicut ordeum eſt granum coopertum palea. Ioſue; Iudices; Iſaias; & cæteri Prophetæ propoſuerunt diverſa genera ferculorum. Martyres appoſuerunt ſe ipſos, quaſi altilia igne martyrij aſſatos. Confeſſores poſuerunt ſe, quaſi carnes gallinaceas cum carne ſalſa; id eſt ; cum aſperitate vitæ. Deus Pater appoſuit ibi piſcem aſſatum; ſcilicèt; Chriſtum paſſum ; cum favo mellis, quaſi pro ſalſamento.

Exemplum. 34 Quidam ruſticus emit lampredam tribus ſolidis, & cum detulit ad vxorem, dixit mulier : Quare tam carum piſcem emiſti ? Sufficerant nobis minus pretioſa : Veruntamen ex quo ita eſt , tribuas duos denarios, pro aceto, pipere, & huiuſmodi ad ſalſamentum. Reſpondit ille dicens : Antea maledicatur piſcis ; quam tantum mihi conſtet; certè, nihil amplius apponam ; Et ita inſcius ruſticus piſcem amiſit, pro defectu ſalſamenti.

35 Igitur tu frater non facias ſicut inſcius ruſticus ; ſed cum hoc piſce aſſati, id eſt ; Chriſto paſſo apponas ſalſamentum ; id eſt ; ſputa: Flagella : Clavos : Lanceam : Et coronam ſpineam ; quia nunquam guſtaſti tam ſapidum cibum. *Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus.* *Pſalm.* 33. *B.* Hæc dicitur menſa propoſitionis, ſuper quam, vt dicitur in *Levitico* 24. *A. B.* Poſiti fuerunt duodecim panes, & ſuper ſingulos patena aurea, & ſuper patenas pugillos thuris. Duodecim panes ſignant doctrinam duodecim Apoſtolorum. Patena aurea, rotunditatem gloriæ. Pugillus thuris, devotionem orationis. Quatuor pedes menſæ, ſunt quatuor modi expoſitionum ſcripturæ.

Pſalm. 33. *B.*

Leviticus 24. *A. B.*

Panes duodecim.

Patena aurea

Pugillus thuris.

Pedes menſæ.

36 Menſa gratiæ eſt menſa altaris, ſivè Euchariſtiæ; de qua ad Hebreos 13. B. *Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt*; id eſt, delitijs corporis, quod eſt tabernaculum noſtrum. Tales enim ſunt participes menſæ Dæmoniorum. Exodo 12. G. *Hæc eſt religio phaſe : Omnis alienigena non comedet ex eo: Advena : Mercenarius : Incircunciſus.* Quatuor perſonæ hic prohibentur ab eſu agni. Alienigena eſt, qui a Patre alieno gignitur. Hi ſunt de quibus dicitur. Vos ex patre Diabolo eſtis ; quales ſunt infideles. Advena eſt, qui nuper venit, & cito recedit. Talis eſt Sacerdos ad altare ; ſed eſt bonus ribaldus in taberna ; Bonus mercator in foro: Bonus venator in campo : Luxurioſus in proſtibulo : Plures domos inveniemus Sacerdotum , quæ ſunt proſtibula, quaſi laicorum ; quia ipſi tenent pretio concubinas , ſicut laici vxores.

De menſa gratiæ.

Hebr. 13. *B.*

Exod. 12. *G.*

NOTA.

Attende quatuor genera hominum, qui prohibiti ſunt participare ſacro altaris; Scilicèt ; Euchariſtiam.

Alienigena.

Advena.

37 Tales non debent accedere ad altare. Tales ſunt dicti Iudæ , & ſimiles Iudæ , qui ad menſam Domini cum alijs comedit ; ſed indè recedens, Deum ſuum inimicis Iudæis tradidit. De his poteſt dici. *Ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa:* Quod quidem verbum dictum eſt à Domino de Iuda traditore, vt legitur in *Math.* 26. *B. Marco* 14. *B. Luca* 22. *B. Et Ioanne* 13. *C.* Per confeſsionem enim Deum ſuum laudant, per pravam verò vitam Dominum ſuum tradunt. Mercenarius eſt, qui matutinas cantat, & cætera officia pro mercede celebrat temporalis, & talis non debet comedere Phaſe. In circunciſus eſt, qui in aliquo membro habet immunditiam, vel in lingua detractionem , vel in oculis concupiſcentiam, vel in renibus luxuriam, vel in manibus iniquitatem. Talis non debet accedere ad Phaſe, niſi omnia membra ſint mundificata.

Matth. 26. *B. Marc.* 14. *B. Luca* 22. *B. Ioan.* 13. *C.*

Mercenarius.

Incircunciſus.

38 Menſa gloriæ ſignificatur in *Geneſ.* 43. *G.* Ioſeph quando affixerat fratres , lota facie à lacrymis, quas ex compaſsione efuderat , ait: *Ponite panes in menſa: quibus appoſitis ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratribus, Ægyptijs quoque, qui veſcebantur ſimul ſeorſum (illicitum enim erat Ægyptijs comedere cum Hebræis)* Sic erunt in menſa gloriæ cum verus Ioſeph, id eſt, Chriſtus affixerit fratres ſuos, tamèn cum eis compatietur, & abſtergens lacrymas ab oculis ſanctorum ; quia de cætero non lugebunt, nèc dolebunt , & panes refectionis faciet apponi.

De menſa Gloriæ.

Geneſ. 43. *G.*

39 In hac menſa ſunt duodecim fercula. Quinque erunt, quod quilibet quinque ſenſuum replebitur ſuo de-

delectabili; quia in viſu, erit pulchritudo: In auditu, ſonus dulciſsimus: In guſtu, ſapor ſuaviſsimus: In olfatu, odor aromaticus: In tactu, lenitas ameniſsima. In corpore, erunt quatuor dotes, ſcilicet, claritas, agilitas, ſubtilitas, impaſſibilitas. In anima, tres, ſcilicèt, cognitio ſine errore, comprehenſio ſine difficultate, dilectio ſine fictione. Sed fratres Ioſeph, id eſt, Iuſti erunt ſeorsùm, & Ægyptij ſeorsùm; quia Iuſti habebunt menſam ſuam innumerabilibus bonis, ſive delitijs plenam.

Dotes Gloriæ. Anima glorioſa.

40 Ægyptij autem, id eſt, qui tenebras iſtius mundi dilexerunt, habebunt ſuas menſas ſupplitijs, & ſordibus repletas; quoniam vt dicitur in Oſea. 4. D. *Particeps Idolorum Ephraim, dimitte eum ſeparatum eſt convivium eorum.* Legitur in eodem *Geneſ.* 43. G. Quod Ioſeph inebriatus eſt cum fratribus ſuis: Et Chriſtus pleniſsimè exhilaratur cum electis. Sicut enim mater cum viderit filium plorare ex aliqua percuſsione, accipiens inter brachia, collocat ſuper genua, lachrymas abſtergit, & oſcula tribuit; & facit puerum ridere: Sic bonus Ieſus Deus totius conſolationis, cum viderit Sanctos in hoc mundo afflictos inter brachia recolligit, lachrymas abſtergit, oſcula dulciſsima tribuit, & ſemper illos ridere, & gaudere facit; quod ipſe nobis præſtare dignetur.

Oſea. 4. D.

Geneſ. 43. C.

VERS. II.

EGO DORMIO, ET COR meum vigilat.

41 DORMIO à cura temporalium, & cor meum vigilat in meditatione ſpiritualium. Dicitur, quod quidam Rex cum iaceret in camera, vidit quemdam aſportantem de theſauro ſuo, & tacuit. Latro alia vice aſportavit, & ait Rex: Si alia vice veneris, dicam Camerario. Ecce, quod Rex, qui latronem potuit capere, quam parum paleas appreciatus eſt. Et quidam vir ita fortitèr contemplatus eſt; quod licèt latronem vidit de pertica pannos aſportare, non adverit.

De contemptu mundanorum. Exemplum de Rege.

42 Multiplex eſt ſomnus. Eſt ſomnus gratię, ſomnus gloriæ, ſomnus culpę, ſomnus gehennæ. Somnus gratiæ eſt, quando aliquis à curis huius ſæculi remotus, in ſpiritualibus quieſcit. De quo Iob 23. B. *Semèl loquitur Deus, & ſecundo id ipſum non repetit.* Quaſi diceret: Semèl dat Deus ſcripturam, & de quacumque re inquiratur, in ea pleniſsimè invenitur. Gratiæ eloquium condidit, quod omnibus ſatisfacit, quoniam Manna ſapiebat vnicuique provt volebat. Vndè quandò Apoſtoli dixerunt, vt legitur in Luca. 22. D. *Eccè duo gladij hic.* Reſpondit Dominus: *Sufficit.*

De quadruplici ſomno. Somnus gratiæ. Iob 33. B. Luca. 22. D.

43 Sequitur, per ſomnium in viſione nocturna, quando ſopor irruit ſuper homines, & dormiunt in lecto; tùnc aperit aures virorum, & erudiens eos, inſtruit diſciplinam. Gregor. *Si interna contemplari volumus, ab externa implicatione dormiamus.* Itèm ad contemplanda interna non perducitur niſi ab his, quæ exterius implicant, retrahatur. Itèm Gregor. *Tùnc ſecreta divinitatis agnoſcimus, cum ab huius mundi concupiſcentia, intra noſtræ mentis cubicula ſegregamur.* Eccè quod frequentèr Dominus ſecreta ſua revelat eis, qui à curis iſtius mundi ceſſant, quoniam tùnc aperit aures virorum; vt legitur in Geneſ. 15. B. *Cum Sol occumberet, ſopor irruit ſuper Abraham, & horror magnus irruit ſuper eum.* Tunc Dominus revelavit ei, quid futurum eſſet de generatione ſua dicens: *Scito prænoſcens, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum, &c.*

Gregorius. Gregorius. Geneſ. 15. B.

44 Sol occumbit, quando figura iſtius mundi à te recedit: Et tùnc ſopor gratiæ irruit ſuper iuſtum, & horror magnus; quoniam qui ſuas tranſgreſsiones, & Dei offenſiones attendit. *Propter quod irritavit impius Deum.* Non eſt mirum, ſi horror irruit ſuper eum, vt dicitur in *Geneſ.* 28. C. In tali ſomno vidit Iacob ſcalam ſtantem ſuper terram, &c. Et audivit Dominum dicentem: *Terram, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo.* Iuſti dormiunt in Cœlo; quando ibi fixa ſunt corda, vbi vera ſunt gaudia. Apoſtolus ad Philipen. 3. D. *Noſtra converſatio in Cœlis eſt.*

Sol occumbit, quando, &c. Pſalm. 9. D. Geneſ. 28. C. Philip. 3. D.

Si

45 Si dormieris, id eſt, tranquillitatem, & quietem in terrenis conſtitueris, fortè dabit tibi Deus terrena, & poſteà dabit tibi ſupplicia ęterna. Si in contemplatione Cœleſtium delectaris ſemen Iacob efficieris, & habebis terram promiſsionis. Hoc ſomno ſoporatus, vidit Petrus ſcutellam, in qua reptilia, & ſerpentia erant, id eſt; diverſa genera peccatorum rapta ſunt in Cœlum. Et nos ſi à curis temporalibus volumus ceſſare, myſteria Dei poterimus comprehendere. Dicitur quod Diogenes fecit ſibi oculos exteriores erui, vt interiorem Philoſophiam meliùs poſſet contemplari. Credo, quod Abraham, & cæteri Patres, pro magno habuerunt talem ſomnum, in quo Deus locutus eſt eis, & ſua myſteria revelavit.

Actor. 11. *A.*

46 Multi poſſunt hodiè ſic dormire, hoc eſt, à mundanis ceſſare; libros Sanctæ Scripturę legere, quod perveniant ad notitiam myſteriorum Dei. Immò plura ſunt nobis revelata, quam Abrahæ, & cęteris antiquis, quoniam ſuper ſenes intelligimus. Vndè veritas in Matth. 13. B. Et in Luca 10. D. *Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: Et audire quæ vos auditis & non audierũt.* Vnde de meditantibus in ſacro eloquio in eiſdem, dicit Dominus: *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, & aures, quæ audiunt, quæ vos auditis.*

Matth. 13. *B.* *Luc.* 10. *D.*

47 Cum enim in ſacro eloquio meditaris, Chriſtum frequentèr audis. Quando oras, Deo loqueris; quando legis, loquitur tibi Deus. Sed plerique plus deſiderant reſpicere onus Ninive, quod eſt liber viſionis, id eſt, vanitates, & inſanias iſtius mundi, denarios in arca, veſtes in pertica, turbam in aula, carnes in ſcutella, vinum in patera, meretrices in proſtibulo, negotiationes in foro, ludos in ſpectaculo, quam Chriſtum, in ſtudio; myſteria divina in ſacro eloquio. Talibus dicitur, & recte dici poteſt: Maledicti oculi, qui vident, quæ vos videtis; & aures quæ audiunt, quæ vos auditis.

Quando oras. *Quando legis.*

48 Tria ſunt quæ hùnc ſomnum, ſivè hanc quietem impediunt; ſcilicèt; Fumus; ſtillicidium, & mala vxor. Fumus eſt excæcatio mentis, quæ ex igne concupiſcentiæ carnis procedens, oculos mentis excæcat. Stillicidium ſignat peccata, quæ per portas, vel feneſtras oculorum, & aurium immittuntur. Mala vxor eſt, remurmurans conſcientia, quæ litigat cum ratione, quando inter amplexus Salvatoris valet quieſcere. Quando vult enim aliquis in Chriſto delectari; dicit prava vxor. Non ne amplexus es meretricem: Pecuniam per avaritiam abſcondis: Mundi gloriam amplecteris; Quomodo polutus, in Chriſto mundiſsimo quieſcere poteris? Cum te, & inimicum ipſius eſſe cognoveris.

De tribus quæ quietem impediunt. *Stillicidium*

49 De his tribus Nahum 3. *C.* *Ecce populus meus Mulieres in medio tui: Inimicis tuis adapertione pandentur portę terræ tuæ, devorabit ignis vectes tuos.* Mulieres in medio tui, ſunt ſtimuli conſcientiæ. *Pandentur portæ*; id eſt; quinque ſenſus, *inimicis tuis.* Per has enim portas inimici, ſivè peccata intrant: Ecce ſtillicidiũ. *Ignis devorabit vectes tuos*: Quando ardor concupiſcentiæ carnalis fortitudinem ſpiritualem adnihilat: Ecce fumus. Sunt autem quidam à quibus ſtatim evolat contemplatio, vt legitur in Daniele 2. A. *Vidit Nabuchodonoſor ſomnium, & ſomnium eius fugit ab eo.* Quoniam perverſi vident Ieſum quaſi Phantaſma, quod cito apparet, & cito diſparet.

Nahum 3. *C.* *Mulieres.* *Daniel* 2. *A.*

50 Iſte ſomnus eſt dulciſsimus, quia tùnc homo levat ſe, ſupra ſe. Vt; *Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. Pſalm.* 67. *D.* In hoc ſomno ſpiritus Domini rapuit Philipum, Angelus portavit Habacuc per capillum in lacum vbi erat Daniel, cum vaderet ad meſſores, vt habetur in *Daniele* 14. *F.* Quia Angelus magni conſilij, quandoquidem cum Iuſti pergunt ad operationem, tranſfert ad cęleſtia per contemplationem, & hoc per capillum; id eſt; per ſubtilem cogitationem: Quoniam capilli capitis ſunt cogitationes mentis.

Pſalm. 67. *D* *Actæ Apoſtolorum* 8. *G.* *Daniel* 14. *F.* *Capilli capitis*

51 In tali ſomno raptus fuit Paulus ad tertium cælum. Primum cælum eſt ſenſibile, ſcilicèt; cum quis videt aliquod myſterium: Sicut *Ieremias* 1. C. vidit ollam ſuccenſam, & figu-

Primum cælũ *Ierem.* 1. *C.*

Secundum cęlum.

figulũ reparantẽ vas novum. Secundum cælum eſt, viſio imaginaria, ſecundum quod Ioannes in Apocal. vidit imagines beſtiarum.

Tertium cęlũ.

Tertium cælum eſt comprehenſio intellectualis. Ad hoc cælum raptus Paulus vidit, quæ non licèt homini loqui.

De ſomno culpæ. De ſomno ſiſarę Samſonis: Isboſeth: Ionæ renitentis: Et quod vita temporalis ſit ſomnus. Iudicum 4. C.

52 Somnus culpæ eſt, quando oculi rationis ſopiuntur; id eſt; clauduntur, oculi verò carnales in vitijs, & delitijs aperiuntur. Quidam dormiunt cum Siſara: quidam cum Samſone in gremio Dalilæ: Quidam cum Isboſeth in meridie: Quidam cum Iona in centina naviculæ: Quidam cum Eutyche (Paulo diſputante). Legitur in *Iuditum* 4. C. *D.* Quod Siſara quando fugit exercitũ Iſrael, venit ad tabernaculum Iahel, & poſtulavit aquam; Iahelque dedit ei lac, pro aqua, & cooperuit eum palio, & cum malleo tabernaculi clavum infixit in cerebro dormientis: *Qui ſoporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt.* Iahel interpretatur vanitas, quæ Siſaram palio cooperuit, quando eum ſub vanitate abſcondit. Lac pro aqua propinat; id eſt; prudentiam carnis, pro ſapientia ſpirituali: Lac enim de carne; aqua verò de cælo venit. Prudentia carnis eſt, cum quis prudens eſt, ſivè ad hoc laborat fieri prudentem, vt pecuniam, veſtes, calceamenta, & mundi gloriam acquirat.

Iahel interpretatur vanitas.

Prudentia carnis.

53 De hoc lacte bibunt Phiſici, Medici, Legiſtæ, quam plures Theologi, & Decretiſtæ, & hi, qui commodum temporale quęrunt. Clavus tabernaculi, qui defigitur in cerebro, eſt ſubſtantia peccati. Malleus verò ſunt circunſtantiæ, quæ ſicut malleus magis, ac magis peccatum in mentem, caput que duriter infigunt: Verbi gratia: Primo videt quis mulierem, cuius pulchritudo placèt: Interferuntur verba: Subſequuntur riſus, tactus, & ceteræ circunſtantiæ, quæ clavum peccati ita infigunt in capite, ſivè in cerebro dormientis; hoc eſt; oculos rationis clauſos habentis, quod conſentire faciunt. Et ſic ſoporem morti ſocians deficit, & moritur, quia mortaliter peccat, etiam per conſenſum, & mortuus eſt in anima. Undè quidam circunſtantias attendens ait; Sic ſedit corrupta fuit, ſic ſcamina venit.

Circunſtantiæ quę antecedunt peccato luxurię.

54 Dormiunt ergo cum Siſara, qui carnali ſapientia potati, per circunſtantias peccati perimunt. Samſon dormivit in gremio Dalilæ, vt legitur in libro *Iudicum* 16. *E.* Et venit barbator; aliter: Barbitonſor, & capillos abſtulit. Philiſthijm verò ceperunt eum; & eruentes oculos eius excæcaverunt, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. In gremio Dalilæ dormiunt, qui in muliere luxuriam faciunt, & venit tonſor; id eſt; Diabolus, & omnes virtutes ab eo ſuavitèr tollit, quod luxurioſus dormiens non ſentit. Dalila dicit: Samſon, Samſon, Philiſtijm ſuper te, hoc eſt; cum iaces ſuper mulierem Dæmones iacent ſuper te.

De quadruplici ſomno culpę. Somnus ſiſarę. Iudicum 16. E. Somnus

55 Dæmones autèm auferunt ei oculos ſpirituales, nam vna ex filiabus luxurię, eſt excęcatio mentis Tunc Dæmones vinctum catenis in carcere peccati faciunt, eum molere ad libitum ſuum, & cibum ſuum. Cum quis in peccato luxuriæ detinetur, quidquid molit, & operatur cibus eſt & refectio Dæmonum. Iſboſeth dormivit in aula in meridie, vt legitur in 2. *Regum* 4. *B. C.* Et oſtiaria dormitante, intraverunt duo latrunculi & eum interfecerunt. Isboſeth dormit in aula in meridie cum quis delectatur in mundi proſperitate, quæ præcipue, in curijs divitum habetur. De qua in Pſalm. 55. *A. Ab altitudine diei timebo.* Oſtiaria eſt ratio, quæ deberet portam; hoc eſt; viſum auditum, & cæteras potentias cuſtodire, & inimicos arcere. Sed cum hæc oſtiatia dormit, intrant duo latrunculi, ſcilicèt; voluptas; & vanitas, & dormientem in tali proſperitate interficiunt.

Excęcatio mentis eſt filia luxuriæ

Somnus Isboſeth. 2. Regum 4. B. C.

P ſam. 55. A. l Oſtiaria eſt rat io.

56 In centina naviculæ dormivit Ionas, quando tempeſtas orta, fere navem ſubmerſit: Ut legitur in eodem 1. B. Hi cum Iona, in centina dormiunt, qui in fæcibus vitiorum quieſcunt; nèc attendunt tempeſtatem, quia totus mundus ſingulis diebus turbatur. De hoc ſomno dicitur in Ierem. 48. *B. Fertilis eſt Moab ab adoleſcentia ſua, & requievit in fęcibus ſuis: Non eſt tranſitus de vaſe in vas*; Hoc eſt; de vaſe Diaboli, in vas Dei: De culpa, in gratiam. Ideò Ionas proiectus eſt in mare, & abſor-

Somnus. Ionæ. Iona 1. B.

Ieremia 48. B.

ſortus eſt à cete: Et huiuſmodi à vitijs amariſsimis; & tandem à Diabolo abſorbentur.

Somnus Eutyche. *Acta Apoſt. 20.B.*

57 Alij dormiunt cum Eutyche, de quo legitur in *Actibus Apoſtolorum. 20. B.* Quod diſputante Paulo, cum mengeretur à ſomno gravi cecidit à tertio cœnaculo deorſum, & mortuus eſt. Cum Eutyche dormiũt, qui magiſtro Eccleſiæ diſputante, vel prædicante, conſuetudine peccati oppreſsi, poſt pœnitentiam, iterum in ſomnum peccati relabuntur, nec poſſunt ſe defacili continere. Vndè *Math. 29. D. Marc. 14. E. Luc. 22. E. Et veniens Ieſus invenit eos iterum dormientes.* Eutychus autem interpretatur amens; & talis eſt vere amens; ſcilicet; ſine mente, qui cum ad diſputationem, & prædicationem Doctorum deberent in bonis operibus vigilare, in peccatum relabuntur.

Math. 26. D. Marc. 14. E. Luc. 22. E. *Euthycus interpretatur amens.*

58 Item, corruit à tertio cœnaculo; id eſt; à ratione. Primum cœnaculum eſt caro: Secundum eſt ſenſualitas: Tertium eſt ratio. Vel primum cœnaculum eſt ſenſualitas: Secundum intellectus: Tertium ratio. Ab iſto tertio cœnaculo cadit, qui audit, & intelligit, quæ dicuntur à magiſtro, vel Doctore, & tamen intellectis ſprætis, non vtitur eis per rationem, vel ſi vſus aliquantulum fuerit, poſtea tamen dimiſſa ratione, relabitur ad imum peccati. Circa primum: Carni ſufficiunt neceſſaria: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus: 1. ad Timoth 6. B.*

Cœnaculum eſt triplex. *1. ad Timoth. 6. B.*

59 Senſualitas exigit ſuperflua: Oculis enim, viſui, & tactui, vix totus mundus ſufficere poteſt. Ratio poſtulat ſpiritualia. Sed tunc à tertio cœnaculo homo corruit, quando poſtpoſitis ſpiritualibus, ratio illicitis conſentit: Quia cum ſit judex, & rectrix, deberet reprobare malum, & eligere bonum, & tamen contrariũ facit. Vnde ratio eſt quidam motus animi viſum mentis acuens, veraque à falſis diſcernẽs. Cũ Siſara ergo dormiunt, per circunſtantias oppreſsi: Cũ Isboſeth, ſuperbi, & vani: Cũlona, qui ſunt in multitudine vitiorum abſorti: Cum Eutycho, ad vomitum reverſi.

Senſualitas. *Ratio.* *Ratio quid ſit*

60 Vita temporalis non eſt niſi ſomnus. Multoties quis ſomniat, quod multas habet divitias, quod ſit Dux, vel Rex, vel Epiſcopus, & lætatur, & exultat: Cum autem expergefactus fuerit, quod nihil invenit, gaudium, & lætitiam amittit. Sic divites mundi huius, credunt ſe ſemper multas habere divitias, & dignitates: Sed cum excitati fuerint à ſomno iſtius vitæ; hoc eſt; ab iſta vita ſublati, nihil inveniunt de his, quæ poſsidebant, & in quibus lætabantur: Tunc lætitia habita vertitur eis in maximam triſtitiam; quia vacuos, nudos, & ſine dignitatibus ſe inveniunt. Vnde in Pſal. 75. *A. Dormierunt ſomnum ſuum; & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis.*

Quod vita tẽporalis eſt sõnus. *Pſal. 75. A.*

61 Mundus iſte eſt ſimilis puero verſuto, qui volens deridere tranſeuntes, ligat ſubtiliter denarium in filo, & proijcit in itinere. Tranſiens autem ponit manum ſuam in luto credens accipere denarium, & tandem nihil invenit; quia verſutus puer ad ſe denarium per filum retraxit; & ſic ille confuſius, & deriſus abſcedit, & illuc non revertitur. Sic mundus iſte verſutus, & irriſor ligat denarium, dignitatem, & cætera in filo, & proijcit in itinere iſtius vitæ, vt tranſeuntes decipiat, & irrideat. Dives vero, vel in dignitate conſtitutus mittit manum ſuam in lutum fœtidum iſtius vitæ miſeræ, & caducæ, credens ſe sẽper in tali ſtatu duraturum, & ſecum allaturum, & tandem cum deceſſerit, nihil niſi manus ſordidas; id eſt; opera mala, quæ geſsit invenit, quia verſutus mundus, quę prius obtulerat, retraxit: Et ſic dives, etiãcõfuſus hinc abſcedit, & irriſus, & huc vltra non revertitur.

Mundus.

62 Item, multi ſomniant, dum vivunt, ſe iacere in lecto eburneo: Sed cum fuerint expergefacti, invenient ſe ſuper paleas gehennæ, & *Subter eos ſternetur tinea. Iſaia. 14. C.* Si ſomnians eſuriens, & C. vt ſupra de vocatione Samuelis. cap. 4. n. 83. Item, econtra quidam ſomniant, quod ab hoſtibus infeſtantur: In ſomnijs dolent, & cum expergefacti fuerint, gaudent, quia nihil niſi ſomnium fuit. Similiter ſancti in ſomno iſtius vitæ patiuntur; iuſti bona ſua diſtribuunt, & cum expergefacti fuerint, omnia bona ſua in centuplum recipiunt; tunc vere gaudebunt. Tunc erunt expergefacti, cum à corporibus fuerint exuti, clare videbunt omnia. Corpus autem, quod corrumpitur aggravat ani-

Iſaia. 14. C.

mam, & facit nos in hac mortali vita ſõniare, & multa fantaſtica apparere.

Dormientes in ſomno culpæ, & nolentes ſuſcitare, qui ſunt.

63 Plerique (proh dolor!) ſic ſunt ſoporati, quod nec tonitruo comminationis diuinę, nec ſtimulo tribulationis, nec clamore prędicationis poſſunt excitari; ita vt mortuis comparentur. Tota enim die dicunt ei: Exuge, qui dormis, & illuminabit te Chriſtus, & tamen non excitatur. Talis dicitur mortuus ligatus, qui tãtum dormit, quod obliviſcitur reſpirare, vt mortuus. Talis dicitur Glis animal, quod in ſtupis, vel nido fere per dimidium annum dormit. Vndè in Prover. 23. D. *Eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator, amiſſo clavo*; id eſt; regimine rationis: *Et dices: Verberaverunt me, ſed non dolui: Traxerunt me, & ego non ſenſi.* Dominus enim flagellat eos, ſive verberat, & nõ dolẽt: Dæmones ad infernum trahunt, & impij non ſentiũt.

Glis animal.

Prover. 23. D

64 Iſti ſunt ſimiles ei, qui dormit in domo, quæ vritur, & non excitatur dónec ſentiat, ſe totum ardere. Sic multi infelices nolunt vnquam à ſomno culpæ excitari, donec viderint ſe totos in gehenna comburi. Plerique etiam ſimiles ſunt aſino, qui non vult ſurgere, donec acutiſsime ſtimuletur. Et Dominus huiuſmodi dormientes virga vigiliarum eos percutiet; ſtimulo æternę damnationis punget, & altiſſono tonitruo excitabit dicens: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Math. 25. D. Qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.* Tunc corruent in locum tormentorum, vbi ſine quiete in ſæcula ſæculorum in doloribus vigilabunt. Dicamus ergo nos, fratres, cum ſponſa: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Vt à curis terrenorum, & culpis dormiamus, & in Chriſto interius vigilemus, vt inter amplexus eius dormire perpetuo valeamus.

Math. 25. D.

VOX DILECTI MEI PULSANTIS: Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: Quoniam caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.

Qualiter Chriſtus pulſat ad oſtium noſtrum.

65 PUlſat Diabolus: Pulſat Dominus. Pulſat Diabolus dicẽs. Aperi mihi ſponſa mea, expelle Chriſtum; recipe Diabolum: ſed non venit vacuus; ſed ſemper portat aliquid, quo aliciat. Offert enim guloſo vinum bonum, & carnes, & cætera comeſtibilia. Luxorioſo, pulchras feminas. Avaro, pulchros aureos. Mos eſt divitum, quemlibet cum encenio, ſive pręſẽtio admittere, etiam Æthiopem. Sic plerique dicunt, ſive dicere videntur Diabolo: Bene veneris, ſi aliquid portaveris. Item ancila pro vna zona, vel ſotularibus, vel aliquo modico adulterium committit: Introducit Diabolum ad animam: Diabolus intromiſſus, animã polluit, & interficit

Et Diabolus pulſat.

66 Philiſthęi tulerunt arcam Domini ab exercitu Iſrael, & conſtituerunt in templo Dagon; vt legitur in 1. *Reg.* 5. *A.* Philiſthęi, ſunt Dæmones; Arca Domini, anima, quæ eſt ſponſa Dei. Dæmones (peccatis Prælatorum exigentibus) hanc animam rapiunt, & in templo Dagon, quod interpretatur; piſcis triſtitię, conſtituunt. Sic enim multi in luxuria, gula, vana gloria ad tempus gaudentes, hoc faciunt: In tẽplo piſcis triſtitiæ conſtituuntur, quia in triſtitiam ęternam tendunt. Et ſicut piſcis, qui gaudendo mordet, capitur, extrahitur, & interficitur, ſic impij in vitijs gaudent, per culpam capiuntur, & à gratia extrahuntur, & à Dęmonibus in anima interficiuntur. Et ſicut gallinæ, & porci in domibus lętantur, & impinguantur, ſed neſciunt ad quẽ finem; ſcilicet; vt perimantur, & devorentur: Sic impij ad hoc gaudent culpis, & impinguantur delitijs, vt a Dæmonibus perimantur, & devorentur.

1. Regum 5. A Philiſthæi sũt Dæmones.

Arca Domini eſt anima.

Dagon interpretatur piſcis triſtitiæ.

67 Item, ſponſa Chriſti eſt anima fidelis, quæ licet habet ſponſum pulcherrimum, relinquit illum multoties, & permittit ſe cum leproſo, cũ Æthiope nigro, cum contracto inquinari. Mundus, ſive Diabolus eſt leproſus. Quicumque igitur gloriam mundi; luxuriam carnis; ingluviem vẽtris, plus quàm Chriſtum diligit, ſive vſuram, periurium, falſum teſtimonium facit; hic pulcherrimum Chriſtum relinquit, leproſum Diabolum amplectitur, oſculatur, & cum eo diverſimode peccando delectatur. Bonus Ieſus ad hanc animam liberandam de Cęlo deſcendens, ſtat ad oſtium pulſans, & dicẽs. *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: Quoniam caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttiũ noctiũ.* Dulcibus verbis vritur, vt ei cicius aperiatur. Soror mea, per caſtitatem; columba mea, per fœcunditatem; amica mea, per humilitatem;

Qualiter anima adulteratur: Cum Diabolo delectatur; & quod Diabolus, & mundus ſunt leproſi.

Chriſtus pulſat ad oſtium noſtrum.

tem ; immaculata mea, per ablutionem baptiſmalem.

68 Itẽ,alia verba,mira dulcedine,& dulci cõpaſsione plena ſuperaddit,dicẽs vt ſupra:*Quoniã caput meum plenũ eſtrore,& cincinni mei pleni guttis noctium.* Sed quo rore fuit caput Chriſti plenum?Certè,ſputis,& lapidibus Iudæorum. Et quibus guttis noctium? Certè, guttis ſanguineis, quæ ſuper cincinnos Chriſti fluxerunt ex ſpinis, quas crudeles Iudæi pro Corona capiti Salvatoris infixerunt. Loquitur enim Chriſtus admodum zelotipi,qui per totam noctem ſtat ad oſtiũ ſponſæ, quæ cum leproſo Diabolo in domo triſtitiæ delectatur:Sic ſolet interdum loqui, vt ſaltem huic eius paſſioni compatiens, eo ipſo,quod amore ipſius ſputis, & alapis caput eius fuit roratum, & capilli guttis ſanguineis reſperſi, ei aperiat.

69 Quilibet impius attendat, & intelligat, Chriſtum ad oſtium ſuum pulſare dicentem. *Aperi mihi ſoror mea, &c.* Item, attollite portas principes ueſtras clamat, & pulſat, vſque ad effuſionem ſanguinis, quod ex amore quinto plagas ſuſtinuit.In tantum clamavit, quod vena cordis rupta fuit, & mortuus eſt : Vt ſi non vivo, ſaltem ex amore, & compaſsione mortuo aperiatur. In hac pulſatione portæ inferi apertę ſunt:Lapides ſciſſi ſunt ; Terra tremuit ; monumenta aperta ſunt, & corpora mortuorum, qui dormierant,ſurrexerunt.

70 Ne ergo, ò homo, tu ſis firmior inferno, durior lapide; ponderoſior terra ; tenacior monumentis, dilecto pulſanti tàm dulciter, & clamanti ; *Aperi mihi* : Peſſulum peccati auferas, recipe eum lętanter, ac feſtinanter, quia non venit mactare ; ſed ſalvare. Indicet nunc vnuſquiſque, ſi vxorem ſuam invenerit cum leproſo, vel mauro, quid de ea faceret : Forſitam interficeret, vel repudiaret.

71 Sed Dominus non ſic. Immo ab omni ſorde te abluet ; ab omni infectione mundabit,& iterum amplectetur:Te ad thalamum æternę gloriæ introducet, & leproſum,ſive contractum interficiet; vnde Azotij, qui ſtatuerunt Arcam iuxta Dagon, in craſtinum invenerunt Dagon proſtratum ante arcam: Iterum erexerunt, & iterum invenerunt Dagon proſtratum, capite, & manibus abſciſis ante Arcam. Sic ſponſus iſte Chriſtus, ſi ei aperire voluerimus; caput, & manus Dagon; id eſt, ſuggeſtiones Diaboli, quæ per caput ; & poteſtatem, quæ per manus intelligitur,auferet:Itaque ſolus truncus;id eſt;impotens Diabolus, & mutilatus remaneat.

1. Regum 5. A. B.

Quod quidam reputãt Chriſtum inſanum. Apocal. 3. D.

72 De hac pulſatione in *Apocalipſi. 3. D.* Dicit Dominus. *Ecce ego ſto ad oſtium, & pulſo: Siquis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuã, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecũ.* De multiplici cęna vide ſupra cap. 5. num. 33. Ecce qualiter pulſat, & quid dicit. *Sed heu!* quia plerique reſpondent, tamquam peſſima adultera, quæ perſeverat in malitia ſua dicens : Et quid arrepticius ad oſtium meum? *Sicut* legitur in 1. *Regum* 21. *C. D.* David venit ad Achis regem Geth ; *Et immutavit os ſuum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ, defluebantque ſaliva eius in barbam. Et ait Achis ad ſervos ſuos: Vidiſtis hominem inſanum : Quare adduxiſtis eum ad me? An deſunt nobis furioſi? Quid introduxiſtis iſtum, vt fureret me præſente? Dimittite illum hinc, & ne ingrediatur domum meam.*

1. Regum. 21. C. D.

Achis interpretatur, &c.

73 Achis interpretatur, quomodo eſt ; quomodo fuit ; & quomodo erit. Quomodo fuit, vile, ſive fœtidum ſperma:Quomodo erit,eſca vermium. Sed impius hoc non cogitans, quãdo venit verus David,id eſt;Chriſtus, & impingit ad oſtium, reputat eũ ſtultum, & arrepticium, dicens ſervis ſuis; id eſt;viribus animæ,quæ debent eum admittere : Dimittite eum hinc, & ne ingrediatur domum meam. Sed quid facit Dominus ſic repulſus? Petro adhuc reſpicit; An impius velit ei aperire. Si autem nullatenus intromittatur, veniet tandem cum virtute magna, & poteſtate domum franget: Adulterum eum adultera comprehendet, & ambos in infernum proijciet, vbi eſt fletus,& ſtridor dentium. Aperite ergo ianuam ſalvatori veſtro, & dabit vobis cœnam gratiæ in præſenti, & cœnam gloriæ in futuro; quod ipſe præſtare dignetur.

Quod aliter exponitur ſecundum ſententiam Liræ. Charitas frigeſcit in prælatis.

74 Aliter exponitur ſecundum, quod ſententiam Liræ ſubſequitur. Caput meum dicitur Chriſtus; id eſt; Prelati, qui deberent eſſe caput,pleni

ſunt rore, quia refrigeſcit in eis charitas, & abundat iniquitas. Cincinni mei; id eſt; fideles capiti adhærentes, pleni ſunt guttis noctium; id eſt; patiuntur grave frigus exemplo malorum Prælatorum. Et ideo alloquitur contemplativos, vt cauſa horum corrigendorum dulcedinem contemplationis interrumpant. Sed contemplativus reſpondet.

VERS. III.

EXPOLIAVI ME TUNICA MEA, quomodo induar illa? Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?

De cura animarum à Prælatis habenda. Contemplativus.

75 EXpoliavi me tunica mea; id eſt; impedimento ſæculari: Quomodo otium dulce relinquam, & negotium aſſumam? Undè Gloſſa. *Gloſſa.* *Quomodo poteſt fieri, vt de culmine contemplationis egrediens rurſum mundi ſordibus polluar?* Quod recepta temporalium ſubſidiorum cauſa, licet eximius Doctor difficile vitat peccatum; hoc eſt; lavi pedes meos; id eſt; affectus, à mundano pulvere; quomodo inquinabo illos? Gregor. *Greg.* *Qui ad ſolicitudinem regendarum animarum ſe accingit; reſtat, vt quibus æterna prædicat, ad providenda quoque eis temporalium neceſsitatum ſubſidia invigilet.* Ex quo qui circa temporalia invigilat; neceſſe eſt, vt pulverem venialium indè contrahat: Quoniam vt dicit Leo Papa. *Leo Papa.* *Si ſolicitudo diſtenditur, neceſſe eſt de mundano pulvere, etiam veligioſorum corda ſordeſcere.* Verumtamen propter vtilitatem animarum, neceſſe habet deſcendere, incurvari, & parare.

Bernardus. Quod meliora ſunt verba prædicationis; quam otium contemplationis.

76 Unde Bernardus. *Nolumus inſiſtere otio contemplationis; quoniam meliora ſunt verba prædicationis.* Licet dulce eſſet Moyſi in monte manere, & cum Deo loqui: Verumtamen dixit ei Deus: *Exodo 32.B. Deſcende: Peccavit populus.* Greg. *Exodo 32.B. Greg.* *Sicut toto animo debemus occupationes fugere: Ita ſi deſit, qui prædicet; occupationem debemus libenti animo ſubire.*

NOTA.

De tunica Chriſti iuſtorum, & impiorum. Ioannes 19. D.

77 Eſt autem tunica Domini: Tunica iuſti: Et tunica impij. Tunica Chriſti eſt vnitas Eccleſiæ; de qua *Ioannes 19. D.* *Erat autem tunica Domini inconſutilis, deſuper contexta per totum.* Hæc eſt Eccleſia Catholica: Inconſutilis; quia non eſt ſciſſa per Hæreſes, quia vna Fides, vnum Baptiſma. Eſt contexta deſuper, charitate; quia opera charitatis debet habere coram hominibus, vt videant illa, & glorificent Patrem, qui in Cœlis eſt. Tunica iuſti multiplex eſt; ſcilicet; miſeriæ; curæ: Gratiæ; gloriæ:

Tunica iuſti eſt multiplex.

De tunica miſerię. Geneſ. 3. D. Tunica pellicea.

78 De tunica miſeriæ legitur in Geneſ. 3. *D. Fecit Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas; & ait: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt.* In hoc, duo ſignantur: In pelle pœna, ſive mortalitas: In palio peccatum; quaſi diceret; Ecce Adam plenus pœna, & culpa. Qualiter factus eſt vnus ex nobis? Vt ſit ſermo de tribus Perſonis: Quaſi ironice: Iam in ſummam miſeriam deſcendit; quia Diabolo acquievit. Sic multi volunt eſſe quaſi Dij nullam pœnam ſentientes, omnia ſecundum voluntatem carnis agentes, nulli obedientes. Sed non poteſt durare; quoniam Dominus induit nos tunica pellicea; ſcilicet; afflictione, miſeria, & culpa.

De tunica curæ.

79 Tunica curæ eſt impedimentum contemplationis. Hanc induunt Prælati, exuunt contemplativi. Vndè hic; *Expoliavi me tunica mea, & C.* Unde Ioanes 21. *B. Petrus cum audivit, quia Dominus eſſet, tunica ſuccinxit ſe, & miſit ſe in mare.* Petrus nudus ſignat contemplativos, qui nudi nudum ſequuntur Chriſtum. Vnde Hieronymus ad Ruſticum. *Nudum Chriſtum, nudus ſequere.* Sed quando Petrus vidit Dominum in litore maris; id eſt; qui turbationem mundi tranſivit, neceſſe habet contemplativus ſe tunicam ſuccingere, per caſtitatem, & ſic mittere ſe in mundū, incaſti ad negotia exteriora sūt mittēdi.

Ioannes 21. B. Petrus nudus. Hieronym. ad ruſticum.

De tunica gratiæ. Geneſ. 37. A.

80 De tunica gratię legitur in Geneſ. 37. *A. Fecit Iacob filio ſuo Ioſeph tunicam polymitā.* Hæc eſt tunica gratiæ varijs virtutibus diſtincta. Hāc tunicam facit Deus illi filio gratiæ, quem plus diliget.

De tunica gloriæ. Apoc. 7. C. D. Anima. Corpora.

81 De tunica gloriæ in *Apocal. 7. C. D.* Vbi demonſtrantur ſalvati; *Qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt eas in ſanguine Agni.* Anima dicitur homo interior, cuius tunica eſt caro noſtra. Corpora ergo dicuntur ſtolæ, quæ erunt alba, ſeu candida ſicut ſol. Sed primo debent dealbari; id eſt; mundificari in ſanguine Agni; id eſt; per effuſionem ſanguinis Chriſti, & tunc fulgebunt ſicut Sol.

Tu-

De tunica impij maculata; filo araneę contexta, & ſanguine commixta.

82 Tunica impij eſt triplex. Quædam eſt maculata, per gulam, & luxuriam: Alia, aranearum filo contexta, per vanam gloriam: Tertia, contexta ſanguine, per rapinam, & avaritiam. Primam induunt luxurioſi, & guloſi. Secundam ſupervi, & vani. Tertiam cupidi, & avari. De prima, Beatus Iudas in ſua Epiſtola Catholica. D. Dicens: *Eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.* Plus diligit aliquis tunicam, quam emit, pro decem ſolidis, quam corpus ſuum, quod Deus proprio ſanguine redemit; quia ſi maculam habet turpem in tunica, ſtatim aufert, vt hominibus appareat. Sed maculam luxuriæ turpiſsimam, & toti curiæ cæleſti fœtentem in tunica carnis habet, non abluit; ſed magis, & magis poluit. Nunquam cum tali tunica intrabit in gloriam.

Iuda in ſua catholica. D. Macula in veſte.

Tunica ſecunda impij. Iſai. 59. A.

83 De ſecunda tunica Iſai. 59. *A. Telas araneæ texuerunt. Telæ eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis.* Hi ſunt vani, qui opera ſua ad vanitatem mundi referunt. Hieronym. *Induunt pretioſa, comedunt delicata, agunt ardua, vt mundi gloriam acquirant.* Sed totum eſt tela araneæ, *quæ impetu venti diſrumpitur.* Quæ omnia ardua palacia, palafredi, veſtes, denarij, corpora procera, quandoquidem per ignem, vel ſaltem ad mortem adnihilantur, & ſi non in ſe, tamen pereunt, quantum ad poſſeſſorem. Vndè quidam dixit hos versus: Falax fortuna,

Hieronim.

Quam ſyllaba deſtruit una.

℣. *Superbi.*

Scilicet; mors. Superbi autem nudi in conſpectu Dei, & totius mundi apparebunt. Frigus intollerabile ſuſtinebant.

84 Quare? Quia impetus venti deſtruxit telam, quam texerunt. *Et non erit eis in veſtimentum, nèc operientur operibus ſuis;* Quia de tota tela iſta, undè verenda cooperiant, vndè à frigoribus inferni ſe muniant, non habebunt. Et ſic tanquam vere nudi à facie magni frigoris dentibus ſtridebunt. Ideo nudi erunt, quia quidquid in mundo fecerunt, tela fuit aranearum. Hieronymus vno amico ſuo, qui divitias amiſit: *Nox erat illa, omnia & ſomnium, die orto, nunquam apparuernnt: Flores erant veris, & marcuerunt: Nubes tranſijt: Fumus diſolutus eſt; Vndelæ aquarum diruptæ ſunt, Telę araneę erant, & deſciſæ ſunt. Propterea canamus: Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Hæc cantilena vbique mundi debet cantari: Vbique in aulis, thalamis, & in foribus deſcribi.

Hieronim.

Tunica tertia impij. Iſai. 9. A.

85 De tertia tunica, Iſai. 9. *A. Omnis violenta prædatio cum tumultu, & veſtimentum miſtum ſanguine, erit in combuſtionem, & cibus ignis.* Ille habet tunicam ſuam commiſtam ſanguine, qui carnem ſuam nutrit de pauperum ſudore; ſicut Principes: Vſurarij; Divites, qui de ſanguine pauperum ſibi faciunt delitias. Talis dicitur, homines devorare. Ezech. 19. *B. Qui incedebat inter Leones, & factus eſt Leo, & didicit prædam capere, & homines devorare.*

Ezech. 19. B. Exemplum

86 Quidam Archiepiſcopus ordinis ciſtercienſis, per baiulos ſuos multas in ſubditos fecerat extorſiones. Venit ad eum vetula quædam dicens. Domine vos non comeditis carnes coctas? Quomodò nos alios vivos devoratis? Quæſivit Archiepiſcopus quomodo, vel quid nam hoc eſſet. Et illa expoſuit ei, qualiter baiuli ipſius totum ſudorem ſuum extorſiſſent, addens. Melius eſſet carnes gallinaceas in ſexta feria manducare, quam nos taliter devorare. Quo audito, vt dicitur, Archiepiſcopus baiulos ſuos caſtigavit. De hominibus hujuſmodi. Ieremia 2. *G. Et inventus eſt ſanguis pauperum, & innocentum in alis tuis.* Qui inventus fuerit in tunica maculata; id eſt; inventus fuerit in aſperitatibus immundis, in tali tunica, vt porcelius in ſaco, in puteum inferni mittetur. In tunica aranearum à ſpiritibus ſuperbiæ: In tunica ſanguinea à ſpiritibus avaritiæ, qui dicuntur mammonæ iniquitatis.

Ierem. 2. G.

87 Quidam vſurarius fuit mortuus, quem Epiſcopus non permiſit ſepeliri. Vxor vero, & filij eius lugebant amariſsime. Quidam autem clericus, ſive ſcholaris novitèr veniens de ſtudio, quæſivit à muliere, quare ſic doleret? At illa reſpondens dixit; Quia Epiſcopus non permittit maritum meum ſepeliri, di-

Exemplum de vſurario mortuo: Et de eius advocato

cens, quod Diabolus, animam eius aſportaverit. Et ait clericus; dà mihi aliquid, & ego probabo, quod Epiſcopus nil dicit. Conſtituto pretio, venit mulier ad Epiſcopum cum advocato ſuo, qui ait: Domine Epiſcope dictum eſt mihi, quod non permittitis vſurarium ſepeliri; quia dicitis, quod Diabolus animam eius aſportavit. Ego autèm cum reverentia loquendo, probo, quod non eſt ita. Quia ſicut multi canes trahunt ventrem bovis in foveam, vt devorent: Ita non vnus Diabolus; ſed multi trahunt animam vſurarij ad inferos, qui ſatis in ea inveniunt ad devorandum. Ergò debetis mandare, corpus ſepeliri, ex quo multi Diaboli, & non vnus ſolus Diabolus animam ipſius aſportavit.

88 Nunquam permittat nos Deus in tali tunica inveniri; quia verba Domini ſunt. *Vbi te invenero, ibi te iudicabo.* Sed. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Et vt ait Apoſtolus ad Galatas 3. *D. Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis: Chriſtum induiſtis.* Chriſtum induunt, qui arma ſua portant. Undè chriſmale album rubea cruce impreſſa in Baptiſmo confertur. Per chriſmale album intellige candorem virtutum: Per crucem rubeam, paſſionis Chriſti commemorationem. Cum Dæmones aliquem in tali tunica inveniunt; exterriti fugiunt, & iuſtum Deo, & ſanctis eius relinquunt.

Apocal. 14. *C.*

Galat. 3. *D.*

VERS. IV.

DILECTVS MEVS MISIT manum ſuam perforamen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

De rogatione de die iuditij.

Dilectus eſt Chriſtus.

Hieronym.

89 DILECTVS eſt Chriſtus, qui manum ſuam, per foramen mittit; id eſt; per viam cogitationis, quando terrorem iuditij, & ſupplitij incutit. Vndè Hieronymus. *Quando diem iuditij, & ſupplitij cogito, toto corpore contremiſco.* Hoc eſt, venter meus; id eſt; terrenitas mea intremuit à contactu eius. Nec eſt mirum, ſi dies illa timeatur; quoniam dies illa tremenda, quando cæli; id eſt; iuſti movendi ſunt; de terra, id eſt; de iniuſtis: Hoc eſt; boni, ſivè iuſti, ſeparabuntur à malis.

De multiplici die.

Dies mala.

Iob. 3. *A.*

Dies peior.

Trenis. 2. *E.*

Dies peſsima.

Sophonia. 1. *D.*

Horæ vndecim damnatorum.

De die iræ.

Pſal. 6. *A.*

Sophonia. 1. *D.*

De die tribulationis, & anguſtiæ.

Sophonia. 1. *D.*

Prover. 19. *D*

Auguſtin.

Nota.

De die calamitatis, & miſeriæ.

90 Eſt autèm dies multiplex: Dies mala, peior, peſsima. Dies bona, melior, optima. Dies mala eſt, dies culpæ. Iob. 3. A. *Pereat dies, in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo: Dies illa vertatur in tenebras.* Id eſt, culpa, per pœnitentiam abſtruatur. Dies peior, dies diſſolutionis corporis, & animæ, quo ad malos: Quoniam tunc, vt dicitur in Trenis. 2. C. *Dæmones aperuerunt ſuper te os ſuum, omnes inimici tui ſibilaverunt, & fræmuerunt dentibus ſuis, & dixerunt: Devoravimus eum.* En iſte eſt dies, quem expectabamus, invenimus, & vidimus.

91 Dies peſsima, dies tribulationis, & anguſtiæ: De qua Sophonia. 1. D. *Dies iræ, dies illa, dies tribulationis, & anguſtiæ, dies calamitatis, & miſeriæ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ, & clangoris, & tribulationis. Ibi homines ambulabunt vt cæci, effundetur ſanguis eorum, vt fumus, & corpora eorum ſicut ſtercora.* Hìc ponuntur vndecim genitivi, quaſi vndecim horæ, ſive vndecim tempeſtates ipſius diei. Exponuntur ſinguli.

92 Illa dies erit iræ, cuius magnitudinem attendens David, ait in Pſal.m. 6. A. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Idem in eodem. *Argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Dei.* Quando inter homines, quis eſt iratus, ſedari poteſt, vel prece, vel auro, vel argento. Sed non ita hic.

93 Dies tribulationis, & anguſtię; quia tribulatio erit in corpore, & ex hoc anguſtia erit in anima. Idem in eodem. *Tribulabitur ibi fortis.* In Prover. 19. D. *Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes ſtultorum corporibus.* De anguſtia cordis. Auguſtin. *Illuc fertur impetus mentis, vbi ſentitur vis doloris.*

94 Sequitur: Dies calamitatis, & miſerię. Calamitas fit per abſentiam omnium bonorum, miſeria propter præſentiam malorum omnium

Calamitas.

nium, Ibi erit vera calamitas, vndè receſerint bona; quia nihil habebit de his, quæ deſideravit. In Deuter. 28. E. *Servies inimico tuo in fame, & ſiti, & nuditate, & omni pecunia.* Itèm, ibi eſt vera miſeria, vbi adſunt mala omnia; quia præſentia omnium malorum, fletus, & gemitus, clamor,, & timor, labor, & dolor, ardor, & fœtor, & huiuſmodi.

Deuter.28.E.

Miſeria.

De die tenebrarum, & caliginis.

95 Sequitur: Dies tenebrarum, & caliginis; quia erunt ibi tenebræ exteriores in oculis corporis, & caligo, obſcuritas in oculis mentis, vt nihil videat, nihil ſciat, niſi pœnas. Quoniam, vt dicitur in Eccleſiaſtes, 9. C. *Nec opes, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas.* Vndè Iob. 10. D. *Terra miſeriæ, & tenebrarum, vbi nullus ordo, &c.*

Eccleſiaſtes. 9. C.

Iob. 10. D.

De die nebulæ, & turbinis.

96 Nebula erit inter damnatos; quia damnati non poterunt videre gloriam Sanctorum. Vndè Iſaia. 26. B. *Tolletur impius, ne videat gloriam Dei.* Itèm, in Trenis. 3. E. *Interpoſuiſti nubem tibi, ne pertranſeat oratio.* Turbo erit, quando totus mundus irruet ſuper damnatos. In libro ſapientiæ. 5. D. *Pugnavit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Ibunt indirectè emiſſiones fulgurum ad certum locum inſilient, & à petroſa mittentur grandines, & excandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duritèr.* Auguſtin. *Turbo iſte tollet quidquid paleæ eſt in aurea:* Alitèr: *Aera, & quidquid turbo tollet ignis conſumet.*

Iſaiæ.26.B.

Trenis.3.E.

Sapientia. 5. D.

De die tubæ, & clangoris.

97 Sequitur: Dies tubę, & clangoris. Tunc audietur noviſsima tuba, vt dicitur in 1. ad Theſalonicenſes. 4. D. *Quoniam Dominus in tuba Dei deſcendet de Cœlo, & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi.* Erit igitur prima tuba, & clangor: Tuba ad exhilarandum ſalvandos, clangor ad exercendum: Alitèr, exterrendum damnandos; quoniam veniet armatus maieſtate deitatis, vt omnes impios expugnet. Duodecima hora, ſive duodecima tempeſtas erit deſperatio, quia impij certi erunt de plenitudine omnium malorum ſine fine, & de privatione omnium bonorum in æternum.

1. ad Theſal. 4. D.

Hora duodecim damnatorum.

98 Dies bona, dies eſt gratiæ. Vndè Apoſtolus ad Romanos. 13. D. *Nox præceſſit, dies autem appropinquavit: Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: Sicut in die honeſtè ambulemus.* Quando tenebræ peccatorum per pœnitentiam fugantur; tunc dies gratiæ oritur.

De die bona. Romanos. 13. D.

Tenebræ peccatorum.

Dies gratiæ oritur, &c.

99 Dies melior eſt finis miſerię. Vndè in Cant. 2. D. *Dilectus meus paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.* Tunc vmbræ inclinantur, quando eſt finis præſentis miſeriæ. Tunc dies aſpirat, quando anima de ergaſtulo carnis evolat,

De die meliori.

Cant. 2. D.

Vmbræ inclinantur.

Dies aſpirat.

100 Dies optima eſt dies gloriæ: Vndè in Pſalm. 33. C. *Quis eſt homo, qui vult vitam, & diligit dies videre bonos.* Et in Pſalm. 83. D. *Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia* Hæc dies duodecim horas habet, ſcilicèt, duodecim gaudia, ſeptem dotes, & quinque ſenſus plenos ſuo delectabili, ſcilicèt quatuor dotes corporis, & tres animę. (De his dotibus vide optime in compendio in ſeptima parte A.) Quatuor dotes corporis ſunt, claritas, agilitas, ſubtilitas, impaſsibilitas. Hæc quatuor notantur in Daniele 12. A. *Qui docti fuerint, fulgebunt, quaſi ſplendor firmamenti.* Hoc eſt, quod Dominus in Evangelio dicit per matth. 13. F. *Fulgebunt iuſti ſicut Sol in Regno Patris mei.*

De die optima.

Pſalm. 33. C.

Pſal. 83. D.

Horæ duodecim.

De ſeptem dotibus, ſcilicèt, quatuor corporis, & tres animæ.

A. & in Gloſſa mea. Pſal. in verſo 1535.

☞

Daniel. 12. A.

Matth. 13. F.

In Sole ſunt quatuor.

101 In Sole ſunt quatuor: Fulget, ſive lucet, eccè claritas: Vitrum ſine læſione perforat, vel alitèr, intrat, & reſilit, ſive pertranſit, ecce ſubtilitas: Ab Oriente in Occidentem in momento apparet, & citò movetur; eccè agilitas. Itèm, nec ferro, nec igne, nec alio quocumque poteſt lędi, ſive corrumpi. Iſta quatuor erunt in corporibus ſalvatorum. Claritas; quia clara, immò clariſsima erunt, quod patet; quia fulgebunt, vt Sol. Subtilitas; quia penetrabunt quęcumque alia corpora ſine vlla corruptione. Agilitas, quæ tanta erit in eis, quod ſicut dicit Auguſtinus: *Quod protinus vbi volet ſpiritus, & corpus volat ſimul.* Impaſsibilitas, quia à nullo exteriori agente poterunt pati, quæ etiam ſi ponerentur in inferno nul-

Auguſtinus.

nullam læſionem in hoc ſentirent.

Chriſtus ante mortem quatuor dotes aſſumpſit.

102 Has quatuor dotes, vt aiũt quidam, aſſumpſit Chriſtus ante mortem: Claritatem, in transfiguratione: Agilitatem, quando ambulavit ſuper mare: Subtilitatem; quando per medium Iudæorum trãſivit, quando, & præcipue clauſo vtero matris exivit. Vndè quidam. *Sicut ſolis radius tranſit innoxius feneſtram vitream; ſic Dei filius, immò ſubtilius aulam virgineam.*

Dotes animæ beatę.

103 Dotes animæ ſunt tres. Cognitio ſine errore, quæ ſuccedit fidei. Comprehenſio ſine difficultate, quæ ſuccedit ſpei; tùnc enim comprehendemus, ſivè tenebimus, quod modo ſperamus. Tertia dos eſt dilectio ſine fictione. Et ſicut ex fide provenit ſpes, & ex ſpe charitas, ita ex eo, quod ſuccedit fidei; ſcilicèt; ex cognitione provenit ſummum gaudiũ, quod tenebimus, vt ſperamus; & ſimiliter ſumma dilectio.

Spes provenit ex fide.
Charitas ex ſpe.
Gaudium.

104 Undè antiqui Philoſophi non potuerunt in venire veram beatitudinem in terra: Sed Philoſophus noſter eam nobis declaravit dicens in Ioanne 17. A. *Hæc eſt autem vita æterna: Vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Ex iſta cogitatione tantum gaudebimus, quod ſi eſſemus ſub omnibus pœnis inferni, nihil nobis nocerent.

Ioannes 17. A.

De quinque ſenſibus.
Gaudia quinque.

105 Item, quinque gaudia erũt, quia quinque ſenſus; guſtus; & olfatus; auditus; viſus; tactus, ſuo delectabili replebuntur: Oculi, pulchritudine: Aures, modulatione: Olfatus, odoribus aromaticis: Guſtus, dulcedine: Tactus, ſuavitate vt ſupra cap. 1. num. 285. Quando cunque Dominus hominem tangit vt ſupplitia, & præmia intelligat; interiora contremiſcunt; eò, quod timet præmia amittere, & ſupplitia ſubire. Timore ergò exteritus libenter ſurgit, præceptum Domini adimplet; ſicut legitur in *Exod.* 4. *A.* Quod Moyſes non acquievit, vt alitèr, in Ægyptum deſcenderet, & populum liberaret; donec ei Dominus iraſceretur. Unde ſubiungitur.

Exod. 4. A.

¶ Ь ¶

VERS. V.

SURREXI, UT APERIREM dilecto meo.

De multiplic ſurrectione.

106 HABUISTI qualiter dilectus pulſat contemplativum ad curam paſtoralem, impium ad pœnitentiam invitat, quia vtrique ſenſui hoc competit: Sponſa attonita ſurgit à contemplatione, & curam paſtoralem ſuſcipit. Impius ſurgit à peccato, & per pœnitentiam ſatisfacit. Hoc eſt, quod dicit: *Surrexi, vt aperirem dilecto meo.* Surgit contemplativus ab otio: Samuel à ſomno; Paraliticus à lecto: Rex Ninive de ſolio: Mortuus de feretro; Lazarus de tumulo. Samuel ſurgit de ſomno gratiæ: Paraliticus de lecto luxuriæ: Rex Ninive de ſolio ſuperbię. Mortuus de feretro actualis culpæ: Lazarus de tumulo conſuetudinis perverſæ.

Samuel ſurgit.

1. Reg. 3. A. B.

107 In 1. *Reg.* 3. *A. B. C. Samuel dormiebat in templo Domini, & Dominus vocavit Samuelem; qui reſpondens ait: Ecce ego. Iterum vocavit Dominus Samuelem; qui conſurgens ait ad Heli: Ecce ego, vocaſti enim me. Tertio vocatus eſt à Domino; qui reſpondens ait: Loquere Domine, quia audit ſervus tuus.* Tertio vocatus eſt, quia tria ſunt, quę tenent hominem in ſegnitie; ſcilicèt, delectatio in peccato: Difficultas in ſurgendo: Labor in operando.

Prov. 26. B.

108 De primo in Prov. 26. *B. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo.* De difficultate in Pſalm. 9. *C. Infixæ ſunt gentes, &* Ibi dicit Gloſa. *Dolor eſt deſerere, quæ delectant.* Ille dolor non ſinit abſcedere. Item, dolor, vel labor ſatisfaciendi: Quaſi diceret. Si pæniteo oportet vigilare, & ieiunare, &c. Vndè in Prov. 26. *B. Piger: Leo eſt in via, & leæna in itineribus.* Semper enim ſpinas, & impedimenta invenit in via. Contra hæc tria, ter vocatur Samuel à Domino; vt amore Trinitatis viriliter ſurgat, viriliter ſatisfaciat, & delitias relinquat.

Pſalm. 9. C. Gloſa.

Prov. 26. B.

Paraliticus ſurgit.

109 Paraliticus ſurgit à lecto luxurię. Paraliticus eſt homo vitijs reſolutus, in lecto luxurię detentus: De quo Apoſtolus ad Epheſios 5. *C.*

Quæ

Ephesios. 5. C. *Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est, & dicere.* Huic dictum est, vt legitur in Marco. 2. B. *Surge, tolle gravatum tuum, & ambula, & vade in domum tuam.* Tollere lectum, est carnem suam prius luxuriæ, & voluptati deditam, ad voluptatem erigere spiritualem, & sic ire in Domum Cœlestis Patriæ.

Marc. 2. B. Tollere lectum.

110 Rex Ninive surrexit à solio superbiæ. *In Iona.* 3. *B.* Legitur, quod Ionas de præcepto Domini ait: *Adhùc quadraginta dies, & Ninive subvertetur. Et pervenit ad Regem Ninive: & surrexit de solio suo, & proiecit vestimenta sua, & indutus est sacco, & sedit in cinere.* Sic peccator cum audit mundi huius subversionem, descendere debet de solio superbiæ, & abijcere vestimenta mundanæ lasciviæ, & induere saccum, id est, asperitatem, & vilitatem pœnitentię, sedere in cinere, id est, considerare se esse pulverem, & cinerem, & sic remittet Dominus iniquitatem, & revocabit sententiam.

Rex Ninive surrexit, Iona. 3. B.

111 Surrexit mortuus de feretro actualis culpæ. Hunc tulerunt quatuor per quatuor partes feretri, sive brachia; quatuor sunt, quæ tenent hominem in peccatis: Fiducia vivendi: Evagatio peccati: Alienæ culpæ consideratio: Promissio veniæ. Contra primum. Iacobus. 4. D. *Vita est vt vapor ad modicum parens.* Iob. 5. B. *Memento mei Deus; quia ventus est vita mea.* Contra secundum, Dominus in Isaia. 34. A. *Inebriatus est in Cœlo gladius meus.* Et vitæ iram transivit, quando humanum genus, pro vnico morsu transivit, sic percussum est. Quid erit de pœna, quæ pro peccatis nostris proprijs imponetur: in Prover. 21. B. *Castigatio pestilentiæ, sapientior erit.* Contra tertium, in libro sapientiæ. 1. C. *Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ.* Quoniam minus error est ad similitudinem alterius, te ipsum interficere.

Surrexit mortuus
Quatuor tenent hominẽ in peccato.
Iacobus. 4. D.
Iob. 7. B.
Isai. 34. A.
Pœna imponenda pro peccatis.
Prover. 21. B.
Sapientia. 1. C.

112 Contra quartum, in 1. Regum. 3. C. *Iuravit Dominus Heli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vsque in æternum.* Quasi diceret: Plerique peccata peccatis adijciunt, & Deum semper offendunt, Dominus dicit, quod nunquam peccata eorum delebit. Iacobus. 2. C. *Misericordia superexaltatur iudicio.* Quanto misericordia pronior est ad miserendum, tantum in futuro pronior est ad iudicandum. Nunc enim Dominus pronus, pronior, pronissimus ad remittendum: Tunc verò erit crudelis, crudelior, crudelissimus ad iudicandum. Lazarus surrexit de tumulo consuetudinis perversæ. Undè versus.

1. Regum. 3. C.
Iacobus. 2. C. Misericordia.
Lazarus surrexit.

Mens mala, mors intùs.
Malus actus, mors foris,
Tumba, puella, puer,
Lazarus ista notant.

MANVS MEÆ DISTILLAVERunt myrrham.

113 QVIA Contemplativus admonitionem Domini adimpleat, dicit: *Surrexi, vt aperirem dilecto meo:* Subiungens: *Manus meæ distillaverunt myrrham.* Proprium est arborum ex natura intrinsecam guttam stillare. Myrrha autem genus gummi est, & ex amaritudine sua arcet vermes. Homo ergò dicitur antropos, arbor latinè versa, vt suprà, Cuius rami sunt brachia, & manus Hæc debent stillare myrrham bonorum operum, & hæc si fuerit pluvia doctrinę irrigata: Primò enim audit quis pœnas, & prędmia, indè, concipit timorem pœnarum, & amorem prędmiorum: Et sic ex timore; & amore stillat myrrham bonorum operum. Vnde Isaia. 26. D. *A facie tua Domine spiritum concepimus.*

Quod quilibet in hoc mundo debet aliqua difficilia operari.
Myrrha genus gummi est.
Homo dicitur antropos.
Isai. 26. D.
Quod bona opera sunt myrrha, & quod homo est arbor transversa.
2. Machabeorum. 6. G.

114 Opera bona dicuntur myrrha; quia amarum est, ieiunare, vigilare, bona sua pauperibus dare, sive dispergere, miseris compati. Verumtamen timor gehennæ, amorque gloriæ talem myrrham faciunt stillare. Vnde legitur in 2. *Macchab. 6. G.* Quod cum Eleazarus multis plagis premeretur, ingemuit, dicens: *Domine tu scis; quia, cum à morte possem liberari, duros ictus corporis substineo, & dolores; Secundum animam verò propter timorem libenter hæc patior.* Ecce quam myrrham timor illi genuit.

115 Item, Cant. 8. C. *Si dederit*

Cant. 8. C.

rit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Eccè quam myrrham largitatis amor producit. Ex amore ſubſtinuit Chriſtus omnes amaritudines. Hęc myrrha primò ex verbo Dei provenit. Vndè in *Apocal.* 10. *D.* Angelus dixit Ioanni. *Accipe librum, & devora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tamquam mel.* Dulce enim eſt, verbum Dei audire, verbum Dei loqui, ſed amarum eſt opere adimplere, quoniam venter noſter, id eſt, carnalitas tenera eſt, & ideò amarum eſt ei, difficilia adimplere.

Apocal. 10. *D.*

Ezechiel. 3. *A* *Audire verbum Dei.*

DIGITI MEI PLENI myrrha probatiſsima.

116 PER digitos propter diſtinctionem intelligimus diſcretionem. Quoniam illa opera ſunt probatiſsima, quibus diſcretio adhibetur. Non enim tantum debemus vigilare, quod oculos amittamus, nec tantum ieiunare, quod inſaniam incurramus; quia omni ſacrificio ſal debet apponi. Hieronymus. *Nec verò immoderata tibi imponamus ieiunia, & enormem ciborum abſtinentiam, quibus ſtatim delicata franguntur, & ante ægrotari incipiunt, quam ſanctæ converſationis iacere fundamenta.* Alij modum excedunt in eo, quod nimium, alij in eo, quod parum, quoniam idem facit plus, quod minus: Ait quidam: *Melius eſt parum comedere, & parum laborare, quam multum comedere, & multum laborare,*

Quod diſcretio in omnibus operibus eſt adhibenda.

Hieronymus.

Extrema ſunt vitioſa.

VERS. VI.

PESSVLLUM OSTII MEI aperui dilecto meo.

117 PESSVLVM eſt peccatum quod dividit inter nos, & Deum. Vndè Iſaia. 59. A. *Iniquitates noſtræ diviſerunt inter nos, & Deum noſtrum, & peccata noſtra abſconderunt faciem eius à nobis, ne exaudiret.* Peſſulum aperit, qui per pœnitentiam tollit peccatum. Sequitur.

Quod peſſulum eſt peccatum.

Iſai. 59. *A.*

AT ILLE DECLINAVERAT, atque tranſierat.

118 LICET iuſtus recipiat Deum per inhabitantem gratiam; tamèn non tenet eum diù per devotionem, neqne per contemplationem. Ideò multas tribulationes ſubſtinere oportet in via, donec facie ad faciem videatur in Patria. Verumtamèn loquitur ſponſæ mandata ſua ei relinquendo. Vndè ſequitur.

Quod multas tribulationes ſubſtinere oportet.

ANIMA MEA LIQUEFACTA eſt, vt dilectus locutus eſt.

119 EX eo, quod ſponſa per culpam mortalem fuit Diabolo coniuncta, & à Deo ſeparata, ex eo, quod ſponſum offenderat, & iàm per pœnitentiam recuperat, in lachrymis liqueſcit; quaſi glacies à radijs Solis liquefacta.

120 Notandum, quod liquefactus eſt Chriſtus, vt liquefiat anima iuſti. Liquefactus eſt Chriſtus in oleum, in potionem, in myrrham, in aquam, in piſcinam, in flumen ſanguineum, in lac, & mel. In oleum, vt ſanet exteriora, in potionem, vt ſanet interiora, in vinum, vt triſtes exhilaret, in aquam, vt immunditias abluat, in piſcinam, vt multitudinem languentium ſanet, in flumen, vt Dœmones ſubmergat, in lac, & mel, vt ſuavitate ſua, & dulcedine, iuſtos reficiat.

In quot labores liquefactus eſt Chriſtus.

121 De prima liquefactione, ſupra, cap. 1. num. 33. Oleum effuſſum nomen meum. Filius Dei eſt nomen, & verbum Patris; quia Patrem nobis notificavit. Ipſe filius factus eſt oleum effuſſum, id eſt, ipſa miſericordia nobis effuſſa, ad miſeriam noſtram ſanandam. Ipſe eſt Samaritanus ſanans contritos corde, & alligans contritiones eorum. Itèm, factus eſt potio, vt ſanet interiora. Vndè in Pſalm. 15. A. *Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.* Ibi dicit Auguſtinus. *Bibant alij venena, & mortiferas volaptates; ego autem, & mei bibemus Dominum.* Itèm. *Accedite ad eum, & illuminamini. Pſalm.* 33. *A.* In Gloſſa mea mo-

Pſalm. 15. *A.* *Auguſtinus.*

Pſal. 33. *A.*

morali ſuper Pſalmos. ℣. 505. *Neſitis ſicut Iudei cęci, qui de Crucifixo tenebrati ſunt, nos autem manducando Crucifixum, & bibendo eius ſanguinem, illuminamur.*

122 Vndè in Paſcha fidelis quilibet de hoc calice debet bibere, vt per ieiunium quadrageſimale, quaſi per dietam, & potionem calicis paſchalis perfectè ſanetur. Liquefactus eſt in vinum. Vndè Iſaia. 25. B. *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium vindemiæ defœcatę.* Hoc eſt in monte Eccleſiæ, dabit nobis ſe ipſum à fœcibus peccatorum defœcatum; quoniam in verbis, & exemplis ipſius tamquam optimo vino iuſti exhilarantur. Liquefactus eſt in aquam, ſive in fontem aquarum, vt peccata abluat. Undè Ioel. 3. D. *Egredietur fons de domo Domini, & irrigabit torrentem ſpinarum; Ægyptus in deſolationem erit, & Idumęa in deſertum perditionis.*

Iſai. 25. B.

Quod Chriſtus eſt fons. Ioel 3. D.

123 Fons de domo Domini eſt Chriſtus de vtero virginali egrediens, qui tria genera peccatorum abluit. Per ſpinas intelligimus peccatum avaritiæ, quod per diverſas concupiſcentias cor affligit, ſive pungit. Ægyptus interpretatur tenebræ, & ſignat mundum. Idumæa interpretatur rubra, & ſignat carnem, quæ ſanguine luxuriæ tota die eſt accenſa. Dominus igitur irrigavit torrentem ſpinarum, quando contra avaritiam prędicavit: Ægyptum perdidit, quando mundi gloriam deſtruxit: Idumæam fecit deſertam, quando concupiſcentiam mulierum prohibuit.

Fons de domo Domini eſt Chriſtus.

Per ſpinas quid intelligitur.

Egyptus interpretatur tenebræ.

Idumæa interpretatur rubra.

124 Item, fons fuit in Cruce, quando ſeptem rivulos de ſe emiſit, quinque de manibus, pedibus, & latere, & duos rivos lachrymarum de oculis. Item, ipſe eſt probatica piſcina quinque porticus habens, id eſt, quinque vulnera, & nutu Dei movebatur aqua, id eſt, humanitas per eius paſsionem. Et qui mittitur per fidem in hanc piſcinam, ſanatur à quocumque langore detineatur. Similiter liquefactus eſt in flumen ſanguineum, quo Dæmones ſubmerſit. Ipſe enim eſt mare rubrũ, quo ſubmerſit Ægyptios. Mare rubrum fuit in ſanguineo ſudore, in flagellatione, in crucifixione, quia totus fuit proprio ſanguine rubricatus, & in mari in hoc flumen ſubmerſi ſunt, & ſubmerguntur Dæmones, quos totum mare, & omnes rivi ſubmergere non potuerunt.

Quod Chriſtus fuit probatica piſcina.

Chriſtus eſt mare rubrũ.

125 Vndè Iſaia. 59. D. *Cum venerit quaſi fluvius violentus, quem ſpiritus Domini cogit.* Uenit enim Chriſtus ſicut fluvius violentus; quia Dominus dæmones ſubmerſit, & ſpiritus Domini, id eſt, Amor Patris, amor humani generis ad hoc eum coegit. Liquefactus eſt in lac, & mel: Ipſe enim eſt terra fluens lac, & mel, quæ promiſſa fuit Hebræis; quia dabit veris tranſitoribus lac ſuæ humanitatis, quo nihil ſuavius, & mel divininitatis ſuæ, quo nihil dulcius. His duobus omnes iuſti plene reficientur. *Quia apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Pſalm. 35. B. In lumine humanitatis videbimus lumen Divinitatis.

Iſaia. 59. D.

Chriſtus eſt fluvius violentus.

Chriſtus eſt terra fluens lac, & mel.

Pſal. 35. B.

126 Ecce qualiter liquefacta eſt anima Chriſti, vt amore ipſius liquefiat anima mea, vt dicat quilibet, anima mea liquefacta eſt. Liquefiat ergò, per effuſionem lachrymarum, ſuſpiriorum, orationum, & poſſeſsionum. De effuſione cordis dicitur in Trenis. 2. F. *Effunde cor tuum ſicut aqua in conſpectu Domini.* Cum lac, vel alij liquores effunduntur, veſtigia remanent, ſed cum aqua effunditur, nil remanet. Sic peccata noſtra effundantur, quod nec circunſtantiæ remaneant. Item, effunde animam tuam, per lachrymarum effuſionem contra luxuriam; effunde contra ſuperbiam, per orationem: Effunde per ſuſpiria contra iracundiam: Effunde poſſeſsiones contra avaritiam. Qui noluerit animam ſuam in hoc mundo liquefacere, totus liquefiet in tormentis, ad modum plumbi, quod liquefit in fornace.

Qualiter anima iuſti debet liquefieri.

Peccata quomodo debent effundi.

127 Legitur enim de ſocio magiſtri Hilonis, qui poſt mortem ex conducto apparuit ei, & ſe eſſe in pœna purgatoria confeſſus eſt. Magiſter parvipendebat pœnam; dixit ſocius ei, quod extenderet manum, cui extendenti manum, ſocius guttam de manu diſtillavit, quæ ſtatim ex nimio calore manum magiſtri per-

Exemplum de Purgatoris pœna.

perforavit, & addidit, totum ſe talem eſſe. Magiſter autem compaſſus magis pro anima ipſius laborabit. Si ignis in Purgatorio ſic liquefacit, multò magis in inferno liquefaciet, Ergò ſi hic anima liquefit, vt dictum eſt in præſenti, corpora conſolabuntur in gloria.

UT DILECTVS EST LOCVTVS, queſivi, & non inveni illum: vocavi, & non reſpondit mihi.

Quam amicabilitèr Deus loquitur. De adultera muliere, & de adultero.

128 QVAM amicabilitèr Deus loquitur. Verè Chriſtus loquitur vt dilectus verè diligens. Cum quis invenit vxorem cum adultero, minas, & convitia infert, rixatur, & forſitam, vt inimicus percutit, & quandoquidem interficit. Dominus autem, non ſic. Sed qualitercumque anima fornicata fuerit, vt dilectus loquitur amicabiliter. Alloquitur, vt dicitur in Ieremia. 3. A. *Ieremia. 3. A.* *Vulgo dicitur: Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum; nunquid revertetur ad eam vltra? Numquid non contaminata, & polluta erit mulier illa? Tu autem, dicit Dominus fornicata es cum amatoribus tuis multis.* Scilicèt, cum multis Dæmonibus, per mortale peccatum: *Tamèn revertere ad me dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.*

Chriſtus quàtum gaudet de converſione peccatorũ. Iſai. 75. B.

129 Eccè quam dulciter loquitur Chriſtus, vt impij confidentèr ad eum convertantur. Magis gaudebit ſi ad ipſum convertaris, quam de ipſo poſsis gaudere. Undè in Pſalm. 75. B. *Reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.* Si vixeris in peccato, & ſi fueris vetus, tamen ſi das reliquias bonarum cogitationum Deo, & in fine converteris, gaudebis, quaſi mendicans ad oſtium tuum reliquias aſportans. Iſai. 62. B. *Iſai. 62. B.* *Gaudebit ſuper te Deus tuus.* Quando ab amico tam dulcia audit, bonis operibus, cogitationibus, & verbis, ei reſpondet; quia vt dicit tur in Ioanne. 1. C. *Ioannes 1. C.* *Deum nemo vidit vnquam.* Quoniam dum ſumus in carne, de eo poſſumus cogitare; ſed facie ad faciem minimè videre. Similitèr clamat per orationem, non tamèn ſemper adeſt, per exauditionem. Ideò dicit: *Quæſivi, & non inveni; vocavi, & non reſpondit mihi.*

VERS. VII.

INVENERVNT ME VIGILES, qui circuierunt Civitatem, percuſſerunt me, & vulneraverunt me.

Quod Prælati debent Eccleſiam circuire, & confortare deſolatos converſos.

130 HI ſunt Prælati, qui Civitatem debent circuire; id eſt, Eccleſiam. Invenerunt ſponſam ad Deum converſam, & aliquantulum deſolatam; quia vitijs dimiſsis delectari debet in ſponſo, ſed quia non videt, plene delectari non poteſt. Uigiles tamen eam confortantes, ſagittis amoris eam percutiunt, & vulnerant, vt licet ſponſum non videat, tamen ex fide vivat.

Quod tria faciunt iuſtum vivere. Verbum Dei. Matth. 4. A. Fides Dei. Habacuc. 2. A. Ioan. 17. A.

131 Tria ſunt, quę faciunt homines bene vivere. Verbum Dei, ſicut dicitur in Matth. 4. A. *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Fides Dei: Vndè Abacuc. 2. A. *Iuſtus meus ex fide vivit.* Tertia vita, & optima eſt cognitio Dei. Vt dicit veritas in Ioanne. 27. A. *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te, ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Verbum facit vivere; quia ſpiritualis cibus eſt. Fides etiam facit vivere; quia virtus vitalis eſt. Vita, vel cognitio facit vivere; quia ſalus æternalis eſt. In præſenti ergò verbo, & fide, vivere oportet, donec facie ad faciem videamus Deum ſponſum. Vndè dicit Gregorius. *Deſideria dilatione creſcunt.* Si autem dilatione deficiunt, deſideria non ſunt. *Invenerunt me vigiles, &c.*

Gregorius.

De vigilia Paſtorum. Prob. 6. 6.

132 Iſti ſunt Prælati, qui circa gregem ſuum debent vigilare, vt dicitur in Parabol. 6. A. *Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defeciſti apud extraneum animam tuam, illaqueatus es verbis oris tui.* Ex quo factus es paſtor ovium in periculum animæ tuę omnes animas ſuſcepiſti: Uigila ergò cuſtodi, & labora oves Chriſti, quantum in te eſt ſanas, & ſalvas reſtituas: Aliter, pellem pro pelle, exigetur enim ſanguis earum de

de manibus tuis. Circa debet pastor sollicitus esse; scilicet; ne oves sint steriles: Ne extorsione affligantur, quod damnum restituatur. Unde Iacob ad Laban socerum suum, in Genes. 31. E. *Oves tuæ, & capræ steriles non fuerunt*: Ecce primum: *Arietes gregis tui non comedi*: Ecce secundum: *Nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam: Quidquid furto perierat, à me exigebas: Die nocteque æstu urebar, & gelu, fugiebatque somnum ab oculis meis, &c.* Ecce tertium.

Genes.31. E.

133 Captus à bestia dicitur, quem Diabolus peccare facit manifeste, tunc enim à Diabolo capitur. Furto perit, quem Diabolus occultè decipit. Non est Diabolo peior latro, sive fur in mundo; quia alij furantur paleas; iste furatur animas, & incarcerat in gehennam. Verumtamen à Prælato damnum exigetur vsque ad vltimum quadrantem. Vnde David in 1. *Regum* 17. *E. Ait ad Saul: Pascebat servus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel ursus, tollebatque arietem de medio gregis: Et persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum.* Ita bonus pastor liberat animas, sive eruit de ore Dæmonum.

Captus à bestia.

Furto perit.

1.Regum.17. E.

134 Et attende, quod dixit Iacob vbi supra, in Genes. 31. E. *Die ac nocte æstu urebar, & gelu.* Istis enim duobus debet Prælatus vri; æstu; id est; desiderio; gelu; id est; timore: Itaque desiderium habeat de conversione impiorum: Timoremque, de lapsu iustorum. Sequiturque: *Fugiebat somnum ab oculis meis*: Undè dicitur in Prov. 6. A. *Discurre, festina, suscita amicum tuum; ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.* Dicitur, quod quidam laborans in extremis misit pro sacerdote, qui laborans in vinea, ait: Modicum habeo agere, revertere, quia cito veniam ad infirmum: Ipso moram faciente, mortuus est infirmus. Sacerdos hoc audiens miserabiliter flens apud semetipsum ait: Propter negligentiam meam forsitam hic mortuus est sine confessione, & damnatus: Heu me miserum! Reus ego sum mortis huius.

Genes.31.E.

Prov.6.A.

Exemplum de quodam infirmo.

135 Cumque sic plangeret, anima defuncti in corpus reversa est, & narravit, quod quando exierat à corpore anima, duo Mauri nigerrimi duxerunt eam ad locum tormentorum; sed postmodum venit quidam speciosus forma, dicens malignis: Dimittite eam, vt ad corpus revertatur; Dominus enim non sustinet, quod sacerdos eius ita se affligat. Et homo ille peccata sua eidem sacerdoti confessus est, & cito post spiravit. Ecce quam periculosa sacerdotis negligentia; & quam fructuosa diligentia. Ideo dicitur Prælato, in 2. ad Timoth. 4. A. *Prædica verbum, insta opportune, importune: Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* Argue negligentes, obsecra debiles, increpa pertinaces.

2.ad Timoth. 4. A.

136 Tria sunt in baculo pastorali, supremum est curvum; medium rectum: Caput pungitivum. Quia triplex est officium pastoris, quod his versibus notatur.

De baculo Pastorali.

Officium pastoris.

Attrahe per primum,
Per medium rege,
Punge per imum.
Collige, sustenta,
Stimula, vaga,
Morbida lenta.

℣.

Ut dicit, Hieronymus. *Cor sensus, lingua præconis, dextra donatoris invigilet.* Sed quia in nullo istorum vigilant Prælati, quia nec pabulum prædicationis parant, nec ostendunt bonum exemplum; ideo dicitur in Isaia 22. E. *Quid tu hic, aut quasi quis hic?* Quasi diceret; ò pastor inutilis, quid facis in dignitate? Aut quis hic? Vt hæc dictio notet apparentiam, non existentiam: Quasi diceret; appares enim pastor, cum non sis: Et attende, quod sequitur, scilicet: *Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic sublevabit te. Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam: Ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, & ignominia domus Domini tui. Et expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te.*

Hieronymus.

Quod Pastor inutilis fatuus dicitur. Isaia.22.E.

De pœna Prælatorum.

137 Item, inutilem pastorem

Dominus alloquitur in *Zacharia* 11. *D.* dicens : *O paſtor, & idolum derelinquens gregem* : Quaſi diceret ; diceris paſtor, ſed potius es idolum; propter iſta tria : Quia idolum os habet, & non loquitur ; oculos, & non videt ; brachium, & nunquam ſignat. Sicut Nicolaus ligneus, ita paſtor inutilis. Item, ſtulti idolum adorant exiſtimantes eſſe Deum : Sic plerique adorant Prælatum, non habentes alium Deum. Vnde Clericus ab Epiſcopo beneficiatus, ait : Dominus meus totum me fecit. Quem Deus fecit, dicit Epiſcopum ipſum feciſſe, & divitias ſuas, ſe ipſum dicit : Ratio eſt, quia ſtatua erecta in campo, volucres cœli in principio fugat : Sed cum vident, quod non loquitur, non movetur, archum tenet, nunquam trahit; aſcendunt ſuper caput ſtatuæ, & ſtercorizantes maculant illam, ſive illud.

Zacharia. 11. *D.*

Beneficium accipere quos effectus cauſet.

138 Sic Dæmones, qui dicuntur volucres Cœli exterrentur primo, cum vident paſtorem animarum putantes illum eos graviter percuſſurum vita, & doctrina : Sed cum vident ipſum paſtorem remiſſum, & inutilem ; aſcendunt ſuper ipſum, & ſtercoribus peccatorum deturpant. Vnde Iob. 20. D. *Vadunt, & veniunt ſuper eum horribiles.* Sequitur in Zacharia. 11. D. *Gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum eius : Brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur.*

Dæmones dicuntur volucres Cœli.

Iob. 20. *D.*

Zacharia 11. *D.*

139 Iſte gladius eſt vindicta Dei. Et quia eo, quod gregem relinquit, Dominum relinquit : Dominus brachium deſiccat, ne poſſit bene operari : Oculum dextrum excæcat, ne poſsit ſpiritualia contemplari : Ideoque vere ſequuntur illa verba ſuperius narrata, in Iſaia. 22. E. *Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus;* qui dicitur capo caſtratus, qui generare non poteſt ; ſed nutritur ad devorandum : Ita huiuſmodi Prælati inutiles, qui filios non generant ſpirituales, tantum impinguantur, vt à Dæmonibus ſplendide devorentur, & in caldaria inferni per pedes, ſicut capones ad deplumandum proijcientur, & ad carbones ipſius gehennæ aſſabuntur.

Iſaiæ. 22. *E.*

140 Sequitur *Coronans coronabit te tribulatione* : O Prælate; ecce tu, qui mitram portabas ſericam, perlis, & lapidibus pretioſis inſertam ; tribulis coronaberis in inferno. Sequitur : *Quaſi pilam mittet in terram latam, & ſpatioſam : Ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ : Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te.* Terra lata, & ſpatioſa eſt infernus : Impius Prælatus ibi erit pila, cum qua Dæmones ludent. Cumque fuerint fatigati tundendo, pilam hanc alijs proijcient, vt iterum percutiant, quia de villis ad villas, de delitijs ad delitias in mundo tranſivit : Ideo de ſupplitijs ad ſupplitia devolvetur.

Iſaiæ. 23. *E.*

Terra lata eſt infernus.

141 Item, Iſaias. 14. C. *Proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis.* Væ his, qui ſtrenui ſunt in malis! Sepulchrum vocat dignitatem, in qua perverſus Prælatus multipliciter fœtet. Licèt autem dormiant in bonis operibus, tamen vigilant, & ſtrenui ſunt malis, vt gratiam divitum acquirant, vt beneficia multiplicent. Vnde Bernardus. *Circuit ſedulus expoliator, ſequitur, obſequitur, ſimulat, diſſimulat, manibus, & pedibus repit, ſi quomodo in patrimonium Ieſu Chriſti ſe ingerat.* Similes ſunt Iudæ traditori, qui alijs diſcipulis dormientibus vigilavit : *Erant enim oculi eorum gravati* : Strenue diſcurrit, vt Dominum ſuum venderet ; cohortem cum gladijs, & fuſtibus collegit, & ſecum duxit, ad comprehendum Dominum ſuum.

Iſaiæ. 14. *C. De his, qui ſtrenui ſunt in malis.*

Bernard.

Iudę traditori qui ſunt ſimiles.

142 Sic plerique diſcurrunt, Romam vadunt : Mira res! Frigus, famem, & cauma ſuſtinent ; & hoc totum, vt Chriſtum tradant, quia Filium Dei, qui dat vitam, & victualia, repellunt ; divitijs, & delitijs, & Diabolo ſerviunt. Non enim iſta ſuſtinent, vt animas pro quibus Chriſtus ſanguinem fudit, lucrifaciant : Sed vt temporalia

Avaritia in acquirendo.

lia acquirant; & ad modum Pharaonis pompatice incedant, & de patrimonio crucifixi pingueſcant. Et ſic, quantum in ſe eſt, ad hoc laborant, ad hoc diſcurrunt, vt pro his, Chriſtum tradant; ergo crimen proditionis incurrunt. Et quanto quis plura beneficia acquirit; tanto magis ſtrenuus, & felicior iudicatur.

Clericus cupidus ſeu avarus cui comparatur.

Qualiter Prælati comedunt peccata populi Oſſee 4. B.

143 Sed attendat Prælatus, & intelligat clericus beneficiorum redditibus conſtipatus, quid congregat, quid comedit. Oſſee. 4. B. *Peccata populi mei comedent*: Id eſt; oblata pro peccatis. Sed quare non dixit oblata pro peccatis? Quia intellexit, quod qui pro peccatis populi delendis non prædicat, non orat, non laborat, prout debet, peccatum populi comedit, & ſuper ſe ipſum transfundit, & veraciter Prælatus negligens, peccata populi comedit: Et *Peccatum* vt dicit Greg. *Eſt cibus Dæmonum, quo alios cibant, & quo ipſi cibantur.* Poſtquam autem cibo Diaboli paſtus eſt Prelatus, ſive clericus, merito vendit eum Diabolus, tamquam ſervum, quem à principio nutrivit.

Greg.

Oſſee. 13. C.

144 Item Oſſee. 13. C. *Colligata eſt iniquitas Ephraim*: Clericorum, ſcilicet, qui de eleemoſynis vivunt, ſive peccatis. Bene dicit *colligata*, quia habet vnus clericus tria, vel quatuor beneficia, quæ tribus, vel quatuor ſufficerent. Contra quos ait Greg. *Præiudicium pietati facit, qui & hoc ſolus vult, quod Dominus communiter dedit.* Hieronymus. *Aliena rapere convincitur, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur.* Maledicitur equus, qui portiones duorum, aut trium equorum comedit, & non plus laborat, quam vnus. Igitur quomodo benedictus eſt clericus, qui duorum, aut trium clericorum retinet præbendas, & non dico plus, ſed nec etiam laborat, ſicut vnus? Item, bene dicit, *colligata eſt iniquitas*, ad modum gerularij, ſive portitoris, qui ligna fortiter confringit, ne aliquod cadat.

Greg.

Hieronym.

Cupiditas clericorum quanta ſit.

145 Sic clericus ita fortiter conſtringit morſellos eleemoſynarum, & peccatorum, & beneficiorum, vt nec vna de decem præbendis cadere poſsit. Cupiditas autem eſt cingulum, quo omnia ligat. Iſti ſunt illud vas, quod dicitur tiralira: Poteris enim intus proijcere denarium, ſed non extrahere, donec confringatur. Sic clericus cupidus, ſi ei confertur, recipit, ſed nihil dimittit, donec in morte confringitur. Inter hos multi pauperes clerici degunt, licet literati, & diſciplinati, qui tamquam caniculi de micis dominorum ſuorum ſaturari cupientes, ſperant ſe ab eis aliquam de prębendis, quę ſuperfluunt accepturos, ad miſerię vitæ ſuſtentationem, tamen raro, aut numquam conſequuntur.

146 Item, talis clericus plurimis beneficijs oneratus, dicitur felicior, ac iudicaturus; ratio eſt, quia res aliter ſe habet; quam nominatur; quæ ſi rectè nominaretur, maledictus, & maledictior diceretur. Nam ſolent homines dicere: Iſte clericus habet centum libras de redditibus ſuorum beneficiorum importatis; hoc eſt, in ſalvo: Sed ſi rectè iudicarent homines; cum redditus Eccleſiaſtici ſint eleemoſynæ pro peccatis, deberent dicere: Iſte habet centum libras de eleemoſynis in furatis, ſive raptis: Immo, adhuc verius diceretur: Iſte habet centum libras de peccatis; & ille non habet niſi decem libras de peccatis. Si ſic diceretur, ſatis clare appareret, quis eſſet infelicior, quis magis peccator, quia ille, qui plus habet de peccatis. Vnde Bernardus. *Multiplicatio temporalium eſt diminutio ſpiritualium.* Item Gregorius. *Quanto in mundo quiſque profecerit; tanto vt video ab amore Dei amplius decreſcit.*

Bernard.

Greg.

147 Eadem die, qua Conſtantinus Imperator dotavit Eccleſiam; audita eſt vox in aere dicens. *Hodie infuſum eſt venenum in Eccleſiam: Maior eſt effectu dignitate; ſed minor religione.* Et quia fere omnes hoc venenum appetunt, hoc ſitiunt, pro hoc laborant: Non mirum, ſi tota, vel maior pars Eccleſiæ ſit intoxicata. Et ideo clerici potius laicos inficiunt, quam è contra. Petrus autem, veneno carens ajebat paralitico, ſive claudo

Quod diuitiæ dicuntur venenum.

Diuitiæ quantum inficiant & tumeant.

Acta.3.A.

Acta. 3. A. *Argentum, & aurum non eſt mihi: Quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.* Et ſurgens ſtatim ambulavit. Sed Prælati pluries poſſunt dicere clericis beneficia petentibus: Aurum, & argentum eſt mihi: Quaſi diceret; venenum eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine mammonæ, aurum ſitiſti, aurum bibe, venenum ſume, & morere.

148 Hoc hauſto veneno, ſtatim tument, & denigrantur colorem ſuum amittentes, quia de patrimonio Chriſti impinguati, & dilatati ſuperbiunt, laſciviunt, luxuriantur, & febrificant; id eſt; ad modum febricitantis, dum magis accipiunt, magis ſitiunt, maioribus beneficijs, & divitijs inhiant. Videmus multos, antequam beneficia aſſequantur, morigeratos, diſciplinatos, omni venuſtate, & honeſtate vitæ compoſitos, & devotos, virtutes laudantes, vitia abhorrentes, & deteſtantes: Poſtquam vero beneficia aſſequuntur, tamquam ebrij, ſive melius toxicati veneno peſtifero, veſtes primas reijcientes, ad totum oppoſitum convertuntur.

Paupertas quantum morigerat.

149 Hinc enim concubinas publice tenent, impinguant, & ornant: Canes venaticos nutriunt; venationi inſiſtunt; ruchinos groſos emunt; mulas electas inquirunt, in vaſis ligneis bibere, ſcutelis ligneis comedere dedignantur, & ideo ſcutelæ argenteæ, & ciphi aurei, ſive aureati comparantur, pauperes eijciuntur, familia fulgenti valantur, dilatant fimbrias, magnificant loquelas, correctiones ſanctas abhorrent, adulationibus delectantur, aures ſuas ſanctis prędicationibus claudunt, ſuſurrationibus, atque detractionibus pandunt. Quid plura? Perdiderunt colorem ſuum, amiſerunt primas tunicas; alij apparuerunt, & alij ſunt. Ioannes apparuerunt, & revera Herodes ſunt.

150 Quomodo ſic mutati ſunt, vel quare? Non mireris; nam hæc muratio ſiniſtræ Diaboli eſt: Venenum enim hauſerunt, & hauſto tumuerunt, & ideo colorem primum perdiderunt, nec veſtes primas, veſtes honeſtatis, & innocentiæ præ timore nimio ferre poterunt, & ideo à ſe reiecerunt: Iugum Chriſti ſuave, & onus eius leve, tamquam grave ab humeris proiecerunt: Aſini Dæmonum facti ſunt, & ad portandum ſua onera; divitias; ſcilicet; & delitias, ac vitia, ſcapulas ſubmiſerunt. Et ideo ne mirum, ſi non apparent, qui fuerunt, quia alij erant, & alij ſunt. Et non ſolum minores clerici ſęculares; ſed ipſi magnates, qui tamquam columnæ videntur ſuſtentare Eccleſiam Dei. Inſuper Reglares, Ciſtercienſes, Cluniacenſes, & alij Religioſi, qui ſolemniter mundo, & pompis eius iuramento medio abrenuntiarunt, hoc venenum ſitiunt, hoc venenum hauriunt, & plus pro hoc veneno faciunt, quam pro virtutibus Petri, quam pro prædicatione Pauli, & quantum in ſuis cordibus eſt, mundum, quem exuerant reinduunt, etiam ſi non facto adimplere dimittantur.

Aſini Dæmonum.

151 De inimicis crucis Chriſti dico, quos Paulus Apoſtolus deflet: Non autem de amicis crucis Chriſti, qui ſancta, & ſanctiſsima operantur. Duo ſancti ſunt, qui plus poſſunt in curijs, in clauſtris, & in palatijs, quam Petrus, & Paulus. Hi ſunt:

Albinus, & Rufinus: Sterlingus, & Aureus.

Præſulis Albini, ſeu martires oſſa Rufini:
Romę quiſquis habet vertere cuncta videt
Alij minores ſancti, ſcilicet, Papa Leo.

Turonenſis, & hermetenſis efficaciter peierant, tamen minora negocia quando procurant. Væ tibi clerice, væ tibi, mors eſt in olla carnium. Quid ſapiunt tibi iſtæ delitiæ, quid iſtæ divitiæ cæcos tibi oblectant oculos, quibus ita grave mercaris iudicium, & ita dure te obligas rationi?

152 Vigiles circuierunt Civitatem Eccleſiæ. Multiplex eſt circuitus: Circuitus Diaboli: Circuitus impij: Circuitus Prælati: Circuitus pœnitentis. Circuitus Diaboli eſt ad perdendum homines. Iob. 1. B. *Circuivi terram, & perambulavi eam.* Item in 1. *Petri.* 5. C. *Sobrij ſtote, & vigilate fratres: Quoniam adverſarius veſter Diabolus, tamquam Leo rugiens circuit, quærens quem devoret.* Circuitus impij hominis eſt ad divitias, & delitias. Unde Pſal. 11. B. *In circuitu impij ambulant:* Quoniam circumrotantur in circulo vanita-

De circuitu multiplici Prælatorum.
Circuitus Diaboli.
Iob. 1. B.
1. Petri. 5. C.

Circuitus impij.
Pſal. 11. B.

tatis, & numquam perveniunt ad centrum veritatis. Multoties pueri tantum currunt in circuitu, quod eis vertigo in capite generatur, & cadunt: Videtur etiam eis, quod totus mundus reverſetur ſuper eos: Ita impij, tantum in circuitu vanitatis iſtius mundi currunt, quod tandem in infernum cadunt, & totus mundus ſuper eos ruit. Unde Pſal. 82. C. *Deus meus pone illos vt rotam.* Rota non currit ſurſum, ſed deorſum. Item ſol cum movetur ab oriente tendit in occidentem, ita impij ſicut rota currunt ad infernum.

Pſal. 82. C.

Rota non currit ſurſum.

153 Circuitus Prælati eſt ad duo, ſcilicet, ad docendum, & ſanandum: Ad docendum verbo; & exemplo, ad ſanandum per orationem, ſacramentorumque collationem. Hæc duo primo fecit Prælatus noſter bonus Ieſus, & Prælatis facienda oſtendit, vt legitur in Math. 4. D. *Circuibat Ieſus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium Regni*: Ecce doctrina; *ſanans omnes langores, & omnem infirmitatem in populo*: Ecce curatio: Maior enim cura eſt Deo de anima, quam de corpore. Prelati plus ſaluti animę, quam corporis debent intendere. Anima languet, quandiu Diabolus in mortali culpa detinet; infirmatur quando recenter labitur. Ab his Prelatus curat, quando devote orat; baptizat; confirmat; confeſsiones audit; matrimonia illicita diſolvit; errata corrigit. Quis eſt hic, & laudabimus eum?

Circuitus Prælati.

Math. 4. D.

Prælati plus ſaluti animæ quam corporis debent intendere.

Anima languet.

Anima infirmatur.

154 Sed heu! Prælati multi non more Chriſti, ſed more Diaboli Parrochias circuunt. *Diabolus enim circuit quærens quem devoret.* Sic Prælati pingues, in tantum circueuntes devorant curatos, corrodunt capellanos, quod niſi ipſi clerici multoties exercerent negotiationes vetitas, non haberent vnde ſoluerent ipſis Prælatis procurationes. O abuſionem deflendam! Qui deberent conſtruere, deſtruunt: Qui ædificare, diruunt. Iſaia. 49. D. *Venerunt ſtructores tui deſtruentes te.* Epiſcopi autem, & Archidiaconi nullatenus deberent ſumere procurationem, niſi prius dederint prædicationem.

Prælati deſtruentes.

Iſaia. 49 D.

155 Vnde in *Geneſ.* 24. *D.* Legitur quod cum diviſſet Labam frater Rebeccæ Eleazer ſervo Abrahæ: *Ingredere, benedicte Domini: Præparavi domum, & locum camelis tuis: Introduxitque eum*: Cumque deſtraſſet camelos, duxiſſetque paleas, & fœnum, & aquam ad lavandos pedes camelorum, & appoſuiſſet panem coram eo; dixit ſervus Abrahę: *Non comedam, donec loquar ſermones meos.* Prælati vero tamquam prædones temporalia rapiunt, ſed ſpiritualia non perſolvunt. Si quis emit equm, & deducit, & pretium non ſolvit, furtum, vel rapinam commitit. Sic tu, ò Archidiacone, procurationem recipis; ſed prædicationem, & aliud quod debes non perſolvis; igitur furtum; vel rapinam commitis: ergo in inferno ſuſpenderis.

Geneſ. 24. D.

Prælati raptores.

156 De circuitu pęnitentis. Iſaia 23. C. *Sume citharam, circui civitatem meretrix oblivioni tradita: Bene cane; frequenta canticum, vt memoria tui ſit.* Hic notantur quæ ſunt neceſſaria confitenti: Quia confeſsio debet eſſe voluntaria, integra, accuſatrix, devota, frequens, reſtitutoria. Voluntaria notatur, cum dicit, *ſume tibi citharam*: Id eſt; te ipſum fac citharam Dei, qui fuiſti cithara Diaboli, vt dicitur Oſee. 7. A. *In malitia ſua lætificaverunt Regem.* Quicumque enim fornicationes; furta; homicidia perpetrant; fraudes; mendatia; voces adulatorias, & vana verba multiplicant; quaſi cithara Diabolum Regem impiorum lætificant. Sed eſto cithara Chriſti dicit Dominus: *Sonet vox tua in auribus meis.* Nihil enim dulcius ſonat in auribus omnipotentis, quam ſonus confitentis.

Iſaia. 23. D.

Confeſsio qualis debet eſſe.

Oſſee. 7. A.

157 Cithara facta eſt ex ligno, & corio: Lignum eſt animæ ſoliditas; corium, carnis debilitas. Corium autem mundatur, ſiccatur, ſecatur, torquetur: Sic caro noſtra debet à vitijs mundari, à noxio humore ſiccari, à perverſa conſuetudine ſcindi, per diverſas afflictiones torqueri. Tunc efficitur cordula gracilis per humilitatem, rotunda per vitæ integritatem, extenſa nec nimis laxata nec nimis rigida per diſcretionem, ſonora per confeſsionem. Ordo cordarum, ſignificat ordinem bonę vitæ; & odorem bonæ famæ, vt ſciamus flere cum

Cantica. 2. D.

Sonat nihil dulcius Domino quam confeſsio.

ſentibus, gaudere cum gaudentibus.

158 Item, debet eſſe integra, quod ſignificatur, in quantum dicitur, *circui Ciuitatem*; id eſt, te ipſum, qui es Ciuitas Dei, vt, ſcilicet, attendas diligenter quid peccaſti in viſu; quid in auditu; quid in guſtu, & in alijs ſenſibus, per quas partes, hoſtes Ciuitatem tuam intraverunt. Item, debet eſſe accuſatrix, vt ſe ipſam meretricem viliſsimam reputet, quod ſignificatur, in eo quod dicitur, *Meretrix oblivioni tradita*: Item Ezechiel 16. B. *Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti.* Idem C. *Dimiſiſti pedes tuos omni tranſeunti.* Id eſt, cuilibet Diabolo volenti tecum peccare conſenſiſti.

Ezechiel. 19. B.C.

159 Item debet eſſe devota, cum ſuſpirijs, & lacrymis, quod notatur per hoc quod dicitur: *Bene cane.* Item, debet eſſe frequens, quod apparet in eo quod dicitur: *Frequenta canticum*, quia ex quo frequenter pulverem, & ſordes contrahimus, neceſſe eſt vt frequenter capita abluamus. Si talis fuerit, erit reſtitutoria, quia omnia bona prius amiſſa reſtituet. Unde ſequitur: *Vt memoria tui ſit.* Sicut Dominus propter culpam omnia bona abſtulit; ita per pœnitentiam revocavit te ad memoriam, vt omnia gratuita, & ſe ipſum reſtituat. Vnde ſequitur in ipſo. C. *Et poſt ſeptuaginta annos viſitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes ſuas*: Hoc eſt, ad gratiam in præſenti, & gloriam in futuro; quam nobis Dominus præſtare dignetur.

Iſaiæ 23. C.

TVLERVNT PALLIVM MEVM cuſtodes murorum.

160 HI ſunt de quibus, Iſaia. 62. C. *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die, & nocte non tacebunt perpetuo.* Hi ſunt Prælati, qui muros Ieruſalem, id eſt, virtutes, ſive munimenta fidei cuſtodiunt. Hi dicuntur numquam tacere, non quia ſemper clament vocibus corporis, ſed charitas eſt clamor; oratio clamor: In Pſal. 37. B. *Gemitus meus à te non eſt abſconditus.* Ibi dicitur nec deſinit orare, qui non deſinit amare.

De Prælatis, qui munimenta fidei cuſtodiunt.

Iſaia. 62. C.

Cuſtodes murorum.

Pſal. 37. B.

Orare.

Iſti coſtodes pallium excuſationis auferunt.

161 Multiplex eſt pallium; ſcilicet; pallium excuſationis; pallium dignitatis; pallium charitatis; pallium æternæ claritatis. Pallium excuſationis induunt, qui peccata ſua aliqua excuſatione cooperiunt; ſicut Adam excuſavit ſe per mulierem dicens; vt habetur in Geneſ. 3. B. *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Mulier etiam excuſavit ſe, per ſerpentem, dicens, ibidem: *Serpens decepit me, & comedi.* Hæc ſunt folia ficus, quibus primi Parentes verenda ſua cooperuerunt; & ſic pauper mantelus ex folijs ficus eſt factus. Sed hoc pallium auferunt cuſtodes Prælati, quando ad plenè confitendum peccatores inducunt: Quoniam, ò homo, ſi tu detegis, Deus operit; ſi tu operis, Deus detegit.

De pallio multiplici.

Pallium excuſationis.

Geneſ. 3. B.

162 Vnde Nahum. 3. B. *Ecce ego adte, dicit Dominus exercituum, & revelabo pudenda tua in faciem tuam, & oſtendam Gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam: Et proijciam ſuper te abominationes, & contumelijs te afficiam.* Et tunc Dominus induet te pallio confuſionis; de qua in Pſal. 108. D. *Induantur ſicut diploide confuſione ſua.* Quaſi diceret, confuſione duplici; ſcilicet, in anima, & corpore. Pallium dignitatis eſt, quod induit Ioſeph, quando factus eſt præpoſitus domus Putaphar, qui erat Eunucus Pharaonis, & princeps exercitus. Geneſ. 39. B. *Iniecitque Domina domus oculos in Ioſeph, & ait illi: Dormi mecum.*

Nahum. 3. B.

Pſal. 108. D.

De vana gloria vitanda.

Geneſ. 39. B.

163 Domina domus eſt vana gloria, quæ inijcit oculos in Ioſeph; id eſt, præpoſitum, ſive in conſtitutum indignitate; ſicut Baſiliſcus, vt prius videat. Baſiliſcus eſt peſtiferum animal, ſive ſerpens, qui ſi quem prius viderit, occidit; ſi autem ipſe prius videtur, occiditur. Primo ergo videtur à Baſiliſco; ſcilicet, vana gloria, qui facit opera bona, vt mundo placeat. Math. 6. A. *Cavete, ne faciatis iuſtitiam veſtram, vt videamini ab hominibus.* Item, primus videt Baſiliſcum, qui vanitatem mundi attendens eam deſpicit, & Deo placere intendit.

Baſiliſcus.

Math. 6. A.

164 Reſpondit Ioſeph: *Nec quid-*

Geneſ. 39. B.

quidquam eſt in domo domini mei, quod non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: Quomodo ergo poſſum malum hoc facere, & peccare in dominum meum? Quaſi diceret, O gloria, vxor Dei es; alia omnia nobis tradere voluit præter te: Quomodo ergo accipiam gloriam, quæ ſoli Deo reſervatur? Nam dicitur Iſaia. 42. B. *Iſaia.42.B.* *Gloriam meam alteri non dabo.* Quilibet ergo conſervet Domino gloriam, ſicut vxorem non tactam. Bernard. *Bernard. Ser. 13 ſuper cantica.* *Ioſeph cum omnia domini ſui ſciret credita, Dominam non ignoravit exceptam.* Item Bernard. *Fidelis famulus es, ſi de multa gloria Domini, & ſi non exeunte ex te, tamen tranſeunte per te, nil tuis manibus adhærere contingat.* Idem. *Quis credit parieti, ſi parturire ſe dicat radium, quem recipit per feneſtram?*

165 Dicit gloria inanis, ipſi conſtituto in dignitate: *Dormi mecum*: Id eſt, delectare in laudibus hominum. Leo Papa: *Leo Papa.* *Difficile eſt vt laudabiliter viventes, laus humana non capiat.* Bernard. *Bernard.* *Rara virtus eſt, vt magnaliter te operante, magnum te neſcias.* Igitur non ſolum placere hominibus, ſed & placere ſibi, periculoſum eſt. Legitur in *Actibus Apoſtolorum.* 28. *A.* Quod Paulus collegit ſarmenta vt faceret ignem ad ſocios calefaciendum, & inde exiliens vipera apprehendit manum eius, quam ipſe in ignem excuſsit, & illæſus permanſit. Sarmenta colligit, vt ſocios per charitatem accendat; ſed inde exit vipera, id eſt, inanis gloria, & manum, id eſt, opus bonum apprehendit. Sed hanc viperam in ignem excutit, qui vanam gloriam expellendo extinguit. *Acta Apoſt. 28.A.* *Vipera eſt vana gloria.*

166 Si ergo in authoritatibus, & verbis ſalutiferis tam ſeva vipera latet, quæ, putas, in divitijs, delitijs, & dignitatibus latent viperę? Sęvæ, & ſæviſsimæ. Ideo dicitur in Iob. 18. B. *Abſcondita eſt in terra pedica eius*; id eſt; in terrenis commodis, ſive delitijs deceptio Dæmonis. In divitijs enim latet pedica, ſive vipera cupiditatis, & avaritiæ, & idolatriæ. In dignitatibus vipera vanitatis, & ſuperbiæ. In cibo, potu, & coitu, pedica, ſive vipera delectationis, & immunditiæ. His laqueis multi incauti irretiuntur: His pedicis multi capiuntur: His viperis multi intoxicantur. *Iob.18.B.* *Delitiæ, & divitiæ quantum malum abſcondant.*

167 Sequitur in *Geneſ.* vbi ſupra 29. C. quod prædictis verbis excuſans ſe Ioſeph *Loquebatur per ſingulos dies; & mulier erat moleſta iuveni, quia ille recuſabat ſtuprum. Sed quadam die illa apprehenſa veſtimenti laſcina ait: Dormi mecum. Ioſeph vero relinquens pallium in manu eius fugit.* Ille pallium relinquit, qui dignitatem ſive officium, quod eſt occaſio peccati relinquit, ſive cedit illi, & ſicut Ioſeph ſtuprum fugit, ſeu, vitat peccatum. Sic Matheus reliquit thelonium quod erat ei occaſio cupiditatis, & avaritiæ, & adhęſit Domino, & ſic fugit viperam. *Geneſ.39.C.* *Geneſ.39.C.* *Occaſio peccati.*

168 Plerique etiam relinquunt parentes, terras, vineas, & dignitates, ne occaſione eorum pereant. Math. 5. E. *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te: Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam*: Et ſic de pede, & manu. Hoc eſt, ſi conſiliarius, ſi amicus, ſi ſuſtentator tuus parat tibi occaſionem damnationis, omnia abſcinde, & proijce abs te; & ſic relinquens pallium, vitabis peccatum. Hoc eſt pallium, quod dimiſit Elias quando raptus eſt in cœlum 4. *Regum* 2. *C.* Sic qui ad cęlum vult aſcendere per contemplationem, neceſſe habet occupationes mundanas dimittere: Immo etiam ſi contemplatio vertatur in tędium, neceſſe habet, quod tranſeat ad negotium. *Math.5.E.* *4.Regum.2.C*

169 Pallium charitatis eſt ſub quo ſponſus, & ſponſa, Chriſtus, & fidelis anima delectantur. Hoc eſt pallium, de quo in libro *Ruth.* 3. *B.* Sub quo proiecit ſe Ruth, ad pedes Booz, & conturbatus ait illi. *Quæ es? Quæ ait: Ego ſum Ruth ancilla tua, expande pallium tuum ſuper ancillam tuam, quia propinquus es. Et ait: Non abnuo me propinquum, ſed eſt alius me propinquior.* Ruth eſt anima peccatrix: Booz Chriſtus: Dicit Chriſto anima peccatrix. O Domine, expande ſuper me pallium charitatis, vt te diligam, te amplectar: te oſculer, tecum ſpirituales delitias habeam; quia propinquus mihi es, quia homo eſt anima rationali, *De pallio charitatis.* *Ruth.3.B.* *Ruth eſt anima peccatrix Booz eſt Chriſtus.* *Anima peccatrix.*

nali,& humana carne ſubſiſtens. Reſpondet Dominus, non abnuo me propinquum, ſed alius, ſcilicèt, diabolus propinquior eſt, quia illum mortaliter peccando, & cum eo fornicando, elegiſti tibi propinquum, cuius ſponſa debes eſſe.

170 Sed ſi pœnitueris, & Diabolus te dimiſerit, ſive tu illum, expandam pallium dilectionis meæ ſuper te, & ero ſponſus tuus, & tu ſponſa mea. Quam felix anima, quę tali ſponſo eſt deſponſata! Ergò ſi dimiſerit te Diabolus, aſſumet te Chriſtus: De hoc pallio: Iſaia. 28. E. *Coanguſtatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat, pallium breve vtrumque cooperire non poteſt.* Pallium iſtud, id eſt, adulterum, & ſponſum, Diabolum, & Chriſtum non poteſt ſimul retinere. Qui enim Diabolum recipit, Chriſtum expellit, & tunc Chriſtus de lecto decidit, O quantam iniuriam Filio Dei facit, qui cum pro peccato pallium ſuæ carnis cruentaverit, ita vilitèr eum expellit

Iſaia. 28. A.

Qui diabolum recipit.

171 De pallio Chriſti in Geneſ. 49 B. *Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vbę pallium ſuum.* Ipſe fuit vva in torculari paſſionis preſſa, qua pallium ſuum cruentavit. Iſaia. 59. D. *Indutus eſt veſtimentis vltionis, & opertus eſt quaſi pallio zeli, ſicut ad vindictam, quaſi ad retributionem indignationis hoſtibus ſuis, & viciſſitudinem inimicis ſuis.* Itèm, pallium charitatis eſt veſtis nuptialis, quam, qui non habuerit proijcietur in tenebras exteriores, qui verò pallium habuerit, epulabitur ad nuptias, &

Geneſ. 49. B.

Iſaia. 59. D.

172 Pallium Gloriæ recipiet. De quo Iſaia. 61. A. Dicit Filius. *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxit me, ad annuntiandum manſuetis miſit me.* Sequitur: *Vt darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Hoc eſt bonum concambium, ſi te ipſum reputes cinerem, dabit tibi coronam, & oleum gaudij pro luctu; vt perpetuo gaudeas; pallium laudis pro ſpiritu mœroris, vt Deum ſemper laudes, & ſemper à Deo lauderis. Primum ergo pallium; ſcilicèt, excuſationis auferas. Secundum, ſcilicèt, dignitatis, cum opus fuerit, dimittas. Tertium, ſcilicèt, charitatis induas, vt Chriſtum acquiras, ſine quo tertio pallio non proficit homo. Vndè Paulus in 1. ad Corint. 13. A. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c. Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.*

De pallio gloriæ.

Iſai. 61. A.

1. Ad Corint. 13. A.

VERS. VIII.

ADIVRO VOS FILIÆ IERVSAlem, ſi inveneritis dilectum meum, vt annuncietis ei; quia amore langueo.

173 FIDELIS anima iàm pœnitens, in temporalibus divitijs, & delitijs conſolamen non inveniens, orat Sanctos, vt precibus eorum intervenientibus, nuncient dilecto ſtatum ſuum deſolatum, & ſe amore languentem, vt ex quo conſolatio aufertur temporalis, ſaltèm conferatur ſpiritualis, & tandem æternalis, quoniam præ amoris magnitudine omnia temporalia ſunt ei faſtidio. De amore languentibus dictum eſt ſupra, cap. 2. numer. 197.

Quod anima pœnitens de peccatis, orat Sanctos, vt intercedant pro ea ad Chriſtum.

VERS. IX.

QVALIS EST DILECTVS TVVS ex dilecto: O pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos.

174 QVÆRUNT Sancti adiurari, qualis eſt dilectus ex dilecto, id eſt, Filius ex Patre, quaſi diceret, qualem eum Pater, æqualem ſibi, æque ſapientem, æque potentem, æqualiter pulchrum; quoniam vt dicitur ad Hæbreos. 1. A. *Cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portans que verbo virtutis ſuę, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.* Quia homo fuit excæcatus tenebris culpæ, ideò fuit neceſſarium, quod veniret ſplendor gloriæ, qui cum illuminaret. Habacuc. 3. A. *Splendor eius vt lux erit.* Iſaia. 9. A. *Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.* In Ioanne. 9. A. *Prætereiens Iesvs vidit hominem cæcum à nativitate, & fecit*

De nobilitate & pulchritudine Chriſti.

Hæbreos. 1. A

Habacuc. 3. A.

Iſai. 9. A.

Ioann. 9. A.

fecit lutum ex ſputo, & linivit ſuper oculos eius.

175 Iſte cæcus ſignat humanum genus: Lutum coniunctum ſputo, eſt humanitas coniuncta cum Deitate. Iſta coniunctione oculi liniuntur, quando fides Filij Dei incarnati ſuſcipitur; prædicatio Chriſti auditur, & opere completur. Caro noſtra eſt lutum, Patris ſapientia ſputum. Redditur humanum genus medicatione ſanum. Item, homo incurvatus fuit ad terrena, & tortuus; quia ſerpens tortuoſus facit eum tortuoſum ad ſimilitudinem ſui. Habacuc. 2. A. *Qui incredulus eſt, non erit anima eius recta in ſemetipſo.* Ideò Deus Pater miſit figuram ſuam in mundum, vt omnes rectam formam, & figuram à Filio Dei ſumeremus.

176 Aggæus. 2. D. *Aſſumam te Zorobabel ſerve meus, & ponam te quaſi ſignaculum.* Zorobabel, qui dicitur magiſter Babyloniæ eſt Chriſtus, qui eſt magiſter mundi. Hunc vocat filium, & ſervum; quia ſervivit ei. Vt in Pſalm. 15. A. *Tu es, qui reſtitues hereditatem meam mihi.* Ideò ponam te fili, ò Chriſte, in manu mea quaſi ſignaculum, hoc eſt, imago Dei inviſibilis, & forma ſubſtantiæ eius, vt quicumque crediderit in Deum, quaſi hoc annulo conſequitur gratiam. Ergo, qui per peccatum fuit ſigillatus ſigillo Diaboli, debet hoc ſignaculo reſigillari, hoc eſt, verbo vitæ Chriſto conformari, & ſic recuperabit formam, & figuram gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Qui hac forma non fuerit formatus, deformis, & deſignatus in die Domini in conſpectu totius mundi apparebit, & cum turpibus, & deformibus in æternum peribit. Sequitur.

177 *Portans*, id eſt; gubernans, *Omnia verbo virtutis ſuæ.* Id eſt, ſolo imperio potentiæ, & bonitatis ſuæ: *Purgationem peccatorum faciens:* in Paſsione, & Reſurrectione, quoniam: *Mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparavit.* Sedet ad dexteram Patris in excelſis, vel in eo quod Deus, eſt æqualis Patri, in eo quod homo eſt, fruitur potioribus bonis Patris; quia non potuit facere meliorem hominem Chriſto. De quo Habacuc. 3. A. *Operuit Cœlos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra.* Quia aſcendit ſuper Cœlos omnes, ſedens ad dexteram Dei Patris. Talis *dilectus ex dilecto.* Filius ex Patre.

178 Quædam Domina fuit, quæ ſemper diligebat illum, de quo probitatem audiebat: Cuius intentionem quidam Canonicus attendens, dixit ei: Scito, quod Chriſtus omnibus eſt fortior, & pulchrior, & benignior. Fortior quia vicit Diabolum, qui omnes homines ſubiugaverat, & quem totus mundus vincere non poterat: Pulchrior, in quem Angeli inſatiabiliter deſiderant, propter nimiam pulchritudinem ſuam proſpicere; quia *Speciosus forma præ filijs hominum.* Benignior, quia ex benignitate ſe ipſum tradidit pro nobis paſsioni: Quare tu igitur talem non diligis?

179 Domina, dixit: Si talis eſt, ſuper omnia diligo, ſed eum videre deſidero. Tandem multis ſuſpirijs præmiſsis, ei Chriſtus apparuit, Cuius pulchritudinem, & benignitatem admirata, quæſivit, quis eſſet? At ille; ſum ille, quem tu videre deſideras. Admiratione ex viſu creſcente, rogavit eum, quod ſibi frequenter dignaretur apparere, quia totum amorem ſuum ſibi dabat. Item, ait quidam: Alij diligunt Petrum, alij Paulum, alij Martinum, aut vnum ex alijs Sanctis; ſed non eſt ſanctus, non eſt benignus, vt bonus Ieſus, propter hoc, ipſum plus omnibus diligo. Ideò ſubiungitur.

VERS. X.

DILECTVS MEVS CANDIDVS, & rubicundus, electus ex millibus.

180 CANDIDUS, propter innocentiam, ſive caſtitatis munditiam. Rubicundus, propter ſanguinis effuſionem. Electus ex millibus; quia nullus mediator, de numero Angelorum, & hominum acceptus eſt, nec inventus eſt alius, nec in Cœlo, nec in terra, qui aperiret librum, & ſolveret ſignacula eius, niſi Leo de Tribu Iuda.

VERS.

Cæcus ſignat &c. Lutũ de ſputo.

Caro noſtra eſt lutum. Sapientia Patris eſt ſputũ.

Habacuc. 2. A

Aggæus. 2. D Zorobabel.

Pſalm. 15. A.

Peccator quid debet facere vt à peccato exeat, & quomodo debet Chriſto conformari.

Hebræos. 1. A

Chriſtus, vt Deus æqualis eſt Patri, vt homo fruitur potioribus bonis Patris.

Deus non potuit meliorem hominem facere Chriſto. Habacuc. 3. A

Exemplum de dilectione Dei.

Pſal. 44. A.

Quod Chriſtus eſt candidus, & rubicundus.

VERS. XI.

CAPVT EIVS AVRVM OPtimum.

181 CAPVT Eccleſiæ Chriſtus eſt, qui dicitur aurum optimum, id eſt, ipſa ſapientia optima. Patri enim attribuitur Potentia: Filio ſapientia, Spiritui Sancto benignitas, aliter, bonitas.

DeChriſto cap. Eccleſiæ. Potentia Patri, Sapientia filio, benignitas, ſeu bonitas Spiritui Sancto attribuitur.

COMÆ EIVS QVASI ELATÆ palmarum.

182 COMÆ capiti adhærentes ſunt iuſti. Elatæ grecè, dicuntur abietes arbores rectæ, & proceres. Hic ſumitur pro ramis palmarum, quia recti. Tales ſunt iuſti, non ad terrena diſtorti, ſed ad Cœlum erecti. Vndè Bernardus. *An non funderis ſurſum caput habere, qui ſicut Vnicornis non vales rectus ſtare; quia corde repis in terra? An non repere eſt in terra carnem ſapere? Carnalia deſideria quærere?* Verumtamen ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creatus es. Si perdidiſti ſimilitudinem, ſimilis factus es iumentis, Si imaginem pertranſiſti, imago Dei es: Erubeſce; quia peregrinam ſubduxiſti ſimilitudinem, plenius ſupra, recti diligunt te. Cap. 1. numer. 93. column. 4. Sequitur.

Quod iuſti non ad terrena diſtorti, ſed ad cœleſtia ſunt erecti.

Comæ capiti adherentes ſunt iuſti. Bernardus.

NIGRÆ QVASI CORVVS.

183 HIC dicitur quidam, quod Dominus habuit capillos nigros: Miſticè nigræ dicuntur comæ, id eſt, iuſti, qui ſunt contemptibiles, vt ſupra plenius, cap. 1. num. 107. column. 1. Ibi, nigra ſum, ſed formoſa.

Quod iuſti dicuntur nigri. Chriſtus habuit capillos nigros.

CAPVT EIVS AVRVM optimum.

184 LEGIMUS caput delitiarum: *Caput ſtatuæ*, quam vidit Nabuchodonoſor: *Ex auro: Brachia, & pectus ex argento: Uenter, & fœmora ex ere: Tibiæ autem ex ferro: Pedum quædam pars fictilis, quædam ferrea.* Hæc ſtatua miſticè ſignificat quatuor Regna. Per caput aureum, Regnum Babyloniorum. Per pectus, & brachia argentea, regnum Medorum, & perſarum minus pretioſum. Per ventrem æneum, & fœmora, Regnum Grecorum, propter eloquentiæ ſonoritatem, quæ fuit caput apud Grecos: Per tibias ferreas, Regnum Romanorum, quod totum obdomuit, ſicut ferrum omnia alia metalla.

De ſtatua, quam vidit Nabuchonoſor. Daniel. 2. E.

185 Moralitèr, Caput Nabuchodonoſor eſt vanitas mundi, ſive impius. Caput aureum, qui nil niſi aureum deſiderant, quidquid cogitant, quidquid loquuntur, quidquid operantur, totum eſt aurum, Ambroſius. *Sicut hi, qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, & non iam res ipſas, ſed paſsiones, ſive fantaſias vident. Ita mens avari ſemel vinculis cupiditatis aſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum videt; gratius aurum intuetur quam Solem.* Meritò per caput aureum cupiditas deſignatur, quæ eſt radix omnium malorum.

De quatuor vitijs, ſcilicèt, avaritia, vanagloria, gula luxuria, quæ in ſtatua diſtinguntur. Ambroſius.

186 Vndè Ieremia. 44. D. Dixerunt Iudæi ad Ieremiam. *Sermonem, quem locutus es in nomine Domini non faciemus, ſed faciemus verbum, quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus Reginæ Cœli, & libemus ei libamina ſicut fecimus nos, & patres noſtri, & principes noſtri in vrbibus Iuda, & in plateis Ieruſalem, & ſaturati ſumus panibus, & bene erit nobis, malumque non vidimus.* Regina Cœli dicitur Diana, quæ interpretatur morbos generans: Hæc eſt cupiditas, cui cupidi corpus, & animam ſacrificant. Hæc dicitur morbos generare; quia vt dicitur in prima ad Timoth. 6. B. *Qui volunt fieri divites, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa invtilia, & noſciva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, &c.*

Cupiditas. Ieremia. 44. D.

Regina Cœli dicitur Diana quæ interpretatur.

1. Ad Timoth. 6. B.

187 Itèm, requiſitæ mulieres reſponderunt: *Numquid ſine viris noſtris faciemus ei placentas ad colendum eam, & ad libandum ei libamina?* Quaſi dicerent: Laici reprehenduntur cupiditatis, ſed ipſi reſpondent. Nonne viri noſtri Prælati, qui deberent nos regere, & exemplum

Ieremia. 44. E. Cupidi quire prehenduntur de cupiditate quid reſpondent. Pœna cupidorum.

plum vitæ nobis esse, ita sunt cupidi, vt nos. Sequitur pœna. *Ecce iuravi ego in nomine meo magno, ait Dominus: Consumentur omnes viri Iudæ, qui sunt in Ægypto gladio, & fame.* Gladio, id est, afflictione pœnarum: Fame, id est, defectione omnium bonorum: hoc est, in damnatione perpetua, in quem interitum demergi declaratur, si genera hominum attendantur.

Ieremia. 44. F.

188 Quinque sunt genera hominum cupidorum. Vsurarij: Mercatores: Advocati: Medici: Sacerdotes. Vsurarij semper desiderant, quod homines incidant in egestatem, vt mutua ab eis recipere compellantur. Mercatores caristiam, vt panem absconditum,& cęteras merces repositas melius, hoc est, carius possint vèndere. Advocati desiderant discordias, quoniam si pax esset nihil lucrarentur. Et huius intentionis sunt etian scutiferi, dicentes, & rascentes, O! si guerra esset, indigerent nobis Domini, & darent nobis de pecunijs, atque aliorum bona iuxta libitum deprædaremur, & de villanis grossis nos vindicaremus.

De quinque generibus hominum cupidorum. Vsurarij. Mercatores. Advocati.

189 Medici varias desiderant infirmitates hominum, vt ab hominibus Domini vocentur, & Rabbi, ac enxenijs, & muneribus plurimisque precibus, & supplicationibus attrahantur; iudicantes infirmitates graves, vt pecunias multas hoc colore valeant extorquere. Idem de Chirurgicis, quia quasi idem genus est. Sacerdotes mercenarij desiderant hominum mortes, sive mortalitates, vt oblationes accrescant, marsupia impleant, à porta inferi, cum requiem ęternam, venerentur. Ecce quod mala desiderant, vt nummos acquirant. Si autem quęris, qui istorum peiores sunt? Estimo, quod, qui peius desiderant, omnibus alijs peiores dicantur. Ergo videtur quod Sacerdotes, qui mortem desiderant, omnibus alijs sint peiores.

Medici.

Chirurgici. Sacerdotes.

190 Quinque morbos generat cupiditas, qui his versibus significantur.

Obligat, affligit, ininstat,
Scandala tendit,
Crimina quęque parit,
Luctum necat,
Efficit hostem,
Os mutum reddit.
Paradisi limina claudit

Quinque morbos generat cupiditas. ℣.

Vndè in Psalm. 19. B. *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: Nos autem surreximus, & erecti sumus.* Iob. 18. B. *Misit in rete pedes suos, & in maculis ambulat.* Gregorius. *Qui in maculis retis ambulat, gressus suos ambulando implicat.* Similitèr, qui magis divitias acquirit, tanto magis se involvit. Gregorius. *Has compedes onerat quisquis præter necessaria accumulat.* Affligit Ecclesiastes. 4. B. *Considerans reperi, & aliam vanitatem sub Sole: vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius divitijs, nec recogitat dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? Et in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima.* Magis etiam, vt dicitur, afligitur cupidus in amissione, quam gavisus fuerit in acquisitione. Vndè Ecclesiastes. 5. C. *Est alia vanitas, quam vidi sub Sole: divitiæ conservatæ in malum domini sui: pereunt enim in afflictione pessima.*

Psalm. 19. B. Iob. 18. B. Gregor. exp. mor. Iob. lib. 14. cap. 4. Gregorius.

Ecclesiastes. 4. B.

Cupidus magis affligitur in amissione, &c. Ecclesiastes. 5. C.

Dives divitias non congregat absque labore.
Non tenet absque metu,
Non finit absque dolore.
Ecce quanta afflictio.

Divitiæ cum labore acquiruntur, &c. ℣.

191 Quidam cum deberet mori, vasa aurea, & argentea sibi apportari fecit, quę cum amplecteretur, ait: Heu mihi! Quis vos poterit relinquere? His dictis spiravit. Ininstat. Psalm. 121. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi.* Et vt dico super hunc versum in mea Glossa morali Psalmorum. *Amor rerum terrenarum, viscus est spiritualium pœnarum.* Quoniam vt dicitur in Genes. 12. B. Vallis illustris mundus iste plenus est retinaculis cupiditatis. Scandala, sive offendicula tendit. Iob. 18. B. *Abscondita est pedica in terra eius.* Gregorius. *In terra pedica absconditur, cum culpa sub terrenis commodis occultatur.* Quoniam in divitijs cupiditas, in dignitatibus vanitas, &c. Crimina quæque parit. Prima ad Timoth. 6. B. *Cupiditas est radix omnium malorum.*

Exemplum de cupido.

Psalm. 121. ☞

Genes. 12. B.

Iob. 18. B. Gregorius. moral. Iob. lib. 14. cap. 6. Cupiditas. Vanitas. 1. Ad Timoth. 6. B.

192 Quidam ex cupiditate commit-

Cupidi quanta mala committunt.

mittunt vſuras; alij furta; alij homicidia, alij periuria, alij ſimoniam, &c. Luctum necat ſpirituale. Vndè Cain interfecit Abel, poſſeſsio luctum, quoniam Cain poſſeſsio, Abel luctus interpretatur. Cor enim plenum divitijs, non recipit fumum devotionis, quo lachryma generatur. Efficit hoſtem, ſcilicèt, Dei. Iacobi. 4. B. *Amicus huius mundi, inimicus Dei conſtitutus eſt.* Quoniam nemo poteſt iuxta verbum Domini, ſeruire Deo, & Mammonæ. Auguſtinus. *Domine, volui per cupiditatem meam poſsidere mendacium*, id eſt, divitias, & addit: *Non te amittere, qui dedignaris cum mendacio poſsideri.* Pater cum dat filio nummum, & poſtea dicit: Fili, da mihi nummum, & dabo tibi tunicam, ſtultus eſſet filius, niſi nummum daret. Sic Deus dat nobis nummum, vt pauperi tribuamus, quem ſi dederimus, dat nobis tunicam glorię.

Cain interpretatur poſſeſsio.

Abel luctus.

Iacobus. 4. B. Matth. 6. C. Auguſtinus.

Eleemoſyna eſt tribuenda.

193 O quam infelix, qui patri ſuo, qui ei omnia dedit, non vult dare ouulum: Talis hoſtis Dei merito efficitur. Sicut quanto quis plura ligna apponit igni, tanto plus ardet, ſic cor cupidi, quanto plures divitiæ opponuntur, tanto plus accenditur. Ignis enim nunquam dicit, ſufficit, ſic cor cupidi non contentatur. Os mutum reddit, id eſt, Deum non orat, quia Deum ſuum habet, ſcilicèt, Mammona, nummus enim Deus ſuus eſt. Pſalm. 113. B. *Simulachra Gentium argentum, & aurum.* Iſaia. 57. C. *Viam manus tuæ inueniſti, propter quod Deum non rogaſti.* Quaſi diceret; quia inueniſti divitias, quas deſideraſti, Deum rogare noluiſti. Gregorius. *Qui fœlicitatem in terris invenit, Auctorem, qui eam tribuit, non requirit.* Paradiſi limina claudit. Matth. 19. C. Quam difficile eſt divitem intrare in Regnum Dei. Quam difficile eſt confidentem in divitijs intrare in Regnum Dei, quia *Facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in Regnum Cœlorum.* Divitem, id eſt pecunias diligentem.

Cupidus cõparatur igni.

Cupiditas Deum non orat.

Pſalm. 113. B.

Iſaia. 57. C.

Gregorius.

Cupiditas paradiſi limina claudit.

Matth. 19. C.

Quod difficile eſt divitem intrare in RegnumDei.

194 Inter alios morbos, quos cupiditas generat, mirabilis morbus eſt; quod quanto quis plures habet divitias, tanto magis auarus ſitit, & cupit, quod non contingit in alijs deſiderijs. Luxurioſus de facili ſedatur, guloſus in tantum comedit, quod ſatiatur. Ideò dicit Hieronymus: *Quid eorum corde infeliciùs, quibus ex abundantia inopia naſcitur, & in futuro generat pœnas æternas.* Vndè *Dives ſepultus eſt in infernum.* Luca. 16. F. Auguſtinus. *Pauper nil habet in terra, dives nil habet in Cęlo.* Dives, id eſt, diligens divitias.

Cupidus quanto plus habet, &c.

Hieronymus.

Luca 16. F. Auguſtinus.

195 Item, auaritia facit regulas in clauſtro; conſtitutiones in foro, leges in conſortijs. In clauſtro autem currit hæc regula, ſcilicèt, Monachus nil poteſt dare, ſed omnia recipere. Auaro numquam deeſt cauſa negandi. Unde Seneca; ab Arttiganoc Cynicus petit talentum: Reſpondit: Maius eſt, quam amicus petere deberet: Repulſus petit denarium, reſpondit, minus eſt, quam quod Regem dare deceret. Turpiſſima huius cavilatio invenit, quomodo neutrum daret. In denario Regem, in talento amicum cinicum reſpexit, cum poſſet denarium cinico, talentumque dare tamquam Rex.

Auaritia, quos morbos generat.

196 Pectus, & brachia habet argentea, qui quidquid cogitat, quidquid operatur, ad gloriam mundi, & nitorem ſęculi refert. De quibus, Oſſeæ. 12. A. *Ephraim paſcit ventum, ſequitur æſtum, tota die mendacium & vaſtitatem multiplicat, & fœdus cum Aſſyrijs inijt, oleum in Ægyptum ferebat.* Ephraim dicitur fructificans; quia quilibet deberet fructificare Deo; ſed quia ſeruit mundo, paſcit ventum, quod dupliciter poteſt intelligi, id eſt, reficitur à vento vanæ gloriæ. Undè populus reficitur glorioſus in vanis verbis hominum, quam in ſumptione ciborum. Quidam per diem ſine fatigatione, & fame cauſas audivit: Quærebatur ab eo, quare non comederet? Et ait: Tantum paſcor de cauſis, quæ veniunt de vniverſis partibus mundi, quod non eſurio. Uel paſcit ventum, quia quidquid facit vanus, aſportat ventus.

De vanagloria. Oſſeæ. 12. A. Ephraim interpretatur fructificans.

Exemplum de auaro.

197 Sequitur: *Æſtum* cordis, quia quidquid cor deſiderat, ſecundum poſſe ſuum adimplet: *Tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicat.*

Qui

Qui enim ad favorem mundi laborat, alios ad mendacium inducit. Laborat enim, vt dicant homines, ipſum eſſe beatum, largum, valentem, & eſt avariſsimus, & infeliciſsimus; quia aufert corpus, & animam Deo, & totum dat mundo, & Diabolo. Item, omnem ſubſtantiam ipſius devaſtat mundus, ſubſtantiam glorię, ſubſtantiam animæ, ſubſtantiam pecuniæ. *Oleum*, ſcilicèt, adulationis *in Ægyptum ferebat.* Quia omnibus verbis, & operibus mundo adulatur, vt mundus ſibi laudes recompenſet.

Vana gloria.

198 Sed quatuor debent iuſtum à vana gloria retrahere; quia gloria mundi eſt fallax, brevis, difficilis, & gehennæ generativa. Quod ſit fallax probat Pſalm. 32. D. *Fallax equus ad ſalutem*, id eſt, ad gloriam mundi; quia mundus, qui beatum te dicit, ipſe te fallit. Undè Iſaia. 3. C. *Qui beatum te dicunt, ipſi te decipiunt.* Narratur, quod quidam Papa, quem laborantem in extremis, Romani vertebant ſuper paleam, vt culcitram aſportarent, ait: O gloria mundi, gloria mundi quantos decepiſti! Item, Iſaia. 36. B. *Ecce confidens ſuper baculum arundineum confractum iſtum, ſuper Ægyptum, cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam arundo.* Manuſque quanto altior, tanto fragilior; ſic mundus. Item, arundo eſt exterius lucida, interius vana. Sic mundus videtur extra ſpecioſus in veſtibus, in facie, ſed intus omni pulchritudine, & ſoliditate eſt vacuus. Item, arundo ad quemlibet ventum eſt mobilis, ſic mundus in proſperitate gaudet, in adverſitate dolet. Sicut arundo eſt nodoſa, ſic mundus ſcrupulis, curis, & anxietatibus plenus.

Pſalm. 32. D.

Iſaia. 3. C. Exemplum.

Iſai. 36. B.

Manus quãto altior, &c. Quod mundus aſsimilatur arundini.

199 Item, quod gloria mundi ſit brevis, patet, primo libro Machab. 2. G. *A verbis viri potentis ne timueritis; quia gloria eius ſtercus, & vermis eſt.* Quid fœtidius ſtercore? Quid vilius verme? Sequitur: *Hodie extollitur & cras non invenietur.* Eccleſiaſt. 10. B. *Omnis potentatus brevis vita. Rex hodie eſt, cras non erit.* Gloria mundi eſt quaſi tonitruum, quod cum adeſt quaſi totum mundum conturbat, ſed ſatis cito evaneſcit. Veſica, ſi tres continet fabas, magnum facit ſtrepitum, cum verò acu pungitur, efficitur burſa viliſsima, quæ ovulũ non valet. Sic Comes, Epiſcopus, Rex incedit cum magno ſtrepitu, ſed cum acu mortis pungitur, quædam burſa, ſive ſaccus viliſsimus plena, ſive plenus vermibus efficitur.

1. Machab. 2. G.

Eccleſiaſt. 10. B. Gloria mundi.

200 Cum mortuus fuerit Imperator, & cadaver ad forum portetur, nullus daret pro tali burſa, ſive corio, nec vnum ovulum, præter Monachos, vel Fratres, non ad aliud, niſi vt terram ſub terra ſepeliant, & oblationes recipiant. Iacobi. 4. D. *Quid enim eſt vita noſtra? vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* In libro Sapientiæ. 5. A. *Tranſierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuncius percurrens, & tanquam navis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, aut tamquam avis, quæ tranſvolat aera, aut tamquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum, diviſus aer continuo in ſe recluſus eſt, vt ignoretur tranſitus illius: Sic & nos nati continuo deſivimus eſſe, & virtutis quidem ſignum nullum valemus oſtendere, in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Talia dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt: Quoniam ſpes impij, tamquam Lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tamquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tamquam fumus, qui à vento diſuſſus eſt, & tamquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis.*

Iacobi. 4. D. Sapientia. 5. A.

201 Item, gloria mundi eſt difficilis ad obtinendum. Quidam quidquid habent, pro vana gloria expendunt, verumtamèn tenaces iudicantur. Alij vellent videri boni Magiſtri, boni Advocati, boni milites, verumtamèn dominium nullum acquirunt, vt dicit Gregorius. *Cor ad mundum recurrit, & mundus cor repellit.* Vis eſſe optimus Advocatus? Forſitàm non habes ſtipendia vndè ſuſtenteris, non memoriam, vt retineas, non eloquentiã, vt perores. Item, vis tibi acquirere nomen militiæ? Forſitam non potes; quia robore privatus es; portare arma non vales; artem pugnandi ignoras. Vis etiam tibi amorem acquirere feminarum? Forſitàm non poteris; quia pulcher non es, ſenex, aut pauper es.

Gregorius.

202 Si autem in prædictis, aut ſimilibus natus es, quod laudatus es in vna civitate, attende quod quam plures civitates ignorant nomen tuum, nec apud eas, aut earum aliquam alicuius valoris eſſes. Aperi ergo oculos tuos, & labora, vt acquiras gloriam, quæ ſe tibi vltimo offert: Non fugit, immò ſi accedis ad eam, approximat, & ipſa tibi: Facilius enim gloriam Dei Cœli, quam gloriam mundi acquirere poteris; quia quantumcumque turpis, quantumcumque impotens fueris, non repelleris; immò ſi volueris ipſum Deum acquirere poteris. Unde Auguſtinus in quodam ſermone ait: *Non enim gravis, aut difficilis eſt, quem habere potuit, etiam crucifixus Latro.* Eccè quod latro nullius membri habuit libertatem, niſi linguę, & tamèn inde Cœleſte Regnum acquiſivit.

Gloria Cœleſtis.

Auguſtinus.

203 Item, gloria mundi gehennam generat. Undè in Apocalipſi. 18. C. *Quantum ſe glorificavit homo, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum.* Item, Oſſeæ. 8. B. *In aranearum telas erit vitulus Samariæ; quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent.* Samaria interpretatur cuſtodia. Vitulus igitur Samariæ eſt lætitia, & vanitas Prælatorum, qui alios cuſtodire debent. Iſte vitulus erit in aranearum telas; quia ſicut tela araneæ a modico vento tollitur, & diſsipatur; ita vanitas mundi. Sequitur: *Quia ventum ſeminabunt.* Quidquid enim cogitant, quidquid operantur, totum eſt, vt ventus, ſcilicèt, vt ventum, id eſt laudes hominum acquirant, ſed inde metent turbinem, qui tanquam plumam leviſsimam rapiet eos ad gehennam, de quo Zacharia. 9. D. *Exibit vt fulgur iaculum eius, & Dominus in tuba canet, & vadet in turbine Auſtri.*

Apocal. 18. C.

Oſſeæ. 8. B.

Samvria interpretatur cuſtodia.

Vitulus Samarię.

Zachariæ. 9. D.

204 Dominus enim rapiet impios, & longè proijciet, ſicut turbo Auſtri facit de pulvere. Nahum. 1. A. *In tempeſtate, & turbine vię eius, & nebulæ*, ſcilicèt, impij, *pulvis pedum eius.* Item Matth. 11. C. *Et tu Capharnaum, numquid vſque in Cœlum exaltaberis? vſque in infernum deſcendes.* Capharnaum dicitur villa pinguedinis, & ſignat illos, qui donis naturalibus, divitijs, & delitijs tantum impinguantur, quod in vanam gloriam extolluntur, ſed in infernum deprimuntur.

Nahum. 1. A.

Matth. 11. C.

Capharnaum dicitur villa pinguedinis, & ſignat, &c.

205 Per ventrem æreum, & fœmora ſtatuę, intelliguntur guloſi. De ære fiunt cacabi, & patellæ, in quibus carnes, & piſces decoquuntur. Illi guloſi ventrem habent eneum, qui ad hoc principaliter laborant, vt de ventre ſuo cacabum, & patellam faciant. De his dicitur ad Philipenſes. 3. D. *Quorum Deus venter eſt, quorum finis interitus*, vt dicit Pagaſius. *Quid tibi ſumma boni eſt vncta vixiſſe patella ſemper, & aſſiduè curata cuticula Sole?* Ezechiel. 4. A. *Poſuit ſartaginem inter ſe, & civitatem Ieruſalem, ne videat eam.* Ieruſalem, dicitur viſio pacis, & ſignificat fideles, qui ad hoc ſunt, vt pacem videant; ſed in tantum inſpiciunt in ſcutellam, in terram comeſationi, & ebrietati intendunt, quod ſartaginem, quæ ventris eorum eſt medium, ponunt inter ſe, & Deum: Ita quod oculo miſericordię illos non reſpicit, nec ab obſidione dæmonum protegit. Hæc fuit quidem cauſa, quare civitas fuit deſtructa, & dives, qui epulabatur quotidie ſplendide torquetur in igne gehennæ.

De ventris ingluviæ.

Philipenſes. 3. D.

Pagaſius.

Ezechiel. 4. A.

Ieruſalem dicitur viſio pacis.

206 Tibias ferreas habent luxurioſi; quia ſicut ferrum omnia metalla obdomat, ſic luxuria ferreas mentes emollit. Quis ſanctior Petro, ſapientior Salomone, fortior Sanſone, quis melior David Rege? & tamen hos omnes femina decepit, & effeminavit, ſive emollivit. Unde verſus.

Adam, Sanſonem, Petrum,
Davidque Salomonem,
Femina decepit:
Quis modo tutus erit?

Ad Hebræos. 13. A. *Fornicatores, & adulteros iudicavit Deus*, id eſt, condemnabit. Qui adulterium facit, ſeptem mortalia committit. Primum eſt adulterium, quia ad alterius torum tendit, ſive accedit. Secundum eſt furtum; quia contractat rem alienam invito domino; quia vxorem alienam. Tertio committit ſacrilegium: Quia violat Sacramentum, ſcilicèt, Sacramenti Matrimonij

De luxuria vel de ſeptem malis.

Luxuria ferreas mentes emollit.

Hebræos. 13. A.

NOTA.

Luxuria ſeptem mortalia committit.

Quæ-

Quartum; quia frangit votum, quod promiſit in Baptiſmo; quia abrenunciavit Sathanæ, & omnibus pompis eius, & per malum actum, ſive conſenſum revertitur ad Diaboli ſervitium, tamquam canis ad vomitum. Quintum; quia frangit fidem, ſi eſt coniugatus, vel cauſa propinqua fractionis ipſius fidei, ſi ipſe non, ſed ipſa eſt coniugata. Sextum, & ſeptimum eſt duplex homicidium; quia interficit animam ſuam, & animam illius, cum qua adulteratur.

De fragilitate, & miſeria carnis.

207 Pedes partim ferrei, & partim fictiles, ſunt fundamenta, in quibus homo conſiſtit, ſcilicèt, anima, & corpus. Anima ſignificatur per partem ferream, & corpus per fictilem. Anima enim eſt ſtabilis, caro fictilis, & fragilis non habet ſtabile fundamentum; quia fundatur ſuper figmentum. Cogita, miſer homo, quod caro eſt labilis ad culpam, paſsibilis ad pœnam, habilis ad miſeriam, obligata eſt enim ad hoc. Fragilitas, & figmentum carnis meritò dicitur fictilis, quaſi olla, quę toties ad aquam portatur, quod penitus confringitur.

Anima, & corpus.

Anima eſt ſtabilis, caro fictilis.

208 Iſte eſt ſaccus, quem quotidiè reparamus, ſive reſarcimus, ſicut vetula, quæ toties reparat ſaccum ſuum, donec vlterius ſervi, ſeu reſarciri non poſsit. Ruſticus etiam toties reparat calceamenta, donec ex toto deficiant, & tunc proijciuntur in ſterquilinium: Ita, & nos cibis, & potibus, balneis, & veſtibus varijs, & diverſis medicinis, ſaccum carnis noſtræ reparamus, donec vetuſtate attritum, & vlterius irreparabilem mittimus in foveam, vt penitus putreſcat. Quidam autem ita diligunt hunc ſaccum, quod quidquid habere poſſunt intus mittunt, & tamen quidquid mittunt totum perdunt, vt auceps, qui congregavit ficedulas, & miſit eas in ſaccum ruptum, & quando quæſivit illas, nihil aliud invenit niſi ſtercus fœtidum.

Corpus noſtrum eſt ſaccus ruptus.

209 Vere corpus noſtrum eſt ſaccus ruptus, ſive percuſſus; quia quidquid in illum pretioſum mittimus, non ita invenitur, ſed vile, & invtile ſtercus fœtidiſſimum emittitur. Si dixerimus corpori in morte, veni mecum, ſubſtine partem Purgatorij; quia veſtivi te, cibavi te, nutrivi te, & in diverſa peccata duxiſti me, reſpondebit illud, quod ſcribitur. Lucæ. 14. D. *Vxorem duxi*, id eſt, terram mihi maritavi. *Rogo te habe me excuſatum.* In Eccleſiaſtico. 7. D. *In omnibus operibus tuis memorare noviſsima tua, & in æternum non peccabis.* Item in eodem. 10. B. *Quid ſuperbis terra, & cinis.* Terra in ortu, cinis in morte. Gregorius. *Qualia ſunt corpora: talia teſtantur ſepulchra.*

Lucæ. 14. D.

Eccleſiaſticus 7. D.

Eccleſiaſticus 10. B. Gregorius.

210 Pavo pennas ſuas in altum erigit, & ex pulchritudine earum ſuperbit: ſed poſt reſpiciens pedes ſuos turpes, nudos, & nodoſos quantum prius in pulchritudine fuerat lætatus, tanto poſt triſtatur de deformitate pedum, & humiliatur. Sic miſer homo, quando reſpicit pulchras manus, pulchras veſtes, pulchras divitias, &c. Exhilareſcit, & ſuperbit, ſed attendat, & diligenter reſpiciat pedes fictiles, & finem miſerum, & miſerabilem, qualitèr caro eius modico panno involvetur, & ſic conſuta, & ex vtraque parte ligata, vermibus proijcietur: In terra quaſi venenum abſcondetur, vt non ſentiatur, nec videatur. Si ita reſpicit, & contuetur; merito tunc triſtabitur, & humiliabitur, & ſic memorando, & ſemper in memoria habendo noviſsima ſua non peccabit in æternum.

Memoria mortis præſens habeatur.

211 Idem dicit: *In domo pulveris vos conſpergite.* Quaſi diceret: O vos, qui pulverem vos intelligitis, reſpergite vos pulvere humilitatis. Sequitur. *Lapis abſciſſus de monte ſine manibus percuſsit ſtatuam, & comminuit teſtam ferream, & æs, argentum, & aurum, & redacta eſt ſtatua in favillam.* Lapis autem, qui percuſsit ſtatuam, factus eſt mons magnus, & replevit vniveſam terram: Quoniam omnis terra adoret te Deus. Lapis iſte abſciſſus ſine manibus, Chriſtus eſt, natus de Virgine ſine opere humano, de quo dicit David in Pſalm. 117. C. *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes; hic factus eſt in caput anguli.*

Gregorius.

Daniel. 2. G. De lapide abſciſſo de monte ſine manibus.

Lapis abſciſsus ſine manibus eſt Chriſtus.

Pſalm. 117. C.

Chriſtus percutit tribus modis.

212 Iſte lapis percutit tribus modis, contritione, morte, æterna damnatione. Contritione percutit, quando impium per pœnitentiam conteri facit: Et hæc eſt ſalubris, & optima percuſsio, ſicut percuſſus Iob vltimo. A. ait: *Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te*: Idcircò *ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla, & cinere.* Gregorius. *In favilla, & cinere pœnitentiam agere, eſt contemplata Divina Eſſentia, nihil aliud, quam favillam, & cinerem ſe eſſe cognoſcere.* Et ſic ſtatua in favillam reducitur. Qui ſic percutitur, qui ſic conteritur, qui ſic comminuitur, in die Domini ſicut aurum puriſsimum, immo ſicut ſplendor firmamenti reſplendebit. Qui hanc percuſsionem non receperit, lapis iſte percutiet eum in morte. Secundo, cùm animam dividet à corpore, corpus tradit vermibus. Tertio iterum percutiet æterna damnatione, quando dicet: *Ite maledicti*, ſive *diſcedite à me in ignem æternum*, &c. Matth. 25. D. Et tunc tamquam vas figuli confringet eos.

Iob. vltimo. A. 42. A.

Gregor. mor. ſup. Iob. lib. 35. cap. 2.

213 Ita ſuper quem ceciderit lapis iſte confringetur: Ergo ad imitationem ſponſi habeas caput, quod ſit aurum optimum. Aurum optimum ſponſi eſt ſapientia. Aurum optimum iuſti eſt pœnitentia, ſive dolor de peccatis. Vndè, aurum terræ Hevilath optimum eſt. *Geneſ. 2. B.* Hevilath interpretatur dolens, optima enim ſapientia eſt dolere de peccatis. Si Deum, ſi Regem Cœlorum amiſiſti, hoc auro poteris recuperare. Acquire igitur tibi hoc aurum, de quo in Apocal. 3. D. *Dicis quia dives ſum, locuples ſum, & nullius egeo, & neſcis quòd tu miſer, & miſerabilis, pauper, & cæcus, & nudus es*: *Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris, vt non appareat confuſio tua.* Alitèr, *Nuditatis tuæ, & collyrio invnge oculos tuos, vt videas*: *Ego, quos amo, arguo, & caſtigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age*: *Eccè ego ſto ad oſtium, & pulſo.*

De auro pœnitentiæ. Aurum optimum. Sapientia. Pœnitentia. Dolor de peccatis. Geneſ. 2. B. Hevilath interpretatur dolens. Sapientia optima. Apocal. 3. D.

214 Plerique credunt ſe eſſe felices; quia habent divitias, vndè certè ſibi gehennam comparant, ex quo in malos vſus expendunt. Sed miſer eſt, & miſerabilis impius; quia homo Diaboli, ſervus peccati, filius perditionis. Pauper etiam eſt; quia nec vnicam bucellam habet, vnde animam ſuam reficiat. Omnia enim, quæ fiunt in mortali mortua ſunt. Item eſt; quia non intelligit Cœleſtia; quia maculam, id eſt, terrena habet in oculo. Item, nudus; quia caret veſtimentis virtutum. Contra paupertatem, ergo eme tibi aurum Hevilath. Contra cæcitatem, vnge oculos tuos collyrio. Optimum eſt collyrium. *Tobiæ. 2. C.* Collyrium Chriſti de ſputo, & luto. Contra nuditatem acquire veſtimenta virtutum, vt in die Domini dives videaris, & bene veſtitus valeas apparere.

Pauper quis ſit.

Opera, quæ fiunt in mortali, mortua ſunt.

Tobiæ. 2. C.

VERS. XII.

OCVLI EIVS SICVT COLUMBÆ ſuper rivulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſsima.

215 DESCRIPTIS capite, & coma, tranſit ad oculos. Quidam oculos conſervant. Alij amittunt, & nunquam recuperant. Alij vero amittunt, ſed miraculosè recuperant. Oculos conſervant, qui & bonis operibus inſiſtentes, Deum ſemper præ oculis habent. In quorum figura legitur in 1. Reg. 11. A. Rex Naas afflixit viros Jabes, qui dixerunt: *Habeto nos fœderatos, & ſerviemus tibi*: *Et reſpondit ad eos Naas Ammonites*: *In hoc feriam vobiſcum fœdus, vt eruam omnium veſtrum oculos dexteros, ponamque vos opprobrium in vniverſo Iſrael.* Naas interpretatur ſerpens, & ſignat colubrum antiquum, qui tale pactum facere nititur nobiſcum, vt oculi noſtri dexteri, quibus debemus Cœleſtia contemplari, auferantur.

De cæcitate multiplici.

1. Reg. 11. A.

Naas interpretatur ſerpens.

216 Clerici plerique hoc pactum libenter recipiunt, ſcilicèt, dexterum oculum auferri permittunt, & conſervant ſiniſtrum, & ita Cœleſtia non vident, ſed terrena perſpicaciſsimè contemplantur: Sedent enim in plateis tranſeuntes iu-

Clerici, qui cæcantur à terrenis.

iudicare, mulieres concupiſcere, cibos, & ſalſas diſcernere, redditus computare, divitias augere, & ſimilia terrena efficacitèr tractare, ſed ignorant penitus cœleſtia meditari, miſteria Theologiæ inquirere, divinis intendere. Ecce quod iſti oculum ſiniſtrum habent clarum, ſed dexterum penitus extinctum: Vnde monoculi dicuntur, quod eſt opprobrium in Iſrael, id eſt, inter viros videntes Deum. Magnum eſt enim opprobrium, quod Fratres; Monachi, Clerici ignorantes cœleſtia, ſciunt tractare terrena.

Clerici, qui monoculi dicuntur.

217 Sed Saul Rex liberavit filios Jabes. Saul interpretatur petitio, & ſignat orationem, qua neceſſaria poſtulantur. Oratio enim iuſti ab incurſibus Dęmonum, & tentationibus nos protegit, & eripit oculos mentis, & cætera bona conſervat. Undè orat iuſtus: *Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte.* Pſalm. 12. B. Samſon per Dalilam oculos amiſit, & nunquam recuperavit. Sedecias ductus eſt à Nabuchodonoſor in Reblatha, & exoculatus eſt, & nunquam recuperavit oculos. Reblatha interpretatur multa, & ſignat multitudinem curarum, in quibus exoculatur homo interior. Sic plerique ducuntur ad dignitates, & officia, & propter multitudinem curarum temporalium amittunt contemplationem cęleſtium, & contemplationi terrenarum intendunt, & ſic cum aliquod officium aſſumunt, præ multitudine curarum excęcantur.

Saul interpretatur petitio.

Oratio iuſti.

Pſal. 12. B.

De his, qui oculos amittunt, & nũquam recuperant.

4. Regum. 25. B. Et Ierem. 39. B.

Rebblatha interpretatur multa.

218 Nabuzardan duxit Sedeciam in Babyloniam, & dedit ei potum laxativum, & coram Babylonijs convivantibus laxatus eſt, & in carcere detruſus, & mortuus eſt. Sic, qui à lumine excęcatur, in Babyloniam, id eſt, confuſionem peccatorum ducitur, & Diabolus dat ei potum laxativum, quando dat alicui incendium vitiorum, & tunc coram Dæmonibus laxatur, ſive luxuriatur, incarceratur, & moritur. Cum quis enim de fornicatione ad comeſationem, & ebrietatem deducitur, ad diverſa vitia per potionem Diabolicam laxatur, & poſt in infernum incarceratur, & moritur. Multos videmus huiuſmodi excęcatos, ſed quia non eſt egreſſus privationis ad habitum, nullum niſi miraculosè legimus illuminatum.

Curorum multitudo excęcat.

219 De ſex modis illuminationis legimus. Tobias illuminatus eſt felle piſcino. Duo cæci, tactu ſalutifero. Alius cæcus ſolo verbo. Cæcus natus, ſputo cum luto. Paulus ab Anania iuſto. Angelus Laodiciæ collyrio. Videamus de ſingulis. Tobias fatigatus proiecit ſe ad parietem, & dormivit; calida ſtercora hirundinis ceciderunt in oculos eius, & cęcus factus eſt. *Tobias. 2. B.* Stercora hirundinum ſunt poſſeſsiones temporales, quę calidæ ſunt ab effectu; quia ad maiorem ardorem cupidum accendunt: Hirundo, quæ citò volat, ſignat proſperitates mundi, quæ citò prætereunt. Undè in libro ſapientię. 5. A. *Tranſierunt omnia illa tamquam vmbra; & tamquam ſpuma gracilis, quæ à vento ſpargitur, & tamquam avis, quæ tranſvolat in aere, & per hoc nullum invenitur argumentum itineris illius.* Sic eſt de fœlicitate mundana, vbi eſt poteſtas. Auguſtinus. *Qui totum mundum habuit probitatem Alexandri, divitias Creſi, totum eſt exſufflatum.*

De his, qui miraculosè recuperant oculos, vel de ſex modis illuminandi, quibus inveniuntur cęci illuminati in Sacra Scriptura.

Tobias. 2. B.

Cæcitas Tobię.

Poſſeſsiones temporales ſunt ſtercora.

Hirundo ſignat proſperitatem mundi

Sapientia. 5. A.

Auguſtinus.

220 Per piſcem in aquis intelligimus dulcedinem in divitijs, quæ multos devorat; quia divites habent bona prandia, veſtes; & huiuſmodi: Talis dulcedo multos devorat; ſed exentera piſcem, & invenies fel. Diſcute quid eſt in divitijs, & invenies triplicem amaritudinem, amaritudinem pœnæ temporalis; quia divitiæ cum magno labore acquiruntur, cum timore poſſidentur, cum magno dolore amittuntur. Vnde verſus.

Dives divitias non congregat abſque labore.
Non tenet abſque metu.
Non deſinit abſque dolore.

Item amaritudinem culpę mortalis; quia cum mendacijs, & periurijs, vſuris, & fraudibus multiplicantur. Amaritudinem pœnæ gehenalis. Vndè *Mortuus eſt dives, & ſepultus eſt in infernum.* Luca. 16. F. Iſto felle nil amarius. Hoc triplici felle oculos vnge, & viſum recuperabis, & quaſi è membrana ovi de oculis egredietur. Hæc membrana nil aliud

Piſcis in aquis ſignat dulcedinem in divitijs.

Divitiæ triplicem amaritudinem habent.

Divitiæ cum labore acquiruntur, &c.

V.

Luca. 16. F.

est, quod obscuritas, sive nubes mentis, quoniam *Tenebræ erant super faciem abyssi*, id est, obscuritas super profundum cor cupidi.

Cæcitas duorum hominum. Matth. 20. D.

221 Duos cæcos illuminavit Dominus Iesvs solo tactu. *Matth. 20. D.* Duo cæci clamaverunt ad Iesum dicentes: *Domine miserere nostri, fili David: Turba autem increpabat eos, vt tacerent, at illi magis clamabant: Miserere nostri, fili David.* Turba hæc sunt Dæmones, pravę cogitationes, voluptates præteritę, quæ semper clamant, & increpant peccatores, vt peccata taceant; quia semper à bono retrahere nituntur. Sed peccatores magis debent clamare, vt exaudiantur. Vndè ait: *Illi magis clamabant. Stetit Iesvs ad voces eorum, & ait: Quid vultis, vt faciam vobis? Dicunt illi, Domine, vt aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesvs, tetigit oculos, & confestim viderunt.* Oculos Dominus Iesus tangit, quando radijs suę lucis conscientiam illustrat. Tunc habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis.

Turba sunt Dæmones. Voluptates præteritæ sunt pravæ cogitationes.

Luca. 18. F.

222 Alium cæcum illuminavit solo verbo, de quo Luca. 18. F. *Factum est cum appropinquaret Iesvs Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogavit, quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod Iesvs Nazarenus transiret. Et clamavit dicens: Iesv Fili David miserere mei. Et qui præibant, increpabant, eum, vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili David miserere mei. Stans autem Iesvs iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogavit eum dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. Et dixit Iesvs: Respice, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit.* Eccè quod solo verbo illuminatus est. Sic plerique cæci accedunt ad sermonem, & solo verbo illuminantur, & sequentes Iesum, magnificant eum.

Cæci qui solo verbo Dei illuminantur.

Per sputum. Per lutum.

223 Cæcum natum illuminavit luto mixto cum sputo. Per sputum, quod descendit de cerebro, intelligimus verbum de Cœlo, per lutum carnem. Sputum commixtum luto, est verbum commixtum carni. Hac fide est mortale genus illuminatum. Caro nostra est lutum, &

Caro nostra est lutum.

cum hoc illuminatus est Paulus ab Anania. Paulus fuit *Beniamin Lupus rapax.* Vt legitur in Genes. 49. D. Ananias interpretatur ovis, quoniam per mansuetudinem ovis mansuescit Lupus, qui cęcos solebat homines devorare, factus est mittis, & mansuetus.

Ananias interpretatur ovis.

224 Angelum Laodiciæ illuminavit collyrio. Angelus Laodiciæ est Prælatus Ecclesiæ, qui quandoquidem est cæcus, & tamen reputat se videntem; quia multis præfertur in divitijs, & delitijs augmentatur, vt legitur in Apocal. 3. D. *Dicis, quod dives sum, & locupletatus sum, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Pauper ab operibus, cæcus à doctrina, nudus à virtutibus. Sequitur. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, ne appareat nuditas tua, & collyrio inunge oculos tuos, vt videas.* Eme aurum sapientiæ à Christo; cui arcam cordis applica, & implebis eam, vestimentis virtutum induas contra nuditatem. Collyrio pœnitentiæ inunge oculos columbinos, vt laqueos Diaboli possis devitare, & ad Regnum Cœlorum cum alis virtutum transvolare.

Angelus Laodiciæ.

Apocal. 3. D

VERS. XIII.

GENÆ EIVS SICVT AREOLÆ aromatum consitæ à pigmentarijs.

225 GEnæ sunt Prælati, qui assimilantur areolis aromatum; quia debent abundare seminibus virtutum consiti pigmentarijs, id est, valati sanctorum exemplis; vt à Petro sumant Fidei firmitatem: A Nicolao temperantiam: A Martino humilitatem: Ab Augustino discretionem; & à Catharina Virginitatem. Hieronymus. *In Salomone sapientia; in David bonitas; in Iob patientia; in Daniele cognitio futurorum; in Petro fides; in Finees, & Paulo zelus: in Ioanne virginitas, & C.* Cum autem finis omnium advenerit, tunc omnia in omnibus erit Deus; singuli sanctorum omnes virtutes habebunt. Et sic Christ,

De Prælatis comparatis genis: Vel quod Prælati debent abundare seminibus, & herbis omnium bonorũ operum. Hieronym.

Virtutes omnes erunt in omnibus sanctis in fine.

Christus est in cunctis optimus pigmentarius.

226 Unde in Ecclesiastico. 49. A. *Memoria Iosiæ in compositionem odoris facta est opus pigmentarij; in omnium ore quasi mel, & dulzorabitur vt musica in convivio vini.* Sicut enim vel zucariũ in omni xerupo apponitur; sic Christus in ōni confectione animæ apponatur. Si de humilitate, virginitate, largitate, charitate, pacientia, & cæteris electuarijs animæ loqueris, semper Christus apponatur: Nullus humiliot Christo, nullus castior, nullus largior. Hæc est memoria Christi in compositione odoris: Diversi diversos delectabiliter commemorant: De diversis carmina dicunt. Virgilius de Enea. Stracius de Achile. Alij de Liaralo. Alij de Artulo.

227 Sed dicit Hieronymus: *Christum nostra pagella decantet, illum cunctæ litteræ sonent; quem corpore non valemus, recordatione teneamus; cum quo loqui non possumus, de eo loqui numquam desinamus.* Sed vnum possumus dicere, quod scriptum est in Ioele. 1. D. *Computruerunt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ: Quoniam confussum est triticum.* Prælati qui deberent esse iumenta, id est, adiuvamenta Laycorum, & peccata eorum portare; iam in stercore iniquitatis suæ computrescunt: Demolita sunt horrea tritici, verbi Dei continentia in tantum sunt demolita, quod in eis Bubones nidificant. Qui deberent esse apothecæ diversarum specierum, & pigmentorum, quibus animæ reficiuntur, in tantum sunt dissipatæ, quod nil aromaticum, nil dulce in eis reperitur.

Ecclesiasticus. 46. A.

Christus semper apponatur in omnibus.

Hieronym.

Ioel. 1. D.

LABIA EIUS DISTILLANTIA myrrham primam.

228 LAbia sponsi, scilicet, Prælati prædicant, vt amaritudo in præsenti sustineatur, in hac vita, vt æterna dulcedo reperiatur in Patria. Hæc sunt labia sponsi, quæ distillant myrrham primam, vt in futuro dulcissimam habeamus, sive gustemus gloriam. Dixit Rex Hiram Salomoni, vt legitur in 2. Paralipomenon. 2. D. *Nos cædemus ligna de Libano, quæ necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppem; & tuum erit transmeare ea in Hierusalem.* Salomon Christus est, qui de lignis Libani, id est, de peccatoribus mundi vult ædificare templum in cœlesti Ierusalem. Item, Hiram Prælatus est, qui debet ea scindere de Libano, id est, separare ab amore mundano mediante securi, sive gladio verbi Dei. Libanus enim candidatio interpretatur; & debet applicare sive transducere per mare, id est, per amaritudinem pœnitentiæ in Ioppem.

De Labijs sponsi; vel quod debemus gustare amaritudinem, vt æternam percipiamus dulcedinem.

2. Paralipome. 2. D.

Salomõ Christus est.

Rex Hiram est Prælatus.

Libanus interpretatur candidatio.

230 Ioppe interpretatur pulchra: In Ioppem, id est, in pulchritudinem iustitiæ; & hoc in ratibus, id est, in plenitudine omnium virtutum. Sed Dei est, nos transferre in Ierusalem, id est, in visione pacis supernæ. Greg. *Vita nostra ad tempus amarescat in pœnitentia, ne æternam amaritudinem sentiamus in vindicta.* 2. ad Corinthios. 4. D. *Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*: Quasi diceret; modica amaritudo in præsenti vita, tantum pondus dulcedinis operabitur in futura, quod vnusquisque nostrum admirabimur.

Ioppe interpretatur pulchra.

Greg.

NOTA.

2. ad Corinth. 4. D.

231 Aliquis gratanter sumit amaram medicinam, quæ per horam amaricat, vt per totum annum sit sanus. Sic & nos præparvulam stillam myrrhæ sumamus, vt æternam dulcedinem sentiamus. Ex quo tam mundus, quàm Diabolus stillant impijs modicum mundialis, vt postea bibant totam amaritudinem tellis infernalis. Vnde Ioannes. 2. B. *Omnis homo primo bonum vinum ponit* in mensa, scilicet, delitias temporales; *& cum inebriati fuerint, id quod deterius est*, scilicet, fœces gehennales. In Parabolis. 5. A. *Labia meretricis mel distillant; novissima autem illius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps*: Quia mel sive dulcedo mundialis generat amaritudinem pœnitentiæ in præsenti, vel gehennæ in futuro. Prover. 20. C. *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.* Item Prover. 13. B. *Substantia festinata minuetur: Quæ autem paulatim*

Ioannes. 2. B.

Prov. 5. A.

Mel, sive dulcedo mundialis.

Prov. 20. C.

NOTA.

Prov. 13. B.

tim colligitur manu, multiplicabitur.

Dilectores delitiarum.

232 Similes ſunt dilectores præſentium delitiarum pueris, qui comedunt vvas acerbas, ſive acras, priuſquam ſint maturæ, quorum poſtea dentes obſtupeſcunt. Ita impij, qui præſentes delectantur delitias deguſtare, taliter dentibus obſtupeſcent, quod cibaria ſuaviſsima Paradiſi numquam poterunt mandere. Item, ſimiles ſunt laborantibus febre acuta, qui vinum ardentiſsimè deſiderant, & cum biberint incidunt in freneſim, & moriuntur. Ita impij in præſenti ardentiſsimè deſiderant vinum Dæmoniorum, & cum biberint, à ſenſu alienantur taliter, quod nec confiteri, nec pœniteri poſſunt, ſed ſic in peccatis moriuntur. Item, ſimiles ſunt ruſtico, qui à domino ſuo invitatus ad nobiliſsimum prandium, ſitiens de aqua putrida in fovea, ſive lacunari bibit, licet ſocius ſuaſerit, quod vſque ad prandium abſtineret à vili aqua, & ſitim ſufferret, & noluit, & ita venter eius intumuit, quod cum ad menſam venit comedere non potuit, ſed quidquid accepit totum evomuit.

233 Sic miſeri, immo miſerrimi, qui nolunt expectare glorioſiſsimum prandium Cœli, comeſationibus, ebrietatibus, fornicationibus, cæteriſque putredinibus aquæ delitiarum laci maris huius mundi implentur, & in die Domini nihil de eius convivio guſtabunt, & quod turpiter biberunt, turpius coram toto mundo reijcient. Sed dicet aliquis, quare non gratanter accipiemus temporalia bona? Quia ad hoc creata ſunt, & nobis tradita vt eis vtamur. Pſal. 8. B. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. & C.* Cibaria enim creata ſunt vt eis vtamur, multiplicantur divitiæ, vt eas poſsideamus. Quid igitur tu tàm impudenter loqueris vt conceſſa à Deo, tu audeas prohibere? Certè, ſi bene inſpiciaris, potius videris blaſphemare, quam aliquid vtilitatis proferre.

Cupidi ſeu avari qua ratione bona tẽporalia gratanter accipiunt.

Pſalm. 8. B.

Bona temporalia quomodo poſsidere debeamus.

234 Reſpondeo: Verum eſt, frater, quod Dominus omnia ſubiecit ſub pedibus noſtris, oves, & boves, & C. vt eis vtamur licite ad vſum noſtrum, & ad laudem eius, qui tribuit nobis; non autem illicitè, & indebite, vt deſiderium noſtrum, & amorem in eis ponamus, qui principaliter debet eſſe in Deo; vnde inter præcepta diuina, primum præceptum eſt de dilectione Dei ſuper omnia, immo etiam ſupra nos ipſos: Quia diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua: Itaque, corde, ore, & opere. Igitur qui plus diligit terrena, ſive temporalia, quam Deum, iſte tranſgreſſor eſt legis, & indebite agit; quia creaturam ſuo præponit Creatori, & ſic etiam efficitur Idolatra adorando Deos alienos; quia rem, quam plus, quam Deum amat, Deum ſibi conſtituit, & illud adorat Idolum, ex quo amorem ſuum principaliter in creatura conſtituit, & Creatori Deo non obedit, nec diligit.

Dilectio Dei qualis debet eſſe.

235 Vis audire quomodo non diligit Deum? Lege quid ſcriptum eſt. Ioannes. 14. C. *Si quis diligit me;* dixit Ieſus diſcipulis ſuis; *ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Sequitur: *Qui non diligit me, ſermones meos non ſervat.* Et ſic talis nec diligit Deum, nec diligitur à Deo, nec ipſe eſt in Deo, nec Deus in eo. Itèm, quod non obedire ſit idolatrare, vide in Decretis. 81. Di. *Si qui ſunt Presbyteri.* Vndè igitur frater tu inveniſti fore licitum prẹterire prẹceptum divinum, niſi quod vt patet amatorem non Dei, ſed mundi te eſſe decreviſti, & his, quos Diabolus, caro, & mundus per temporales delitias deceptos, & illectos, ad inferni clauſtra pertrahunt æternalitèr, felle amaritudinis infernalis ſatiandos, aſſenſum tuum tribuiſti?

Ioannes. 14. C

Inobedientia contra Deum eſt idolatria.

236 Depone igitur, rogo, dementiam, ſive amentiam, & pallium exue falſæ excuſationis, & vtamur bonis temporalibus debito modo ad vſum, & ſuſtentationem noſtri itineris, non autem ad delectationem, & deſiderium carnis, habentes ſemper præ oculis cordis delitias ſempiternas, quas præparavit Deus diligentibus ſe, quę ſunt, quę nec auris audivit, nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcendit. Vndè Beatus Gregorius ait: *Sint res temporales in vſu, æterna in deſiderio.* Sic temporalia in iti-

Bona temporalia quomodo debeamus poſsidere.

Greg.

itinere deſiderentur, æterna in prę-
ventione prævideantur. Idem. *Ipſa*
Greg. *quæ honeſte in mundo agimus, quaſi*
ex quodam mentis latere tangamus
æterna: Quæ licet noſtro corpori
ſerviant, quatenus cordi minime
Greg. obſiſtant. Idem *Non vos voluptas*
carnis, non ſolicitudo curioſitatis,
non æſtus ambitionis à dominica cœna
præpediant.

Prov.20.C. 237 In Prov. 20. C. *Malum eſt,*
malum eſt, dicit omnis emptor. Cum
autem rem emerit, gloriabitur. Nos
ſumus emptores Regni Cœlorum;
Emptio Regni Cœlorum quomodo debeat eſſe. qui enim pro tali emptione malum
patienter ſuſtinuerit, poſtea in cœ-
lo gaudebit. Venit largiſsimus mer-
cator, exponit optimum equum pro
vno denario, ciphum aureum pro
vna faba, optimam civitatem pro
calice aquæ frigidæ, & pro vna bo-
na voluntate, melius forum facit,
quam de pomis, & cepis. Sed cum
oportet ieiunare, vigilare, aſperi-
tates ſuſtinere; dicunt; malum eſt,
malum eſt, ſed cum de mundo re-
ceſſerit, & præmium receperit, glo-
riabitur.

VERS. XIV.

MANUS EIUS TORNATILES, aureæ, plenæ hyacinthis.

De multiplici manu. 238 MAnus ſunt tornatiles
per velocitatem,
quia omne rotun-
dum, volubile: Aureæ, per chari-
tatem: Plenæ hyacinthis, per cœ-
leſtis præmij conſiderationem. Tor-
natiles contra ſegnitiam: Quoniam
inter omnia membra hominis, nul-
lum membrum ita habile ad trahen-
dum, & implendum, & tenendum,
& dimittendum, & diverſa officia
exercendum, ſicut manus. Aureæ,
contra avaritiam, vt per largitatem
alijs reſplendeant. Plenæ hyacinthis,
vt operentur pro cœleſtibus, con-
tra vanitatem in terrenis: Hyacin-
thus enim colorem cœleſtem præ-
tendit.

De multiplici lepra. 239 Eſt autem multiplex ma-
nus: Manus leproſa: Manus pilo-
ſa: Manus ſanguinolenta: Manus
Exod.4.B. tornatilis. In *Exodo.* 4. *B.* Legitur,
quod ex præcepto Domini Moyſes
miſit manum in ſinum, & extraxit
eam leproſam. Manus in ſinum mit-
tatur, vt Diabolus, qui intus latet,
quaſi ſerpens in caverna cognoſca-
tur. Iſaia. 11. B. *Super foramine aſ-*
pidis, & in caverna reguli, qui ab-
lactatus eſt, manum ſuam mittet. In *Iſaia.11.B.*
ſinu, vel in caliga quandoquidem
latet vermis, nec cognoſcitur, niſi
manu extrahatur. Sic plerique ha-
bent Diabolum in ſinu cordis per
culpam, nec cognoſcunt, niſi dili-
genter per diſcretionem atten-
dant.

240 Moyſes protulit manum
leproſam, ſic cum aliquis bene ſcru-
tatur ſinum cordis ſui, & conſcien-
tiam, invenit ſe pollutum lepra pec-
cati, cum tamen crederet ſe mun-
dum. Iterum Moyſes manum mi-
ſit in ſinum, & cum extraxiſſet, ap-
paruit manus ſimilis carni reliquæ.
Quid eſt hoc, niſi quod te ipſum
debes iterum diſcutere de operibus,
& cogitationibus iudicare, & ſic
per frequentem diſcuſsionem mun-
daberis; quoniam vt ait Apoſtolus *1.ad Corinth.*
ad Corinth. prima 11.G. *Si nos met-* *11.G.*
ipſos iudicaremus, non vtique iudi-
caremur. Item, manum habent le-
proſam, qui operam habent immun-
dam.

Lepra eſt multiplex. 241 Eſt autem multiplex lepra:
In capillis; in capite; in cute; in
veſte; in domo. Lepra in capillis eſt
peccatum in cogitationibus. Lepra
in capite eſt error in Divina maieſ-
tate: Hanc lepram habent Hæretici.
Lepra in cute, peccatum in mani-
feſtatione. Lepra in domo, pecca-
tum in congregatione: Quoniam ſi
in magna congregatione, nec vnus
poteſt cum bona conſcientia ad Eu-
chariſtiam accedere; talis domus
eſt leproſa.

Acta.20.G. Proprietas in regularibus quantum noceat. 242 Iam videmus, quod in
Canonicis ſæcularibus viget volup-
tas; in Regularibus proprietas;
in Monachis nigris guloſitas; in al-
bis cupiditas; in Reglaribus tenaci-
tas; in Hoſpitalarijs ſuperbia, &
vanitas. Iſtis filiabus Diaboli ſe ma-
ritaverunt prædicti: Quapropter
ſimiles ſolent dicere, ſe numquam
poſſe dare, beneque recipere. Cum
tamē Dominus dixerit: *Beatius eſt ma-*
gis dare, quam accipere. Quod beatior
eſt excluſerunt; quod cupidior eſt
retinuerunt.

Me-

244 Melius eſſet eis per plana incedere, quam in altùm tendentes, in imum corruere. Ex quo enim vivunt ſic, & quod per abre nunciationem evomuerunt, reaſſumunt. Melius eſſet eis, & melius poſſent in ſæculo permanentes ſalvari, quam viam religionis intrantes, cum modico proprio ſe ipſos perdere, & damnare. Tales ſignantur per Rachelem, quæ abſcondit Idola patris ſui Labam ſub ſtramento cameli, & ſedit deſuper; & cum intraret, ſeu veniret Labam vt quæreret idola, ait illa. *Ne iraſcatur Dominus meus, quia coram te aſſurgere nequeo; quia iuxta conſuetudinem feminarum nunc mihi accidit. Geneſ.* 31. *E.* Et ita eſt de eis: Menſtruum patiuntur, quia proprium retinent.

Monachi, ſive Religioſi proprietarij ſignantur per Rachelem.

Geneſ. 31. *E.*

245 Sed attende, quid dixerit Iacob ad Labam ante quam ſcrutaretur Idola: *Apud quemcumque* (ait) *inveneris Deos tuos, necetur coram fratribus ſuis.* Proprietas enim coram fratribus deberet condemnari, & in anima interfici, vt vitium in ipſo moreretur. Vnde de Achor legitur, in *Ioſue.* 7. *D.* quod lapidatus eſt, quia tulit de Anathema Iericho. Sic clauſtralis, qui detinet pecuniam, vel munuſcula de mundo, quem abrenunciando, & anathematizando condemnavit; deberet coram, & à fratribus dùris increpationibus lapidari.

Proprietas condemnari debet in publico; vel puniri. Ioſue. 7. *D.*

246 Unde etiam legitur in actibus Apoſtolorum 5. A. quod Petrus interfecit Ananiam, & Saphiram, quia retinuerunt ſibi de pretio, quo vendiderant agrum, & reſiduum ad pedes Apoſtolorum poſuerunt, ſive proiecerunt; & eis mortuis, factus eſt timor magnus in vniverſa Eccleſia. Sed quid eſt, quod nunc non timent in Religione plures proprium retinere? Quia nunc iam non necantur coram fratribus, non lapidantur, non arguuntur, non increpantur, immo laudantur: Cum tamen proculdubio pro vno ovulo, ſi vt proprio retinent, mortem animæ incurrunt.

Actu. 5. *A.*

Proprietatem committere quare iam nõ timetur.

247 Dicitur quod Dæmones accuſaverunt Martinum, eo quod inventus fuit ovulus, quem cum alijs non diſtribuerat. Item in *Geneſ.* 35. *A.* Legitur quod ait Iacob. *Abijcite Deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mutate veſtimenta, & aſcendamus in Bethel*; quod interpretatur domus Dei, ſcilicet, in cœleſtem Ieruſalem. *Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant: At ille infodit eos ſubter terebinthum.* Terebinthus eſt Crux Chriſti, cuius reſina eſt ſalutifera. Sub terebinthum Idola abſcondit, qui amore Crufixi proprium, & omnia peccata relinquit.

Exemplum.

Geneſ. 35. *A.*

Bethel interpretatur Domus Dei.

Quod amore Ieſu Chriſti omnia peccata ſunt abijcienda.

Terebintus eſt Crux Chriſti.

248 De hac terebintho in Eccleſiaſtico 24. C. *Ego quaſi terebinthus expandi ramos meos.* Sic Chriſtus in Cruce tibias, brachia, & caput, vt totum mundum obumbraret, à Diabolo, & ab æſtu ſuarum ignitarum tentationum, ſive ſuggeſtionum. Hæc autem eſt lex lepræ in domo, quod ſi tota fuerit leproſa, tota debet deſtrui; Si particulariter, tunc lapides leproſi debent deijci; & ſi iterum lepra inventa fuerit, tota eſt deſtruenda. Lapides leproſi ſunt Monachi, proprietate, vel alio mortali detenti: Si hi fuerint incorrigibiles, debent expelli: Secundum quod dicitur in Prov. 22. B. *Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium.* Et ſicut leproſus non poteſt curari: Ita Monachus impius, niſi magna virtus creatoris culpam dimittat.

Eccleſiaſtic. 24. C.

Lapides leproſi ſunt Monachi.

Prov. 22. *B.*

249 Manum habent pilloſam, quorum dextera repleta eſt muneribus: Quoniam per pillos, qui ſunt ſuperfluitates, divitias mundiales intelligimus. Iob 15. D. *Ignis deſtruet tabernacula eorum qui libenter accipiunt munera.* Item. *Geneſ.* 27. C. dixit Iſaac ad Iacob: *Vox quidem, vox Iacob eſt: Sed manus, manus ſunt Eſau.* Manus autem Eſau habent, qui male operantur: Vocem habent Iacob, qui bene loquuntur.

De manu pilloſa.

Iob. 15. *D.*

Genſ. 27. C.

Manus Eſau.

Vox Iacob.

250 Manus habent ſanguinolentas, qui talia peccata, & exactiones extorquent: Debiles affligunt: Sanguinem effundunt, & bona eorum rapiunt. Iſaia. 1. D. *Cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam: Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Manum habent aridam, qui omnia retinent, & nihil alijs lar-

De manibus ſanguinolẽtis.

Iſaia. 1. *D.*

Manus arida

largiuntur. De his ſupra, cap. 2. num. 150. Manus lenes habent manſueti, qui nulli læſionem inferunt, ſuaviter minores tractant.

Manus lenes.

250 Manus habent tornatiles, qui proni ſunt ad omne opus bonum. Talis fuit Paulus, qui ait, vt legitur in Actibus Apoſtolorum 9. A. *Domine, quid me vis facere?* Talis fuit Iſaias, qui ait: 6.C. *Ecce ego, mitte me.* De hoc dicit Ambroſius: *Voluntarium organum, vberiori ſpiritus Sancti gratia Chriſtus implevit.* Talis dicit cum David *Pſal. 56. B. & 107. A. Paratum cor meum Deus:* Ad bene meditandum: Paratum; id eſt, apertum ad bene loquendum: Tornatiles ſunt manus ad bene operandum. Bernard. *Monſtruoſa res eſt, gradus ſummus, & animus infirmus: Sedes prima, & vita imma: Lingua maniloqua, & manus otioſa: Sermo multus, & fructus nullus: Vultus gravis, & actus levis.*

De manu tornatili.

Acta. 9. A. Iſaia. 6. C. Ambroſius.

Pſal. 56. B. & 107. A.

Bernard. in lib. 2. de Conſid. in medio.

VENTER EIUS EBURNEUS, diſtinctus ſaphiris.

251 EST venter carnalis, & eſt venter ſpiritualis. De carnali, in 1. *ad Corinth. 6. C. Eſca ventri, & venter eſcis: Dominus autem hunc, & has deſtruet.* Hieronymus: *Venter, & genitalia ſibimet ſunt vicina, vt ex vicinitate membrorum intelligatur conſideratio vitiorum.* Idem: *Ventrem diſtentum cibo, & vini potionibus irrigatum, voluptas genitalium ſequitur; pro membrorum ordine, ordo vitiorum eſt.* Idem: *Venter mero æſtuans, de facili ſpumat in libidinem:* Circa hoc, verſus:

De ventre carnali, & ſpirituali. 1. ad Corinth. 6. C. Hieronym.

Ventre ſaginato,
Veneris ſuſpirat ad vſum:
Carnis amica caro,
Carnea membra petens.

Contra hæc duo vitia fœderata, debet eſſe venter eburneus per caſtitatem.

252 Elephans enim; de quo ebur; animal caſtum eſt. Item, debet eſſe diſtinctus ſaphiris contra ingurgitationem: Saphirus enim cœleſtem colorem prætendit: In quo notandum, quod laborandum eſt, non vt cibis ventrem, ſed vt cœleſtibus mentem impleamus: Vt dicas ventri; non ſaciaberis, donec apparuerit gloria Dei. Credo, quod iuſtus numquam comedit ad ſaturitatem; ſed ad ſuſtentationem. Venter dicitur cor hominis; quia ſicut venter recipit cibum corporalem; ita cor hominis cibum ſpiritualem. Maior eſt venter iſte, quam venter carneus; quia venter carneus ſedatur, & cibis paucis repletur: Sed cor nec toto mundo poſſet repleri: Omnia poteſt capere, ſed numquam niſi ſolo cœleſti cibo repleri. Hunc ventrem dolet Dominus; dolet prælatus, quando populus vergit in interitum.

Elephans animal caſtum eſt.

Saphirus cœleſtem colorem prætendit.

Venter dicitur cor hominis.

Cor non toto mundo repletur: Sed ſolo cœleſti cibo ſatiatur.

253 Vnde Ieremia 4. E. *Ventrem meum doleo.* Cauſam doloris ſubiungit dicens: *Quia ſtultus populus me non cognovit: Filij inſipientes ſunt, & vecordes: Sapientes ſunt vt faciant mala, bona autem facere neſciunt.* Simile in Geneſ. 6. A. *Videns Deus, quod multa militia hominum eſſet in terra, tactus dolore cordis intrinſecus ait: Delebo hominem, quem creavi, à facie terræ.* Vnde Iſaia. 1. F. *Heu vindicabor*, ſubdit; *de inimicis meis*: Quaſi diceret, doleo, quod debeo me vindicare; nam piger, ad pœnas; præceps, ad præmia malorum.

Ieremia. 4. E.

Geneſ. 6. A.

Iſaia. 1. F.

254 Venter Chriſti, dicitur congregatio fidelium. Et ſicut cibus malus ventrem affligit; ita perverſus congregationem fidelium. Et tunc poteſt dicere Dominus: Ventrem meum doleo. Et in Apocal. 3. C. *Vtinam eſſes calidus, aut frigidus: Sed quia tepidus es, incipiam te evomere ab ore meo.* Calidus eſt charitate fervidus: Frigidus eſt infidelis: Tepidus, piger Chriſtianus, qui plus nocet, quam infidelis. Sicut cibus malus quando eſt in ventre plus nocet, quam extra; ſic impius Chriſtianus, qui eſt in ventre, id eſt, in Eccleſia, plus nocet quam infidelis, qui eſt extra. Et quo evomet Dominus impium ab ore ſuo? Certe, in os Diaboli.

Venter Chriſti dicitur congregatio fidelium. Apocal. 3. C.

Calidus eſt & C.

Frigidus eſt & C.

Tepidus es & C.

255 Hoc contigit, quando Monachus exit a religione: Impius à charitate: Quoniam vt dicitur in Iob 40. C. *Abſorbebit fluvium, &*

Iob. 40. C.

non

Bucella Diaboli.

non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius ; id eſt, quod omnes baptizati efficiantur bucellam Diaboli ; ſed ſpes eius fruſtrabitur. Multi enim Reges, multi Epiſcopi ; multi mercatores, ſunt bucella Diaboli. Et quid facit de eis? Tranſmittit in ventrem ſuum, id eſt, in impiorum congregationem. Et tunc ſic portat eos Diabolus in ventre , donec gerat, & proijciat eos in ſterquilinium inferni. Quicumque in mortali detinetur, in ventre Diaboli portatur.

Peccator in mortali detentus.

Oratio remedium eſt contra peccatum.

Iona. 2.A.

256 Supremum eſt remedium; quod imitetur Ionam , de quo legitur in Iona. 2. A. *Oravit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis ; clamavi de tribulatione mea ad Dominum , & exaudivit me.* Et cum oraſſet , *præcepit Dominus , & dixit piſci ; & evomuit Ionam in aridam.* Ecce virtus orationis ; quod ſi fuerit in ventre Diaboli , & Deum oraverit ; præcipiet Dominus Diabolo , quod evomat in aridam , id eſt, in congregationem iuſtorum ab humore luxuriæ defœcatam.

Venter Eccleſiæ dicitur Prælatus.

Iſaia. 16. D.

257 Venter Eccleſiæ dicitur Prælatus , qui debet iuſtos ſibi , & Eccleſiæ incorporare. Iſaia. 16. D. *Venter meus ad Moab , quaſi cithara ſonabit , & viſcera mea ad muros cocti lateris.* Cithara David furorem Saulis mitigavit , & Dæmonium , à quo vexabatur , fugavit. Hæc eſt prædicatio , quæ diverſis modulationibus , cum comitationibus , & promiſsionibus , iras , rixas, & vexationes Dæmonum tollit , & ſedat.

Cithara David eſt prædicatio.

Moab interpretatur ex patre.

Moab interpretatur ex Patre , & ſignat impios ; quia qui opera facit Diaboli , filius eius efficitur. Ad huiuſmodi viros debet Prælatus, ſicut cithara ſonare , dulciter reprehendere. Unde Apoſtolus ad Galatas. 6. A. *Inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis* : Et hoc ad murum cocti lateris ; id eſt , ad gloriam carnis; Quoniam caro non eſt niſi quidam murus cocti lateris. Later iſte fuit coctus in vtero matris fragilis , & debilis.

Prælatus ſicut cithara debet ſonare.

Galatas. 6. A.

Caro eſt murus cocti lateris.

De confeſsione contritione , & ſatisfactione.

Iſaia. 16. D.

258 Sequitur in Iſaia. *In tribus annis quaſi anni mercenarij auferetur gloria Moab.* Iſti tres anni , quibus debent , quaſi mercenarius pro mercede vitæ æternæ ſervire , ſunt contritio ; confeſsio ; ſatisfactio. His tribus auferetur gloria Moab, quæ in divitijs , & delitijs conſiſtit. Unde Iudith. 13. A. *Filia Merari tulit conopeum , & caput Holofernis ſcidit , & truncum evertit.* Iudith interpretatur confeſsio, quę eſt filia Merari , quæ dicitur amaritudo. Confeſsio enim debet eſſe filia amarę contritionis. Conopeum erat reticulum muſcarum , in quo ſolebat Holofernes ſedere , ne muſcæ ei nocerent , & erat contextum ex ſerico, & auro , & lapidibus pretioſis.

Gloria moab.

Iudith. 13. A.

Iudit interpretatur confeſsio: Merari dicitur amaritudo.

Confeſsio debet eſſe amaræ contritionis.

Conopeum erat reticuli muſcarum.

Math. 6. C.

259 Hæc ſunt tria , quæ per prædicta tria conſumantur ; vt legitur in Math. 6. C. *Nolite theſaurizare vobis in terra , vbi ærugo , & tinea demolitur , & fures effodiunt , & furantur.* Quia veſtes per tineam , metallum per æruginem , lapides pretioſi per fures tolluntur. In his tribus conſiſtit divitiarum felicitas. Hæc prohibent ne muſcæ ; id eſt, ſolicitudines , & curæ , cupido noceant ; licet enim divitiæ ſint punctionibus plenæ ; tamen amor lucri, & gloria earum faciunt punctiones non ſentire. Divites igitur has muſcas non ſentiunt ; quia in conopeo ſedent ; nam vt dicit ; Iob 30. C. *Eſſe ſub ſentibus delicias computabat.* Caput Holofernis, eſt gloria mundi. Ad hoc enim laborat glorioſus , vt caput & Dominus præ cæteris appareat.

Divitiæ punctionibus ſunt plenę.

Iob. 30. A.

Caput Holofernis eſt gloria mundi.

260 Truncum Holofernis evertunt , qui finalem miſeriam , & impotentiam attendunt. Vnde Holofernes interpretatur infirmitas diſceſsionis: Quia in diſceſsione infirmitas apparet, bonitatis mũdanæ, vt dicit Gregorius. *Qualia enim ſunt corpora, oſtendũt ſepulchra.* Unde Aug. *Quãdo mors venerit, dic mihi quanta manebit in corpore pulchritudo? Tunc recognoſces , quod vanum eſt , quod ante inaniter diligebas.* Cum videris totum corpus intumeſcere , & in fœtorem converſum; vbi, quæſo, erunt tunc vanitas , & ſuavitas , luxuriæ, conviviorum , opulentiæ? Ubi blanda verba , quæ corda auditorum moliebant? Vbi ſermones dulces, qui amaritudinem amantibus infundebant? Vbi immoderatus riſus , & iocus turpis? Ubi eſt effrenata , & inutilis lætitia? Iſte

Quod in morte voluptas, vanitas finiũtur.

Holofernes interpretatur infirmitas diſceſsionis.

Greg. Auguſt.

Finis pulchritudinis carnis

261 Iſte eſt finis pulchritudinis carnis, & oblectationis. Quoniam vt dicitur in Proverb. 31. D. *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo.* Quidam Abbas evertit truncum cuiuſdam comitiſſæ mortuæ, de qua grandis fœtor exibat; quæ dum vixerat, ſua pulchritudine multos infatuaverat: Et quaſi irridens Abbas, dixit militibus circumſtantibus. Eia, milites, Vos proprij accedite, & fœtorem ſentite iſtius, cum qua delitias conſueviſtis ducere; quia nobis non convenit. Militum quidam abominationem ſentientes, pœnitentiam egerunt. Multarum autem facies mulierum ita ſunt plenæ vermibus in ſepulchro, quod nec etiam canes vllo modo inde comedere vellent.

Prov. 31. D.

Exemplum de pulchritudine carnis in morte.

262 Quidam habens patrem eloquentiſsimum cauſidicum, qui cum eſſet ſepultus, extumulavit eum, vt linguam eius inſpiceret, & inveniens bufonem magnum linguam eius corrodentem ait. Heu, pater mi; quam potens fuit hæc lingua nudius quartus, & quam viliter nunc à verme corroditur! Confeſsio ergo aufert conopeum, id eſt, peccatum cupiditatis, quia in divitijs conſiſtit caput Holofernis, & gloriam, id eſt, mundi truncum evertere, eſt per conſiderationem finis delitias carnis auferre.

Exemplum.

263 In mane autem, de conſilio Iudith, poſtquam mortuus fuit Holofernes, egreſsi ſunt de Bethulia, & dixerunt Aſſyrij: *Egreſsi ſunt mures de cavernis*: Et Vagio Eunuchus cum intraret tabernaculum Holofernis, vt excitaret eum, vt vidit truncum iacere ſine capite, exclamavit dicens: *Vna mulier Hebræa confuſsionem fecit in domo Nabuchodonoſor.* Hæc enim mulier eſt confeſsio: Licet non incongrue de beata virgine poſſet exponi. Confeſsio ergo, quæ eſt filia amaritudinis magnam confuſsionem facit in domo Diaboli, quando aufert ei vnum peccatorem, ſicut magnum gaudium facit in curia Regis Angelorum; vnde in Luc. 15. C. *Gaudium eſt in Cœlo Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* & C. Benedicta ſit talis mulier.

Iudith. 14. A. C. & pertotum.

Confeſsio quàm tam confuſsionem facit in inferno.

Luc. 15. C.

264 O quam glorioſa eſt confeſsio, quæ tantam confuſsionem facit in inferno, & tantum gaudium in Cœlo! Filij autem Iſrael inſecuti ſunt Aſſyrios, & percuſerunt eos vſque ad extremum finium ſuorum. Ecce tres anni, in quibus auferetur gloria Moab. Per Merari, datur intelligi amara contritio: Per Iudith, vera confeſsio: Per hoc, quod Filij Iſrael percuſſerunt Aſſyrios, intelligitur operis ſatisfactio: Quoniam cum bonis operibus, de finibus noſtris, id eſt, de corde, & opere, & anima fugamus Aſſyrios, id eſt, Dæmones, ſive peccata.

VERS. XV.

CRURA EIVS COLVMNÆ marmoreæ, quæ ſunt fundatæ ſuper baſes aureas.

Quod Prelati debent fundari ſuper ſcientiam Sanctorum, & martyrum.

Crura ſunt Prædicatores; & columnę marmoreæ.

265 CRura ſunt Prædicatores, qui Chriſtum portant: Columnæ, quia Eccleſiam ſuſtinent: Marmoreæ, propter fortitudinem, caſtitatem, frigiditatem. Fundatæ ſuper baſes aureas; ſcilicet, ſuper doctrinam Prophetarum, & Apoſtolorum. Unde Apoſtolus ad Epheſios. 2. D. *Iam non eſtis hoſpites, & advenæ: Sed eſtis cives ſanctorum, & domeſtici Dei: Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum.* Scientia igitur neceſſaria eſt Prælatis: Secundum quod dicitur in libro Sapientiæ. 6. D. *Diligite lumen ſapientiæ omnes, qui præeſtis populis.*

Epheſios. 2. D.

Scientia neceſſaria eſt Prælatis.

Sapient. 6. D.

266 Tranſcendebant in partem ſacerdotalem pectuſculum elevationis; armus ſeparationis; linguam cum faucibus. Per pectuſculum elevationis ſignificatur ſcientia excelſior alijs. Armus ſeparationis ſignificat ſanctam vitam a vulgari vita ſeparatam; quia in vigilijs, in orationibus, in eleemoſynis plus ſubditis debent intereſſe, vt dicit Simachus Papa: *Vilis enim computandus eſt, niſi præcellat ſcientia, & ſanctitate, quæ eſt honore*

Pectuſculum elevationis.

Armus ſeparationis.

Simachus Papa.

Lingua cum faucibus. *Scientia ſive eloquentia.* *Eloquentia ſive ſapientia.* *Ieremia. 1.B.*

De triplici A. A Triplex.

Exod.3.C.

Exod.4.C.

De mitra Epiſcopali.

A. eſt triangulum. *Scientia Theologica.*

Alegoricus ſenſus. *Anagogicus ſenſus.*

Deut.32.D.

Vita bona in tribus conſiſtit.

1.Petri. 5.B.

Luc.6.D.

Ad Rom.6.B.

Peccatum regnat in corpore, &c.

Eloquentia conſiſtit in tribus.

De Grammatica.

Hieronym.

1.adCorinth. 13.D.

præſtantior. Lingua enim cum faucibus, ſignificat eloquentiam. Scientia, ſive eloquentia eſt remigium in manu Prælati. Eloquentia enim, ſive ſapiētia, gladius in manu furioſi.

267 Ieremia. 1. B. quando Dominus voluit mittere eum ad prædicandum, triplex propoſuit impedimentum, dicens: *AAA. Domine Deus: Ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.* Triplex, A. pro triplici defectu: A. quia indignus ſum vita. A. quia inſufficiens ſum ſcientia. A. quia impotens ſum eloquentia; quia puer ſum quoad ſcientiam, & vitam. Item, Moyſes, quando Dominus voluit eum mittere, vt educeret filios Iſrael de Ægypto ait. Exodus. 3. C. *Quis ego ſum, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſrael de Ægipto?* Quaſi diceret; nec habeo ſcientiam, nec vitam, vt talia aggrediar. Item, in eodem Exodo. 4. C. *Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudiuſtertius.* Ecce excuſatio propter eloquentiam. Hæc tria ſignificantur in Mitra Epiſcopali.

268 Duo cornua ſignificant ſcientiam Veteris, & Novi Teſtamenti, quibus tanquam duobus cornibus debent Epiſcopi Hæreticos, & aereas poteſtates debellare per linguæ eloquentiam. Per ramos autem, qui deſcendunt ſuper humeros, vita Epiſcopalis deſignatur, ſcilicet, vt quod Prælatus loquitur de Scripturis ſanctis, totis humeris impleat. Item, A. eſt triangulum; quia quodlibet iſtorum in tribus conſiſtit: Scientia Theologica conſiſtit in his tribus ſenſibus; ſcilicet; ſenſu hiſtorico, ſive hiſtoriali: Alegorico: Anagogico; vt ſcientiam ſciat literaliter, alegorice, & anagogice exponere.

269 Alegoria eſt quando fit ſermo de ſponſo, & ſponſa. Anagogicus ſermo eſt, quando fit mentio de ſupra cœleſti curia: Ibi debet cognoſcere præſentia, præterita, & futura. Vnde Moyſes: Deuter. 32. D. *Utinam ſaperent*; ſcilicet, præſentia, *& intelligerent*, præterita, *ac noviſſima providerent.* Det nobis Deus de præteritis indulgentiam; de præſentibus abſtinentiam; de futuris cautellam. Præterita nil ſunt; præſentia cito tranſeunt; futura permanebunt. Caveamus, ne pro præſentibus, & præteritis furata mala incurramus, & æterna bona perdamus.

270 Item, bona vita in tribus conſiſtit, vt habeant humilitatem quoad Deum; largitatem quoad proximum; caſtitatem quoad ſeipſum. De humilitate ait Apoſtolus Petrus in prima. 5. B. *Humiliamini ſub omnipotenti manu Dei, vt vos exaltet in die viſitationis.* De largitate ad proximum: Luc. 6. D. *Omni petenti te, tribue.* Quantum ad quatuor; vt des de ſubſtantia munda: Si non habes, obſequium in operationem; ſi non poteris, impendas te ipſum in oratione; ſi loqui non poteris, tribuas te in bona voluntate, & ſic promereberis Regnum Dei. De caſtitate: Ad Roman. 6. B. *Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ad obediendum deſiderijs ſuis.* Non enim dicit; non ſit peccatum in corpore; quia Iebuſæus non poteſt pœnitus expelli, nec primus motus deleri pœnitus; ſed non regnet peccatum. Tunc regnat peccatum in corpore, quando deſiderijs carnis ratio ſuccumbit.

271 Eloquentia conſiſtit in tribus; in grammatica; dialectica; rethorica. Grammatica eſt ars, quæ docet congrue loqui ſine barbariſmo, & ſoleciſmo. Dialectica docet vere loqui. Rethorica docet ornate loqui. Sed eloquentia in verbo Dei ſuam habet grammaticam, quæ docet loqui ſine ſoleciſmo: De quo Hieronymus: *Non flagito linguæ nitorem, animæ quæro puritatem.*

272 Apud Chriſtianos enim ſoleciſmus, magnum eſt vitium, vel narrare, vel facere. Si reſpondes malum pro malo; forſitam vero ornate ſed non grammatice, quia incongrue; loqueris enim falſum latinum, vt puer nōdum eruditus. Vnde Apoſtol. in 1. ad Corinth. 13. D. *Cum eſſem parvulus, loquebar vt parvulus, cogitabam vt parvulus, ſapiebam vt parvulus.* Sed quando parvulus falſum latinum loquitur, percutitur, & regulam ſervat: Sic Dominus in die iuditij acerrime, ſive acerbiſsime verberabit illos qui in preſenti barbariſmū, vel ſoleciſmū faciūt: Quoniā de ōni verbo

bo ocioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iuditij, quando viſitabit *Iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Pſalm. 88. E.*

Pſal. 88. E.

273 Dialectica docet verum à falſo diſcernere. Hanc non habent Iudæi, & Hæretici, qui falſum miſcent vero. De quibus Iſaia. 1. E. *Caupones tui miſcent aquam vino*; id eſt; falſam doctrinam cum vera, hanc etiam non habent impij, qui dicunt, quod ſummum bonum in vita eſt voluptas. Plerique enim voluptuoſe comedere; voluptatem cum mulieribus adimplere; divitijs abundare, & etiam ſimilia ſummum bonum reputant; pauperes vero ſpiritu ieiunantes, afflictiones ſuſtinentes, infelices dicunt. Contra, Iſaia. 5. E. *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum: Ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem: Ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Iſti ſunt qui non habent logicam, & rationalem ſcientiam, quia diſcernere, & iudicare neſciunt.

De dialectica.

Iſaia. 1. F.

Iſaia. 5. E.

274 Rectorica eſt ars, quę docet compoſite loqui ad perſuadendum, & nil omittere debet de contingentibus. Hanc habuerunt Petrus, & Paulus, qui veram fidem toti mundo perſuaſerunt, & infideles ad fidelitatem converterunt. Et econtra; rectoricam habent Diaboli, qui luxuriam, guloſitatem, divitias, acquirere efficaciter perſuadent. Iſtius artis multi ſunt Magiſtri, & multi diſcipuli. De quibus Apoſtolus in 1. ad Corinth. 15. D. *Corrumpunt bonos mores eloquia mala.* Qui habet hæc tria, habet veram eloquentiam; fundatus eſt ſuper vaſes aureas.

De rectorica.

1. ad Corinth. 15. D.

275 Verumtamen in ſancta Scriptura poteſt eſſe peccatum: Quoniam qui addiſcit theologiam vt divitias acquirat, quidam dicunt quod ſimonia eſt. Qui alias ſcientias addiſcit, vt eas vendat, meretritium eſt. Qui addiſcit vt in exercitio divitias acquirat, vt in phiſico, cupiditas eſt. Qui addiſcit vt ſciat, curioſitas eſt. Qui addiſcit vt ventrem impleat, guloſitas eſt. Qui addiſcit vt ſcire videatur, vanitas eſt. Qui addiſcit vt proficiat, vtilitas eſt. Qui addiſcit vt alios inſtruat, charitas eſt. Qui addiſcit vt non opere impleat, mors ſibi eſt. Qui addiſcit vt impleat, vita ſibi eſt. Vnuſquiſque in ſe ipſo dijudicet, quo animo addiſcat.

Peccatum poteſt eſſe in ſancta Scriptura.

276 De primo: Michęę. 3. D. *Sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia divinabant.* Plerique Sacerdotes nec addiſcerent, nec ordinem reciperent, nec Miſſas celebrarent, niſi pecuniam ſperarent. De ſecundo, quod meretricium eſt. Ioel. 3. A. *Poſuerunt puerum in proſtibulo, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent.* Iuvenem ponunt in proſtibulo, qui conſanguineos ſuos ad leges collocant, vt linguas ſuas in foro vendant: Et ideo dicebat quidam, quod mallet filiam ſuam collocare in proſtibulo, quam filium ſuum facere cauſidicum: Quia meretrix viliſsimum membrum vendit; ſed cauſidicus precioſiſsimum; quia linguam ſuam, & labia, quibus Deum laudare deberet, vendit Diabolo, vt contra Deum, & iuſtitiam peroret, & defendat.

Michęę. 3. D.

Ioel. 3. A.

Advocati avari.

277 Attende, dicit advocatus parti non habenti ius: Si dederis mihi mille, ego dilatabo taliter cauſam, quod antea tranſeat decenium, quod contra te ſententia proferatur. O inimice! Acuis lanceam contra Deum? Attende, quia malum certamen certas: Malum curſum conſumabis: Fidem perdis, & ideo repoſita eſt tibi corona vindictæ, corona maledictionis, & æternæ tribulationis. Dicis, quod per decenium cauſam dilatabis? Attende, miſer, attende, quia Chriſtus, iratus, & armatus clamat poſt tergum tuum dicens: *Saule, Saule, cur me perſequeris.* At ſi tu quæris dicens: Quis es, Domine, qui ita irate loqueris? Reſpondet tibi: *Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris: Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Sed ſcito, quod duriſsimum erit tibi quando te ſententialiter calcitrabit dicens: *Diſcede à me maledicte in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Matth. 25. D.* Credo quod tunc non poteris protrahere cauſam in decenium.

Acta. 9. A.

Matth. 25. D.

278 De tertio, Matth. 4. D. *Secutæ ſunt eum turbæ multæ*: Alij, ſcilicet, propter cœleſte myſterium, vt diſcipuli: Alij pro ſanitate infirmitatum: Alij ſola fama, & curioſitate. De quarto: Ut ventrem impleant, ſicut ſunt Prædicatores quæſtuarij, ait Dominus. Ioannes. 6. C. *Amen, amen dico vobis: Quæritis me non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis.* Hoc dixit deridendo quoſdam, qui voluerant eum eligere in Regem, eo quod bene paverat eos.

Math. 4. D.

Ioannes. 6. C.

279 De quinto eo quod veritas eſt. Bernardus. *Ardere parum, & lucere, vanum eſt ardere; ardere, & lucere, perfectum.* Et Oſſeę. 2. B. *Argentum multiplicavi eis, & aurum, & fecerunt Baal.* Baal enim ſuperior interpretatur. Hieronymus. *Philoſophus captator auræ popularis, vile mancipium huius; vide alium litteratum, alium placitatorum Domino diſplicentium, affectare ſcientiam, vt laborem non repugnet: Dummodo poterit cæteris ditior inveniri.* Miſer, ob hoc inflicta ſunt vulnera, quæ tibi in accenſu huius montis pervenerunt; & adhuc conaris eum aſcendere?

Bernard.

Oſſeę. 2. B.

Baal interpretatur ſuperior. Hieronym.

280 De ſexto, vt ſibi proficiant. Iſaia. 55. A. *Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſitudine anima veſtra.* Hieronymus: *Ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti.* Auguſt. *Senex à iuvene Epiſcopus tot annorum à collega, ne dum anniculo paratus ſum doceri.* Unde quidam philoſophus. *Optima vivendi ratio eſt, velle addiſcere.* Sic vive, quaſi ſtatim moriturus; ſic diſce, quaſi ſemper victurus.

Iſaia. 55. A.

Hieronym. NOTA. Auguſt.

Vive ſic. Diſce ſic.

281 De octavo, vt alios doceat. Pſal. 2. B. *Erudimini, qui iudicatis terram*: Hoc eſt, vt alios inſtruatis. In Parabolis. 5. C. *Bibe aquam de ciſterna tua*: Hoc eſt, primo ex ſcientia tua reficiaris. Sequitur: *Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide*; id eſt, expone alijs. Primo, vt ſis fons; & poſtea canalis: Primo addiſcas, & poſtea doceas. Vnde Strabus: *Sicut peccat, qui ſcit, & non vult alios docere, ſic qui neſcit, & vult eſſe Magiſter.* Turpe eſt enim illum fieri Magiſtrum, qui nondum novit eſſe diſcipulus. De eo autem, qui ſcit, & non adimplet, & mors ſibi eſt; Matth. 25. C. *Inutilem ſervum eijcite in tenebras exteriores.* Quia ſervus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, vapulabitur plagis multis. Qui vero ſcit, & adimplet, & vita eſt ſibi. Veritas in Ioanne. 6. G. *Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt.* Id eſt, ſpiritualiter vivificant.

Pſal. 2. B.

Prov. 5. C.

Strabus. NOTA.

Magiſtrum fieri.

Math. 25. C.

Ioannes. 6. G.

SPECIES EIVS VT LIBANI, electus vt cedri.

De Libano, & cedro comparato Chriſto.

282 QUaſi diceret, omnia membra Chriſti ſunt munda, & ab omni labe dealbata. Libanus enim candidatio interpretatur. Chriſtus in ſe candidus iuſtos candidat. Vnde Matth. 17. A. *Veſtimenta eius erant alba ſicut nix.* Electi ſunt veſtimenta. Item, ipſe eſt electus vt cedri. Cedrus eſt arbor extenſa ſive excelſa, imputribilis, boni odoris; & Chriſtus eſt excelſus præ Regibus terræ, conſtitutus in vertice montium. Imputribilis, quia: *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Pſalm. 15. B.* Boni odoris vt ſupra: Cap. 1. num. 55. In odorem ynguentorum tuorum currimus.

Libanus interpretatur candidatio. Matth. 17. A.

Cedrus.

Pſal. 15. B.

VERS. XVI.

GVTTVR ILLIVS SVAVISSIMUM.

De dulcedine Chriſti.

283 GUttur illius ſuaviſsimum, quia omnia verba eius dulciora ſuper mel, & favum: Ideo dicit. Matth. 11. D. *Onus meum leve, & iugum meum ſuave eſt.* Si ſapit tibi Chriſtus, omnia terrena ſunt inſipida. Beda: *Cum amplius quiſque vitæ cœleſtis dulcedinem deguſtat, eo amplius faſtidiunt omnia, quæ in infimis placebant.* Ieremia. 23. G. *Quia dixiſtis ſermonem iſtum,*

Matth. 11. D.

Beda.

Ieremia. 23. G

iſtum, onus Domini; & miſi ad vos, dicens: Nolite dicere onus Domini: Propterea ecce ego tollam vos portans: Sequitur: *Et dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam æternam, quæ numquam oblivione delebitur*: Quaſi diceret: Qui verbum Dei reputant oneroſum, & amarum, non leve, & dulce recipient opprobrium ſempiternum, quod numquam delebitur: Quaſi diceret: Hoc opprobrium erit, quod coram omnibus ibunt maledicti in ignem æternum.

284 Si præcepta Dei tibi videntur amara; attende; quia aſperrima voce intonabit, quando dicet: *Ite maledicti.* Aſpera vox, ite: Iocunda vox eſt, venite. Igitur ſi forte verba, & opera Chriſti nobis non ſapiunt; rogandus humiliter, vt vox dulcedinis ſine voce, omnes tribulationes dulzoret. Bernard. *Ecce moleſtus eſt nobis pœnitentiæ labor, corporis afflictio gravis, abſtinentia onerosa; in vigilijs dormitat anima præ tædio, non ob aliud ſane, quam propter inopiam ſpiritus: Ipſe enim ſi adeſſet, adiuvaret infirmitatem noſtram.*

Bernard. NOTA. Serm. 2 S. Andreæ.

285 *Spiritus meus (ait Dominus) ſuper mel, & favum: Quid non temperaret illa dulcedo, quę mortem quoque facit eſſe dulcem? Sed dicunt: Deſideramus & nos hunc ſpiritum, qui ſic infirmitatem noſtram roboret: Sed invenire non poſſumus. Sed propterea non invenitis, quia non petitis; & ſi petitis, non accipitis, eo quod negligenter petitis. Nihil enim aliud expectat, nihil aliud quærit Deus, niſi vt ſedulo deſiderio acquiratur.*

Eccleſiaſtic. 24. C.

Petitio ad Deum.

Deus nihil aliud deſiderat.

TOTUS DESIDERABILIS.

De Chriſto deſiderabili.

286 QUoniam caput, manus, pedes, & omnia, quæ ſunt in Chriſto, munda ſunt, & ſancta, & verba eius, & opera ſanctitate plena: Ideo *Totus deſiderabilis.* Item, tria ſunt in Chriſto, Caro, Anima, Deitas. Caro eſt deſiderabilis: Magis deſiderabilis eſt anima: Maximè deſiderabilis eſt Deitas. Ecce quod totus eſt deſiderabilis.

TALIS EST DILECTUS MEUS, & ipſe, eſt amicus meus, filiæ Hieruſalem.

De nobilitate Chriſti.

287 CUM deſcripſit ſponſum, & nobilitatem eius, & eius pulchritudinem incipiens à capite vſque ad pedes, quos baſes aureas vocat; ſubiungit dicens: *Talis eſt dilectus meus & C.*

VERS. XVII.

QVO ABIIT DILECTVS TVVS, O pulcherrima mulierum? Quo declinavit dilectus tuus? Et quæremus eum tecum.

De receſſu quadruplici.

288 DEUS autem vbique eſt eſſentialiter; præſentialiter, potentialiter in omni loco eſt; ſed localis non eſt, quia incircunſcriptibilis eſt. Sed Dominus dicitur quatuor modis recedere. Primo pro avaritia dicitur abire quatuor modis: Scilicèt, per ſubtractionem gratiæ; per ſubtractionem corporalis præſentiæ; per ſubtractionem fervoris in contemplatione; per ſubtractionem auxilij in tribulatione.

289 Primò modo invenitur recedere propter idolatriam: Unde ſcriptum eſt in Deuter. 31. D. *Populus iſte conſurgens fornicabitur poſt Deos alienos in terra ad quam ingredietur, & habitabit in ea. Ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo: Et iraſcetur furor meus contra eum in die illo: Et derelinquam illum, & abſcondam faciem meam ab eo, & erit in devorationem. Invenient enim eum omnia mala, & afflictiones, ita vt dicat in illo die: Vere, quia non eſt Deus mecum invenerunt me hæc mala.* Primò dicitur, quod populus derelinquet illum, in quo figuratur, quod numquam Deus aliquem derelinquit, niſi prius derelinquatur ab eo: Sed quod inconveniens ſequitur? Quod erit in devorationem.

Deuteron. 31. D.

290 Per idolatriam, intelligimus avaritiam, quæ vt dicit Apoſtolus ad Epheſios. 5. A. *Eſt idolorum ſer-*

Epheſios. 5. A.

ſervitus: Quoniam *ſimulacra gentium argentum, & aurum*: *Pſalm.* 113. *B.* Ille plus aurum, quam Deum diligit, ſive veneratur, qui pro auro mendacium, furtum, periurium, vſuram, vel rapinam committit, vel in tempore neceſsitatis non diſpergit. Ambroſius: *Paſce fame morientem; niſi paveris occidiſti.* Hieronymus. *Aliena rapere convincitur, qui vltra neceſsitatem retinere probatur.* Talis derelinquitur à Deo, & ducitur in devorationem; quia ſicut proximus devoratur ab avaro; ſic avarus devoratur à Dæmonibus. Vnde, Iſaia. 33. A. *Væ qui prædaris, nonne, & ipſe prædaberis?*

Pſal. 113. *B.*

Ambroſ.

Hieronym.

Iſaia. 33. *A.*

291 Recedit pro luxuria: Iudicum. 16. E. *Dalila fecit Samſonem dormire ſuper genua ſua, & vocavit tonſorem, qui raſit ſeptem crines eius, & ſtatim ab eo fortitudo receſsit: Dixitque Philiſtim ſuper te, Samſon. Qui de ſomno conſurgens, dixit in corde ſuo: Egrediar ſicut antea feci, & me excutiam, neſciens, quod Dominus receſsiſſet ab eo.* Sed apprehenderunt eum Philiſthim, & ſtatim eruerunt oculos eius. Dalila eſt mulier, quæ facit plures fortes in ſinu ſuo dormire, & facit tonſorem Diabolum venire, qui radit quandoquidem caput; id eſt, mentem ab omnibus donis gratiarum: Quandoquidem radit dimidiam partem barbæ.

Quod Dominus recedit ab homine pro luxuria.

Iudicum. 16. *E.*

292 Vnde Rex Ammon, vt legitur in 2. *Regum* 10. *A.* Raſit mediam barbam nunciorum David, & ſcidit veſtimenta vſque ad nates. Dimidiam barbam radit Diabolus, quando perſuadet impio, quod peccatorum quædam dicat, & quædam retineat: Sed poſteriora detegit, quia poſt mortem omnia verenda oſtendit. In Ezech. 23. D. *Denudabunt te veſtimentis tuis.* Item, Nahum 3. B. *Revelabo pudenda tua in facie tua, & regnis ignominiam tuam.* Et ſic fortitudo recedit, quia Deus derelinquit illos, eo quod ipſi prius per luxuriam derelinquerunt eum. Et veniunt Philiſtim inimici Samſonis; id eſt, inimici Dæmones, & eruunt eis oculos ſpirituales, & ducentes ad carcerem faciunt eos molere adlibitum ſuum.

2. *Regum.* 10. *A.*

NOTA.

Ezechiel. 23. *D.*

Nahum. 3. *B.*

293 Cum quis enim peccato luxuriæ detinetur, quidquid molit, & operatur, cibus eſt, & refectio Dæmonum: De quo etiam dictum eſt ſupra cap. 2. & 3. Et ſic in illo die poterit dicere: Vere, quia non eſt Deus mecum, invenerunt me hæc mala. Vere, mala invenerunt magna hominem miſerum, quem à Deo derelictum Diabolus in carcere peccatorum recluſum facit molere adlibitum, & voluntatem ſuam operari ſeu molere.

294 Recedit Deus ab homine propter inobedientiam, vt dicitur in primo Regum. 15. A. Dixit Dominus ad Saul: *Vade, & percute Amalec, & demolire vniverſa eius: Non parcas ei; nec concupiſcas ex ipſis aliquid; ſed interfice à viro vſque ad mulierem, parvulum, atque lactantem, bovem, & ovem, camelum, & aſinum.* Sed Saul, & populus eius pepercit Agag, & optimis gregibus ovium, & armentorum, & veſtibus, & arietibus, & vniverſis, quæ pulchra erant, nec voluerunt diſperdere ea. Quidquid vero vile fuit, & reprobum, hoc demoliti ſunt.

Quod Dominus recedit ab homine pro inobedientia. 1. *Regum.* 15. *A.*

295 Amalec interpretatur populus lambens ſanguinem; & ſignat homines pompaticos, & in hoc mundo glorioſos, qui ſanguinem hominum lambunt, quia delectantur peccatis eorum, ſcilicet, in adulationibus, in divinis honoribus ſibi exhibitis. Sed Dominus præcipit cuilibet qui bene ſe regit, omnem mundi pompam delere, & in ſolo Deo gloriari. Et plerique, quæ vilia ſunt demoliuntur ſive auferunt; quia luxuriam; vſuram; furtum, & ſimilia non committunt; ſed in humanis favoribus, & in dignitatibus delectantur.

Amalec interpretatur populus lambẽs ſanguinem.

De his, qui peccata minora vitant; & maiora perpetrant.

296 Similiter, quidam clauſtrales luxuriam, ebrietatem nullatenus incurrerent; ſed quod maius eſt ſuper omnes, cupiditatem, & ſuperbiam ſectantur; hoc eſt, quod vilia quęque auferunt, ſive demoliuntur; pretioſa conſervant. Vnde de quibuſdam Regibus legitur in 4. *Regum.* 14. Quod hæc bona, & hæc fecit, verumtamen excelſa non abſtulit; id eſt, ſuperbiam. Hieronymus: *Peccata carnis omnes vident, omnes condemnant, omnes dijudicant: Peccata autem animæ nemo videt, nemo*

4. *Regum.* 1. *A.*

Hieronym.

nemo conſiderat, nemo reprehendit, nemo dicit, peccaſti; quieſce.

Peccata animæ, quæ ſunt.

297 Peccata autem animæ ſunt ſuperbia, vanagloria, invidia, iracundia; quia huiuſmodi cælant culices, deglutiunt camelos, Minora dimittunt, maiora committunt, Feſtucam vident in oculis proximorum, trabes in proprijs oculis non attendunt. Diligenter conſiderant, quod ſuperpellicia ſunt alba, cucullæ nigræ, ſed corde ſunt omni ſpurcitia pleni.

Religioſi voluntarij.

298 Plerique clauſtrales, ſi aliquid contra ipſorum voluntatem præcipitur, iraſcuntur, murmurant, & multis Dæmonibus expulſis, vnum magnum Diabolum Regem pinguiſſimum, alitèr, impijſsimum, ſcilicèt, inobedientiam reſervant. Contra iſtos dicit Propheta Samuel, vbi ſupra, ſcilicèt, 1. Regum. 15. E. *Melior eſt obedientia, quam victima, & auſcultare, magis qnam offerre adipem arietum, quoniam peccatum ariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere.* Propter hoc peccatum, vt legitur in 1. Regum. 16. C. *Spiritus receſsit à Saule, & exagitabat eum ſpiritus nequam.* Ecce quod ab inobedientibus recedit ſpiritus bonus, alitèr, Sanctus, & ſpiritus malignus exagitat illos.

1.*Reg.*15.*E.*

1.*Reg.*16. C.

De remedio contra vexationem Diaboli.

1.*Reg.*16.C.

299 Remedium autem, quod ſit contra vexationem Diaboli, ſubiungitur ibi, vbi dicitur: *Dixerunt ſervi Saul ad eum: Eccè Spiritus Domini malus exagitat te. Iubeat dominus noſter Rex, vt ſervi tui, qui coram te ſunt, quærant hominem ſcientem pſallere cithara, vt quando arripuerit te Spiritus Domini malus, pſallat manu ſua, & levius feras. Et ait Saul ad ſervos ſuos: Providete mihi aliquem benè pſallentem, & adducite eum ad me: Et reſpondens vnus de pueris, ait: Eccè vidi filium Iſai Bethlehemitem ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore, virum bellicoſum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & Dominus eſt cum eo. Miſit ergo Saul nuncios ad Iſai, dicens: Mitte ad me David filium tuum, qui eſt in paſcuis. Et venit David ad Saul, & ſtetit coram eo. Miſitque Saul ad Iſai, dicens: Stet David in conſpectu meo. Invenit enim gratiam in oculis meis. Igitur quandocumque Spiritus Domini malus arripiebat Saul, tollebat David citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & levius habebat, recedebat enim ab eo ſpiritus malignus.*

300 Sic ſimilitèr, ſi clauſtralis, vel Clericus, fuerit maiori ſuo inobediens, & à maligno ſpiritu vexetur, quæratur homo ſciens pſallere in cithara. Optimus citharista eſt verus David, ſcilicèt, Chriſtus, cui competunt ea, quæ de David dicta ſunt; quia Bethlehemita fuit natione, ſciens pſallere opere, & verbo: Fortiſsimus robore; quia fortem Luciferum, ſive Sathanam devicit: Vir bellicus, quia aereas poteſtates debellavit, prudens in verbis, quia vt dicitur. Lucæ. 2. G. *Doctores legis, & omnes, qui eum audiebant, admirati ſunt ſuper prudentia, & reſponſis eius.* Pulcher vir; quia *Speciosus forma præ filijs hominum.* Pſalm. 44. A. *Et Dominus fuit cum eo.* Vndè Ioannes. 3. A. *Nemo poteſt hæc ſigna facere, quę tu facis, niſi Deus fuerit cum eo.*

Chriſtus verus David.

Luca. 2. G.

Pſal. 44. A.

Ioannes. 3. A.

301 Stet ergo David, ſtet Dominus Chriſtus in conſpectu tuo, id eſt, ſemper habeas memoriam de Chriſto. Quando autem malus ſpiritus inobedientiæ, ſpiritus ſuperbiæ te vexaverit, pſallat tibi David in cithara, hoc eſt, recordare, qualiter bonus Ieſus citharizavit in Cruce: Qualiter amore tui factus obediens Patri vſque ad mortem, non qualemcumque mortem, ſed quam? Mortem autem Crucis, quæ ſuper omnes mortes fuit crudeliſsima, ac viliſsima. Sapientia 2. D. *Morte turpiſsima condemnemus eum.* Et per barbam meam, ſi hanc citharam audieris, ſi Salvatoris obedientiam attenderis dicentis. *Pater, non mea voluntas, ſed tua fiat.* Luca. 22. E. Levius feres, & ſpiritus murmurans, & ſpiritus malignus, ſuperbiæ ſpiritus, ſpiritus inobedientiæ recedet à te; nihilque tibi erit durum.

Sapient. 2. D.

Luca. 22. E.

302 Bernardus. *Nil credentibus impoſsibile, nil amantibus difficile, nil aſperum mitibus, nihil arduum humilibus reperitur, quibus & gratia fert auxilium, & obedientiæ devotio lenit imperium.* Si autem conqueraris, amplius garriens, & dicens: Nimium

Bernardus.

mium laboramus, nimium ieiunamus, nimium vigilamus, ſatis nobis deberet eſſe. Frater, non dicas, quod ſatis eſt; quia nec milleſimè, immò nec minimæ parti debitorum noſtrorum valemus reſpondere. Ad Hebræos. 12. B. *Recogitate eum, qui talem ſubſtinuit à peccatoribus adverſum ſemetipſum contradictionem: vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis adverſus peccatum repugnantes.* Igitur non reſiſtatis quantum reſiſtitis priuſquam ſanguinem amicabilem amitteretis, à fornicatione abſtinentes, tribus obedientes.

Hebræos. 12. B.

303 Tres perſonæ fuerunt ſimul crucifixæ in Paraſceve: Filius Dei, qui nullum peccatum commiſerat, & duo latrones, qui multa commiſerunt. Vnus à dexteris, & alius à ſiniſtris. Filius Dei ſine meritis, alij pro meritis. Nos ſumus latrones, pauci enim ſunt, qui nullum peccatum commiſerunt. Latro igitur à ſiniſtris crucifixus, ſunt impij, qui Crucem portant in angaria, in omni afflictione murmurantes. Vndè ait: *Si tu es Chriſtus, ſalvum fac temetipſum, & nos.* Luca. 23. F. Sic clamant impij; quare non liberat nos à tormentis? Sed latro crucifixus à dexteris ſignat eos, qui Crucem portant in pacientia. Vndè ait: *Nos digna factis recipimus: Hic autem quid?* Et adiecit; *Memento mei, Domine, dum veneris in Regnum tuum.*

De tribus perſonis, quæ fuerunt crucifixæ in Paraſceve.
Latrones crucifixi.
Latro à ſiniſtris crucifixus ſunt impij.
Luca 23. F.
Latro à dexteris crucifixus.

304 Nos ergo, fratres, Cruces noſtras in pacientia portantes, impijs Deum increpantibus, reſpondeamus increpantes eos, & dicentes: Nos quidem iuſtè digna factis recipimus: Hic vero nil mali geſsit, Hos qui in afflictione murmurant, Apoſtolus ad Hebræos. 12. B. Increpat dicens: *Obliti eſtis conſolationis, qua vobis Dominus tamquam filijs loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini, nec fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. In diſciplina perſeverate, tamquam filijs vobis offert ſe Deus: Quis enim eſt filius, quem non corripit Pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulteri, & non filij eſtis.* Bernardus. *Deus compatitur, & plorat, homo compatitur, & ridebit.* Gregorius. *Benedicitur, quod iniuria percutimur, ſi in actione noſtra conſpicimus, quod peius eſt etiam quam meremur.*

Hebræos 12. B.
Bernardus.
Gregorius.

305 Paraſceve dicitur præparatio; quia Iudæi ſolebant in ſexta feria præparare quę comederent in Sabbato. Tota vita præſens eſt Paraſceve, quia in præſenti debemus præparare, quibus in futuro reficiamur. Eccleſiaſtico. 22. A. *Luctus mortui ſeptem dies: Fatui autem, & impij omnes dies vitæ illorum:* Quia planctus illius, qui mortuus eſt à culpa, durat per præſentem miſeriam, quę ſeptem diebus volvitur. Sed impij, & fatui omnes dies vitæ ſuæ; quia ibunt in infernum, vbi ſine fine lugebunt. Undè Ezechiel. 3. D. *Sedit iuxta flumen Chobar ſeptem diebus merens in medio illorum.* Chobar interpretatur grave, quod ſignat gravitatem præſentis miſerię. Et amici Iob fleverunt ſeptem diebus. Et nos omnibus diebus præſentis miſeriæ Crucem, & dolorem debemus ſubſtinere.

Paraſceve dicitur præparatio.
Vita præſens, eſt Paraſceve.
Eccleſiaſtico. 22. A.
Ezechiel. 3. D.
Chobar interpretatur grave.
Quod amici Iob fleverunt ſeptem diebus

306 Ideò dicitur in Pſalm. 43. B. *Dediſti nos tamquam oves eſcarum.* Quoniam tribus modis iuſti devorantur, aut per interfectionem corporum, aut per ablationem temporalium, aut per dentes detractorum. De primo. Pſalmus 78. A. *Poſuerunt morticinia ſervorum tuorum, eſcas volatilibus Cœli, carnes Sanctorum tuorum beſtijs terrę.* De ſecundo in Eccleſiaſtico. 13. C. *Venatio Leonum onager in eremo, ſic paſcua divitum ſunt pauperes.* Pſalm. 13. B. *Qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis.* De tertia devoratione. Pſalm. 56. A. *Filij hominum dentes eorum arma, & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* In Proverb. 23. C. *Noli eſſe comeſſationibus eorum, carnem ad veſcendum conferunt.*

Pſalm. 43. B.
Iuſti devorantur tribus modis.
Pſalm. 78. A.
Eccleſiaſticus 13. C.
Pſalm. 13. B.
Pſal. 56. A.
Prov. 23. C.

307 Nec mirum ſi ſumus oves occiſionis; quoniam ipſe Chriſtus tamquam ovis ad occiſionem ductus eſt, & tamquam agnus coram tondente ſe obmutuit. Ex quo igitur Deus factus eſt ovis, non eſt mirum ſi nos miſeri oves efficiamur. Peccatores in præſenti devorabuntur

Peccatores, ſive impij devorantur tribus modis.

tur, vel in futuro. In præsenti ab impijs, à Deo, à Dæmonibus. Vndè Osseæ. 13. B. *Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt, & levaverunt cor suum, & obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi Leæna, sicut Pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & consumam eos ibi, quasi Leo, bestia agri scindet eos.*

Osseæ. 13. B.

Bestia agri est Diabolus. Dominus recedit, &c.

308 Vel alitèr: *Ascendet super eos.* Quasi diceret: Dominus erit Leæna, Pardus, Vrsus, & Leo. Bestia agri est Diabolus, qui super impios ascendit, cum Dominus ab eis recedit. Quandoquidem recedit per subtractionem devotionis: quidam enim de Deo cogitant sine dulcedine, & sine sapore: quandoquidem Dominus ad tempus se subtrahit, ad tempus recedit, vt Deus requiratur absens, strictius teneatur præsens.

309 In fine: *Fuge dilecti mi.* Et expedit quandoquidem ad humilitatem. Vndè Gregorius super Ezechiel. *Plerumque, qui plus in contemplatione rapitur, contingit, vt amplius in tentatione fatigetur. Quandoquidem tentatio aggravet, ne contemplatio inflet. Ideò contemplatio elevet, ne tentatio demergat.* Vndè Apostolus Paulus in 2. ad Corinth. 12. C. *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me collaphizet.* Vndè Psalm. 106. C. *Ascendunt vsque ad Cœlos:* Per contemplationem: *Et descendunt vsque ad Abyssos.* Per tentationem. Plerumque enim contingit, quod etiam perfecti multa cogitant horribilia: Sed si animus non consentiat, sufficit.

Cant. 8. D. Gregor. super Ezech.. Homil. 14.

2. Ad Corinth. 12. C.

Psal. 106. C.

310 Recedit Dominus per subtractionem corporalis præsentiæ. Ioannes. 16. A. *Vado ad eum, qui misit me, expedit enim vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Diligebant enim eum Apostoli aliquantulum carnaliter; quia mitis erat, suavis, benignus, curialis, & ministrabat eis. Vndè quia præsentiam eius corporalem, & vitam temporalem diligebant: Ideò expediebat eis, vt carnalis præsentia recederet, & Paraclitus, qui ad verum, & spiritualem amorem eos accenderet, veniret.

Dominus recedit, &c. Ioan. 16. A.

CAPVT VI.

VERS. I.

DILECTVS MEVS DESCENDIT in hortum suum.

1 HORTVS est Uirginalis viterus: Ecclesia militans: Hortus est quælibet fidelis anima. Ad quemlibet istorum hortorum descendit. Ad primum, per incarnationem: Ad secundum, per fidem. Ad tertium, per gratiam inhabitantem. Ideò dicitur Areola aromatum; quia debet abundare aromatibus omnium virtutum. Hortus Diaboli est plantatus septem plantis mortalibus. Hortus Christi, est plantatus septem virtutibus vitalibus, de quibus in natali. Notandum quod inimicus humani generis in hoc suo horto septem plantaria plantavit mortifera, scilicèt, Cedrum superbiæ, Carduum invidiæ, Rhamnum iræ, colocynthidam accidiæ, iuniperum avaritiæ, silicas gulæ, vrticas luxuriæ.

De horto triplici comparato vtero virginali, & Ecclesiæ.

Hortus Diaboli.

Hortus Christi.

2 Cedrus est arbor alta, & significat superbiam, de qua legitur in Psalm. 28. *Confringet Dominus cedros libani.* Quia franget superbos istius mundi.

De cedro superbiæ. Psal. 28. B.

3 Carduus, sive Cardo, est herva nociva spinosa, quæ crescit in aculeis, quibus pungit, & lacerat: & signat invidos, qui dente detractionis proximos pungunt, & lacerant. De quo in 4. Regum 14. C. *Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in libano, dicens: Da filiam tuam filio meo vxorem. Transieruntque bestiæ saltus, quæ sunt in libano, & conculcaverunt carduum.*

De cardo invidiæ. Carduus.

4. Regum. 14. D.

4 Tange historiam. Amasias Rex Iudà vicit Idumæos; superbivit, indè, & invidit Regi Israel, & significavit ei, quod viderent se ad invicèm, scilicet, ad pugnandum. Respondit Rex Israel: *Carduus libani, &c.* Carduus

Carduus libani eſt invidus.

duus Libani eſt invidus iſtius mundi, qui non eſt contentus ſua gloria, ſed cupit etiam rapere alienam. Videt aliquem ſuperbum, & vult ducere filiam eius, id eſt, gloriam mundi, filio ſuo operi inclito, vt calefaciat opus, cui vana gloria copulatur. Sed beſtiæ ſaltus, quæ ſunt in libano, id eſt, Dæmones, qui ſunt in mundo, conculcant carduum, id eſt, invidum diverſis pœnis afficiunt. Vndè ipſe Amaſias, qui provocavit Ioas Regem Iſrael, victus eſt ab eo; ſic etiam invidus ab eo vincitur, cui invidet. Conſilium remedij accipiat invidus, vt ibi dicitur. *Percutiens invaluiſti ſuper Edom, & ſublevavit te cor tuum, contentus eſto gloria, & ſede in domo tua, quare provocas malum, vt cadas?*

Beſtiæ ſaltus ſunt Dæmones.

De rhamno iræ. Iudicum 9. B.

5 De rhamno iræ habetis in libro Iudicum. 9. B. Quod clamavit Ioathas ad Sichimitas, qui Abimelech ſpurium, & peſsimum elegerant ſibi principem, dicens: *Audite me viri Sichem, ita vt audiat vos Dominus. Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe Regem, dixeruntque Olivæ: Impera nobis: Quæ reſpondit: Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & Dij vtuntur, & homines, & venire vt inter ligna promovear? Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, & ſuper nos regnum accipe. Quæ reſpondit eis: Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuaviſsimos, & ire vt inter cætera ligna promovear? Locuta ſunt quoque ligna ad vitem: Veni, & impera nobis. Quæ reſpondit eis: Numquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines, & inter ligna cætera promoveri:*

6 *Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera ſuper nos. Quę reſpondit eis: Si verè me vobis Regem conſtituiſtis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite: Si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & devoret cedros libani. Nunc igitur, ſi rectè, & abſque peccato conſtituiſtis ſuper vos Regem Abimelech, &c. Hodiè lætamini in Abimelech, & ille lætetur in vobis. Sin autem perverſe: Egrediatur ignis ex eo, & conſumat habitatores, & oppidum Mello: Egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & devoret Abimelech:* Et ita factum eſt, quod exivit ignis iracundiæ de Abimelech, quem elegerant ipſi Sichimitæ in Regem, & devoravit Sichimitas, & ipſum Abimelech; quia multos interfecit, & ipſe interfectus eſt.

Ligna ſilvarum ſunt homines infructuoſi.

7 Ligna ſilvarum ſunt homines infructuoſi, qui deſiderant aliquem iuſtum ſibi præfici. Veniunt igitur ad olivam, id eſt, ad illos, qui gaudent in pinguedine charitatis. Rogant ficum, id eſt, illos, qui delectantur in dulcedine contemplationis. Rogant vitem, id eſt, illos, qui abundant vino conſolationis, ſed huiuſmodi nollunt præfici populo, ne bona ſua relinquant. Rhamnus eſt frutex multos habens aculeos, de quo ad literam egreditur ignis. Vnde merito per rhamnum iracundia deſignatur, quæ proprium ſubiectum, & alios perimit. Vndè Iob. 5. A. *Utrum ſtultum interficit iracundia.* Iſte Abimelech erat ſpurius, & non legitimus Gedeonis, ſimiliter ira, ſive iracundia, non eſt legitima ex homine, ſed ſpuria, & vitioſa; quia homo eſt animal manſuetum natura. Cave ergo, & proijce abs te iracundum, nec cum tali ſedeas; quia citò egredietur ab eo ignis, qui te ipſum conſumat.

Rhamnus ſignat iracundiam.

Iob. 5. A.

Ira, ſive iracundia non eſt legitima ex homine, ſed ſpuria, & vitioſa. Homo eſt animal manſuetum natura.

8 De colocynthida accipe in 4. lib. Regum 4. G. Quod dixit Eliſeus vni de ſervis ſuis filijs Prophetarum. *Pone ollam grandem, & coque pulmentum filijs Prophetarum. Et egreſſus eſt vnus in agrum vt colligeret herbas agreſtes, invenitque quaſi vitem ſilveſtrem, & collegit ex ea colocynthidas agri, & implevit pallium ſuum, & reverſus concidit in ollam pulmenti. Neſciebant enim quid eſſet. Infuderunt ergo ſocijs, vt comederent, cumque guſtaſſent de coctione, exclamaverunt, dicentes: Mors in olla vir Dei, mors eſt in olla.*

De colocynthida acidiæ. 4. Reg. 4. G.

9 Per colocynthidam, quæ eſt herba mortifera, intellige triſtitiam, ſic enim mors eſt in olla, quando in corde eſt triſtitia. Hoc contingit, quando ex tędio

Colocynthida ſignat triſtitiam. Triſtitia, quando eſt in corde; mors eſt in olla.

dio iſtius mundi mallet quis ſe non naſci, quam legi ſubijci : Tędet enim eum de Deo loqui, & audire. Sed verus Eliſeus apponat ſpiritualem hilaritatem, & ſic triſtitia, quę eſt mors animæ, dulzoratur. Extinguitur triſtitia, & colocynthida dulzoratur.

De Iunipero avaritiæ. *3.Reg.19.A.*

10 De Iunipero avaritiæ in 3. Regum 19. A. Legitur, quod Elias fugiens Regina Iezabel, hoc eſt, peccator fugiens luxuriam; torpet, & dormit ſub Iunipero per avaritiam. Et in Iob. 30. A. *Rodebant, & mandebant herbas, & arborum cortices, & radix Iuniperorum erat cibus eorum.* Iuniperus eſt arbor, quæ habet folia pungitiva, & ſignat avaritiam, quæ ſemper pungit. Quoniam divitiæ cum punctione laboris acquiruntur; cum punctione timoris conſervantur; cum ſtimulo doloris amittuntur. Undè verſus.

Iob.30.A.

Iuniperus ſignat avaritiam.

Divitiæ quomodo acquiruntur, & poſſidentur, & amittantur.

Dives divitias non
Congregat abſque labore,
Non tenet abſque metu,
Non deſinit abſque dolore.

Radices Iuniperi rodunt, ſive comedunt, qui exquiſita cogitant, qualitèr divitias multiplicent.

De ſiliquis gulæ. *Luca.15.D.*

11 De ſiliquis gulæ in Luca. 15. D. Filius prodigus portionem, quæ eum contingebat, vivendo luxuriosè conſumpſit, & poſtea cupiebat implere ventrem de ſiliquis porcorum, & nemo illi dabat. Porci ſunt gulæ dediti, Divites, Clerici, Burgenſes, & Milites, qui ſemper procurant, vt ſplendidè comedant. Siliquiæ ergo porcorum ſunt diverſa genera ciborum, quibus miſeri cupiunt ventrem ſuum ſatiare : Et tamen nemo illi dabat : Et ideò filius prodigus reverſus eſt ad domum patris ſui. Et tu, frater, ſi ſatiari vis, revertere ad domum Chriſti, vbi invenies omnium bonorum fertilitatem.

Porci ſunt gulæ dediti.

Siliquiæ porcorum.

De vrtica luxuriæ. *Iſai. 34. C.*

12 De vrtica luxuriæ in Iſaia. 34. C. *Orientur in domibus eius vrticæ, & ſpinæ, & paliurus,* id eſt, in corde impij, ſpinæ, avaritiæ, vrticæ luxuriæ, paliurus invidiæ. Vrtica enim vrit, & luxuria totam machinam corporis humani generis tam in Clericis, quam in laicis comburit. Bonus ergo Iesvs venit in mundum, vt iſtas peſtiferas plantas extirparet; & plantaria virtutum inſereret, & pluvia ſalutifera terram noſtram irrigaret. Amaritudinem vitiorum extirpavit per amaritudinem pœnarum, quas tolleravit. Dominus autem in hoc horto, è contra, ſeptem plantas ſalutiferas plantavit, ſcilicèt, hyſſopum humilitatis, vel olivam benignitatis, cinnamomum ſuavitatis, roſam hilaritatis, platanum largitatis, myrtum temperantiæ, & lilium caſtitatis.

Quod Chriſtus plantas vitiorum extirpavit, & virtutum plantas inſeruit.

Luxuria corpus humanum vrit.

13 De hyſſopo humilitatis, quæ purgat inflactionem ſuperbiæ, dicitur, in Pſalmo. 50. B. *Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, &c.* Hoc eſt, rore humilitatis anima aſpergetur, & ab omni inquinamento mundabitur.

De hyſſopo humilitatis. *Pſalm.50.B.*

14 Olivæ benignitatis oleum dolorem mitigat, & homo benignus, rixas, & diſcordias ſedat. Eccleſiaſticus, 3. C. *In manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris.* Dicitur autem benignus, id eſt, bono igne accenſus. Prover. 15. A. *Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem.* Vnde Dominus; quia ipſe eſt benignitas, olivam ſeminat. In Eccleſiaſtico 24. B. *Quaſi oliva ſpecioſa in campis.* Verè benignus; quia cum malediceretur, non maledicebat : Immo etiam pro crucifixoribus ſuis oravit. Undè Eccleſiaſticus. 6. A. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Chriſtus enim benignitate ſua verbum dulce Deo, & Angelis propoſuit : Mitigavit inimicos noſtros, & multiplicavit fideles.

De oliva benignitatis. *Oleum, &c.* *Eccleſiaſt. 3. C.*

Proverb. 15. A.

Eccleſiaſt. 24. B.

Eccleſiaſt. 6. A.

15 Cinnamomum cum frangitur, odorem aromaticum de ſe emittit, Sic Dominus cum pateretur, non iraſcebatur, ſed bonum odorem patientiæ de ſe emiſit.

De cinnamomo ſuavitatis.

16 Item, roſam habuit hilaritatis : Quoniam, vt dicitur in Iſaia. 42. *Nec triſtis, nec turbulentus.* Ibi dicit Gloſſa : *Semper bi-*

De roſa hilaritatis. *Iſaia. 42. A.* *Gloſſa.*

hilaris ſemper iocundus fuit. Saltèm ſemper interiorem iocunditatem etiam quando flebat conſervavit. Vndè Eccleſiaſticus, 24. B. *Quaſi plantatio roſæ in Iericho.* Quoniam ipſe eſt gaudium noſtrum in mundo. Vndè Luc. 2. B. Angelus ad Paſtores ait: *Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus eſt hodie vobis Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus.* Quaſi diceret, orta eſt roſa, quæ totum mundum exhilarabit.

Eccleſiaſticus, 24. B. Luca. 2. B.

De platano largitatis. Eccleſiaſticus 24. B.

17 Platanus dicitur à planto, quod eſt latum; quia latas habet frondes, & folia, de quo in Eccleſiaſtico, 24. B. *Quaſi Platanus exaltata ſum iuxta aquas.* Ad literam: Sapientia Patris, ſcilicèt, Chriſtus, fuit exaltatus in Cruce iuxta aquas, id eſt iuxta populum multum, qui ſunt aquę multæ. In lacum extenſus; quia platanus, vt per totius corporis extenſionem, alitèr, oſtenſionem, oſtenderet charitatis latitudinem: Ibi extendit Cœlum ſicut pellem. Ita enim fuit Chriſtus in Cruce extenſus, quod dinumeraverunt, id eſt, dinumerabilia fecerunt omnia oſſa eius. *Qui tegit aquis ſuperiora eius*; quia tota ſuperficies Chriſti fuit aquis tribulationis reſperſa. Tùm, ex ſanguineo ſudore, tùm, ex flagellatione, totus Chriſtus fuit lividus, cuius livore ſanati ſumus.

Pſal. 103. A.

18 Hæc fuit ſumma largitas, perfecta charitas, quod ſe ipſum totum pro nobis exhibuit. Non tantum brachia, & pellem extendit, ſed & orationem pro nobis in Cœlum tranſmiſit. Ierem. 18. D. *Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & averterem indignationem tuam ab eis*: Quaſi diceret: O Deus Pater, recordare, quod ſteti ſuper clavos in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, ſcilicèt, pro peccatoribus, ipſi autem operibus malis crucifigunt me.

Ieremia. 18. D.

Quod quadruplex fuit ex paſsione Chriſti.

19 Se totum in modum Crucis miſit in patibulum; vt quatuor mundi partes ſibi vendicaret. Orationem miſit in Cœlum, vt veniam à Patre nobis impetraret. Animam miſit in infernum, vt animas ab inferis liberaret. Corpus miſit in ſepulchrum, vt eos, qui in ſepulchris erant redimeret. Eccè quod in quatuor partes ſe extendit quaſi Platanus.

20 De myrto temperantiæ. Zacharias, 1. B. *Eccè vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter myrtetas, quę erant in profundo.* Vir aſcendens ſuper equum rufum, eſt Chriſtus, qui aſcendit ſuper Crucis patibulum, proprio ſanguine rubricatum. Iſte vir ſtat inter myrteta, id eſt inter temperatos, qui ſunt in profundo humilitatis. Et ſicut manet inter temperatos, ita mittit Dæmones inter porcos.

De myrto tẽperantię. Zacharias. 1. B.

21 De lilio caſtitatis, in Oſea. vltimo. C. *Ero quaſi ros, dicit Dominus, & tunc germinabit quaſi lilium.* Ad literam. Lilium valet contra incendium crematuræ, ſic caſtitas contra ardorem luxuriæ. Vrticam igitur extirpavit, & lilium plantavit, cum ait per Matth. 5. D. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iàm mœchatus eſt in corde ſuo.* Septem plantaria mortifera evulſit, ſeptem ſalutifera plantavit. Abſtulit cedrum ſuperbiæ, plantavit hyſſopum humilitatis. Ablato cardo invidiæ plantavit olivam benevolentiæ. Pro rhamno iræ, cinamomum patientiæ. Pro colocynthida accidiæ, roſam hilaritatis, ſive lætitiæ. Pro Iunipero cupiditatis, platanum charitatis, Pro ſiliqnis gulæ, myrtum temperantiæ Pro vrtica luxurię, lilium continentiæ, vt pluviam tranſmitteret, quæ plantaria nutriret. Et ita factus eſt hortus pretioſus, & ſalutaris, vt legitur in Deuteronomio, 28. *B. Aperuit Dominus theſaurum ſuum Cœlum optimum, vt tribuat pluviam terrę ſuæ in tempore ſuo.*

De lilio caſtitatis. Oſeæ. 14. C. Lilium valet contra incendium crematuræ.

Matth. 5. D.

Chriſtus ſeptem plantaria mortifera evulſit, & ſeptem ſalutifera plantavit.

Deut. 28. B.

22 Iſte theſaurus, iſtud Cœlum eſt bonus Iesvs, Filius Dei vivi, qui in nativitate lachrymas emiſit pro pluvia: Pro tonitruo emiſit vagitus; quoniam va-

De pluvia multiplici.

vagit infans inter arcta poſitus præſepia. In octavo die pluit imbrem ſanguineum ; quia circunciſus guttas ſanguineas ſtillavit. In virili vero ætate pluviam doctrinæ. De hac pluvia in Ioele. 2. E. *Filij Sion exultate , & lætamini in Domino Deo veſtro ; quia dedit vobis Doctorem iuſtitiæ , ſcilicèt, Chriſtum , & deſcendere faciet ad vos imbrem matutinum , & ſerotinum.*

Ioel. 2. E.

23 Imber matutinus eſt in hieme : Matutinum imbrem dedit in nativitate ; & quando corda hominum irrigavit ſua melliflua prædicatione. Imber ſerotinus, qui eſt in vere , ſcilicèt, in Aprili , vel Maio , eſt optimus; quia terram vberius fœcundat, & grana ingroſſat. Imbrem igitur ſerotinum effudit , quandò guttas ſanguineas , quæ in terram fluxerunt, ſudavit : Et poſt hoc , Cœlum elevatum fuit in Cruce , & in quinto cocco apertum : Et optimam pluviam , ſcilicèt , ſanguinem , & aquam effudit , & terram omnium fidelium fœcundavit.

24 Eccè quod Deus Pater aperuit Cœlum optimum , & dedit pluviam terrę ſuæ in tempore ſuo. Pluit itaque lachrymas ab oculis ſuis , ſanguinem à vulneribus , ſanguinem , & aquam à latere. O quam felix pluvia, & quam pretioſę guttę , quam ſalubres lachrymæ ! Hæc pluvia herbas malas mortificat : Dęmonia fugat : ſordes abluit , terram fidelium irrigat , corda iuſtorum fœcundat , vt fructum faciat in vitam æternam.

De pluvia in maio multiplici.

25 Itèm , in Maio cum ſit pluvia gratiarum in Penthecoſtem , & hæc fuit ſerotina : *In ſtillicidijs eius lætabitur germinans.* Pſalm. 64. C. Collige igitur quod pluit Iesvs in nativitate , pluit in virili ætate , pluit in paſsione, pluit in Spiritus Sancti miſsione. Prima pluvia fuit lignum noſtræ miſerię , ſecunda fuit inſtructionis ſalutiferę , tertia redemptionis humanæ ; quarta ſpiritualis lætitię. Maledicta terra , quæ tam pretioſa pluvia irrigata , non fructificat. Ad Hębreos , 6. B. *Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem , & generans herbam oportunam alijs , à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autem ſpinas , & tribulos, reprobata eſt , & maledicto proxima; eius conſumatio erit in combuſtionem.* Quaſi diceret : Tota die Doctores Eccleſiæ hanc pluviam ſuper corda fidelium effundunt, qui fructificant , benedictionem à Domino recipient , quando dicet: *Venite benedicti Patris mei , &c.* Qui nullatenus fructificant , ſumunt Chriſti maledictionem, quam dabit eis Dominus dicens: *Diſcedite à me maledicti.* Conſumatio eſt in combuſtione gehennæ.

Hebręos. 6. B.

Matth. 25. C.

Matth. 25. D.

AD AREOLAM AROmatum.

26 AREOLA aromatum eſt cor iuſti, exemplis Sanctorum conſitum , quod idem eſt , quod hortus. Areola ſtercorum eſt cor impij radicibus vitiorum repletum, herbis mortiferis , vt dictum eſt, conſitum , quod multoties multiplicitèr inficit , & corrumpit. Ad Hebræos , 12. D. *Pacem ſequimini cum omnibus , & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum : Contemplantes , ne quid deſit gratiæ Dei , ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat , & per illam inquinentur multi.* Fidem habeas erga Deum , pacem erga proximum , Sanctimoniam erga te ipſum. Iſtam viam ambulat luxuria impolluta.

De diverſitate hominum, vel quod anima iuſti eſt areola aromatum. Cor impij. Hebræos. 12. D.

27 Sequitur : *Contemplantes ne quid deſit gratiæ Dei.* Hanc gratiam quidam fugiunt , quidam repellunt : Hi ſunt , qui gratiam pœnitentiæ recipiunt , ſed torpentes otio , non conſervant: *Quoniam fides ſine operibus mortua eſt. Iacobi. D.* Et Diabolus cum ſpiritibus nequam intrat domum ornatam virtutibus ; quia inve-

Iacob. 2. D

nit eam vacantem, ſcilicèt, otio. Alij fugiunt, qui abeuntes in regionem ſolitudinis, novis delitijs, & culpis ſe involvunt. De quibus Ieremias in Trenis. 2. B. *Facti ſunt velut arietes non invenientes paſcua ante faciem ſubſequentis.* Quidam fatui refectionem, nec in Deo, nec in exemplis Sanctorum inveniunt: Ideo refectionem in carnalibus quęrunt. Nec oportet quod ducat eos diabolus ad proſtibulum, ad comeſſationes, ad tabernas: Sed ipſi vadunt ante faciem Diaboli ſubſequentis.

Trenis. 2. B.

De impijs, qui efficiuntur Diaboli, & Diaboli dicuntur.

28 Talis, ſcilicèt, impius efficitur Diabolus: Proprium enim eſt Diaboli hominem decipere, incentiva luxuriæ, & gulæ; vt ad peccatum pertrahat, proponere. Hoc idem facit impius. Salſum quis comedit; ſed ad quid? Certe, vt melius ſe inebriet, & ingurgitet: Ad hoc ſe adornat, vt facilius decipiat. Nonne talis merito dicitur Diabolus; quia ſe ipſum, & alios ad peccandum pertrahit? In die mortis ſuæ, in die anguſtiæ ſuæ, non dicet ei Diabolus decepi te. Sed quid dicet? Certe ſic: O ſocie, tu prævenisti me: Ego volueram te trahere ad gulam, & luxuriam, & ad cætera vitia, & tu me prævenisti: Citius quam ego cucurriſti.

29 Attende, infelix homo; quid tu ipſe fuiſti Diabolus tui ipſius; corpus tuum, & animam momordiſti, quo Diabolus te volebat trahere, ipſum prævenisti. Voluntatem tuam, ipſius Diaboli voluntatem feciſti. Ex quo igitur te Diabolum feciſti, quid reſtat, niſi vt cum Diabolo condemneris? Similem Diabolo te ipſum feciſti, immò etiam pluſquam Diabolus feciſti; quia eum in peccatis prævenisti.

Exemplum de muliere, quę peiora, quam Diabolus fecit.

30 Quædam maledicta femina (vt dicitur) iens ad Civitatem obiavit Diabolo, & ait ei: Unde venis? Reſpondit Diabolus: Uenio de Civitate. Quæ ait: Et quid feciſti ibi? Reſpondit Diabolus, & dixit: Multa mala feci. Et illa: Et quæ ſunt mala, quæ feciſti? At ille narravit ei, quæ fecerat mala. Dixit illa: Plurima faciam, & ego. Diabolus admirans, quæſivit ab ea dicens: Quomodo, aut quid facies tu plus? Reſpondit illa: Ego faciam quod maritus interficiat propriam vxorem ſine cauſa. Dixit Diabolus: Quomodo? Dixit illa: Tu videbis. Qua ingreſſa Civitatem, quædam bona femina conqueſta eſt ei de marito ſuo, quod eam non diligeret. Cui illa: Bonum remedium habes, ne triſteris. Maritus tuus habet vnum pilum ſub barba, quem ſi poſſes radere, cum dormiret, diligeret te, & hoc facillime poteris adimplere. Credidit bona ſimplex.

31 Sed infelix, & maledicta mulier feſtinavit implere opere, quod Diabolo promiſerat verbo, & ibit ad maritum illius bonæ feminę dicens: Noveris, quod vxor tua hac nocte vult te dormientem interficere, evigila ergo, & percipies. Quod maritus audiens extimuit, & ſcire volens vtrum res ſic ſe haberet, finxit ſe ire dormitum, ſed minime dormivit, receſſerat enim ſomnus ab eo præ timore, & expectatione. Cum autem vxor intellexerit virum dormire accepit novaculam præparatam, & candelam, & molliter gradiens acceſsit ad lectulum, vbi iacebat vir ſuus, vt raderet pilum. Quam ſic armatam maritus videns, & credens, quod vellet eum interficere, ſurrexit citius ſicut aviſatus, proſilienſque de lecto iratus, novaculam de manu vxoris arripuit, & cum eadem ipſam interfecit. Nonne pluſquam Diabolus talis maledicta eſſet punienda? O quantis contingit ſimile, quæ à talibus quærentes remedium neglecti amoris, incurrunt puteum inopinati doloris.

32 Alij repellunt. Qui, vt dicit Iob. 21. B. *Dicunt Deo: Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Hi ſunt, qui nolunt verbum Dei audire, & ſcientiam ipſius addiſcere. Gratia autem Dei parata eſt ſemper, & ſemper poteſt quis eſſe areola aromatum niſi malitia ſua faciem averterit, dicens:

Iob. 21. B.

De munditia Dei, & gratia.

Re-

Geneſ. 1. A. *Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.* Vnde Geneſ. 1. A. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Vt ſcilicèt formaret inde opus ſuũ. Hæc enim gratia Dei fertur ſuper populum, vt formet, & informet ſibi iuſtos. Cum Deum offenderis, gratiam tibi offert, oſculum pacis præſentat, quod ſignatur per David, qui habuit filium Abſalom, qui in quatuor Patrem ſuum offendit.

Quod offendit Abſalom patrem ſuum David in quatuor.

33 Primo; quia interfecit fratrem ſuum Amnon filium David. Secundo; quia fugavit Patrem ſuum de Civitate Ieruſalem. Tertio, quia cognovit concubinas Patris ſui. Quarto; quia congregavit exercitum, vt pugnaret contra Patrem ſuum vocans ſe Regem. Et tamen non obſtantibus his, quando exercitus David exivit vt pugnaret contra Abſalom, dixit David Principibus: *Servate mihi puerum Abſalom, & omnis populus audiebat præcipientem Regem cunctis Principibus Iſrael pro Abſalom*, ſcilicèt, quod ſervaretur Abſalom.

2. *Reg.* 18. B.

34 Ecce quod Abſalom primo peccavit per fratricidium, ſecundo per parricidium, tertio per inceſtum, quarto per ſuperbiam, quia pugnavit contra exercitum Patris ſui. Vel alitèr, primo per iracundiam, quando fratrem peremit. Secundo per cupiditatem; quia Civitatem Patris ſui ſibi vſurpavit. Tertio per luxuriam; quia concubinas Patris cognovit. Quarto per ſuperbiam; quia contra ipſum pugnare, & de regno expellere tentavit. Tamen ſemper David compatiebatur Abſalom filio ſuo, & diligentiſsime præcipiebat, vt ei parceretur, ſperans lucrari filium ſuum.

35 Ita, & verus David, bonus Iesvs, quamtumcumque peccaverimus ſemper compatitur, & ſpectat correctionem noſtram dicens: *Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt convertatur, & vivat.* Etiam quando nuntiatum eſt David, quod Ioab interfecerat Abſalom. *Aſcendit cœnaculum portę flens, & dicens: Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi. Quis retribuat mihi, vt moriar pro te, Abſalom fili mi, fili mi Abſalom?*

Ezechiel. 18. G.

2. *Reg.* 18. G.

Vt ſupra 2. *Reg.* 18. G. Aiunt quidam, quod ſi filius Dei poſſet, iterum mortem pro humano genere ſuſtineret. Noli ergo negligere, noli à te repellere hanc gratiam, nec cauſeris Deum quaſi avarum dicens: Quando Deus dederit mihi gratiam, tunc pœnitentiam agam, tunc corrigam me.

36 Eccè vt diximus gratia Dei ſemper parata eſt, ſuper te fertur ſemper: Extende ergo manum tuam, & accipe, aperi ei ianuam cordis tui; quia eccè ad oſtium ſtat pulſans, & dicens: *Aperi mihi ſoror mea.* Cant. 5. B. Væ tibi erit, ſi neglexeris, & repulſeris dicens: *Recede à nobis* vt ſupra. Recede à nobis, dicis, ſi cum admoneris, negligis, & de peccato, in quo es, exire non vis, cuius partem magis eligis.

Cant. 5. B.

37 O Chriſtiane Anti-Chriſte, Chriſtiane nomine, Anti-Chriſte mente, & opere, de peccato exire nõ vis, & amo Deum dicis? Plane mentiris, veritate atteſtante. Ioannes, 14. C. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit.* Sequitur. *Qui non diligit me, ſermones meos non ſervat.* Nec dicas: Credo in Deum; quia etiam plane mentiris. *Credere enim in Deum*, vt dicit Auguſtinus, *eſt Deum amando, Deum deſiderando, toto corde in eum ire.* Dicis, amo Deum, vel credo in Deum, & tenes peccatum in ſinu cordis, cum quo etiam dormis, & in cuius amplexibus delectaris.

Ioan. 14. C.

Auguſtinus.

38 Audi Ioannem in prima Catholica. 3. A. *Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit; & peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis; quia ille apparuit, vt peccata noſtra tolleret, & peccatum non eſt in eo. Omnis, qui in eo manet, non peccat, & omnis, qui peccat, non vidit eum. Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt; quoniam ab initio Diabolus peccat.* Sequitur: *Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua; ſed opere, & veritate.* Idem. 4. B. *Nos ex Deo ſumus. Qui novit Deum, audit*

1. *Ioannis Catholica.* 3. *A.*

1. Catholica. Ioan. 4. B. nos: *Qui non eſt ex Deo, non audit nos, in hoc cognoſcimus Spiritum veritatis, & Spiritum erroris.* Item

Iacob. 2. D. Iacobus, 2. D. *Fides ſine operibus mortua eſt.* Sequitur in eodem capite in fine. *Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt.*

39 Igitur, frater, ſi dicis, Credo in Deum, & opera non facis, fidem habes, ſed mortuam: fides mortua quid prodeſt? Leo Papa in quodam ſermone de Epiphania Domini, qui incipit. *Dies dilectiſſimi, quo primum gentibus Saluator mundi Chriſtus apparuit.* Ait: *Fruſtra fidei libertate ſecuri ſunt, qui vitiorum deſiderijs non reſiſtant. Cor hominum de operum oſtenditur qualitate, & formas mentium, ſpecies detegit actionum.* Nam ſunt quidam, ſicut ait Apoſtolus, qui Deum profitentur ſe ſcire, factis autem negant. Ad Titum, 1. D. Vere enim reatus negotiationis incurritur, quando bonum, quod in ſono vocis auditur, in conſcientia non habetur.

Leo Papa.

Titum. 1. D.

VERS. II.

EGO DILECTO MEO, ET dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.

Quod Beata Virgo alloquitur de filio, Eccleſia de ſponſo, & anima de Chriſto.

40 BEATA Virgo ſic alloquitur de Filio: Eccleſia de ſponſo: Anima de Chriſto, qui paſcitur inter lilia, id eſt, inter animas pudicas. Inter nominativum, & vocativum non ponitur verbum; quia nullo modo poſſet exprimi magnitudo dilectionis, immenſitas dulcedinis. Poſſet ne dici: Ego congaudebo dilecto meo, & dilectus meus mihi? vel hoc inquam verum eſt: vel fide ſic? Ego dono me dilecto meo, & dilectus meus mihi. Hoc inquam verum eſt.

Quod anima ſe debet totã exhibere ei, qui ſe totum ei tribuit. Hieronymus.

41 Fidelis enim anima ſe totam debet Deo tribuere; quoniam Deus ſe totum dedit ſponſæ. Hieronymus. *Te ipſum vult Dominus hoſtiam vivam placentem Deo; te inquam, non tua.* Quidam errant dicentes committamus fornicationem, & paſcamus tres pauperes. O errorem Diabolicum! Dant paleas Deo, & ſe ipſos Diabolo. Vndè Gregorius. *Fruſtra proprium tribuit, qui ſe à vitijs non compeſcit.* Te ergo totum Domino Deo tuo tribuas, corpus per caſtitatem, animam per humilitatem, tua per largitatem; quoniam ſe pro te totum tribuit. Bernardus. *Pro te corpus, & animam ſuam poſuit, vt corpus, & ſpiritum tuum vendicaret, pro te ſe dedit, vt totum te compararet.* Ergo noli animam tuam vendere, nec dare Diabolo, qui gratis fornicatur. Unde qui Deum eſurit, vel accipit, dicatur ergo, ego totum me dilecto meo, & dilectus meus ſe totum mihi.

Gregorius.

Bernardus.

VERS. III.

PVLCHRA ES AMICA MEA, ſuavis, & decora ſicut Ieruſalem.

De triplici pulchritudine ſponſæ.

42 SPONSVS ſponſam commendat dicens: *Pulchra es amica mea, &c.* Pulchra es in mente, ſuavis in operatione, decora in exempli exhibitione. Vel pulchra es cogitatione, ſuavis locutione, decora operatione. *Sicut Ieruſalem.* Quia in Ieruſalem fuerunt diſcipuli congregati, & per Spiritum Sanctum informati. Et licet tunc eſſet Ieruſalem, id eſt primitiva Eccleſia pulchra, & ſancta, ſimiliter, & modo; quia plures ſunt modo iuſti, licèt non ſanctiores. Undè Vrbanus ad Eccleſiam. *Non te reputes deſertam, quaſi non videas Paulum, non vides Petrum, non vides illos, per quos nata es: De prole tua tibi crevit paternitas.* Pſal. 44. D. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.*

Vrban. Papa.

Pſal. 44. D.

TERRIBILIS VT CASTRORUM acies ordinata.

De acie Eccleſiæ.

43 IN acie caſtrorum, primi ſunt fortes, in medio, debiles, in reguarda fortiſſimi

mi. Sic etiam ordinata eſt Eccleſia; quia primi fuerunt fortes, ſcilicèt, Apoſtoli, & Martyres: Nos ſumus in perverſa medietate miſeri, & debiles: In fine reſiſtentes Anti-Chriſto erùnt fortiſsimi. Vnde navis Eccleſiæ vtrumque caput habet ſtrictum, medium navis amplum. Timeo quod ſimus incentina navis. Ideò Eccleſia deſignatur per columbam, quæ roſtrum habet rubeum, & pedes, medium veſtitum plumis: Sic caput, id eſt, initium habet rubeum per ſanguinis effuſionem, & finem habet rubeum; quia multi erunt Martyres in tempore Anti-Chriſti. Nos ſumus in perverſa medietate plumis divitiarum induti. Terribilis eſt Dominus hæreticis infidelibus, non ex ſe, ſed ex Dei virtute; quoniam: *Niſi quia Deus erat in nobis, dicat nunc Iſrael, &c.* Pſalm. 123. A.

Eccleſia deſignatur per columbam.

Pſal.123. A.

VERS. IV.

AVERTE OCVLOS TUOS A ME; quia ipſi me avolare fecerunt.

44 NON ad Deum ſic cognoſcendum deſiſtas: Sed de facultate vivendi non præſumas; quoniam *Magitudinis eius non eſt finis.* Pſalm. 144. A. Item. Deum nemo vidit vnquam, nec ſpeciem eius. Oculi carnei ſpiritualem ſubſtantiam intueri non poſſunt. Ideò dicit, quod oculi fecerunt eum avolare, quaſi propter infirmitatem oculorum noſtrorum eſt nobis inviſibilis. Ipſe enim eſt, quem nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit plene. Sic corpus Chriſti modo eſt glorificatum, quod pro immenſitate ſuæ claritatis ab oculis mortalium videri non poteſt.

De dilectione carnali. Pſal.144. A.

Oculi carnei ſpiritualem ſubſtantiam intueri non poſſunt.

45 Uel eſt vox Chriſti, ad diſcipulos, qui carnaliter eum dilexerunt, qui fuit pulcher, benignus, curialis, & ſuaviter in mundo converſatus. Vnde Bernardus. *Quam dulciter Domine Iesv cum hominibus converſatus es; quam abundanter multa bona; & magna hominibus largitus es: Quam fortiter tam magna, tam aſpera pro nobis hominibus paſſus es.* Ita vt liceat ſuggere mel de petra, & oleum de ſaxo duriſſimo: Ad verba duro, duriori ad verbera, duriſsimo ad horrida Crucis tormenta; quia in omnibus his, agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum. Ideò ait: *Averte oculos tuos à me;* quia ne carnaliter diligeretis, feciſtis me per aſcenſionem à vobis avolare, & ſpiritualem dilectionem faciam advenire.

Bernardus.

46 Vnde ait: *Expedit vobis, vt ego vadam.* Ioannes, 16. A. Et expedit vt carnalis dilectio recedat, & ſpiritualis accedat; *Quoniam ſi non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Si carnalis dilectio non receſſerit, ſpiritualis non accedet. Vnde mulieri, neque Magdalenæ aſſuetæ tangere manus eius, & pedes, ait: Ioannes. 20. D. *Noli me tangere.* Quaſi diceret, non ſum tangibilis, neque tractabilis ad manus carnales. Ad melius nos invitat Dominus, quam ad carnalem pœnitentiam. Ad carnalem tantum, Leo Papa. *Dominus ineffabili modo cœpit eſſe præſentior, quo factus humanitate longinquior.*

Ioan.16. A.

Dilectio carnalis ſi non receſſerit ſpiritualis non accedet.

Ioan.20. D.

Leo Papa.

47 Ideò noli me tangere, hoc eſt, nolo, vt carnaliter venias, nec vt me ſenſu carnis cognoſcas, ad ſublimiora te fero, maiora tibi præparo, cum ad Patrem aſcendero. Tunc me perfectius, veriuſque palpabis, apprehenſura quod non tangis, creditura quod non vides. Carnalis amor multos excæcat, multos polluit, multos interficit. Quidam nimis carnaliter vxores ſuas diligunt. Contra eos in ſententijs dicitur: *Omnis vehemens amator propriæ vxoris, adulter eſt.* Vnde qui ſola voluptate carnali vxorem ſuam cognoſcit, non cauſa prolis, non cauſa vitandæ fornicationis, non cauſa debiti ſolvendi, vt quidam dicunt, peccat mortaliter; ſed non eſt authenticum; non eſt tutum alicui ſorores etiam ſanctiſsimas oſculari, tangere, corridere. Quod ſentiens Auguſtinus,

Amor carnalis.

Auguſtinus.

ait : *Venam amicitię coinquinavi fordibus concupiſcentię , candoremque eius obnubilavi tartaro libidinis.*

Exemplum contra luxuriam.

48 Quidam portabat matrem ſuam per rivum vt illo adiuvante tranſiret, & ne ſuavitatem, alitèr, lenitatem, ſive moliciem maternæ carnis ſentiret, involuit manus ſuas panno : Quod mater cernens , dixit ad eum : Fili , quare hoc feciſti ? Reſpondit ille : Non pro te feci mater : Sed ne ad concupiſcenciam carnis conſimilis conſenſus meus tranſiret. Quo audito, quievit mater. Non eſt tutum Abbati iuvenem Monachum tangere, nec Magiſtro parvum diſcipulum: Latet enim ignis in blanditate carnis, qui ad tactum egreditur fumigans, & de facili comburit.

Ignis latet in blanditate carnis.

Exemplum de blanditate carnis.

49 Quidam , vt fertur , permiſit canem lambere pedem ſuum, & cito poſt , humorem fœdum ſenſit , tamen nullatenus conſenſit.

Exemplum.

Cum quis ſororem , vel monialem oſculatur , & in carne labitur , prius ſimplicitèr accendit ; demum totus accenſus recedit.

Exemplum.

50 Diabolus in ſpecie honeſtæ mulieris hoſpitatus eſt cum quodam ſene in eremo , vbi vitam ſuam ſolitariam agebat : Illa hoſpitata acceſsit paulatim , & prius caput, deindè collum ſenis manibus tractavit mollibus. Miſer permittens ſe ita molliter palpari, licèt ſenex , emolitus , & accenſus eſt in tantum , quod ad turpe opus perpetrandum ſuper Diabolum ſimulatum feminam ſe inclinavit. Mulier autem quam ſubtus ſe tenere credebat, inter amplexus eius evanuit. Et auditus eſt cachinus, & cantus magnus Dæmonum in aere ridentium. Senex vero deſperatus, ad ſæculum reverſus eſt, & ſic Angelicam vitam abiecit.

51 Diligamus ergo amicas conſanguineas, moniales,& amicos,non quia pulchri ſunt ; ſed quia boni: Non ad divitias temporales , de quibus dicitur in Pſalmo 105. F. *Immolaverunt filios ſuos , & filias ſuas dæmonijs.* Sed ad æternas divitias , vt dicit Tobia. 13. D. *Beatus ero , ſi fuerint reliquiæ populi mei ad videndam Civitatem Ieruſalem.* Hæc fuit dilectio ſpiritualis ; quia ad hoc ſunt diligendi filij, proximi, & amici , vt ad vitam perveniant æternam.

Pſal. 105. F.

Tobia. 13. D.

CAPILLI TUI SICUT GREges caprarum , quæ apparuerunt de Galaad.

52 CAPILLI , qui ſunt ornamenta capitis,ſunt Martyres , qui ſunt ornamenta Eccleſiæ. Sicut enim liber illuminatur vermiculo, ſcilicèt , minio , & hyacintho,& campus eius albus , & litteræ ſunt nigræ : Ita Sancta Eccleſia eſt candida per caſtitatem,quæ ſpectat ad Virgines. Rubricatur per vitam Martyrum , qui ſanguine ſuo Eccleſiam depinxerunt, & illuminarunt.Hyacinthus ſpectat ad Confeſſores , qui per vitam , & doctrinam Eccleſiam illuminantes ornarunt. Nigræ litteræ ſumus nos peccatores, qui ſumus nigri , & obſcuri ; ſed per vitam,& doctrinam Sanctorum, ſive Doctorum illuminamur.

De Martyribus,Confeſſoribus,& Virginibus. Capilli ſunt Martyres.

Hyacinthus ſpectat ad Confeſſores. Peccatores ſumus nigræ litteræ.

53 Galaad interpretatur acervus teſtimonij , & ſignificat Sacram Scripturam , quæ per verba , & exempla Sanctorum , de Chriſto perhibent teſtimonium. Per capras intelligimus immundos , & fœtentes : Sed per hoc , quod aſcendunt ad montem Galaad , id eſt, ad Sanctam Scripturam , mundificantur , & à peccatis abluuntur. Similiter, qui prius fuerunt peccatores immundi, per montem Galaad , hoc eſt , per exempla Sanctorum efficiuntur capilli ſponſæ Ieſu-Chriſti. Qualiter autem ſanguine noſtro rubricatur Eccleſia, dicit Ambroſius: *Purpurata eſt vniverſa terra ſanguine Martyrum: Floret Cœlum coronis Martyrum : Ornata eſt Eccleſia memoria Martyrum: Signata ſunt tempora natalibus Martyrum : Crebreſcunt ſanitates meritis Martyrum.* De Confeſſoribus Iſaia. 54. E. *Sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphiris , ponam iaſpidem propugnacula tua.*

Galaad interpretatur acervus teſtimonij. Per capras intelligimus immundos, & fœtentes.

Ambroſius.

Iſaia. 54. E.

Per

Apoſtoli deſignantur per ſaphirũ. Confeſſores deſignantur per Iaſpidem.

54 Per Saphirum, qui eſt hyacinthini coloris Apoſtoli deſignantur, quorum converſatio fuit in Cęlis. Iaſpis, qui fugat fantaſmata, ſignat Confeſſores, qui fortiter hæreticis reſiſtunt, & eos fortiter expugnaverunt; ideo dicuntur propugnacula. Item, qui vigent in oratione, dicuntur Saphiri, vt Martinus, Benedictus. Qui vigent in expoſitionibus, & diſputationibus, dicuntur Iaſpides, vt Hilarius, Hieronymus, Auguſtinus. Legitur, quod Martinus oravit, quando Hilarius diſputavit. De candore virginitatis ſupra, cap. 2. numer. 301. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia.* Gloſſa inter caſtarum mentium ſancta deſideria. De nigredine peccatorum in Pſam. 146. B. *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis corvorum invocantibus eum.* Eſſe tamèn dicuntur capilli ſponſæ ſupra, cap. 5. numer. 182. *Coma eius nigræ, quaſi corvus.*

Pſal. 146. B.

VERS. V.

DENTES TVI SICVT GREges ovium, quæ aſcenderunt de lavacro.

De dentibus Diaboli, & dentibus Chriſti.

55 HABET Diabolus dentes: Habet Chriſtus dentes. Dentium Diaboli quidam ſunt inſciſivi; quidam canini, quidam molares. Inſciſivi ſunt manifeſti percuſſores in ſtrage Martyrum; quoniam vitam ſcindunt à corpore. Canini ſunt hæretici, qui contra fideles irrationabiliter latrantes lacerant. Molares ſunt falſi fratres, qui vitam iuſtorum per detractionem corrodunt. Hi deſignantur per tres equos, de quibus in Apocal. 6. A.B. per ruſum, nigrum, & pallidum. De his Iob. 41. A. *Circa gyrum dentium eius formido.* Quoniam formidandum eſt de dentibus Diaboli.

Apocal. 6. A. B.

Iob. 41. A.

Dentes Chriſti.

56 Habet Chriſtus dentes ſuos quoſdam inſciſivos, quoſdam caninos, quoſdam molares. Inſciſivi ſunt Prædicatores, qui peccatores ſcindunt, id eſt, ſeparant à corpore Diaboli. Canini ſunt diſputatores, qui ad modum canum arcent lupos ab ovibus. Molares ſunt Confeſſores, id eſt, confeſsionum auditores, qui per peccatores comminuunt malignitates, & eos Eccleſiæ incorporant. Dentes ſunt fortes in Eccleſia, qui ovibus lotis aſſimilantur per gradus iuſtitiæ, donec ad ſtatum perfectionis pervenerint.

Dentes ſunt fortes in Eccleſia.

VERS. VI.

OMNES GEMELLIS FOETIbus, & ſterilis non eſt in eis: Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſque oculis tuis.

57 HOC exponitur ſupra in cap. 4. num. 11. Et ibi num. 34. & 35. Et cap. 2. n. 77. *Fructus eius dulcis gutturi meo.*

VERS. VII.

SEXAGINTA SVNT REGINÆ, & octoginta Concubinæ, & Adoleſcentularum non eſt numerus.

De Reginis, Concubinis, & Adoleſcentulis Chriſti.

58 REGINÆ ſunt, qui doctrinæ Salvatoris pro diademate Regni Cœleſtis deſerviunt. Concubinæ ſunt, qui amore temporalium Chriſtum annuntiant, vel alijs laborant. Adoleſcentulæ ſunt rudes, & ignari, qui ad prædicandum non ſunt apti. Hic ſumitur octoginta, ſive octogenarius numerus in malo; quoniam quatuor humoribus, per quatuor Evangelia deſerviunt. Evangelizant enim vt manducent, gratiam vendunt, vt paleas recipiant; ſeminant triticum, vt ſpinas metant, id eſt, divitias.

*** *** ***
*** ***
***

VERS.

VERS. VIII.

UNA EST COLVMBA MEA, perfecta mea, vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ.

Quod multæ ſponſæ, & multæ concubinæ ſunt multæ Eccleſiæ.

Eccleſia eſt vna.

79 POſſet extimari propter numerum Reginarum, & concubinarum, quòd multæ ſunt ſponſæ, multæ concubinæ, multæ Eccleſiæ. Ideo dicitur, quod vna eſt columba; quia vna eſt ſponſa, vna Eccleſia. Vna propter fidei vnitatem; columba propter ſimplicitatem, perfecta propter omnium virtutum, & ſacrorum participationem, quæ eſt electa genitrici; id eſt, gratiæ, quæ dicitur mater, & genitrix; quia Eccleſiam nutrit, & informat.

VIDERUNT EAM FILIÆ Syon, & beatiſsimam prædicaverunt: Reginæ, & concubinæ laudaverunt eam.

De Maria Matre Domini.

60 HOc exponitur de Eccleſia, & de Virgine Maria, quoniam filiæ Syon, id eſt, omnes animę fideles; Reginæ, id eſt, veri Prædicatores; Concubinę, id eſt, qui pro temporalibus loquuntur, ſive annuntiant Verbum Dei, Eccleſiam, & Beatam Uirginem laudant. Proſequamur de Virgine. Hoc ſignatur per ſtellam maris circa quam omnes ſtellę moventur, quaſi laudantes, circa eam choream facientes: Sic omnes circa Beatam Uirginem. Huic ſtellæ opponitur polus Antarthicus, qui ſubter omnibus ſtellis collocatur; qui ſignat Evam, de qua omne malum proceſsit. Et ſicut illæ duæ ſtellę maxime opponuntur: Sic Beata Uirgo Maria, & Eva ſibi opponuntur.

Maria quanta bona attulit mundo.

Artica ſtella ſignat Virginem Mariam.

Antarthica, ſtella ſignat Evam.

Eva quanta mala attulit mundo.

61 Nam per illam, ſcilicet: Evam omne malum; per iſtam autem, id eſt, Mariam, omne advenit bonum. Per illam mors introivit ad genus humanum; per iſtam autem vita redijt, quæ fuerat perdita. Per illam triſtitia; per iſtam gaudium, & æterna lętitia. Per illam obſcuritatis tenebræ; per iſtam ſol iuſtitiæ, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Per illam pœnæ; per iſtam præmia vitę æternæ. Vnde rectiſsime de omnibus pœnis, quas ſuſtinemus, poſſumus Evæ gratias, ſi tamen gratiæ dicendæ ſunt, referre: De omnibus vero prędijs, quæ habemus, poſſumus, immo debemus, Beatam Uirginem laudare. Per illam maledictio infuſa eſt, quod ſignat nomen Eva, ab Evam, quod eſt perverſum ſive malum; per iſtam benedictio, & gratia donata eſt, quod ſignat nomen Maria, quod dicitur, ſive interpretatur ſtella maris.

Eva ſignat maledictionẽ

Maria interpretatur ſtella maris.

62 Quod autem maledictio, quam incurrimus per Evam, ſit commutata in benedictionem per Mariam, patet per verba illius cœleſtis Paranimphi Gabrielis Archangeli ad eam miſsi; qui reverenter ſalutans eam, ait: Ave gratia plena. Ave aba, quod eſt ſine & væ, quod eſt maledictio, quaſi ſine maledictione: Quaſi diceret. O maria ſtella maris; ſponſa Dei; Mater Chriſti, electa, prælecta, & ſine alicuius maledictionis nota, tu ſola inter omnes fœminas benedictas, es Arca benedictionis, & gratię, quæ confuſionem, & damnationem, quam illa perverſa, & maledictionis Arca Eva prima fæmina mundo intulit; afferens ſolem iuſtitiæ; proferens ſalvationem humano generi adducis; quia paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, id eſt, ſalvatorem.

Eva eſt porta miſerię.

Maria porta eſt Paradiſi.

63 Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Et ſic patet, quod Eva eſt porta miſeriæ: Maria vero porta Paradiſi. Item, maledictio Evę fuit triplex: Habuit enim maledictionem corruptionis in acceſſu: Maledictionem gravitatis in conceptu: Maledictionem doloris in partu. E contra Beata Virgo triplicem habuit benedictionem. Bernard. *Facta eſt ſine corruptione fœcunda: Sine dolore puerpera: Sine gravamine per-*

De maledictione Evæ.

De benedictione Mariæ.

Bernard.

permanſit gravida: Sicut oſtenditur in *Luc. 1. D. F.* Quia poſt Filij conceptionem aſcendit in montana: Et appropinquato tempore aſcendit in Bethlehem: Tempore partus involuit puerum, & reclinavit eum in præſepio. Idem *Luc. 2. A.* Sicut enim radius ſolis non lædit vitrum: Ita Chriſtus naſcendo, nec corruptionem nec vllum dolorem intulit Matri ſuæ. Vnde quidam: *Vt ſolis radius tranſit innoxius feneſtram vitream; ſic Dei filius, immo ſubtilius, aulam Virgineam.* Non expedit vituperare Evam: Decet nos ſemper Virginem laudare glorioſam.

Luc. 1. D. F.

De ſtella trãſmontana: & ſtella maris.

64 Dicitur Maria ſtella maris, quia errantes in mari huius mundi, ducit ad portum ſalutis. Hæc ſtella dicitur tranſmontana; quia omnes montes, id eſt, ſanctos in ſanctitate tranſcendit. Unde in Parabol. 31. D. *Multæ filiæ divitias congregaverunt: Tu ſupergreſſa es vniverſas*: Quia collegit dominium omnium virtutum, & divitiarum. Bernard. *Quiſquis te intelligis in huius ſæculi profluvio, magis inter procellas fluctuare, quam per terram ambulare, ne avertas oculos à fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tentationum; ſi incurras ſcopulos tribulationum, reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iactaris ſuperbiæ vndis; ſi ambitionis; ſi detractionis; ſi æmulationis, reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iracundia; ſi avaritia, aut carnis illecebra te concuſſerit naviculam mentis, reſpice ad Mariam.*

Prov. 31. D.

Bernard. in Homil. 2. ſuper miſſus eſt: circa finem.

65 *Si immanitate criminum turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, iuditij horrore perterritus, barathro incipias abſorberi in triſtitiæ deſperationis abyſſo, cogita Mariam. In periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Mariam voca: Non recedat ab ore tuo, & vt impetres eius orationis ſuffragium, non deſeras converſationis exemplum: Ipſam ſequens, non devias: Ipſam cogitans, non erras: Ipſam rogans, non deſperas: Ipſa tenente, non corruis: Ipſa protegente, non metuis: Ipſa duce, non fatigaris: Ipſa propitia, pervenis. Et ſic in te ipſo experies; quoniam merito dicitur nomen Virginis Maria.*

66 Plerunque contingit propter tempus turbidum, & nubioſum, quod tranſmontana videri non poſſunt; tunc nautæ viam in mari, verſus quam partem tendere debeant, ignorant; ſed aſſumunt acum, & ponunt in ea paleam ne mergatur; & cum puncto frangat faciem Aquilonis in adamante, & ponunt acum cum palea in aqua: Et tunc punctus vertit ſe ad tranſmontana: Et ſic inſtruuntur nautę ad quas partes tendere debeant. Lapis enim adamas in ſe habet quatuor facies, ſcilicet, quatuor partes mundi.

67 Adamas, qui attrahit ad ſe ferrum, ſignat Chriſtum, qui timore, & amore ſibi attrahit humanum genus durum, & nigrum ſicut ferrum. Hic eſt verus Eliſeus, qui præcidit lignum; & ferrum, quod cecidit, ad lignum natavit: Sic humanum genus ad Chriſtum per crucis patibulum. Item, de hoc tractatur in Oſſea. 11. A. *In funiculis Adam traham vos, in vinculis charitatis.* Funiculi Adam ſunt infirmitates; frigus; calor; fames; mors; quibus propter primum peccatum ligavit Adam, & omnes filios Adæ, vt timore talium, filij hominum ſe ab offenſa Dei cohiberent. Sed quoniam hæc vincula omnes comprehendunt, oportet vt nobis proſint ad præmium, quod ea patienter hilariterque, pro Ieſu Chriſti amore toleremus.

Quod Chriſtus adamanti comparatur.

4. Reg. 6. A.

Oſſee. 11. A.

Funiculi Adam.

68 Hæc vincula fuerunt, quod filius Dei pro nobis carnem aſſumpſit, & omnes infirmitates hominum propter peccatum, & ignominiam, ſimiliter vinculatus; & vulneratus; conſputus; crucifixus pro nobis fuit; vt ſaltem his vinculis fortiſſimis nos ligaret amicos: Quoniam: *Maiorem hanc dilectionem nemo habet; quam vt animam ſuam det pro amicis ſuis.* Ioannes. 15. B. Vnde Iſaia. 48. B. *Laude mea infrenabo te*: Quaſi diceret: Tan-

Ioann. 15. B.

Iſaiæ 48. B.

Tanta faciam pro te, quod compellam te laudare me, & ipſa laus ſit frenum tibi, ne me offendas. Sed heu! Multi hæc vincula, & catenas ſuaves confringunt, & per campos luxuriæ, ſicut veſanus ad diverſa ſcelera diſcurrunt.

69 Sed apponet his Dominus tales frænos, ſive ligaturas, quod confringi non poterunt. Sicut dicitur in Ieremia. 28. C. *Catenas ligneas contriviſti: Et facies pro eis catenas ferreas: Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Iugum ferreum ponam ſuper collum cunctarum Gentium iſtarum, vt ſerviant Nabuchodonoſor Regi Babylonis*; id eſt; Diabolo Regi confuſionis: eo; ſcilicet, quod catenas meas ſuaves rumpunt, & mihi ſervire nolunt. De hoc Rege dicit Auguſt. *Grave eſt ſervire offenſo, qui nunquam aliquo placatur obſequio.* Quanto magis huic Regi ſervieris, tanto gravius torqueris.

70 Iſte Rex inhumaniter ſævit in homines: Vnde ſumetur per verbum, vt dicitur Ieremia. 29. E. *Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab, quos frixit Rex Babylonis in igne: Pro eo quod fecerint ſtultitiam in Iſrael; & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum.* Et hæc eſt pœna exquiſita quod homines frigentur ardentiſsimo igne, & inextinguibili. Serviamus ergo, fratres Deo, cui ſervire, regnare eſt. Atrahamur ab Adamante, ne corruamus in profundum gehennæ.

71 Acus ergo homo eſt, qui debet fricari cum adamante ex parte Aquilonis. Ad literam creditur quod Chriſtus habuit in cruce faciem verſus Aquilonem: Siniſtram verſus Auſtrum: Dorſum ad Orientem. Ex parte Aquilonis fuit magis vulneratus, tam cruce, quàm in mente, in carne; quia tria vulnera ex illa parte ſuſtinuit; vnum in manu; aliud in pede; tertium in latere. In mente; quia ex parte Aquilonis ſtetit Mater eius. Si aliquis deberet viliter tractari, eligeret extraneam regionem, ne in conſpectu Matris, & aliorum parentum ignominioſam mortem ſuſtineret, Chriſtus autem, vt maiorem haberet compaſsionem, & vt Mater ſua magis affligeretur, voluit in conſpectu Matris ſuæ talia tollerare.

72 Voluit etiam quod quodammodo Mater eius, pro humano genere pateretur; quia plus diligebat Filium, quam ſe ipſam; ergo plus doluit in paſſione Filij, quam ſi ipſamet pateretur. Ideo fuit à Simeone ei prædictum: Luc. 2. E. *Et tuam ipſius animam pertranſivit gladius.* Ecce Matrem, quæ non meruit, voluit pati: Ergo vult, quod nos impij in hoc mundo patiamur, vt partem noſtram de latere ſuo bibamus.

73 Item, ex parte Aquilonis ſuſpenſus fuit Dimas Latro, cui Dominus Paradiſum promiſit, dicens: Luc. 23. F. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Quia magis, quam qui in ſiniſtris ſuſpenſus fuit, ei compaſſus eſt. Item, Aquilonem caput inclinando, ſpiritum emiſit. Verſus ergo Aquilonem magis paſſus, & compaſſus eſt, quia principaliter contra Aquilonem pugnavit. De quo Ieremia. 1. C. *Ab Aquilone pandetur omne malum*: Id eſt, à Diabolo, qui aquas ligat. *Aquæ multæ ſunt populi multi*: *Apocal.* 17. *D.* Has aquas ligavit Diabolus gelicidio peccati, taliter, quod ad portum ſalutis nullatenus pervenirent.

74 Debet ergo acus huiuſmodi parte adamantis fricari; quia peccator debet diligenter conſiderare ea, quæ Chriſtus ex parte Aquilonis contra Aquilonem ſuſtinuit: Sicut dicit Iſaia. 51. A. *Attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cavernam laci, de qua præciſi eſtis.* Caverna laci eſt vulnus lateris Chriſti, de qua caverna ſumus præciſi; quia per aquas, quæ de latere eius fluxerunt, ſumus reparati. Acus tranſfixa in paleam, ad modum crucis in aqua collocatur, quæ ſtatim vertit acumen verſus tranſmontanam; quaſi diceret, quod Chriſtus pro nobis eſt vulneratus; paſſus; cõpaſſus Matri ſuę gra-

Ierem. 28. C.

Auguſt.

Ierem. 29. E.

De dextera Chriſti, & quod magis ſentit dextera, quam ſiniſtra.

Acus homoeſt; Chriſtus habuit in cruce faciem verſus aquilonem, & ex hac parte fuit magis vulneratus.

Beata virgo ſtetitiuxta crucem ex parte aquilonis.

Chriſtus quare voluit in conſpectu matris pati.

Luc. 2. E.

Latro Dimas ex parte aquilonis fuit ſuſpenſus.

Luc. 23. F.

Chriſtus emiſit ſpiritum capite inclinato ad Aquilonem.

Ierem. 1. C.

Apoc. 17. D.

Iſaia. 51. A.

Caverna laci eſt vulnus lateris Chriſti.

gratias referre debemus, & quia Chriſtum emollivit, qui pro nobis hoc pertulit.

Quod Maria vere dicitur mulier; quod emollivit Chriſtum. Iob. 30. C.

75 Filius Dei fuit adamas duriſsimus, impaſsibilis, & toti humano generi crudelis. Vnde Iob. 30. C. *Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ adverſaris mihi.* Sed Beata Virgo adamantem emollivit, quod nullus in toto orbe potuit. Dedit ei carnem mollem, & paſsibilem. Numquam enim paſſus fuiſſet, niſi Beata Virgo carnem paſsibilem ei contuliſſet. Vnde, merito vocavit Matrem ſuam mulierem, id eſt, molliens Ieſum; id eſt, Chriſtum. Vocavit autem eam mulierem bis. Semel in nuptijs, quando ait ad filium: Ioannes. 2. A. *Vinum non habent.* Et reſpondit: *Quid mihi, & tibi eſt, Mulier?* Secunda vice in paſsione quando ait Ioannes 19. E. *Mulier, ecce filius tuus.* Et merito mulierem bis nominavit, quia duobus modis filium emollivit, vt compateretur, & pateretur.

Chriſtus vocavit bis matrem, mulierem. Ioannes. 2. A. Ioannes. 19. E

76 In nuptiis emollivit, vt compateretur diſcumbentibus, quia vinum non habebant. Emollivit etiam carnem paſsibilem exhibēdo, vt pro toto mundo pateretur. Vnde in paſsione, vere dixit mulier; quaſi diceret: Merito, ò Mater mea, dicēris mulier; quia me duriſsimum, & impaſsibilem ita molificaſti, quod clavis configor, pro te pro humano genere morior. Nemo ergo deſperet de duritia Dei; ſed dicat huic Reginæ: O mulier bona, quæ molificaſti filium tuum, vt pro me pateretur; dignare molificare, vt mihi compatiatur, vt mihi miſereatur. Item, vere dicitur, quia mollem vermē circumdedit hamo, & ſic accipit Leviatham. Iob. 40. C. *Numquam abdicabis Leviathan hamo; aut armilla maxillam eius perforabis, ſicut ego.* Idem in eodem. *In oculis ſuis quaſi hamo capiet eum.*

Oratio ad beatam Mariam.

Iob. 40. C.

77 In tali artificio ſunt tria: Virga: Linea: Hamus. Virga eſt Beata Virgo, de qua, Iſaia. 11. A. *Egredietur virga de radice Ieſſe.* Linea eſt genealogia illa, quam ponit *Matth.* 1. Sicut linea eſt ex pluribus filis: Ita generatio illa ex pluribus hominibus, & Regibus, & Ducibus iuſtis, & iniuſtis: Omnes enim indigent gloria Dei. Item hamus eſt ferreus acutus, & recurvus: Sic Chriſtus eſt ferreus per potentiam; acutus per ſapientiam: Recurvus per diligentiam. Per potentiam ſuperat: Per ſapientiam penetrat: Per diligentiam conſervat. De primo Pſalm. 2. B. *Reges eos in virga ferrea.* De ſapientia, quæ penetrat: Ad Hebræos. 4. C. *Vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Novit enim abſcondita cordis. Quod conſervet: Dicit ipſe, per Ioannem. 6. D. *Hæc eſt voluntas Patris mei; vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo quidquam.*

Quod in hamo piſcatorio sūt tria. Virga eſt beata Virgo Maria. Iſaia. 11. A. Matth. 1.

Gloria Dei omnes indigent.

Chriſtus eſt ferreus.

Pſal. 2. B.

Hebræos. 4. C.

Ioann. 6. D.

78 Hamus eſt eſca cœlatus: Deus eſt ſub carne velatus. Leviathan eſcam vidit; cæpit, & à ferro Divinitatis captus eſt. Ergo gratias Beatæ Uirginī referamus; Beatiſsimam prædicemus: *Quoniam Reginæ, & concubinæ laudaverunt eam.* Si cœlum eſt turbidum, quia nubes peccatorum ponitur inter nos, & Deum; ſi vinum gloriæ; vinum hilaritatis non habemus; preces ad Beatam Uirginem convertamus, & viam in hoc mari demonſtrabit; aquam inſipidam in vinum gratię faciet converti. Viam in hoc mari monſtravit, quando ait miniſtris: Ioann. 2. A. *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Quia ſi præcepta eius in omnibus adimpleveritis, vinum pro aqua recipietis: Quaſi diceret; veſtrum eſt præcepta Dei facere, ſed Domini eſt ad preces matris ſuæ, gratiam dare.

Ioann. 2. A.

79 Sicut enim per nos non poſſumus de aqua vinum facere; ita nec per nos poſſumus ſpiritualem hilaritatem acquirere. Bernard. *In vigilijs dormitat anima mea præ tædio, non ob aliud ſane, quam propter inopiam ſpiritus. Ipſe enim, ſi adeſſet, adiuvaret ſine dubio infirmitatem noſtram:* Ego dico, propterea non invenitis, quia non petitis. Quicumque ergo vino indiget; quicumque viam in hoc mari ignorat, ad Beatam Virginem recurrat, & remedium per ipſam inveniet. Quæ enim filium ſuum emollivit, vt pateretur, ſingulis diebus emollit, vt compatiatur.

Bernard.

Item,

Quod acus cũ paleaiungitur & anima cũ carne.

80 Item, acus cum palea in modum Crucis coniungitur: Hoc eſt, quod anima cum infirmitate carnis vnitur, ſive immittitur, quoniam paleam carnem noſtram vilem, & miſeram intelligimus. Ideo coniungitur acus paleæ, ne acus in immum corruat. Unde in Geneſ. 6. A. *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt.* Hoc eſt, non indignabor homini, nec ſemper iraſcar contra hominem, quia miſer, & fragilis eſt. Si enim paleæ coniunctus eſſet Lucifer, forſitam non peccaſſet: Sed quia conſideravit ſe eſſe pulchrum, & ſpiritualis ſubſtantiæ, & ſubtilis naturæ, & pulcherrimum Angelorum eſſe; ideo perdidit gratiam in decore ſuo: Ideo dicitur homini, ad ſuperbiam vitandam: *Memento homo, quia cinis es*: Gregorius: *De nullo auctoris mei dono ſuperbio, quia ſumptus de pulvere, in pulverem me redire cognoſco.*

Geneſ. 6. A.

Greg.

De cruce. Crucem debemus portare omnes.

81 Item, figitur in modum crucis; ad notandum, quod omnes debemus pro Chriſto in aliquo crucifigi. Vnde, natat homo in modum crucis; navis incedit ad modum crucis. Hi ſunt coniugati; Prælati; Contemplativi, & omnes in modum crucis. Primi habent crucem proximis ſubveniendo: Prælati animabus ſuccurrendo: Contemplativi carnem ſuam affligendo.

De regina. Pſal. 44. C.

82 Hæc eſt de qua Pſalmiſta ait. Pſal. 44. C. *Aſtitit Regina à dextris tuis*: Hoc eſt, ſtetit à dextris, & propter eam oppoſuit ſe Aquiloni, ad ſignificandum, quod pro nobis opponit ſe Diabolo. Item, à dextris, quia omnes alij fuerunt à ſiniſtris. Omnes enim à veritate ad falſitatem; à dextera ad ſiniſtram receſſerunt. Vnde, quia perſeverabit in ſabbato, ſabbatum eſt ei dedicatum. Item, Regina, quia debet mollificare Regis iram; ſic Regina Eſther mollificavit ſeveritatem Aſſueri; qui decrevit, populum Iudæorum eſſe interficiendum, niſi interceſsiſſet Regina Eſther. Sic multos decrevit Deus perituros, & damnandos, niſi pia interceſsio Virginis interveniret.

Mariæ interceſsio nos liberat à morte æterna.

VERS. IX.

QUÆ EST ISTA, QUÆ PROgreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?

83 QUaliter Reginæ, & concubinæ laudant hanc; ſubiungit admirando dicens: *Quæ eſt iſta, quæ progreditur vt aurora conſurgens?* Comparatur Auroræ: Lunæ: & Soli. Aurora dicitur, quoad peccatores, quia addit eis diem. Dicitur Luna, quoad activos: Sol, quoad contemplativos, qui clarius magnificentiam Beatę Virginis Mariæ ſpeculantur, quam activi. Terribilis eſt Dæmonibus, ſicut acies caſtrorum; quoniam, vt credo, plus poteſt contra ſpiritus malignos, quam multitudo Angelorum; quam multitudo ſanctorum; quia cunctas hæreſes ſola interemiſti; id eſt, maximam, & caput omnium hęreſum; ſcilicet, idolatriam. Vnde, cum Antiqui ſolerent ponere ſtatuas diverſorum Deorum in templis adorandas; contra hoc Beata virgo, fere in qualibet Eccleſia, tenens Dei Filium depingitur; vnde nobis oſtenditur, quem veraciter debemus adorare.

Quod Beata virgo dicatur aurora: Luna, & Sol.

NOTA.

Maria virgo cur depingitur tenens Dei filium.

VERS. X.

DESCENDI IN HORTVM nucum, vt viderem poma convallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.

84 HOrtus nucum eſt Eccleſia, congregatio ſancta. Iuſti nuces dicuntur; quorum cortex eſt amaritudo miſeriæ: Teſta eſt caro fragilis: Pellicula brevis, amaritudo mortis: Nucleus eſt anima, Do-

Quod hortus nucum eſt Eccleſia: vel congregatio ſancta. Iuſti nuces dicuntur.

Dominus primo corticem abſtulit, quando amaritudinem bibendo noſtram dulzoravit. Teſtam ſuam confringi permiſit; quia brevem mortem, & amaram ſuſtinuit; & ſic ad nucleum animarum noſtrarum pervenit. Iſte eſt nucleus, quem cœli ſuper omnia deſiderant.

Poma convallium.

Poma convallium ſunt, qui duplici humilitate interiori, & exteriori nutriuntur.

Vinea eſt Eccleſia.

Vinea eſt Eccleſia, quæ producit folia verborum, & vuam bonorum operum.

Mala punica ſunt clauſtrales.

Mala punica ſunt clauſtrales. Sicut multa grana ſub vno cortice, ſic multi clauſtrales ſub vna Religione.

Sermo quem legatus, vel viſitator viſitat provinciã ſuam, vel ſubditos.

85 Hoc potuit dicere, quando viſitavit nos oriens ex alto: Sacerdotes ad Parochiam: Viſitatores ad ſubditos. In *Geneſ.* 37. C. ait Iacob Filio ſuo Ioſeph: *Vade, & vide, ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora: Et renuncia mihi quid agatur.* Sic poteſt dicere viſitator, quod maior ei iniunxit, vt videat qualiter Fratres ſe habeant in regione, & pecora; id eſt, ſimplicitas laicorum. Eſt autem proſperitas bona, & proſperitas mala; proſperitas ſpiritus, & proſperitas carnis. Mala, quando aliquid ſecundum voluptatem carnis ſuccedit. De qua Iob. 21. B. *Domus eorum ſecuræ ſunt, & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos: Bos eorum concepit, & non abortavit: Vaca peperit, & non eſt privata fœtu ſuo. Egrediuntur quaſi greges parvuli eorũ & infantes eorum exultant luſibus. Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad ſonitum organi.* Sed valde timendus eſt ſaltus, qui ſequitur; ſcilicet: *Ducunt in bonis dies ſuos, & in punctο ad inferna deſcendunt.*

Geneſ. 37. C.

Proſperitas bona, & mala

Iob. 21. B.

Proſperitas magis timẽda eſt quam adverſitas.

Pſal. 143. D.

De proſperitate.

86 Item, in Pſalm. 143. D. *Oves eorum fœtoſæ, abundantes in egreſſibus ſuis: Boves eorum craſſæ: Non eſt ruina maceriæ, neque tranſitus in plateis eorum: Beatum populum, cui hæc ſunt:* Quæ gratis inquirunt. Hanc proſperitatem tàm Epiſcopi, quàm Abbates; tàm ſubditi, quàm Monachi; Iudæi, & Sarraceni affectant. Vnde talis Abbas plurimum laudatur, qui oves, boves, & capras multiplicat, & domos ædificat. Sed dicit Iob. 3. D. *Quare miſero data eſt lux.* Id eſt, temporalis proſperitas: in Pſalm. 55. A. *Ab altitudine diei timebo*: id eſt, à proſperitate. Greg. *Cum vtraque fortuna timenda ſit, magis timenda eſt proſpera, quam adverſa. Adverſa enim ſevlendo docet; proſpera demulcendo ſeducit.* Sed timendus eſt ſaltus: De quo Iob ſubiungit dicens vt ſupra: *Ducunt in bonis, &c.* Deſcendunt enim, ſive ſaliunt à paucis delitijs ad ſumma ſupplicia: A modico gaudio ad ſummam triſtitiam.

Iob. 3. D.

Pſal. 55. A

Greg.

Proſperitas quantum noceat.

87 Hæc deceptioſa proſperitas multos impedit, multos retinet, multos à via vitæ retrahit. Ex his impius habet hic, quod deſiderat, alium Paradiſum non affectat; immo de mundo exire trepidat. Magis diliget carcerem, quam palatium; tenebras, quam lucem; ſtabulum fœtore plenum quam Cœlum ſumma dulcedine repletum. Et quare hoc? Quia vt dicit Greg. *Nemo adventum iudicis diligit, niſi qui ſe bonam cauſam habere novit.* Latro, qui ſcit ſe reum, & condemnandum, nunquam vellet educi de carcere. Hæc proſperitas eſt pax Diaboli; quoniam eſt pax peccatoris; pax temporis. Pax Diaboli, quoniam in pace, & ſine tribulatione ſunt homines, quos poſſidet. Hanc pacem mortiferam venit tollere Dominus Ieſus. Vnde ait Matth. 10. D. *Non veni pacem mittere, ſed gladium.*

Quod impij magis diligũt ſtabulum fœtore plenum quam cœlum.

NOTA.

Greg.

88 Proſperitas bona eſt ſecundum animam; quando quis ſub alis Ieſu Chriſti de bono in melius progreditur, à poteſtate Diaboli, à pœna inferni liberatur. De hac proſperitate. Pſal. 44. A. *Intende, proſpere procede, & regna.* Et in Pſal. 67. C. *Benedictus Dominus die quotidie: Proſperum iter faciet, &c.* Hanc proſperitatem habuit Dominus, & habent iuſti. Sicut caro contraria eſt ſpiritui; ſic proſperitas carnis proſperitati ſpiritus.

Math. 10. D. *De proſperitate bona.*

Pſal. 44. A.

Pſal. 67. C.

89 De proſperitate ſpiritus, & adverſitate carnis: 2. ad Corinth. 4. C *In omnibus tribulationem patimur*: Ecce adverſitas carnis: *Sed non anguſtiamur*: Ecce proſperitas ſpiritus: *Aporiamur, ſed non deſtituimur: Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: Deijcimur, ſed non perimus:*

2. ad Corinth. 4. C.

Humiliamur, ſed non confunaimur: Semper mortificationem in noſtro corpore circumferentes, vt & vita Ieſu in noſtris corporibus manifeſtetur. Quaſi diceret: Si vitia carnis mortificamus, ſi in carne afflictiones patimur, tunc manifeſtabitur vita Ieſu in corporibus noſtris.

90 Viſitator debet aſsimilari his de proſperitate. In 1. *Regum.* 17. *B.* Iſai ad Filium ſuum David: Deus Pater ad Filium: Sic Maior ad miſſum: *Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes, & decem formellas caſei, has deferes ad tribunum: & fratres tuos viſitabis, ſi recte agant.* Ephi continet tres modios: Polenta eſt delicatiſsima farina, cibus parvulorum, & infirmorum. Polenta ephi eſt farina, quam mulier tribus Sabbatis abſcondit, ſcilicet, Fides Trinitatis, quibus pueri, & infirmi reficiuntur. Decem panes ſunt, decem præcepta Decalogi, quibus confirmantur iuſti, ne decem plagis Ægypti perimantur; aliter, morbo infidelitatis perpetuo moriuntur. Decem formullæ caſei ſunt homines decem præceptis informati.

1. *Reg.* 17. *B.*

Decem panes.

Decem formullæ caſei.

61 Homo caſeus dicitur propter teneritudinem, & fragilitatem, & facilem infectionem: Quoniam caſeus ſi venenum in parte imponitur, totus nigrefit. Sic de homine; ſi in aliqua parte eſt infœctus, tota maſſa corrumpitur. Iob. 10. B. *Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti?* Fragilitas igitur ſubditorum debet exponi mentibus Prælatorum, vt diſcant parcere, non percutere: Compati, non iraſci: Servire, non ſevire; aliter ſerviri. Unde ſummus legatus dicit Iob. 6. B. *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.* Vnde Iacob ad Eſau: Geneſ. 33. C. *Si parvulos, oves, vel boves fœtas plus in ambulando fecero laborare, morientur in via.*

Homo caſeus dicitur. Caſeus.

Iob. 10. B.

Iob. 6. B.

Geneſ. 33. C.

92 Debet viſitator, vel legatus venire ſicut Moyſes, qui eduxit Iſrael de Ægypto de poteſtate Pharaonis: Sic viſitator Filios Iſrael de tenebris vitiorum, & poteſtate Diaboli: Debet venire ſicut Nehemias, qui interpretatur conſolator miſſus, qui dum eſſet infuſus caſtro, accepit à peregrinis eſſe in Ieruſalem, ſine muro, & populum habitare in ea in afflictione: Nam ſuſtinebant per diem impetum hoſtium; nocte vero intrabant latrunculi, & implebant plateas cadaveribus mortuorum. Ieruſalem habitatur ſine muris; quando clauſtrum, vel Parochia caret munimine virtutum; & tunc in die, quaſi luce ſcientiæ ſuſtinent impetum hoſtium, & ſæpe vulnerantur, quia carent muro virtutum. Si haberent hunc murum, ſecuri eſſent; ſecuri quieſcerent.

De viſitatore vel legato: vel quod legatus debet eſſe ſpiritualis; ſimilis Moyſi, & Nehemiæ.

Nehemias interpretatur conſolator miſſus.

93 In nocte intrant latrunculi, ſcilicet, Dęmones, qui virtutes, & animas, & plateas clauſtri, vel Parochialium Eccleſiarum cadaveribus implent. Muro virtutum confracto, lumine ſcientiæ ſubtracto, homines per mortalem culpam perimunt, & cadavera in clauſtro vel mundo relinquunt; licet luxurioſi; vſurarij; cupidi; guloſi videantur ambulare in carne; tamen in anima mortui dicuntur: Cadavera mortuorum. Cadavera, à cado cadis: Quia à Dæmonibus percuſsi caduut in culpam, & poſtea in gehennam; & ſic ruina eorum eſt magna. Hoc audito flevit Nehemias. Sic Papa; Epiſcopus; Abbas, quando audit ruinam virtutum, & mortem ſubditorum, & animarum debet flere. Eccleſiaſticus. 7. D. *Non deſis plorantibus in via, & cum lugentibus ambula.*

Eccleſiaſtic. 7. D.

94 Nehemias autem impetrata licencia à Rege Perſidis venit Ieruſalem, & ædificavit muros eius, & ſemptem portas: Portam gregum, vitam Apoſtolorum, qui fuerunt duces gregis: Portam piſcium; id eſt, martyrum, qui habuerunt pennulas lætitiæ, & ſquamas patientiæ: Porta vetus, ſunt Patres antiquiſsimi: Porta vallis, vita virginalis: Porta ſterquilini ſunt pœnitentes, qui ſibi fœtent; per quas portas, ſordes per confeſſionem, & ſatisfactionem exeunt à civitate cordis. Porta fontis, confeſſores, qui aquas

De ſeptem portis Ieruſalem.

aquas ſalutiferas effundunt, quibus corda fidelium irrigantur.

Qualiter reædificaverunt muros Ieruſalem Eſdras Zorobabel, & Nehemias cũ cæteris ſocijs ſuis.

95 Muros autem cum tanta difficultate reædificaverunt, quod vna manu ponebant lapides, & altera manu tenebant gladios, vt ſuſtinerent impetus hoſtium. De facili fuit Ieruſalem conſtructa, ſed cum magna difficultate reparata. Sic homo de facili per Baptiſmum iuſtificatur; per mortalem culpam de facili deſtruitur; ſed cum magna difficultate reparatur. Unde Ambroſius: *Plures invenit innocentiam conſervare, quam pœnitentiam agere.* Cum herbam tribuit, lapides apponit; Diabolus per motum luxuriæ, avaritiæ, vel alterius culpæ nititur opus impedire. Sed gladium viriliter tenet, qui huiuſmodi motus reprimit, & extinguit.

Ambroſ.

Eſdræ. 4. A.

96 Item, Sanaballat quando audivit quod ædificaverunt muros Ieruſalem, de grobis combuſtis, deriſit eum dicens: *Numquid poterit ædificare lapides ab acervis pulveris, qui combuſti ſunt?* Hoc eſt, vt quaſi nobis eſt impoſsibile implere. Sed ille qui poteſt de lapidibus ſuſtentare filios Iſrael: Poteſt de acervis aduſtis per luxuriam, gulam, avaritiam, qui ſunt de pulvere terræ ſumpti, ædificare muros Ieruſalem, & de chriſtallo facere bucellas, ſcilicet, de impio iuſtum. Item hoc eſt officium Viſitatoris, quod iniunxit Dominus, Ieremiæ. 1. C. dicens: *Ecce conſtitui te hodie ſuper Gentes, & regna, vt evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, & ædifices, & plantes.*

Chriſtus de peccatoribus facit iuſtos.

Ieremia. 1. C.

Viſitator quid debet evellere & quid plantare.

97 Evellas, quæ vltro orta ſunt vrticas luxuriæ. Deſtruas, quæ male conſtitutę ſunt conſuetudine malitiæ. Diſperdas, quę male ordinata ſunt, quod minor præponatur maiori; indignus digno; caro ſpiritui. Diſsipes, quæ male congregata ſunt, congeries vitiorum. Ædifices infirmos, vt efficiantur templum Domini. Plantes ſemina virtutum, vt faciant fructum bonorum operum.

De viſitatoribus malis.

98 Sed aſcendamus ad Viſitatores noſtri temporis. Si aliquis mittatur, cum tot equis, cum tanta familia, & pompa incedit, quod vix poſſunt in domibus colligi. Vix inveniuntur piſces, & carnes, volatilia, & ſalſamenta, quibus poſsint refocillari. Numquid Petrus taliter inceſsit? Numquid Paulus vinculatus nuncius Dei talis apparuit? Epiſcopos, Abbates, & Capellanos devorant; ita vt poſsit dici quod legitur in Ioele. 2. A. *Quaſi hortus voluptatis terra coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti*: Non poteſt dici, *viſitavit nos oriens ex alto. Luc.* 1. G. Sed potius; Diabolus de inferno; lupus de deſerto. Ecce ſingularis ferus, qui depaſcitur vineam.

Ioel. 2. A.

Luc. 1. G.

99 Tales Viſitatores, de ordine, de vita, & ſanctitate non curant: Sed qui plures nummos dederit; qui manus melius inunxerit, vt melius in inferno poſsit ardere; hic iuſtus, & firmus reputabitur, vt legitur *in 3. Regum.* 13. G. de Ieroboam: *Quicumque volebat implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum.* Similiter quicumque plures marchas Viſitatoribus dederit; Prior, vel ſacriſta; vel alius miniſter erit. Non demoribus; ſed de morabetinis; non de marcho; ſed de marcha mentio fiet.

3. Reg. 13. G.

100 Si ſubditus petit panem charitatis, ille porrigit lapides cupiditatis; id eſt, duras exactiones. Si petit piſcem fidei, qui eſt in aquis ſicut piſcis generatur; ille dat ſerpentem tortuoſitatis, vt nunquam in ipſo videat, vel audiat rectam informationem. Si petit ovum ſpei, quod producit pullos cœleſtis præmij; ille porrigit ſcorpionem, qui blanditur facie, ſed cum cauda percutit venenoſe. Scorpius eſt gloria mundi, quæ prætendit faciem blandientem: Sed in fine ſtimulat per pœnam gehennalem. Iſti non ſunt vificatores; ſed potius legati, & Miniſtri Anti-Chriſti. Anti-Chriſtus enim, vt dicitur, erit dives, pompaticus, glorioſus: Chriſtus autem pauper, humilis, & deſpectus, vt ſancta docet ſcriptura.

Quod malus viſitator facit contrarium bono ſubdito eius.

Scorpius eſt gloria mundi.

Anti-Chriſtus.

101 Videant igitur vtrum

ſequantur Chriſtum ; an Anti-Chriſtum. Et certè conſcientia dictat, quod Miniſtri ſunt Anti-Chriſti ; & Angeli Diaboli. Igitur quid? Certè, quod ignis æternus paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Miniſter autem Chriſti debet eſſe talis, qualem deſcribit Iſaia. 61. A. *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxit me, ad annuntiandum manſuetis miſit me, vt mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domino, vt conſolarer omnes lugentes, & ponerem fortitudinem lugentibus Sion.* Dominus autem noſter Ieſus Chriſtus qui viſitavit nos oriens ex alto, qui fuit legatus Dei Patris, dignetur tàm viſitatores, quàm viſitatos rectificare, & veſtigia ſua imitari, vt quo caput præceſſit, membra ſequi valeamus.

Miniſter Chriſti, vel viſitator.

Iſaia. 61. A.

NESCIVI : ANIMA MEA conturbavit me propter quadrigas Aminadab.

102 VErba Eccleſiæ, ſive fidelis animę audientis prædicationem Evangelij : Quaſi diceret. *Neſcivi talia : Sed quando audivi quadrigas Aminadab.* Qui interpretatur ſponteneus, id eſt, quadrifariam doctrinam Chriſti, qui ſponte in Ara Crucis ſe obtulit. Turbata eſt, ſeu turbavit me ad pœnitentiam, & errorem, quem tenui relinquendum, ad veritatem quàm audio conſervandam, totus mundus tota die turbatur.

Sic loquitur Sinagoga ad Eccleſiam.

Aminadab interpretatur ſponteneus.

103 Eſt autem turbatio carnalis, & eſt turbatio ſpiritualis. Carnalis eſt, cum quis turbatur pro carnalibus : Spiritualis, cum quis turbatur pro timore de non amittendo virtutes, & ſpiritualia bona. Eſt autem turbatio bonorum ; alia cupidorum ; tertia peculantium ; quarta amicorum carnalium ; quinta activorum. Hærodes Rex turbatus eſt in nativitate Chriſti timens pro Cœlorum Rege, regnum terrenum amittere : Sed non timuit amittere Regnum Cœlorum.

De multiplici turbatione mala.

104 Turbatur aliquis, quia amittit amaſiam ; de quo : *Ezechiel. 8. F.* Inter maxima ſcelera Iſrael monſtravit Dominus Ezechieli, quod mulieres ſedebant, & plangebant Adonidem : Et multis annis poſt planctum recitabant. Adonis fuit amaſius veneris : Quando iſte fuit mortuus, mulieres plangebant. Hæ plangunt Adonidem, quæ lacrymantur, quia amaſium amiſerunt ; quia luxuriam more ſolito adimplere, pretioſa videre, ſplendide comedere non poſſunt. Alij turbantur, quia pecuniam perdunt ; nec turbantur ſi Deum amittant.

Ezechiel. 8. F.

Adonis fuit amaſius veneris.

105 Alij pro morte amicorum turbantur ; lacrymantur cum vident conſanguineos ſuos in extremis laborare, capillos de capite fortiter evellere ; verba terribilia, & blaſphematoria intonare, vultus crudeliter ad cœlum erigere, & quandoquidem contra cœlum ſputa emittere. Quare hæc faciunt? Quia ſolebant eis dare zonas, caligas, & huiuſmodi ; propter hoc plorant ; quod ſi anima à Dęmonibus portatur, non curant ; vt oſtendant ſe non animarum amatores eſſe ; ſed corporum ; non conſanguineorum ; ſed ſuarum rerum. Diligunt enim eos, ſicut canes leporem, ſcilicet, vt devorent : Sicut homines vulpem ; vt pellem induant.

106 Sed miſer infirmus deberet eis reſpondere : Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem : Vado ad gloriam. In omnibus his in vanum turbatur omnis homo vivens. Qui pacem habet Chriſtiş non debet his turbari. Unde veritas in Ioanne. 14. D. *Pacem relinquo vobis ; pacem meam do vobis ; non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.*

Ioann. 14. D.

107 Alij turbantur, vt ſibi, & alijs in vtilibus, prouideant. Vnde Dominus in Luc. 10. G. *Martha, Martha, ſollicita es, & turbaris erga plurima.* Salubris turbatio eſt, quando quis

Luc. 10. G.

quis timet amittere virtutes. Vnde Beata Virgo quando audivit ſalutationem ab Angelo: *Turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Luc. 1.C. Timuit enim virginitatem amittere. *Luc. 1.C.*

De quadrupli ci turbatione bona.

108 Bona turbatio eſt quadruplex, ſcilicet, pro peccato proprio; pro peccato alieno; pro timore iudicij; pro pœna inferni. Pro peccato proprio turbatur pœnitens: Unde in Pſalm. 54. A. Et 108. C. *Cor meum conturbatum eſt in me.* Pro peccato alieno: Ait Iacob, quando filij ſui iniuſte occiderunt Sichimitas. Geneſ. 34. D. *Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius.* Pro timore iudicij. Pſalm. 6. B. *Turbatus eſt à furore oculus meus: Inveteravi inter omnes inimicos meos.* Hieronymus: *Dum de iudicio cogito, toto corpore contremiſco.* Iob. 9. D. *Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti:* Nihil enim relinquit inultum potens. Potens eſt, cui nil reſiſtere poteſt: Sapiens eſt, & falli non poteſt. Iuſtus eſt, quoniam ſecundum quod vnuſquiſque meruerit, puniri, vel præmiari oportet.

Pſal. 54. A. & 108. C. *Geneſ. 34. D.* *Pſal. 6. B.* *Hieronym.* *Iob. 9. D.*

De turbatione ex pœnis inferni.

109 De pœnis inferni non eſt mirum ſi homo turbatur. Si quis enim deberet per momentum excoriari, lapidari, vel comburi, turbaretur: Et ſi totum mundum poſſideret, totum daret, vt pœnam evadere poſſet. Sed attende, ò homo, quia ſicut ſe habet ignis pictus ad verum: Sic pœna temporalis ad purgatoriam: Et purgatoria ad infernalem. Sic ergo in infinitum maior eſt pœna infernalis, quam aliqua temporalis. Ergo non eſt mirum ſi homines turbentur cum talia cogitent. Durior eſt, quam Diabolus, qui pro iudicio, vel inferno non trepidat; quoniam Dæmones credunt, & contremiſcunt.

110 Hanc quadruplicem conturbationem exprimunt quadrigæ Aminadab. De turbatione pro peccato proprio dicit Matth. 29. G. quod quando negavit Dominum ſuum Petrus: *Exivit foras, & flevit amare.* Pro peccato alieno: Ioannes. 11. B. *Ieſus vidit Martham plorantem, & Iudæos, qui ſecum venerant plorantes, fremuit ſpiritu, & turbavit ſe ipſum:* In quo ſignatur, quod turbari debemus pro peccato alieno, quod per mortem Lazari intelligitur. De turbatione iudicij dicit veritas, quod mundus ante adventum eius turbabitur: Luc. 21. E. *Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis, & in terris preſſura Gentium præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum: Erunt terremotus per loca: Virtutes Cœlorum commovebantur.* Ex quo totus mundus commovebitur, non eſt mirum, ſi nos miſeri turbemur. *Columnæ cœli contremiſcent.* Auguſt. *Quid faciet virga deſerti, vbi timore concutitur virga paradiſi.*

Matth. 26. G. *Ioann. 11. B.* *Luc. 21. E.* *Iob. 26. D.* *Auguſt.*

111 De turbatione ex pœnis inferni: Luc. 21. F. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum poteſtate magna, & maieſtate.* Iob. 26. D. *Cum vix parvam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* Quaſi diceret; modicam ſtillam de ieiunio; continentia, & martyrio vix poſſunt homines audire: Qualiter ergo ſuſtinebunt illud tonitruum, quando dicet vt habetur in Matth. 25. D. & in Luc. 13. F. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius?* Item, legitur in *Luc. 16. F.* quod clamavit dives ſepultus in inferno: *Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Tamen nec vnicam guttam recepit.

Luc. 21. F. *Iob. 26. D.* *Matth. 25. D.* *Luc. 13. F.* *Luc. 16. F.*

112 Qui audierit quadrigas huiuſmodi reſonare mirum eſt ſi non turbatur. Quoniam his quadrigis: *Conturbatæ ſunt Gentes, & inclinata ſunt regna, dedit vocem ſuam altiſſimus, & mota eſt terra.* Pſal. 45. B. Turbatus eſt Habacuc quando in ſpiritu hoc vidit dicens: Habacuc. 3. D. *Audivi, & conturbatus eſt venter meus, &c.* Unde intelligens ſeveritatē iudicij, & acerbas pœnas inferni, orat

Pſal. 45. B. *Habacuc. 3. D*

vt hic computreſcant oſſa eius, & vermes in eo ſcateant, dummodo poſsit pœnas vitare, & ad ſalvándos aſcendere dicens: *Ingrediatur putredo in oſsibus meis, & ſubter me ſcateat; vt requieſcam in die tribulationis: Et aſcendam ad populum accinctum noſtrum.*

113 Qui pro his hic non turbatur, in inferno turbabitur. Habacuc. in eodem. B. *Pro iniquitate vidi tentiora Æthiopiæ.* Hæc tentioria ſunt impij, in quibus Æthiopes, id eſt, nigri Dæmones morantur. *Turbabuntur pelles terræ Madian*: Quod dicitur ex iudicio; quaſi diceret: Qui pellem ſuam hic nutrit delicate, vivendo delicate, & ſuaviter in pelle per iudicij turbationem, ſemet in gehenna turbabit. Igitur per pœnitentiam ex turbatione fugabitur Diabolus, vt nil noceat: Turbabitur Chriſtus ad miſericordiam, vt gratiam conferat. Oſſee. 11. C. *Quomodo dabo te ſicut Adama, ponam te, vt Eſeboim?* Quaſi diceret: Numquam ſubvertam te ſicut Adama, & Eſeboim; quæ ſubverſę ſunt cum Sodoma, & Gomorra. Si vere pœnitens dices: Conturbatum eſt cor meum in me: Turbata eſt plenitudo mea.

Habacuc. 3. B

Tentoria Æthiopiæ ſunt impij.

Oſſee. 11. C.

114 Vel quadrigæ Aminadab ſunt diverſa genera Crucis, per quas oportet aſcendere in Cœlum; luctum, & puteos mundi tranſire. Ipſe aſcendit per crucem ligneam: Coniugatus, per continentiam: Prælatus, per diligentiam: Religioſus, per obedientiam: Dives, per eleemoſynam: Pauper per pacientiam. Matth. 16. D. *Si quis vult poſt me venire abneget ſemet ipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Coniugatus tollat crucem continentiæ, vt ſuam non dimittat vxorem, vel ea vivente nullam aliam cognoſcat, & ſit habens; quaſi non habens. Prælatus tollat crucem diligentiæ, & ovibus ſuis intendat, vt præter ea, quæ intrinſecus ſunt, inſtantia eius quotidiana ſit ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Clauſtralis crucem ſuam tollat, vt maiori ſuo obediat; ſicut de Chriſto ſcriptum eſt in Luc. 2. G. *Et erat ſubditus illis.*

De multiplici cruce.

Matth. 16. D.

2. ad Corinth. 11. G.

Luc. 2. G.

115 Dives ferat, ſive aſcendat crucem largitatis, vt dicitur in 2. ad Corinth. 8. C. *Vt veſtra abundantia illorum inopiam ſublevet.* Pauper tollat crucem pacientiæ, vt ſuam miſeriam pacienter ſuſtineat. Amoſ. 5. D. *Prudens in tempore illo tacebit: Quoniam dies mali ſunt:* Sic divitias gloriæ percipiet. Peccator crucem tollat pœnitentiæ: Quoniam pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium; per quam poteſt ad portum ſalutis pervenire. Cum quis aliquam iſtarum quadrigarum aſcendit, aliquantulum turbatur. Sed ſi neſcit, tarda molimina Spiritus Sancti gratia: Quoniam Spiritus Domini omnia impedimenta frangit, & quadrigam Aminadab aſcendere cogit; qua ad gloriam æternam aſcendet.

2. ad Corinth. 8. C.

Amoſ. 5. D.

Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium.

VERS. XII.

REVERTERE, REVERTERE Sunamitis: Revertere, revertere, vt intueamur te.

Qualiter Dominus rogat peccatorem vt ad ipſum convertatur.

116 SVnamitis dicitur miſera, vel captiva, ſive mortificata. Totum hoc convenit animæ peccatrici. Eſt enim miſera infinitas ſuſtinens miſerias; famen; ſitim; frigus; & cauma; dolores in carne, & corde; morbos, & mortem; & quia ita miſera eſt, indiget miſericordia. Eſt enim captiva: Quia per culpam mortalem à Diabolo captivatur. Et hęc captivitas ſignificatur per hoc, quod Nabuchodonoſor duxit Filios Iſrael captivos in Babyloniam, vbi multi mortui ſunt, & quidam reverſi. Sic Diabolus multos ducit in confuſionem peccatorum, & ibi in peccatis multi moriuntur, & pauci revertuntur. Et eadem dicitur mortifica; quoniam quidquid vitale, ſeu virtuoſum eſt in iuſto, totum per culpam mortificatur à Diabolo.

Sunamitis dicitur miſera captiva, ſive mortificata.

Anima peccatrix dicitur miſera captiva, ſive mortificata.

117 Vnde triplex notatur ſtatus peccantis. Anima dicitur miſera, cum peccat, & ſuum Deum amittit. Unde

Peccator triplicem ſtatum habet.

Oſſee.

Oſſeæ.7.C.

Oſſeæ. 7. C. *Væ his, qui receſſerunt a me.* Captiva dicitur, quando culpam culpæ addit; quia tunc ducitur in Babyloniam. Tertio mortificatur, quando æternę morti deputatur. Hanc Sunamitem alloquitur ſponſus, alloquitur Chriſtus, rogans cum Angelis, & cæteris Sanctis, quod ad ipſum revertatur. Quater dicitur: *Revertere*: Quaſi diceret: Revertere à peccato cogitationis, revertere à peccato locutionis, revertere à peccato operationis, revertere à peccato perverſæ conſuetudinis.

Reverſus eſt quadruplex.

118 O Sunamitis, id eſt, anima captiva, quam, ſcilicèt, Diabolus propter delitias huius mundi captivam trahit ad infernos, revertere à peccato cogitationis, &c. vt hic. Item, revertere per cordis contritionem, revertere per operis confeſsionem, revertere per operis ſatisfactionem, revertere per bonæ vitæ continuationem. Quoniam vt legitur in Matth. 10. C. Et 24. B. *Qui perſeveraverit vſque in finem, hic ſalvus erit.* Vt intueamur te, id eſt, vt ſic poſsimus videre in te imaginem, & ſimilitudinem Dei, quod ferventi deſiderio optamus,

Matth.10. C.& 24. B.

De Æthiopibus,& ſpõſa.

119 Quidam pulcherrimus duxit ſponſam ſuam ad domum ſuam. Illa videns Æthiopes in via, ſponſum reliquit, & Æthiopibus adhæſit; qui corruperunt eam nimis: Attamen ſponſus rogat, vt ad eum revertatur, dicens: *Revertere, revertere.* Sponſus eſt Chriſtus, ſponſa eſt anima: Hanc duxit Chriſtus ad montem Patriæ Cœleſtis, ſive per Fidem, & Baptiſmum ad Eccleſiam, quæ eſt domus Dei. Æthiopes ſunt Dęmones, quibus ſponſa enormiter adhæret, dum peccat. Unde Ieremia. 2. D. *Filij Menphaos, & Iaphnes conſtrupaverunt te vſque ad verticem. Numquid non iſtud factum eſt tibi; quia dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam?* Dicit ergo Chriſtus: *Revertere, revertere Sunamitis.* Quoniam Dæmones vbicumque volunt conſtuprant te: Ducunt enim ad tabernam, ad proſtibulum, ad vanitates, & inſanias falſas, & tandem ad pœnas gehennales.

Sponſus eſt Chriſtus. Sponſa eſt anima.

De malitia, & natura peccati. Ieremia. 2. D.

120 Vnde dicitur in Parabolis 7. B. *Mulier occurrit viro ornata meretricio: Irretiòit eum multis ſermonibus, & blanditijs oculorum, & labiorum protraxit eum: Statim eam ſequitur quaſi bos ad victimam ductus, & quaſi agnus ignorans, quod ad vincula ſtultus trahatur, donec tranſfigat ſagitta iecur eius: velut ſi avis feſtinet ad laqueum, & neſcit quod de periculo animæ illius agitur.* Ad literam: Hoc ſæpè contingit. Miſtice, hęc mulier eſt vanitas mundana, tentatio diabolica, quæ ſuaviter perſuadet: Multa promittit; ſed mortem perſolvit. Sicut Donaziati, qui multa promittunt, & poſtea ad Sarracenos in captivitatem ducunt.

Proverb. 7. B.

Gloria, ſeu vanitas mundana. Tentatio diabolica.

121 Simile in Parabolis: 9. D. *Mulier ſtulta, & clamoſa, plenaque illecebris, & nihil omnino ſciens, ſedit in foribus domus ſuæ ſuper ſellam in excelſo vrbis loco, vt vocaret tranſeuntes per viam, & pergentes in itinere ſuo, dicens: Quis eſt parvulus, declinet ad me, & vecordi locuta eſt: Aquæ furtivæ dulciores ſunt, panis abſconditus ſuavior: Et ignorat, quod gigantes ibi ſint, & in profundum inferni convivę eius.*

Proverb. 9. D.

122 Qui enim applicabitur illi deſcendet ad inferos: Qui vero abſceſſerit ab ea ſalvabitur. Qui applicabitur illi, deſcendit ad tabernam, ad cauſas, ad falſa iuditia. Credit ſe invenire delitias, & invenit Gigantes, id eſt, Dæmones, qui ibi ſunt abſconditi. Et ſic ignorat Samſom, quod cum meretrice abſconduntur Dæmones. Dominus benignus, & miſericors talem ſequitur clamans, & dicens: *Revertere, revertere.* Vnde Iſaia. 30. E. *Aures tuę audient verbum poſt tergum monentis: Hæc eſt via, ambulate in ea, neque ad ſiniſtram declinabitis. Revertere à peccato: Revertere à Diabolo.*

Iſaia. 30. E.

123 Videamus igitur peccati malitiam, & vilitatem; quia delicta quis intelligit? ſcilicet, qua-

qualitatem, & multitudinem, & finem peccati. Qualitas delicti mortalis tanta eſt, quod illum, quem totus mundus, nec Angeli potuerunt deijcere, deiecit, Peccatum; ſcilicèt, Satam de Cœlo, Adam de Paradiſo, nec gladius, nec lignum, nec mors, nec morbus potuerunt excludere, nec nocere Adę ante quam peccaret. Ecce quam fortis tunc erat homo. Acceſsit autem mulier, acceſsit peccatum, & ſtatim quod peccavit, factus eſt miſer, fragilis, & mortalis, & totus paſsibilis, talitèr quod pulex, culex, & vermis ipſum perſequuntur, nocent, & vulnerant, nec ſe defendere poteſt, & omnia, quę in mundo ſunt, quę erant ei ſubiecta, & amica, facta ſunt ei poſt peccatum contradicentia, repugnantia, & inimica.

Homo ante peccatum quam fortis, & qualis erat, & qualis poſt peccatum.

124 Ratio; quia ille, Maiori ſuo, Creatori ſuo, Factori ſuo, obedire noluit. Et breviter vt dicit Hieronymus. *Quidquid mali patimur, peccata noſtra meruerunt.* Ad Romanos. 5. C. *Per vnum hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccaverunt.* Venenum, cum vivitur, non ſentitur, ſed dulce ſapit: Sic peccatum cum committitur, non ſentitur, immo dulce videtur: Sed miſer homo infirmatur, motitur, & in gehennam proijcitur, & torquetur, & tunc cognoſcitur quantitas, & qualitas malitiæ. Et non ſolum homo, immo, & omnis creatura paſſa eſt detrimentum propter peccatum hominis. Ad Romanos. 8. D. *Scimus enim, quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque jadhuc.* Quando Sol, & Luna propter primum peccatum detrimentum ſuę claritatis paſsi ſunt. Unde, Iſaia. 30. F.

Hieronymus.

Romanos. 5. C.

Venenum.

Creatura omnis.

Romanos. 8. D.

De claritate Solis, & Lunæ, propter primum peccatum perdita, & in die Iudicij recuperanda.

125 *Erit lux Lunæ ſicut lux Solis, & lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum.* Quoniam recuperabit claritatem, quam habuit in ſeptem diebus, id eſt, in tribus illorum ſeptem: Quoniam in quarta feria fuit Sol creatus: In ſexta feria pro peccato Adæ claritate minoratus eſt. Alia opinio eſt, quod ſepties fuit claritas minorata; ſed in die iudicij recuperabit primam claritatem, quaſi laboris ſui remunerationem, & Luna habebit talem claritatem, qualem Sol in præſenti.

126 Terra eſt deteriorata; quia in diluvio pro peccato luxuriæ totus mundus fuit deterioratus. Vnde ab effectu peccati, peccati prævaricationes dicuntur: Ad Romanos. 6. C. *Prævaricationes peccatorum, quæ ſub lege erant, operabantur in membris noſtris, vt fructificarent morti* Nec tantum omnis creatura paſſa eſt detrimentum, ſed ipſum etiam Creatorem oportebat pati, vt creaturam ſuam liberaret: Nec tantum pati famen, & frigus, ſed & paſsionem, & mortem. Vnde Bernardus: *Videbar mihi ſanus eſſe, & ecce filius Dei pro me iubetur interfici.* Agnoſce, o homo, quam gravia ſunt vulnera, pro quibus ſanandis oportebat Chriſtum Dominum vulnerari. Si non eſſent hæc ad mortem, & mortem æternam numquam Filius Dei moreretur pro eis.

De effectu peccati.

Peccati dicuntur prævaricationes. Romanos. 6. C.

Bernardus.

127 Natura peccati, ſive qualitas, hæc eſt: Quod Deum à proprio domicilio expellit: Diabolum introducit. qui ponit ſedem ſuam ad Aquilonem: Animam interficit; quia aufert ab ea vitam gratiæ. Facit de Filio Dei, Filium Diaboli; ſervum peccati: Facit, quod non ſuo arbitrio procedat homo; ſed arbitrio Diaboli. Ioannes Chriſoſtomus. *Si ſemel peccantes obligamus nos operibus Diaboli, iam noſtra virtute evadere non poſſumus.* Sed ſicut navis fracto gubernaculo, illuc ducitur, vbi tempeſtas voluerit: Sic homo Divinæ gratię auxilio per peccatum amiſſo, non quod vult agit; ſed quod Diabolus vult, & niſi Dominus ſolverit eum, vſque ad mortem in peccatorum ſuorum vinculis permanebit.

De natura peccati, ſeu qualitate.

Ioannes Chriſoſtomus.

128 Item, ligat taliter, quod nec Angeli, nec homines poſſent eum ſolvere, niſi

De peccato cogitationis

Prov. 5. D.

nisi bonus Iesvs. In Parabolis 5. D. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorũ suorũ quilibet constringitur.* Vulnerat, quod, omnes medici sanare non possent, nisi bonus Iesvs. Subiungat quod totus mundus erigere non posset, nisi bonus Iesvs: Quoniam vallis salutaris plena est puteis bituminis. In Psal. 68. A. *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* Sed bonus Iesvs hinc nos eduxit.

Hic subiungit, quod totus mundus non posset erigere, peccatorem, nisi solus Iesvs. Psal. 68. A.

Exemplum de quodam homine nobili.

129 Quidam nobilis homo semel cecidit in puteum sordidissimum, & ex verecundia nolebat exire, sed ibi mori: Quod videns Rex rogavit eum, vt exiret, & noluit, nec poterat. Tunc Rex præ amore, quem ad ipsum habebat, proijcit se in eundem, & ait: Certè, nunc poteris exire, ex quo Rex tuus ita pollutus est; & sic ambo extrahi se permiserunt. Omnes nos corruimus in puteum præsentis miseriæ, vbi non est nisi sordes, & fœtor, & tamen exire volumus. Quod videns Rex Regum, qui nimium dilexit nos, proijcit se in hunc puteum, quando miseriam nostram assumpsit, vt saltem cum eo exire ad gloriam vellimus.

Matth. 8. B.

130 Item; febricitare facit, quod nullæ species poterunt sanare, nisi bonus Iesvs solus. Matth. 8. B, *Cum venisset Iesvs in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem, & tetigit manum eius, & dimisit eam febris.* Glossa. *Anima, quæ concupiscentiæ carnis deservit, quasi febribus æstuat, & manu misericordiæ tacta per continentiam, lasciviam refrenat.* Immo vt dicit Ambrosius. *Maiores æstus sunt animæ, quam corporis, & febres animarum, quam corporum.* Itèm, tantum ponderat, quod omnes homines, & Angeli cum omnibus funibus, qui sub Cœlo sunt, extrahere non possent, nisi solus Dominus Iesvs.

Glossa.

Ambrosius.

131 Eccè quod vna fornicatio, vnus illicitus coitus, vnicum punctum super capitis impij positum, sic ponderat: Maledicta sarcina, quod ad sustinendam, sive elevandam, vires humanæ, nec Angelicæ non suppetunt. Psalm. 37. A. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: Et sicut onus grave gravatæ sunt super me.* Sequitur. *Factus sum miser, & curvatus sum.* Isaia. 24. D, *Gravabit eum iniquitas sua, & corruet*, scilicèt in gehennam; *& non adijciet, vt resurgat.* Item, facit fœtere, quod omnia aromata fœtorem non possent extinguere, nisi solus Dominus Iesvs, & alabastrum quod totam domum ex odore implevit. Ieremia. 8. A. *In sterquilinio super faciem terræ erunt.* Et propter hunc fœtorem obligant magis ad mortem, quam vitam. Item, confundit, quod nullus verecundiam auferre, seu amovere posset, nisi solus Dominus Iesvs. Ieremia. 2. F. *Quomodo confunditur fur, quando apprehenditur, sic confusæ sunt domus Israel.*

Psalm. 37. A.

Isai. 24. D.

Ieremia. 8. A.

Ierem. 2. F.

132 Multitudinem autem peccatorum multi ignorant: Dicunt quidam, quod qui est in mortali singulis instantibus peccat mortaliter, quia tenetur pœnitere, & non pœnitet. His exceptis, multæ superbiæ, multę species avaritiæ, quas non credimus esse mortalia. Multoties credimus perimere peccatum, & interficimur ab eo. Dum vestis asperitatem libenter patimur, dum tenues amamus pannos, dum vilibus vtimur cibis, & cæteras asperitates substinemus, tunc sicut Eleazarus Elephantem occidimus.

133 Cum vero in favorem huiusmodi malæ credulitatis currimus, tunc Elephans candens, opprimit nos. Gregorius. *Qui sub hoste, quem superat moritur, qui pro culpa, quam vincit, superatur.* Delicta quis intelligit? Finis autem peccati, mors æterna. Apostolus ad Romanos. 6. D. *Stipendia peccati mors.* Omnia peccata, quæ sunt in inferno. *Læva eius sub capite meo.* Igitur cum peccatum sit ita vile, ita malitiosum, ita pernitiosum: Anima peccatrix revertere ad sponsum tuum, ad redemptorem tuum, ad liberatorem tuum, ad Dominum Deum tuum.

Gregorius.

Roman. 6. D.

134 Revertere, inquam, à peccato cogitationis, locutionis, operationis; perversæ consuetudinis. De peccato cogitationis: Ezechiel.

De peccato cogitationis, & locutionis.

Ezechiel.8. C.

chiel. 8. C. *Fili hominis putas ne, tu vides, quid iſti faciunt, abominationes magnas, vt procul recedam à ſanctuario meo? Et adhuc converſus videbis abominationes maiores: Et introduxit me ad oſtium atrij, & vidi, & ecce foramen vnum in pariete: Et dixit ad me: Fili hominis fode parietem: Et cum perfodiſſem parietem, apparuit mihi oſtium vnum, & dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt hic: Et ingreſſus vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniverſa idola domus Iſrael depicta erant in pariete in circuitu per totum.*

Sanctuarium Domini eſt cor iuſti.

135 Sanctuarium Domini eſt cor iuſti: Sed Dominus recedit à ſanctuario, quando perverſæ cogitationes cupidorum, quę circa terrena ſemper repunt. Abominatio animalium eſt fœda imaginatio luxurioſorum. Vnde Philoſophus: *Nec mentem ſervare potes, licet omnia claudas, omnibus excluſis: intus adulter eſt.* Quoniam Diabolus ſe ipſum, ſub forma imaginis cogitationi prętendit, & ſic impius accendit eam, quod delectari cum eo, & conſentire facit. Et ſic quandoquidem peius adulterium committitur cogitando, quam operando; quia talis cum Diabolo, ſive cum imagine adulteratur, & quo peius adultera, turpior adulter adeſt: Nihil enim turpius Diabolo. Vniverſa idola ſunt imaginationes ſuperborum, qui dicuntur idola; quia volunt ab hominibus adorari; vocari ab hominibus Rabi, ac nobiles, & ſapientes reputari.

Philoſophus.

De peccato conſuetudinis. Iudic.12.B.

136 In libro Iudicum. 12. B. Pugna fuit inter Ephraim, & Galaaditas. Galaaditæ præocupaverunt vadum Iordanis, per quod debuerunt reverti, ſive reverſurus erat Ephraim. *Cumque veniſſet Ephraim ad vadum, & dixiſſet ad Galaad: Obſecro, vt me tranſire dimittas: Dicebant ei Galaaditæ: Numquid Ephrataeus es? Quo dicente, non ſum: Interrogabant eum: Dic ergo Scibboleth, quod interpretatur Spica. Qui reſpondebat: Sibboleth, eadem litera Spicam exprimere non valens. Statimque apprehenſum iugulabant in ipſo Iordanis tranſitu.* Et ſic multi mortui ſunt de Euphrateis. Scibbolech, vt dictum eſt interpretatur ſpica: Sibboleth palea.

Scibboleth interpretatur ſpica. Sibboleth palea.

137 Plerique cum deberent dicere Sibboleth, id eſt, loqui de fructu animæ, de ſpica gloriæ; Dicunt Tibboleth, id eſt, loquuntur de palea rei terrenæ. Epiſcopi, Abbates, Monachi in capitulo, ac in auditoro Canonici, in palatio, de Regibus, de Principibus, terris, vineis, & operibus hominum tota die loquuntur, & tractant. Hi dicuntur Tibboleth, cum deberent tamendicere Sibboleth, Et ideo apprehenſi iugulantur in rivo iudicij, per quem neceſſario tranſibunt. Qui iugulabuntur? Qui non noverunt dicere Sibboleth.

Porcus

138 Porcus aſpicitur, & cognoſcitur per linguam, an ſit ſanus, vel ne. Sic in die Domini, in die magni iudicij ponetur baculus in ore advocati, mendacis, vſurarij, & aliorum, & inſpicietur diligentiſsime, vtrum habeat in lingua granum falſitatis, vel vanitatis, vel periurij: Quod ſi inventum fuerit, erit porcus male ſanus, & talis non portabitur, ſive non accedet ad menſam Chriſti, ſed ad menſam Dæmoniorum, qui male ſanos devorabunt. Ideo dicitur in Eccleſiaſtico. 9. D. *Viri iuſti ſint tibi convivæ, & in timore Domini ſit tibi gloriatio, & in ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altiſsimi.* De linguis Legiſtarum fient carbones Dæmonum, aſſaturæ ſpirituum immundorum. Pſal. 119. A. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatorijs.*

NOTA. Eccleſiaſticus 9. D.

Pſalm. 119. A.

De peccato operationis. Iſai. 59. A.

139 Iſaia. 59. A. *Manus enim veſtræ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri iniquitate.* Quaſi diceret: Qui male opus fecerit ſignaculum portabit, quod manus ſuæ quantumcumque hic abluantur, illic pollutæ apparebunt; quas omnes aquæ, quę ſub Cœlo ſunt, abluere non poſſent, niſi con-

contritio cum lachrymis. Sicut qui manus habet ſordidas, fortiter eas fricat in aqua: Ita pollutus in opere debet conteri cum lachrymarum effuſione. Item Iſaia in eodem. B. *Ova aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt: Qui comederit de ovis eorum, morietur, & quod confotum eſt, erumpet in regulum.* *Iſaia.59.B.*

140 Ova aſpidum rumpuntur, quando exterius quis peccat. Telas araneæ texuerunt qui in operibus inutilibus ſe exercerunt. Qui comederit de ovis eorum, id eſt, conſenſerit operibus eorum, morietur: *Quod confotum eſt erumpet in regulum*: Quando pravum opus apparet in publicum, ſive viſu. Araneæ telæ ſunt opera inutilia. Vnde ſubdicitur ibidem. *Opera eorum, opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.* Quod ſi ad Deum converteris, ipſe converterur ad te. Ieremia. 15. D. Item, idem Ieremia. 2. G. *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas!* Benè dicit vilis: Sicut qui ſæpe facit turpitudinem, qui ſæpe polluitur, qui multas maculas in facie portat, vilipenditur.

Telæ araneæ ſunt opera inutilia.

Quod ſi ad Deum converteris, ipſe convertetur ad te. Ieremia.15. D. & 2. G.

141 Sicut maritus vxorem pollutam abhorret, ſic Chriſtus, animam frequenter deturpatam, & contaminatam. Ieremia. 13. D. *Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut Pardus varietates ſuas: Sic & vos poteritis bona facere, cum didiceritis mala.* Difficile eſt enim aſſueta relinquere. Aſinus aſſuetus peregrinos ad certum locum portare, antea poſſet interfici, quam terminum præterire. Sarracenus, qui conſuevit Idola adorare; laſcivus, qui conſuevit inebriari, ingurgitari, &c. Amplius poſſet interfici, quam ſuam relinquere conſuetudinem. Talis eſt, ſicut Lazarus quatriduanus in monumento, qui iàm fœtebat. Qui tantum peccatum commiſit, quatriduanus, & Deo, & hominibus abominabilis fit. *Ierem.13.D.*

142 Convertere ergo, ſeu revertere Sunamitis. Si ad Deum converteris, & ipſe convertetur ad te. Dicet forte aliquis. Converterer ego ad Dominum, ſed ipſe non convertetur ad me. Immò, frater, promitto tibi, fideiubeo tibi, certifico te, intimo, notifico tibi, quod ſi convertaris ad ipſum, & ipſe convertetur ad te: Ex quo igitur rogat ipſe. Vnde Zacharia. 1. A. *Convertimi ad me, & ego convertar ad vos, dixit Dominus exercituum. Neſitis ſicut patres veſtri, ad quos clamabant Prophetæ priores, dicentes: Hæc dicit Dominus exercituum: Convertimini de vijs veſtris malis, & cogitationibus veſtris peſſimis, & non audierunt, nec attenderunt ad me, dicit Dominus.* *Zachari.1.A.*

143 Attende etiam, & auſcultа; quia ad oſtium ſtat pulſans, & dicens: *Aperi mihi ſoror mea.* Ex quo igitur rogat ipſe, rogat etiam Beata Virgo, rogant Sancti vt à peccato abſtineas, & ad Deum convertaris. Revertere, & revertere igitur Sunamitis, revertere. Curre, frater, feſtina in amplexus illius, qui cum deſiderio ſpectat te. Curre antequam claudatur ianua: Quia ſi clauſa ianua veneris, ſponſus ingreſſus cum paratis Virginibus ad nuptias, dicet tibi: Amen dico tibi, neſcio te.

144 Bernardus. *Non ſolum Angeli, ſed & Angelorum creator nos expectat.* Expectat nos Deus Pater tamquam filios, & hæredes, vt ſuper omnia bona ſua nos conſtituat. Expectat nos Dei Filius tamquam fratres, & cohæredes, vt fructum ſuę nativitatis, & pretium ſui ſanguinis offerat Deo. Expectat nos Spiritus Sanctus, qui quidem benignitas eſt ipſe, in quo ab æterno deſtinati ſumus. Ergo quia omnis curia cœleſtis nos expectat, & deſiderat, deſideremus, & nos eam quantum poſſumus deſiderio, vt dicit Hieronymus: *Debet amor læſus iraſci: Quem rogantem contempſeras, forſitam audies obiurgantem.* Conſidera; quia, qui te rogat, rogare deberes. *Matth. 25. A. Quod tres perſonæ Trinitatis, & Angeli nos expectant Bernardus.* *Hieronymus.*

145 Verumtamen quandoquidem anima quęrit Chriſtum, quandoquidem quæritur à Chriſto. Anima, quæ quęrit Chriſtum; ſignatur per Sunamitem. Undè legitur in 4. Regum. 4. D. Quod cum filius mortuus eſſet, illa ait: *Excurram vſque ad hominem Dei*: Scilicèt, ad Eliſeum: *Quod quandoquidem peccator quærit Dominũ; & quandoquidem Deus peccatorem. 4.Reg.4.D.*

ſeum : Et profecta eſt , & venit ad hominem Dei in Carmelo, & petijt, vt filium ſuum reſuſcitaret, & acquievit Eliſeus, & filium eius reſuſcitavit. Hæc Sunamitis eſt anima peccatrix, cuius filius, ſcilicèt, bonum opus per mortalem culpam mortificatur. Sed quærit Chriſtum per pœnitentiam qui eſt verus Eliſeus, & Dominus opus mortificatum mortificat. Similitèr Maria quæſivit Dominum , cui apparens Dominus ait : Ioannes. 20. D. *Mulier quem quæris? Quid ploras?* Quærentibus ergo , & plorantibus occurrit Dominus.

Sunamitis eſt anima peccatrix.

Ioannes. 20. D.

146 Quandoquidem Sunamitis quæritur à Domino , quod deſignatur in 3. Reg. 1. A. Cum David haberet dies plurimos, & multum ſanguinem amiſiſſet in prælio , nec poſſet ex veſtibus calefieri, dixerunt ei ſervi ſui. *Quęramus Domino noſtro Regi adoleſcentulam virginem , & ſtet coram Rege , & foveat eum , dormiatque in ſinu ſuo , & calefaciat Dominum noſtrum Regem. Quæſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael , & invenerunt Abiſag Sunamitidem , & adduxerunt eam ad Regem : Erat autem puella pulchra nimis , dormiebatque cum Rege , & miniſtrabat ei, Rex vero non cognovit eam.*

3. *Reg. 1. A.*

147 Verus David Chriſtus eſt, qui tantum ſanguinem in flagellatione , & in Cruce emiſit , quod infrigidatus eſt vſque ad mortem. Ita quod veſtibus , id eſt , ſacrificijs veteris legis , quibus antiqui Patres cooperiebantur , calefieri non potuit. Et dixerunt ſervi ſui , ſcilicet, Angeli , & Apoſtoli : Quæramus Domino noſtro Regi adoleſcentulam virginem , quæ ſtet coram Rege , & foveat eum, & dormiat in ſinu ſuo.

David verus eſt Chriſtus.

148 Quæſierunt ergo, & invenerunt Abiſag Sunamitidem , id eſt, Eccleſiam de Gentibus, ſive quamcumque animam peccatricem , & adduxerunt ad Regem : Et ita factum eſt ; quoniam Angeli , & Prædicatores Sancti ducunt eam ad verum David Regem, quæ ſtat coram Rege per orationem, & dormit cum eo per contemplationem , & miniſtrat ei per operationem ; quoniam qui orat, ſtat, qui contemplatur , ſive ſpeculatur , dormit , qui operatur, miniſtrat : Et ne intelligatur amor carnalis dicitur, quod Rex non cognovit eam.

149 Verus itaque David iam ſanguinem amiſit , iam pro nobis vſque ad mortem infrigidatus eſt : Quærit ergo ſi eſt aliquis, qui vellit ſtare coram eo , & dormire cum eo in ſinu ſuo , & miniſtrare ei : Et ideo clamat : Revertere, revertere ; quaſi diceret : O anima captiva , quæ tantum in ſervitio Diaboli laboras , fatigaris ; & tam turpiter ſtruparis : Revertere ad me , ſta coram me , mecum dormi , mecum quieſce , mihi miniſtra: Quia ; *Si quis mihi miniſtraverit, honorificavit eum Pater meus , qui eſt in Cœlis.* Ioan. 12. D.

Chriſtus quærit , & invitat peccatores , vt ad ſe veniant & æterna bona tribuat.

Ioan. 12. D.

150 Et quo honore honorificabitur , qua mercede remunerabitur , qui tibi miniſtraverit , O Domine ? Hoc , ſcilicèt , quod legitur in eodem , ibi. *Vbi ego ſum , ibi ſit, & miniſter meus.* Et ideo. Matth. 11. D. *Uenite ad me omnes qui laboratis , & onerati eſtis.* Scilicèt, ſarcinis peccatorum , quæ vos opprimunt , ſeu deprimunt in locum ſempiternorum tormentorum, proijcite ab humeris veſtris ſarcinas maledictas : Tollite iugum meum ſuper vos , quod ſuave eſt , & onus meum , quod leve eſt , & ad Cœlum portantes illud elevat , & ego requieſcere vos faciam : *Si quis ſitit , veniat ad me, & bibat.* Nam aqua , quam ego do , facit ſalire in vitam æternam. *Venite ad me omnes , qui concupiſcitis me , & à generationibus meis adimplemini.* Eccleſiaſticus. 24. C.

Matth. 11. D.

Ioan. 7. F.

Eccleſiaſ. 24. C.

151 Currite ergo fratres , ex quo tantum clamat , & cum deſiderio tantum honorem , tantam celſitudinem , tantam requiem , & vitam tam longam promittit. Curri te ; feſtinate , properate , nihil mundanum vos impediat , nihil mortale vos occupet ; nihil temporale vos retardet ; accipite quod tam gratanter vobis offer-

Chriſtum noſſe, vivere eſt; Chriſto ſervire regnare eſt.

offertur. Currite ad illum, ſervite illi; quia noſſe illum, vivere eſt: Servire illi, regnare eſt.

Gloria iuſtorum.

152 Si ad illum revertimini, ſi verum David in præſenti calefeceritis, & cum eo dormieritis, ac ei miniſtraveritis; ecce quod à laboribus, & doloribus ſempiternis liberavit vos: Edetis, & bibetis ſuper menſam eius in Regno ſuo: Ipſe tranſiens miniſtrabit diſcumbentibus vobis. In theſauro vitæ æternæ collocabit vos, & inter amplexus ſuos dulciſsimè vos faciet dormire. Si quis autem neglexerit, ac per converſationem, & converſationem eum calefacere noluerit: Væ ei! Quia calefiet in inferno, vbi ſunt dolores importabiles: Dolores intollerabiles, & luctus ſempiterni, & tunc coram Diabolo ſtabit; Diabolo miniſtrabit, cum Diabolo dormiet, & in ſempiternum erit.

Pœnę impiorum.

UT INTUEAMUR TE.

Quod Deus, & Sancti deſiderant nos intueri, & de pulchritudine carnis, & mentis.

153 QUAM felix anima; & quam pulchra, quam Dominus, & Cæleſtis Curia in tantum deſiderant. Non loquor de pulchritudine carnis, quæ frequentius nocet. Multæ ſunt meretrices pulchræ in carne, quæ ſi turpes non eſſent: Deo ſervirent, Filiæ Dei eſſent, Filium Dei pro ſponſo eligerent, à mundo vilipenderentur, ſed à Deo eligerentur. De pulchritudine mentis fit ſermo, quam Rex Regum concupiſcit; ſed quædam turpido culpæ impedit, ne à Deo pulchra videaris, quæ niſi purgata fuerit, oportebit Deo, & toti mundo in iudicio præſentari.

Pulchritudo mentis.

154 Feſtina ergo maculam auferre, quæ deturpat tuam ſpecioſitatem. Nam vt dicit Brnardus:

Bernardus.

Quis veſtrum exteriorem hanc veſtem, qua tegitur, ſi repente obſcenis undique ſputis illitam, & fœdiſsimis quibuſdam ſordibus inquinatam conſideret, & non vehementer exhorreat, non velociter eruat, non indignanter abijciat? Itaque qui non veſtem, ſed ſemetipſum intus ſub veſte talem reperit; eo amplius doleat, & omnino conſternetur: oportet quod priùs tollat, quod exhorreat.

155 O quam miſer homo, qui tergit ſotulares, & non animam! Quam infelix Domina, quæ plus appretiatur camiſiam ſuam, quam animam; vittam, quam vitam, teriſtram, quam ſempiternam coronam! O infelix! Pannum modici, aut nullius pretij quæris dealbari, & animam, quæ non niſi Filij Dei Chriſti Domini Iesv ſanguinis pretio comparatur, permittis denigrari, & in tantum deturpari? Dic mihi, mulier, tu quæ animam negligis, & vitam diligis, quam dabis commutationem pro anima tua.

Pulchritudo carnis.

156 Ergo ſi vis de pulchritudine laudari; & inter pulchras concupitas computari, ablue, ablue ſordes animæ; lava, & elucida faciem, vt pulchre, & honorifice appareas in conſpectu Dei, & omnium Sanctorum. Sicut enim plerique picturas pulchras deſiderant intueri. Sic Sancti deſiderant animam intueri, in qua pictura Dei, imago Trinitatis reſplendet. Anima enim eſt ſpeculum Dei. Et ſic mulier pulchra ſibi complacet, & delectatur cum pulchritudinem ſuam aſpicit in ſpeculo: Ita Deus ineffabiliter cum in nobis pulchritudinem ſuam intuetur.

Anima eſt ſpeculum Dei.

CAP. VII.

VERS. I.

QVID VIDEBIS ALIVD IN in Sunamite niſi choros caſtrorum.

Quod vbi ſunt iuſti, ibi Angeli.

1 HOC de Beata Virgine, de Eccleſia, & de anima fideli exponitur: Quoniam caſtra Angelorum Beatam Virginem, & Eccleſiam, & animam comitantur. Et ita habitabunt in te, id eſt, in comitatu. Vnde legitur in Geneſ. 28. C. *Iacob vidit*

Geneſ. 28. C.

ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangebat Cœlum, & Dominum innixum ſcalæ, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes per eam: Cumque evigilaſſet Iacob, ait: Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam, &c.

Scala Iacob eſt quilibet fidelis.

2 Hæc ſcala eſt quilibet fidelis, licet de Beata Virgine, & Eccleſia exponatur. Senſum moralem proſequamur. Qui corporaliter eſt in terra, mentaliter in Cœlo; qui ſtat in terra corporaliter, cacumen tangit Cœlum; quia cacumen mentis eſt in cœleſtibus. Per hunc Angeli deſcendunt, nobis ſuccurrendo, aſcendunt, Deum pro nobis conſulendo. *Evigilans Iacob, ait: Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam.* Cum quis vilem, & deſpectam perſonam contemptibilem videt, & neſcit, quod ibi eſt Deus, neſcitque, quod ibi cum eo ſunt Angeli.

4. Reg. 6. B. C.

3 Vnde in 4. Regum. 6. B. C. Quod Rex Syriæ miſit exercitum, vt caperet Eliſeum. *Miniſter autem viri Dei conſurgens diluculo, & egreſſus, vidit exercitum in circuitu civitatis, & equos, & currus: Nunciavitque ei, dicens: Heu, heu, heu, Domine mi, quid faciemus? Reſpondit Eliſeus: Noli timere: Plures enim nobiſcum ſunt, quam cum illis. Et oravit Eliſeus dicens: Domine, aperi oculos huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: Et ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum, in circuitu Eliſei.* Sic vir iuſtus vbicumque converſatur, ſive in campo, ſive in palatio, ſive in monte, ſive in alijs, ſemper Angeli ſunt cum eo.

Exemplum de peregrino.

4 Exemplum de peregrino, qui ſolus iacuit ſuper Naphtam in vico, & cum eſſet in extremis, venerunt Angeli nobiliſsimi, Michael, & Gabriel, cumque vellent animam extrahere, non permiſit caro hæc ſine anguſtia: Et Dominus ait: Mittam diverſa genera inſtrumentorum muſicorum, & David cum cithara in dulcedine vocis, & egredietur anima, quod nil ſentiat: Et ſic factum eſt.

Exemplum de ſolitario.

5 Similiter quidam ſolitarius ægrotavit per triginta dies, qui nullum hominem habuit, qui ei ſerviret: Et Dominus miſit ei Angelum, qui ſerviret ei: Uenerunt poſtea homines, pulſaverunt ad ianuam, receſsit Angelus: Senex clamabat. Recedite hinc fratres, recedite. Qui intrantes, & admirantes quærierunt, quare hoc clamans diceret, & ait: Per triginta dies infirmatus ſum, & non ſervivit mihi aliquis, & iam ſunt ſeptem dies, ex quo miſit Deus Angelum ſuum mihi miniſtrare, qui receſsit, quando veniſtis vos: His dictis dormivit. Dixerunt illi homines: Certe non derelinquit Deus ſperantes in ſe,

Geneſ. 32. A.

6 Item, vt legitur in Geneſ. 32. A. *Iacob abijt in itinere, quo cœperat: Fueruntque ei obviam Angeli Domini.* Quaſi ferentes auxilium contra Eſau, ſi opus eſſet. In Exodo. 10. B. Quando tenebræ occupaverunt totam terram Ægypti, ita vt nemo videret patrem ſuum; tamen vbicumque habitabant Filij Iſrael, lux erat: Hoc eſt, vbicumque habitabant iuſti, ibi eſt vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: Ibi Angeli, ibi Deus: Ideo terribilis eſt locus iſte Dæmonibus. Cuidam ſeni apparuit Diabolus: & dixit ſenex: Faciam timorem tibi; & excuſsit oram pellicij, quæ ex rigatione lachrymarum maduerat: Tunc Diabolus quaſi puer exterritus receſsit, immò ad dulcia ſuſpiria, & ad devotas orationes exterritus recedit, & fugit multoties.

Exodus. 10. F.

Exemplum de ſene, qui fugavit Diabolum.

Qualiter cædimus Diabolum. Bernardus.

7 Bernardus: *Gravis quidem eſt nobis inimici tentatio: Sed longe gravior eſt illi noſtra oratio.* Lædit nos iniquitas eius, atque verſutia, ſed multo amplius lædit eum noſtra ſimplicitas, & miſericordia torquet: Humilitatem noſtram non ſuſtinet: Vritur charitate noſtra: Manſuetudine, & obedientia noſtra curvatur. Item, ſubiunxit Iacob: *Non eſt hic aliud niſi Domus Dei.* Vnde dicit Dominus. Proverb. 8. D. *Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum.* Vnde Bernardus. *Bonum parat habi-*

Prov. 8. D. Bernardus.

ta-

taculum Deo, cuius nec oratio decepta, nec voluntas perverſa, nec memoria fuerit inquinata. Sequitur: *Et porta Cœli.* Quoniam vir iuſtus, per prædicationem, per orationem, per bonam converſationem, & exemplum, multos introducit in Regnum Cœlorum.

De ſcala Dei, & ſcala Diaboli.

8 Eſt autem ſcala Diaboli quilibet impius, vſurarius, falſus Monachus, meretrix, malus advocatus. Vſurarius non eſt contentus, quod ſe ipſum perdat, ſed etiam vxorem, filios, filias; & totam familiam de vſuris comedentes, bibentes, induentes tranſmittit in gehennam. Quis comedit, aut bibit venenum, & non interficitur? Sic Monachus proprium habens, aut fornicator, aut inobediens ad idem alios allicit, & ad infernum tranſmittit. Sic meretrix quoſcumque ad coitum recipit ad infernum tranſmittit. Sic etiam malus, & cupidus advocatus, omnes ſcienter malas cauſas habentes, contra Deum, & iuſtitiam defendens, ſi vt agant patrocinium ſuum præbens, planè ad infernum mittit. Igitur ſcalæ Diaboli dicuntur, immo ſunt.

Vſurarius quantos perdit.

Monachus proprietarius Meretrix.

Advocatus

9 De quibus in 1. *Machabæorum.* 5. D. Iudæi erant obſeſſi in munitione à caſtris Timothei: Et venit Iudas Machabæus cum ſuis in occurſum illorum: *Et cum diluculo elevaſſet oculos ſuos, ecce vidit populos multos portantes ſcalas, & machinas, vt apprehenderent munitionem, & expugnarent Iudæos: Et ait ad ſuos Iudas: Pugnate hodie pro fratribus veſtris: Et exclamaverunt tubis, & clamaverunt in orationem, & cum clamarent, cognoverunt caſtra Timothei, quod Machabæus eſſet, & fugerunt à facie eius, & Iudas cum ſuis percuſſerunt eos plaga magna.*

1. *Machab.* 5. D.

10 Iudei obſeſſi in munitione ſunt iuſti in Religione, vel virtutum munimine: Veniunt Dæmones, & apponunt ſcalas, id eſt, perverſas imaginationes, vt pravis exemplis alios interficiant. Dæmones ad quoſdam aſcendunt, per vſurarios, ad alios per meretrices, & machinas diverſarum tentationum exigunt. Sed Iudas Machabæus, id eſt, confitens ſerenus cum exercitu bonorum operum debet reſonare tubis, confitendo peccata, & laudes, & orationum ſuffragia intonando: Et cum audierint Dæmones, quod Machabæus eſt, id eſt, Confeſſor robuſtus, fugient à facie eius. Et Iudas cum exercitu ſuo, id eſt, confeſsio cum bonis operibus percutient Dæmones plaga magna.

Confeſsio exterret Dæmones.

11 Hæc ſcala ſtat ſuper terram, per corporalem converſationem: Sed cacumen, ſeu caput eius eſt in inferno, per intentionem; quoniam omnia opera perverſa tendunt ad infernum. Per hanc ſcalam Dæmones aſcendunt, & deſcendunt. Vndè Iob. 20. D. *Vadent, & venient ſuper eum horribiles.* De hoc poteſt dici. *Terribilis eſt locus iſte*, ſcilicèt, Angelis, & iuſtis. Unde Iob. 16. B. *Hoſtis meus terribilibus oculis intuitus eſt me.* Propter timorem peccati fugiunt Angeli, timent iuſti: Hic nihil aliud eſt, niſi domus Diaboli, & porta inferni. Per vnum impium multi tranſeunt ad infernum.

Iob. 20. D.

Iob. 16. B.

QVID VIDEBIS ALIVD IN Sunamite, niſi choros coſtrorum.

12 VT prædictum eſt in chotis caſtrorum, fortes in principio; debiles in medio, in fine fortiſsimi. Sic in principio bonæ vitæ debet quilibet eſſe fortis, vt cum Samſone per pœnitentiam interficiat Leonem: In medio quodammodo debilis; quia non tantam fortitudinem exercens, ſicut in cordis contritione. In fine debet eſſe fortiſsimus; quia tunc Dæmones calcaneo inſidiantes, omnes vires apponunt, vt animam acquirant; quia tunc reducunt conſanguineos ad memoriam, vt præcipuę diligantur. Reducunt divitias ad memoriam, vt non de peccatis; ſed

Quod quilibet in principio debet eſſe fortis: in medio debilis, in fine fortiſsimus.

NOTA. De hora mortis.

Diviti̇ę cum labore acquiruntur, &c.

de demiſsione earum doleat. Divitiæ enim cum labore acquiruntur ; cum timore poſsidentur, ſcilicet ne auferantur, & cum dolore dimittuntur. Et hoc videtur mortale.

13 Ideo Sancta Eccleſia ad maiorem fortitudinem omnes vires ſuas apponit, vt animam lucretur. Nam Sacerdos adeſt, & adeſſe debet, vt omne bonum admoneat : Confeſsionem recipiat, corpus Chriſti porrigat. Crux etiam ipſe portatur, ad cuius præſentiam, vt cuidam apparuit, Dæmones fugantur. Omnes vires ſuas apponit Eccleſia, vt in fine ſuo quilibet fortius pugnet. Legitur in Geneſ. 49. D. *Quod Iacob collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obiit.* Sic quilibet in fine debet colligere ſuper lectum, id eſt, mentis tranquilitatis, vt à nulla prava cura vexetur ; & ſic in pace in id ipſum dormiat, & requieſcat.

Geneſ. 49. D.

QVAM PVLCHRI SVNT GRESſus tui in calceamentis, filia Principis!

De calceamẽtis.

Filia Principis eſt Eccleſia, & fidelis anima.

Iſaiæ. 9. B.

14 HÆC filia Principis eſt Eccleſia, fidelis anima, illius inquam Principis, de quo Iſaia. 9. B. *Factus eſt Principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis.* Admirabilis in nativitate ; quia claufo vtero exivit. Conſiliarius, in prædicatione. Deus in miraculorum operatione. Fortis in paſsione per quod ſibi multos acquiſivit. Princeps pacis in glorificatione ; quia tunc lætabuntur electi in multitudine pacis. Pulchri ſunt greſſus animæ, ſi pedes ſint calceati calceamentis, hoc eſt, præceptis evangelicis.

Greſſus animæ.

De muneribus quę nobis Dominus tribuit.

15 Venit Dominus de Cœlo, & non vacuus, ſed muneribus plenus : Portavit nobis etiam calceamenta, veſtimenta, & alimenta, vt ſecundum Apoſtolum in prima ad Timotheum. 6. B. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.* Calceamenta ſunt præcepta Evangelica, quibus pedes, id eſt, affectus debent calceari, ſive muniri. Veſtimenta ſunt virtutes. In Apocal. 16. C. *Beatus, qui cuſtodit veſtimenta, ne nudus ambulet.* Hoc eſt, veſtem nuptialem, quam qui non habuerit à conſortio Dei, & omnium Sanctorum excludetur, & in tenebras exteriores proijcietur ; ſic in *Matth.* 22. *B.* Alimenta ſunt caro Chriſti, & ſanguis eius. Unde veritas in Ioanne. 6. F. *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.* Nullum cibum meliorem, nullum potum dulciorem, & magis ſalubrem potuit præparare. Greſſus ergo animæ ſunt pulchri, ſi pedes eius fuerint calceati.

1. *Ad Timotheum. 6. B.*

Calceamenta Veſtimenta. Apoc. 16. C.

Matth. 22. B. Alimenta. Ioannes. 6. F.

Greſſus animæ.

16 Sunt autem vię multæ, per quas animæ gradiuntur. Vna eſt cõmunis omnium via vniverſæ carnis, ſcilicet, miſeria temporalis, cuius finis eſt mors. Dominus miſerijs nos percutit, ne peccatum committamus. Vnde Oſeæ. 2. A. *Sepiam vias tuas ſpinis, & circumdabo te macerijs, & ſemitas tuas non invenies ; Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos : Et quæret eos, & non inveniet.* Peſſimi amatores hominum ſunt dæmones ; quia diligunt eos, ſicut murilegus mures, lupus agnum, Leo boves. Stulti iſtos amatores ſequuntur, quoties voluptatem carnis, divitias iniuſte, ſeu voluptatem ſęculi ſectantur.

De multiplici via.

Oſeę. 2. A.

17 Sicut ſtolliditas aſini eſt, cum videt Leonem, & gratanter ad eum currrit, & tamen ab eo interficitur, & devoratur. Talis eſt ſtolliditas multorum ; quia cum magno deſiderio currunt ad proſtibulum, ad dignitates, ad divitias, & ſic quærunt amatores peſsimos. Sed Dominus pro commodo noſtro ſemper proſpiciens, ne peſsimos amatores inveniamus, ſpinis, id eſt, diverſis tribulationibus vias noſtras circumdat, & replet.

Stolliditas aſini.

Dominus pro commodo noſtro vias noſtras circumdat tribulationibus.

18 Vnde dictum eſt Adæ. Geneſ.

Geneſ.3.C. neſ. 3. C. *Terra germinabit tibi ſpinas, & tribulos.* Quaſi diceret: Terram carnis tuæ tot miſerijs, & punctionibus percutiam, quod de cætero, non ita de facili me offendes, nec Diabolum invenies. Pſal. 118. C. ℣. 2096. ☞ 1:8. C. *Increpaſti ſuperbos.* Ibi in mea gloſſa morali dico. *Quia tota iſta dura, & infelix erumna mortalium, quodammodo hereditaria eſt increpatio ſuperborum.* Sicut aliquis percutitur, vulneratur, ligatur, ne illicitum committat: Dominus ergo fame, frigore, ſiti, moleſtijs, curis, & doloribus pro peccato alieno nos percuſsit, ne proprium delictum committeremus. Sed plerique contra has ſpinas nituntur, & velit Deus, ſive nolit, ſemper voluptates carnis, ſive mundiales ſequuntur.

Pſalm. 118.

Quod Dominus nos miſerijs percutit, ne peccatum committamus.

19 Ideo Dominus quandoquidem alias plagas ſuperaddit; quia quandoquidem percutit quoſdam infirmitate carnis: Quandoquidem mutilatione membrorum: Quoſdam paupertate: Quoſdam bonorum ablatione: Quoſdam tribulatione; & quandoquidem perſecutione, & ſimilibus, vt ſaltem per hæc ad Deum redire compellatur. Sed, heu; multorum corda indurantur ſicut cor Pharaonis, qui ceſſante plaga induratus eſt, nec malitiam ſuam deſeruit, donec aquis vehementibus eſt ſubmerſus. Sic nec plerique ceſſant peccare, donec aquis infernalibus abſorbeantur. Præter hanc viam communem, ſunt aliæ vię malorum, aliæ iuſtorum.

Duritas impiorum.

De vijs peditorum.

20 Quadruplex eſt via malorum: Tenebroſa, lutuoſa, lapidoſa, montuoſa: Tenebroſa eſt omnium infidelium, ſcilicèt, Iudęorum, Sarracenorum, & Hæreticorum, qui in tenebris infidelitatis ambulantes, nunquam perveniunt ad veram lucem. Lutuoſa eſt luxurioſorum, qui ita in ſceno, ſive fœtore luxuriæ, ſicut porcus in fœcibus volutantur. De his duabus vijs. Pſalm. 34. A. *Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum.* Via lapidoſa eſt cupidorum, propter duritiam cordis; quia in tantum diligunt denarium, quod nec amore, nec compaſsione emoliuntur, vt proximis ſubveniant, ſive miſereantur. Ecce via impiorum complantata laudibus: Via autem iuſtorum ſine offendiculo. Montuoſa eſt ſuperborum, qui ſemper vellent ad alta aſcendere; ſemper ſupra alios videri, & ideo neceſſe eſt corruere; quia quanto gradus altior, tanto caſus gravior.

Pſal. 34. A.

Qui per ardua vadit,
Sæpiſsime cadit. ℣.

21 Hunc montem aſcendit Satan, ſed facta eſt ruina magna, nam ipſe, & Angeli eius in puteum inferni corruerunt. Alta cadunt, inflata crepant, tumentia premuntur. Greſſus tenebroſi non ſunt pulchri; quia obſcuri. Nec luxurioſi; quia ſordidi. Nec avari; quia per lapides offenſi, ſeu confracti. Montuoſi non ſunt pulchri; quia vento vanitatis veſicati. Vnde quando Moyſes proiecit cineres in altum, factæ ſunt veſicæ in Ægyptijs, vt legitur in Exodo 9. B. hoc eſt, quando elevatur quis per dignitatem, ſtatim veſicę ſuperbiæ in eo creſcunt. In Parab. 17. C. *Qui altam facit domum ſuam, quęrit ruinam.*

Exod. 9. B.

Prov. 17. C.

22 Iſti numquam Cœlum intrabunt; quoniam Satan, qui alta deſideravit, ſive ad alta tetendit, de Cœlo eiectus, in profundum inferni corruit: Sed vt dicitur: Nahum. 2. B. *Ruent in itineribus ſuis.* Ad modum Pardi, qui præceps ruit in montem. Vnde hi dicent in die Domini illud quod legitur in libro Sapientiæ. 5. A. *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus. Quid nobis profuit ſuperbia? Aut quid iactantia contulit nobis?* Quoniam iſti tales cum maiori difficultate pergunt ad inferos, quam iuſti ad Cœlos.

Nahum. 2. B.

Sapient. 5. A.

23 Videmus enim quoſdam diſcalceatos, nudos, famelicos; maleiacentes: Videmus è contra Religioſos, qui dicuntur altiſsimam ducere vitam, botas habent filtratas, duas tunicas, duas cucullas, cibaria, potus, & ſine ſolicitudine præparata. Ecce quod ordo Diaboli difficilior eſt, quã ordo Xpti. Et cum current ad locum tormentorum, præ dolore, & triſtitia cordis clamabunt, dicentes:

Ordo Diaboli difficilior eſt quam ordo Chriſti.

Quare ſic ruimus? Quare ſic crutiamur; Quare ſic torqueamur? Reſpondit Dominus per Ieremiam. 4. D. *Viæ tuę, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: Iſta malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.* *Ierem.4.D.*

De triplici via iuſtorũ.

24 Eſt autem via iuſtorum triplex: Uia Sanctorum: Uia mandatorum, ipſe Chriſtus. Via Sanctorum triplex: Iob, Noe, Daniel: Per viam Iob incedunt coniugati, qui fidem ſervant, vxoribus vtuntur: Habent divitias, oves, boves, & vineas, vt ſibi, & ſuis, & pauperibus provideant. Per Noe viam incedunt, qui Arcam Eccleſiæ per diluvium iſtius mundi ad portum ſalutis perducunt. Per viam Danielis incedunt virgines, & Religioſi, qui dicuntur viri deſideriorum, qui temporalia faſtidientes, ignota ſcripturarum ſcrutari deſiderant. *Viam Iob.* *Viam Noe.* *Viam Danielis.*

25 Quælibet iſtarum habet tres dietas. Uia enim coniugatorum habet tres: Vna eſt, quod coniuges alter alteri ad invicem fidem conſervent. Alia eſt, quod ad cultum Dei filios erudiant. Tertia eſt, quod filijs, de bonis iuſte acquiſitis ſibi, & ſuis & pauperibus iuxta facultatem provideant. Via Prælatorum habet tres dietas, ſcilicet, ſcientiam, eloquentiam, bonam vitam: Ut per ſcientiam cognoſcant: Per eloquentiam alios erudiant: Per bonam vitam exemplum tribuant: Vt vere poſsint imitari Dominum dicentem: Ioannes. 13. B. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis,* Via Religioſorum habet tres, ſcilicet, paupertatem voluntariam, vt nullum proprium habeant, continentiam, vt caſte vivant, obedientiam, vt præceptis Maioris licitis obtemperent. *Via coniugatorum.* *Via Prælatorum.* *Ioan.13.B.* *Via Religioſorum.*

26 De his vijs. Ieremia. 7. D. *State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea.* Poſſet aliquis dicere: Et quid inveniam vtilitatis in iſtis vijs? Ibi ſubiungit ſtatim dicens: *Et invenietis refrigerium animabus veſtris.* Bene dixit: State ſuper vias, & videte: id eſt, cum mora deliberate. Quilibet enim debet videre, & diligenter tractare, & conſiderare, quæ ex his tribus vijs eſt bona via, & apta, per quam ſecundum qualitatem, & complexionem ſuam, ſecurius tendat ad vitam. Vnde Ieremia. 31. D. *Statue tibi ſpeculum, pone tibi amaritudines: Dirige cor tuum in viam directam.* Merito dicit: Statue tibi ſpeculum, in quo, ſcilicet, vndique circumſpicias ante, & retro, à dextris, & ſiniſtris. *Ierem.7.D.* *Ierem.31.D.*

27 Quilibet ante reſpiciat peccata imminentia, ne, ſicut Pardus, præceps ruat in montem. Retro reſpiciat peccata præterita, ne ſit ſicut canis reverſus ad vomitum, & ſit locus in volutabro luti. A dextris reſpiciat beneficia Dei, Nativitatem, Paſsionem, &c. Vnde Pſalm. 118. B. *In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus divitijs.* Viæ teſtimoniorum ſunt beneficia, quæ nobis contulit. Hæc teſtimonia ſunt, Nativitas, Paſsio, Reſurrectio, Aſcenſio, Spiritus Sancti miſsio. In his beneficijs debemus delectari; per has vias incedere. *Quod vndique debet quilibet ſibi proſpicere.* *Pſal.118.B.*

28 In Nativitate habemus in quo delectemur, quoniam Angelos intelligimus cantantes: Tres Reges iter ad Chriſtum arripientes; quia novus Rex, nova lex, nova facta ſunt omnia. Novus Rex inquam, qui credulitatem Regis Diaboli à nobis abſtulit. Invenimus fœnum carnis in præſepio altaris. De quo Iob. 6. A. *Numquid mugiet bos, cum ante præſepe plenum fuerit.* Quaſi diceret: Numquid poterit iuſtus pro defectu temporalium conqueri, ex quo ſtat ante præſepium in quo Chriſtum invenit? Immo in præſepio cordis eſt Chriſtus, quando charitatem habet iuſtus. *Iob.6.A.*

29 In Paſsione habemus vnde delectemur; quia ibi deſiccatæ ſunt venæ mortis. Oſſeę. 13. D. *Adducet Dominus ventum vrentem de deſerto aſcendentem, & ſiccabit venas eius,* ſcilicet, mortis. Ventus vrens eſt virtus Paſsionis Chriſti, quæ malas concupiſcentias in nobis deſiccavit in aſcenſu, hoc eſt, ingreſſu terræ promiſsionis, ficus datilos, id eſt, dulces fructus vitæ eternæ. *Oſſeæ.13.D.* *Vētus vrēs.*

In

30 In Penthecoſte pigmenta vnguentaria, ſive oleum lætitiæ, ſcilicet, dona Spiritus Sancti. De quibus in Eccleſiaſtico. 38. A. *Vnguentarius faciet pigmenta ſuavitatis.* Quoniam hoc oleo ita fuit Petrus inunctus, quod licet corpus frangeretur, anima tamen præ triſtitia non lædebatur. Hæc ſunt, quæ Iudas, & Iſmael; id eſt, Eccleſia ex Iudæis, & Gentibus exponit in nundinis Tyri, id eſt, mundi: Sicut dicit Ezechiel. 27. D. *Iuda, & terra Iſrael ipſi inſtitores tui in frumento primo balſamum, & mel, & oleum, & reſinam proposuerunt in nundinis tuis.* In frumento primo intelligitur illud granum præcipuum, quod cadens in terram multum fructum affert. In balſamo, corporum reſurrectio. In melle, Deitatis dulcedo. In oleo, gratiæ infuſio. In reſina terebinthina, ſanguis Chriſti, qui per terebinthum ſignatur, quę arbor imputribilis.

Eccleſiaſtico. 38. A.

Ezechiel. 27. D.

31 In his vijs debet vir iuſtus delectari. A ſiniſtris reſpiciat inſidias Diaboli: Quoniam *In via hac, qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi: Iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi* Laqueis Diaboli, & mundi. Dicit Bernardus. *Offert quidquid eſt pulchrum viſu; concupiſcentia carnis, & oculorum, & ambitione ſæculi.* Vnde illaqueat miſeros, ſtrangulat ſtrangulatos, ſempiternis involvat incendijs: Tentat nos multiformibus inſidijs; ſuperius per ſuperbiam; inferius per luxuriam; à dextris per proſperitatem; à ſiniſtris per adverſitatem; Anterius per mundi concupiſcentiam; poſterius per præteritorum vitiorum recordationem; in orbiculari motu per involutionem vniverſorum ſenſuum. Uigilare igitur neceſſe eſt adverſum huiuſmodi latrunculos, &c. Iſaia. 21. B. *Super ſpeculum Domini ego ſum ſtans iugiter per diem: & ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus.*

Quod contra quatuor tentationes Diaboli apponuntur quatuor beneficia Chriſti.

Pſal. 139. A.

Bernard.

Iſaia. 21. B.

32 Quatuor ſunt laquei, quibus Diabolus plures illaqueat; ſcilicet; divitiæ, delitiæ; vanitas; & triſtitiæ; quibus prędicta non poſſunt conſequi. Contra hæc quatuor, reſpice à dextris quatuor beneficia Chriſti. Si Diabolus à ſiniſtris ponit divitias; reſpice paupertatem, nativitatem Chriſti: Audi Chriſtum orantem, & dicentem: Fili mi memorare, quod pro te in paupertate ſpontanea natus ſum; nulla, ſcilicet, vincula Iudæorum me obligarunt; à paupere matre, in lecto paupere, in præſepio bovis & aſini amore tui collocatus ſum: Non ſericis, non lineis; ſed pannis vilibus pro te involutus ſum. Errant qui ei ſublimia arbitrarentur eſſe palatia paranda, vt Rex Eccleſię cum Eccleſia ſuſciperetur. Sed non ad hoc de regalibus ſedibus venit illa maieſtas.

De inferno, & pęnis eius, & de quatuor laqueis.

Beneficia Chriſti.

33 Vnde dicitur Eccleſiaſtic. Adorna, &c. *Adorna thalamum tuum*: Non vtique tapetibus pictis in Ægypto; immo paupertate, & humilitate. Dicit ergo: Amore mei divitias non appetas: Pro te omnes divitias in cœlo, ſicut & in terra ad tempus reliqui, nec in toto orbe habui vbi caput meum reclinarem. Si delitias appetis, reſpice ſecundum beneficium Chriſti in cruce pendentis, & dicentis: Amice, vide, quod pro te in cruce nudus elevatus ſum; ſpinis in capite affixus ſum; clavis affixus, lancea vulneratus ſum; pro eſca felle ſaturatus ſum; pro potu aceto potatus ſum. Ergo amore mei recordare talis afflictionis, quam ſic patienter pro te ſuſtinui: & à fornicatione, ab ingurgitatione, à delitijs noxijs abſtineas; ſi vis te fore felicem, redde vicem.

Eccleſiaſt.

34 Si mundi gloriam appetis, reſpicito faciem Chriſti aſcendentis, & deſcendentis, & dicentis: Ego veni in terram gloriam mundi deſtruere, & aſcendo in cœlum parare tibi locum, in quo glorieris; non tantum in vna civitate, quam cives appetunt, non in Regno, quod Reges appetunt, non Paryſijs, quam Clerici quęrunt: Sed coram Deo, & toto mundo veram gloriam acquiras. Nunquam

NOTA. Gloriam cœleſtem qui acquirunt.

quam hanc gloriam obtinebit, niſi qui mundi gloriam contempſerit. Si delitias, divitias, vanitates conſequi non poteris, forſitam triſtaris.

35 Sed ad beneficium quartum, attende, quod Dominus Spiritum Sanctum oleum lætitię diſcipulis miſit. Hunc ſpiritum qui habet, ſemper eſt hilaris, quia Deum habet. Qui habet aurum non curat de Chriſto. Qui haberet mel Cœli, demens eſſet, ſi curaret de ſtercore mundi, niſi naris eſſet corrupta: Sicut ruſticus, qui tranſiens per ſpecies, ſtatim corruit in extaſim: Quod videns medicus, poſuit ad nares eius ſimum bovis, & revixit, quia nutritus fuerat in ſtabulo boum, quos frequenter curare conſueverat.

Qui habet aurum non curat de Chriſto.

Exemplum.

Exemplum de ruſtico.

36 Quidam ruſticus factus eſt Rex; comedit gallinas, & cætera pretioſa, & incidit in maximam debilitatem. Galienus requiſitus vt eum curaret, quæſivit ab eo, quam vitam ducere ſolebat; & confeſſus, quod ſolebat fodere, arare; panem ſiligeneum, & huiuſmodi aſpera comedere: Galienus reduxit illum ad ſtatum priſtinum, & ſanitatem recuperavit. Sic etiam eſt quorumdam natura corrupta, quod plus diligunt ſtercora mundi, quam delitias Paradiſi.

37 Quomodo triſtari poterit, qui verum gaudium in ſe continet. Si ſolem habeo, quid curo de luna? Si panem habeo triticeum; vt quid deſiderabo ſiliquias porcorum? Si Deum habeo, virtutes habeo, amicos habeo, ſcilicet, omnes Angelos, & ſanctos; poſſeſsiones habeo, Cœlum, & Terram habeo, & omnia quæ in eis ſunt. Si ergo triſtaris, ex defectu eſt, quia oleum lætitiæ non habes, Spiritum Sanctum non habes. Ergo cor tuum à ſtercoribus, & immunditijs, vt oleum lætitię, quod à curia cœli deſtillat, recipias; & de carentia præmiſſorum mundialium gaudebis: Quia ſicut in me expertus ſum, non ſunt niſi detrimenta gaudij ſpiritualis.

38 Infra reſpicias tormenta ineffabilia, infernum animas devorantem: Dęmones animas torquentes: Ignem ardentem, & cæteras pœnas de quibus ſupra cap. 2. num. 194. Qui ſtat, videat ne in tales pœnas cadat, ne in talem corruat. Pęnæ exterrent, quos præmia invitant. Supra reſpicias Deum pulcherrimum: Reginam Cœli: Conſortium Angelorum: Præmia æterna. Ad illa ſuſpira; ad illa aſpira; dicaſque cum Sancto Simeone. Putas ne videbo? Putas ne durabo? Clamans etiam cum Apoſtolo dic. *Infelix ego, quis me liberavit à corpore mortis huius? Ad Romanos 7. D.* Auguſt. *Væ tibi ſi admiſeris condita, & deſereris conditorem. Pulchra tibi ſunt: Sed quanto pulchrior ipſe qui iſta tibi formabit?*

De inferno, & pœnis eius

Ad Romanos 7. D.

Auguſt.

39 Attende igitur ne tibi ſubripiat Satanas, ſive decipiat dicens illud, quod multi ſolent dicere; ſcilicet; bene nobis ſit in creatura Dei: Quare illam fecit, niſi vt bene ſit nobis? Iſta ſuadet Satanas, vt homines inebrientur in prædictis temporalibus, obliviſcanturque Dominum, & creatorem ſuum, & pereant. Non enim temperate, ſeu iuſte vtuntur creaturis: Sed cupide; & ſic contemnitur creator. De talibus dicit Apoſtolus in Epiſtola ad Romanos. 1. C. *Coluerunt, & ſervierunt creaturæ potius quam creatori.* Et iuſtum eſt, quod qui contemnit creatorem, contemnatur à creatore. Igitur ne contemnaris; Deum qui ſupra te eſt, diligas; terram, quam pedibus calcas, contemnas.

Diabolus quo modo ſuadet.

Roman. 1. C.

40 Vnde ipſa veritas: Ioannes. 14. C. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum.* Auguſt. *Talis eſt quiſque, qualis eius dilectio.* Terram diligis, terra eris. Deum diligis, quid dicemus

Ioann. 14. C.

Auguſt.

Deus

Deus eris ? Non audeo dicere ex me, ſed ſcripturam audiamus dicentem : Pſalm. 81. B. *Ego dixi: Dij eſtis.* Hi ergo ſunt laquei, quibus capit : Arma, quibus pugnat: Lanceæ, quibus perforat : Sagittæ, quibus vulnerat Satanas, & multa alia, ſecundum quod ipſe Diabolus magis novit hominem ad ſuum veſtigium inclinationem eius agnoſcens.

Pſal. 81. B.

Greg. in mor. ſuper Iob. lib. 14. cap. 6.

41 Unde Greg. ſuper illud *Iob. 18. B. Abſcondita eſt in terra pedica eius.* Ait : *Inſpicit hoſtis mores vnluſcuiuſque, & cui vitio ſunt propinqui ; & illa apponit vitæ faciem, ad quæ novit facilius inclinari mentem. Ibi decipulam tendit, vbi eſſe ſemitam mentis reſpicit : Vt mitibus, & manſuetis luxuriam : Aſperis vero, & duris moribus, avaritiam, & ſuperbiam.* Sed hoc eſt timendum, quod dicit Hieronymus : *Hoſtis, qui non poteſt vincere niſi volentem : Non poteſt te capere, niſi collo tuo inijcias : Non poteſt te vulnerare, niſi ſua lancea tibi vulnus imprimas.* Vnde Iob. 16. C. *Circumdedit me lanceis ſuis, & vulneravit lumbos meos.* Lanceæ quibus vulnerat lumbos ſunt pulchræ mulieres, verba ſuavia, & luxurioſa; iocus, riſus, & huiuſmodi. Sed talibus lanceis non vulnerabit, niſi tu ipſum per cogitationes pravas, & conſenſum coadiuves.

Hieronym.

Iob. 16. C.

Lanceæ Diaboli.

42 Vnde attende quod dicit: *Convulneravit me.* Quaſi diceret; convulneravi me ego, & ipſe mecum. Si pedes tui ſunt calceati præceptis Evangelicis, ambulabis ſuper arma, & non vulneraberis. Vnde in Eccleſiaſtico. 9. D. *In medio laqueorum ingredieris, & ſuper dolentium arma ambulabis.* Contemnas, frater, contemnas pulchras mulieres; divitias; cibaria pulchra; dignitates, & vanitates, & ſic ambulabis ſuper arma dolentium, ſcilicet, Dæmonum, qui ſuper hoc dolebunt. Nec tantum ſuper arma; immo ſuper ipſos Dæmones ambulavis : Secundum illud Pſalm. 90. C. *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulavis : Et conculcabis leonem, & draconem.*

Eccleſiaſticus. 9. D.

Pſal. 90. C.

43 Item, eſt via martyrum, confeſſorum, & virginum. Via martyrum eſt rosis teſperſa : Via confeſſorum, violis: Via Virginum, lilijs. Item, via etiam dicitur præcepta Dei ; Secundum illud Pſalm. 118. *D. Viam mandatorum tuorum cucurri ; cum dilataſti cor meum.* Præcepta ſunt viæ ; conſilia ſunt ſemitæ, quia citius perducunt ad terminum deſtinatum. Strictas ſemitas ingrediuntur, quicumque nudi nudum ſequuntur Chriſtum ; ſcilicet, omnes Religioſi, qui propter Chriſtum mundum relinquunt. Sicut ſæculares tenentur obſervare vias, id eſt, præcepta ; ita clauſtrales tenentur obſervare ſemitas, id eſt, conſilia. Vnde quod conſilium eſt ſæcularibus, præceptum eſt religioſis.

De via martyrum : Confeſſorum ; & virginum.

Pſal. 118. D.

Præcepta ſunt viæ.

Conſilia ſunt ſemitæ.

44 Qui nequeunt, vel neſciunt obſervare ſemitas ; ambulent per vias, & ſalvi erunt. Quoniam qui ædificat turrim, vt dicitur in Evangelio : *Luc. 14. F.* debet conſiderare expenſas, id eſt, debilitatem naturæ, ne ſi ædificare inceperit, & non poſsit complere; ridiculum habeatur. Melius eſt per plana incedere, quam per alta in immum ruere. Melius eſſet Canonicis multis vxorem ducere, divitias habere, quam ordinem intrare ; proprium retinere ; & luxuriam continere. Habet proprium pro furto, & Diabolum pro marito. Vnde Hieronymus : *Quæ continere non vult, vel non poteſt, potius accipiat maritum, quam Diabolum.*

Luc. 14. F.

Melius eſt. NOTA.

Hieronym.

44 Certa via, & terminus eſt Chriſtus, ſicut ipſe ait in Ioanne. 14. A. *Ego ſum via, veritas, & vita.* Via ad Patriam ducens : Veritas promiſſa ſolvens : Vita iuſtos remunerans. Per hanc viam proficiſcuntur, qui vitam Chriſti imitantur. Et ſicut lupus rapit agnum cum relinquitur à paſtoribus; & ſicut catus murem, cum exit à foramine : Sic nos rapit leo rugiens, ſi exierimus à via vitæ. Ergo vt pulchri ſint greſſus noſtri, viam mandatorum, viam ſanctorum ; immo viam, quæ Chriſtus eſt teneamus, vt ad veram vitam perveniamus. Exponitur etiam de Prędicatoribus, qui cal-

Via certa, & terminus eſt Chriſtus. Ioann. 14. A.

calceati ſunt Evangelica veritate, deambulantes greſſus Dei, in mandatis Dei per ſtudium, & operationem collocantes. De quibus Iſaia 52. B. *Quam pulchri ſuper montes pedes Evangelizantis, & prædicantis pacem: Annuntiantis bonum, prædicantis ſalutem.*

Iſaia. 52. B.

IUNCTVRÆ FEMORVM tuorum, ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.

45 PER femora quibus ſuſtentatur machina humana, intelliguntur fideles in Eccleſia: Quoniam per miſterium prædicantium perficitur vnanimis coniunctio credentium. Femora autem ſunt rotunda ad modum monilium; quia fideles ſunt ſine angulo falſitatis, ſine ruga duplicitatis, perfectam formam ſicut rotunditas continens. Hæc fabricata ſunt à fabro, qui fabricavit auroram, & ſolem.

Quod fideles intelliguntur in Eccleſia per femora.

VERS. II.

VMBILICVS TVVS SICVT crater tornatilis, numquam indigens poculis.

46 VMbilicus eſt infirma pars corporis. Deus autem infirmiores; ſcilicet, Prædicatores, & cæteros infirmos elegit, vt toti mundo poculum propinarent.

Quod vmbilicus eſt infirmior pars corporis.

VENTER TVVS SICVT acervus tritici, vallatus lilijs.

47 HI ſunt fructuoſi in Eccleſia, qui Eccleſias diſcribunt, & dicuntur quaſi acervus tritici; quia nunquam ceſſant benefacere, & docere. Vallati lilijs, id eſt, caſtis operationibus, ſive caſtitate mentis, & corporis, vt os, lingua, & manus, & cætera membra habeant caſtitatem.

Quod acervi ſunt fructoſi qui non ceſſat benefacere, & docere.

VERS. III.

DVO VBERA TVA, SICVT duo hinnuli gemelli capreæ.

48 VBera tua ſunt Doctores; aliter, Paſtores Eccleſiæ, qui ſubditos duplici cibo debent lactare: Cibo doctrinę, & cibo vitę; hoc eſt, verbo, & exemplo. Iſti ſunt hinnuli, qui debent habere vngulam ſuam fiſſam, per diſcretionem: Debent eſſe gemelli, per geminam charitatem, ſcilicet, Dei & proximi. Caprea enim acutum habet aſpectum. Sed quia plerique hoc non faciunt, dicitur. Tren. 2. D. *Matribus ſuis dixerunt: Vbi eſt triticum, & vinum? Cum deficerent quaſi vulnerati in plateis Civitatis: Cum exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.* Hoc iam impletur, quoniam parochiani quęrunt Verbum Dei, panem ſive animæ lætitiam ſpiritualem, & quia non inveniunt in Prelatis, ſive Paſtoribus, qui eos deberent, tanquam matres prędicto duplici cibo lactare; moriuntur ex defectu cibi ſpiritualis; & ſpiritum vitalem emittunt.

Contra falſos Prælatos, & paſtores: Qui oves ſuas non paſcunt.

Vbera ſunt Doctores, & Paſtores.

Prælati omiſſi, & perverſi de manibus eorum Requiret Dominus gregem ſuum.

49 Sicut enim corpus moritur ſine cibo materiali; ſic anima ſine cibo ſpirituali. Hoc eſt; *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Et ſequitur: *Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta: Nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam provocarent.* Propter hoc dicit. Ezechiel. 6. C. *Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic: Heu, ad omnes abominationes malorum domus Iſrael, qui gladio, & fame, & peſte puniti ſunt.* Gladio tentationis: Peſte hæreticæ pravitatis. Qui longe eſt, peſte morietur: Hi ſunt, qui ab Eccleſiaſtica veritate, & vnitate receſſerunt. Qui prope fuerint; gladio; id eſt; ſuggeſtionibus Diaboli moriuntur; quia ſimiliter non reſiſtunt. Qui relictus fuerit, & obſeſſus, id eſt, à Dæmonibus incluſus, qui non permittunt Prędicatores ad

Tren. 4. A.

Ezechiel. 6. C.

ad eos discurrere: Sicut in claustris, qui nolunt audire doctrinam Christi, demonente, impediente, & conventu consentiente; fame peribunt.

Ezech. 34. A. 50 De his Ezechiel. 34. A. *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: Nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lana operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: Gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis; quod confractum, non alligastis; & quod abiectum, non reduxistis; & quod perierat, non quæsistis: Sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor: & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt.* Et sequitur: *Propterea pastores audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse super pastores, & requiram gregem meum de manu eorum.*

51 O pastores animarum! O Prælati incrassati, impinguati, dilatati! Expergiscimini, surgite, attendite, & vigilate. O canes ovilis Christi, quid dormitis? Ecce lupi, & aliæ bestiæ agri circumdant caulas, vt oves disperdant, mactent, & devorent. Latrate; latrate fortiter; quia iam Dominus contra vos iratus protestatur, quod oves suas de manibus vestris requiret. Ideo dicitur in Isaia. 58. A. *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.*

Canes ovilis Christi sunt Prælati, & Doctores.

Isaia. 58. A.

VERS. IV.

COLLUM TUUM SICUT TURRIS eburnea.

Quod per collum intelligitur Doctor Ecclesiæ.

52 PER collum vox emittitur, cibus trahitur: Talis debet esse Doctor Ecclesiæ; vt vocem prœconis: Aliter prædicationis emittat, & vniversos in corpus Ecclesiæ traijciat.

Doctor Ecclesiæ debet esse turris eburnea.

Debet esse turris per fortitudinem; eburnea, per castitatis candorem.

OCULI TUI SICUT PISCINÆ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.

De oculis Ecclesiæ scilicet Prælatis qui debent esse piscina lacrymarum.

53 AD literam tales debent esse oculi Prælatorum, sive Prælati, qui debent esse oculi Ecclesiæ: Hesebon interpretatur cingulum meroris. Lacryma enim est cingulum animæ. Sicut enim homo, qui cingitur non amittit quod in sinu tenet; ita per lacrymarum effusionem virtutes, & dona conservantur. Item, Prælati sunt quasi piscinæ; qui debent lacrymarum effusione abundare. Hæc piscinæ sunt in porta filiæ Sion multitudinis, id est, Ecclesiæ, quæ per sui contentionem est filia multorum. Multi enim Ecclesiam verbo, & exemplo construxerunt.

Hesebon interpretatur cingulum meroris.

Lacryma est Cingulum animæ.

54 Est autem oculus sicut piscina in porta Ecclesiæ tàm Militantis, quàm Triumphantis; quia multi per lacrymas perveniunt ad cœlestem Ierusalem. Ieremia. 31. B. *Ecce ego adducam eos per torrentes aquarum in via recta.* Isaia. 15. B. *Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis levabit.* Luith interpretatur ascensus genarum. Quando peccator lacrymas per genas fundit; tunc per vitæ meritum ascendit. Oronaim interpretatur foramen meroris. Hic est oculus: Quando peccator cum lacrymis conteritur; tunc per foramen meroris clamor ad Deum levatur: Quoniam lacrymæ pondera noctis habent. Per lacrymas, flecti Principis ira solet.

Ierem. 31. B.

Isaia. 15. B.

Luith interpretatur ascensus genarum.

Oronaim interpretatur foramen meroris.

NASVS TUVS SICUT TURRIS Libani, quæ respicit contra Damascum.

Quod Prælati debent sibi, & suis præcavere ab insidijs Diaboli.

55 ALegorice debent esse Prælati castissimi discretores boni, & mali, sicut per nares odor, & fœtor discernitur. Damascus autem est Metropolis Siriæ, qui multa mala intulit populo Dei: Interpretatur autem saccus sanguinis; & significat Dæmones, qui pleni sunt sanguine mortali; qui non cessant ho-

Damascus interpretatur saccus sanguinis.

homines affligere, & devorare. Sed Prælatus debet longe prȩcavere inſidias Diaboli: Et ſicut qui eſt in turre, debet populum ſuum per clamorem excitare; ita Prælatus cum proſpicit inimicos venire.

56 Ezechiel. 33. A. *Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cum induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de noviſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem; & viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annuntiaverit populo. Audiens autem quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & non ſe obſervaverit, veneritque gladius, & tulerit eum: Sanguis ipſius ſuper caput eius erit.* *Ezech.33.A.*

57 *Sonum buccinæ audivit, & non ſe obſervavit, ſanguis eius in ipſo erit: Si autem cuſtodierit ſe, animam ſuam ſalvabit. Quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: Ille quidem captus eſt in ſua iniquitate: Sanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram non populus terræ; ſed ego.*

58 Et exponens prędicta ait. *Et tu fili hominis ſpeculatorem te dedi domui Iſrael: Audiens ergo ex ore meo ſermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: Impie morte morieris: Non fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius à via ſua: Ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annuntiante te ad impium, vt à vijs ſuis convertatur, non fuerit converſus à via ſua: Ipſe in iniquitate ſua morietur: Porro tu animam tuam liberaſti.*

59 Sed heu! Iam plures Prælati, licet vident gladium venientem; non inſonant buccina: Habent enim guttura plena gallinis, caponibus, turturibus, ſalmonibus. Tument etiam guttura ipſa electuarijs, ſpeciebus diverſis, vinis electis, &c. Iam non habent vocem prædicationis; ſed mortiferę adulationis: Non ſalutiferæ increpationis, ſeu admonitionis; ſed mordacitatis, & tirannidis: Non oſcula pacifica; ſed iacula mortificativa. Non reſpiciunt iam contra Damaſcum; ſed cum Damaſco; id eſt; cum Diabolo. *Prælati perverſi mercenarij, amatores divitiarum.*

60 Nares talium non odorantur, niſi aureos; redditus; ſcutiferos politos; canes venaticos; homines linguoſos; veſtes apparentes. Qui nominaverit eos ſimpliciter, Epiſcopos; Decanos; Archidiaconos; Canonicos; Clericos; Abbates; Priores; Miniſtros: Niſi addiderit Dominos; morte moriatur; quia inhonoravit eos. Bonus odor horum, odor lucri. Non oſtendunt peccata ſubditis, vt curent; ſed libenter exponunt crimina, & calumnias, vt vulnerent, incarcerent, & expolient. Non quærunt correctionem: Sed occaſionem.

61 Attende ſubdite Clerice, vel frater; quia ſi bene prędicas; ſi bene operaris; ſi Eccleſias facias; ſi lacrymas effundas, non placebis; ſed fœtebis: Fœtebis Diabolo, fœtebis talibus Prælatis. Numquam propter talia beneficium conſequeris; immo vanus, & ſtultus reputaberis. Si nummos tribuas, admitteris: Largus, benignus, prudens, & amicus, & ſervitor bonus nominaberis: Quod vis, pete, & impetrabis: Non enim ad merita reſpiciunt; ſed ad munera: Non ad actus; ſed ad manus. Si adulari, ſi mentiri, ſi litigare noſti, diligeris. Cum tamen vt ait Auguſt. *Nil ſimilibus actibus Dæmonum, quam litigare.* Ergo quanto ſimilior fueris Diabolo, tanto magis placebis tuis Prælatis. Et non mireris; quia non ſunt paſtores: Quia ſi paſtores eſſent, animam vtique ponerent pro ovibus ſuis. Sed ſunt mercenarij, temporales mercedes amantes. *Auguſt.*

(o)

VERS.

VERS. V.

CAPVT TVVM SICVT CARmelus : & come capitis tui, ſicut purpura Regis vincta carnalibus.

De crucifixione carnis, & cordis: vel contra detractores.

62 CAput eſt mens, qua regitur totum corpus cogitatione operum ; alta vt mons per converſationem vitę dicitur Carmelus, quia circumciſionis cognitio interpretatur : Quoniam mens debet cognoſcere ſe à pravis cogitationibus circumcidandò. De circumciſione in Geneſ. 13. B. *Hoc eſt pactum meum quod obſervabitis inter me, & vos. Circumcidetur ex vobis omne maſculinum in generationibus : Tam vernaculus, quam emptitius circumcidetur. Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, peribit de populo meo.* Hæc carnis circumciſio, eſt in ſignum ſpiritualis circumciſionis.

Caput eſt mens.

Carmelus interpretatur circumciſionis cognitio.

Geneſ. 17. B.

63 Circumciſio autem ſpiritualis eſt duplex : Vna eſt carnis, quæ eſt à pravis operibus : Altera cordis, quæ eſt ab immundis cogitationibus. De vtraque : Ezechiel. 44. B. *Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſrael : Eo quod inducitis filios alienos incircumciſos corde, & incircumciſos carne, vt ſint in Sanctuario meo, & polluant domum meam.* In Eccleſiaſt. 11. D. *Aufer iram à corde tuo, & amove malitiam à carne tua.* De his : Ieremia. 2. B. *Induxi vos in terram Carmeli, & ingreſſi contaminaſtis eam.*

Circumciſio eſt duplex: cordis, & carnis.

Ezech. 44. B.

Eccleſiaſt. 11. D.

Ierem. 2. B.

64 Carmelus eſt Sacer Ordo Religionis, qui interpretatur cognitio circumciſionis. Debet enim quilibet ordo cognoſcere, quare ſit in coma circumciſus : Clerici Seculares magis ſunt circumciſi, quam laici ; quia magis ſunt remoti à cura temporalium. Monachi, & canonici altius ; quia magis, quam clerici debent accedere ad cœleſtia. Iſtos introduxit Dominus in Carmelum, id eſt, in Eccleſiam. Sed intrantes per ſordes peccatores, contaminaſtis locum. Quod enim facit porcus ſub quercu ; hoc facit clericus pollutus in Eccleſia ; quia fructus comedit, & locum quem tenet polluit.

Carmelus eſt ſacer ordo Religionis, & interpretatur cognitio circũciſionis.

Circumciſionem quę in ſe eſt debet quilibet videre.

65 Qui habet circumciſionem in capite, & non habet ſignatum in mente, eſt hypocrita ; ſtatua ſalis ; quæ habet figuram hominis, ſed non animam ; falſus Monachus, falſus Deus, qui extra eſt aureus, intus plumbeus. De circumciſione carnis à pravis operibus, dicit Iſaia. 33. C. *Qui proijcit avaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos, ne videat malum. Iſte in excelſis habitat.* Timor autem, & immunditia in aliquo membro impedit, ne quis per anguſtam portam ingrediatur : Secundum illud: Pſal. 14. A. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Aut quis requieſcet, &c.* Item, de vtraque circumciſione in Actibus 7. F. *Dura cervice, & incircumciſis cordibus, & auribus, vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri.*

Circumciſio carnis.

Iſaia. 33. C.

Pſal. 14. A.

Acta Apoſt. 7. F.

66 De circumciſione cordis : Greg. *In caſſum per pœnitentiam corpus atteritur, vbi inordinatis motibus mens intus diſrumpitur.* Item, de circumciſione linguæ : In Prov. 18. B. *Mors, & vita in manibus linguæ.* Bernardus : *Quod ſi ſola vita eſt in lingua, non eſſet neceſſaria circumciſio ; nec ſi ſola mors, circumciſione opus eſſet, ſed abſciſione.* Sic ſolet dici de carne : Quod mors, & vita in manibus carnis. Et ſicut in membro, ſive inſtrumento carnalis generationis facta eſt circumciſio ; ſic neceſſaria eſt circumciſio in membro ſpiritualis generationis, ſcilicet, in lingua.

Greg.

Contra detractores.

Prov. 18. D.

Bernard.

Mors, & vita

67 Eccleſiaſtic. 22. D. *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea certum ſignaculum, vt ne cadam in ipſis, & ne lingua mea perdatur.* Bernardus : *Ut ne vitalem ædificationem clauſura damnat æterna, nec rurſum læthalis pernicies ſortiatur egreſſum.* Cum aliquis proiecerit ſimum, veniunt ſcrabones, & fodiunt ; & fœtere faciunt : Sic cum aliquis, ſeu aliqua commiſerit peccatum, veniunt vicinæ vna poſt aliam, & peccatum fodiunt, frequenter de illo loquendo, & fœtere

Eccleſiaſt. 22. D.

Bernard.

faciunt, dicentes: Ecce quod fecit vicina noſtra.

Detractores ſunt campanę Diaboli.

68 Iſtæ tales ſunt campanæ Diaboli, quæ longe ſonant, quia:

Fama repleta malis,
Velocibus volas alis.



Lingua detractoris.

Sicut baculus hinc inde percutit: Ita lingua detractorum; modo à dextris; modo à ſiniſtris; modo amicos; modo inimicos percutit. Talis campana longius auditur, ſive ſonat, quam campanę Eccleſię; quia detractio quandoquidem per dietas tres, vel quatuor diffunditur; quod tamen nunquam eſt auditum de aliqua campana materiali quantumcumque grandis ſit illa. Si lingua alicuius ita eſſet longa, quod protenderetur ad triginta leucas: O quot, & quanti canes, & aves laniarent illam. Sic Dæmones proculdubio linguam laniabunt, quæ abſentibus detrahit.

Levit.19.C.

69 In lege Dei ſcriptum eſt Levit. 19. C. *Ne maledicas ſurdo.* Hoc eſt, ne detrahas abſentibus. Canis, qui linguam extra os portat, dicitur rabidus. Et ille homo dicitur canis rabidus, ſive Dæmoniacus, qui linguam extra os producit, vt abſentibus detrahat. Talis dicitur Serpens in ſilencio. Nihilominus hunc habet, qui occulte detrahit; ſi liceret, ſibilus audiatur, tamen venenum in ore moratur: Sic enim, qui alijs detrahit venenum in ore retinet, quo per detractionem interficit. Dicitur; quod Serpens ſi venenum amittit, ſe ipſum interficit: Si detractor moritur, cum alijs detrahere prohibetur.

Serpens ſi venenum amittit ſe ipſum interficit.

De duobus modis, quibus immunditia aufertur.

Zachar.13.A.

Malach. 3.A.

Ioann.15.A.

70 Tum per Baptiſmum; tum per tribulationem immunditiam aufert. De mundatione per aquam: Zacharia. 13. A. *In die illa erit fons patens domus Domini habitantibus Ieruſalem in ablutione peccatoris, & menſtruatæ.* De purgatione per tribulationem: Malachiæ. 3. A. *Sedebat conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos, quaſi aurum, & argentum.* Ioannes. 15. A. *Omnem palmitem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Debet autem

Lapis circumciſionis eſt

circumcidi cultro lapideo. Iſte lapis Chriſtus eſt: Quoniam amore Chriſti debes omnem auferre immundiciam. Pſalm. 136. B. *Beatus qui allidet parvulos ſuos ad petram.*

Pſal. 136. B.

71 Sit tibi caput iuſti, ſicut mons Carmeli, id eſt, vt mens ab omni immunditia, & ſuperfluitate circumcidatur. Si cor fuerit circumciſum, omnia membra de facili purgabuntur. Matth. 12. C. *Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona.* Hoc eſt; de bono corde, bona opera. Matth. 15. C. *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem.* Vide igitur quod cor tuum ſit circumciſum: *Beati enim mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt: Matth. 5. A.*

Matth.12.C.

Matth.15.C.

Matth.5.A.

COMÆ CAPITIS TUI SICUT purpura Regis vincta canalibus.

Quod purpura Regis eſt paſsio Chriſti.

72 COmæ capitis ſunt cogitationes cordis. Iſtę ſunt ſicut purpura Regis. Purpura Regis, eſt paſsio Chriſti, proprio ſanguine purpurata. Purpura Regis iuncta canalibus; quia paſsio Chriſti iuncta eſt humilibus mentibus. De iſta purpura Iacob in Geneſ. 49. B. *Lavabit in vino ſtollam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* Hæc eſt purpura Regis, caro Chriſti, proprio ſanguine intincta. Cogitationes ergo tuæ ſint ſicut purpura; ſic, vt cum effectu cogites carnem tuam pro ipſo crucifigere, vitijs, & concupiſcentijs reſiſtendo, frequentes cogitationes de paſsione, devotionem, & lacrymas excitando.

Comæ capitis ſunt cogitationes mentis.

Geneſ.49.B.

Bernard.

73 Unde docet nos Bernard. dicens: *Conſidera filium Virginis illuſum ſputis; livoribus plagis: Clavis confixum. Attende Rectorem cœli ſtantem in cruce: Pallidum in morte: Carne deformem; ne pertranſeas Deum Angelorum: Virum percuſſum à Deo, & humiliatum: Leproſum, & omnibus detrimentis expoſitum.* Recordatio hæc accendit; aliter; atterit cor, & pectus durum: Interiora depaſcit. Talis memoria elicit memoriam: Lacrymas fundit: Oculos vultus

Eccleſ. 22.C. humetat. Unde in Eccleſiaſtico. 22. C. *Pungens oculum deducit lacrymas : & qui pungit cor profert ſenſum.* Punge oculum clavis, & lancea, quibus punctus fuit Chriſtus : & ſi Chriſtum diligis, lacrymas educis. Bernardus : *Circa hunc grædum fere revolvitur omnis Religioſorum inſtantia.*

Bernard.

74 Vel purpura Regis eſt iuncta canalibus : Quia Chriſtus eſt fons vitæ, qui effundit aquas gratiæ, & doctrinæ in canales, id eſt, in Apoſtolos, & Apoſtolicos viros. A canalibus, ad areolas; hoc eſt, ad populum minorem. Chriſtus coniunctus eſt canalibus, vt eos infundat; & nos debemus canalibus coniungi, vt ab eis informemur. Canales ſunt ſacræ ſcripturæ : De quibus in Geneſ. 30. F. *Tollens Iacob Virgas, ex parte decorticavit eas, detractiſque corticibus, in his, quæ ſpoliatæ fuerant, candor apparuit. Illæ vero, quæ integræ erant, virides permanſerunt. Et poſuit eas in canalibus vbi effundebatur aqua, vt cum veniſſent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aſpectu earum conciperent.*

Chriſtus eſt fons vitæ.

Canales ſunt ſacræ ſcripturæ.

Geneſ. 30. F.

75 Per virgas excorticatas intelligimus contemplativos, qui nudi nudum ſecuti ſunt Chriſtum. Per virgas virides intelliguntur activi, qui corticem temporalium non deponunt. Omnes ſancti, vel ſunt activi, vel contemplativi. Uirgæ in canalibus ſunt vitæ ſanctorum in ſcripturis, quæ debent exponi ovibus veri Iacob; vt ſecundum exempla eorum opera pariant : Imitentur Paulum in prædicatione : Martinum in humilitate : Nicolaum in abſtinentia. Qui enim ad exemplum iſtorum non fuerit formatus, & informatus, erit ex ovibus Labam, id eſt, Diaboli.

Virgæ in canalibus.

76 Vnde in Zacharia. 2. A. *Vide : & ecce vir, & in manu eius funiculus menſorum. Et dixi. Quo tu vadis? Et dixit ad me : Vt metiar Ieruſalem, & videam quanta ſit latitudo eius, & quanta ſit longitudo eius.* Vir eſt Chriſtus certiſsimus Geometricus. Habet infallibilem menſuram ; vt menſuret Ieruſalem, id eſt, quamlibet animam fidelem, quanta ſit latitudo eius, quantum ad dilectionem proximi : Quanta longitudo, quantum ad dilectionem Dei. Si inveniat animam, quæ ſe habet ad menſuram martyrum, confeſſorum, vel virginum, collocabitur in conſortio iuſtorum. Si autem eam ad menſuram ſanctorum non invenerit; collocabitur in conſortio Dæmoniorum.

Zachar. 2. A.

Vir Geometricus eſt Chriſtus.

77 Vnde alibi Zacharias. 1. D. *Perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalem.* Ad modum Lauthomi ſeu Plumbatę : Quicumque non invenit lapidem ad rectam menſuram illorum, qui poſiti ſunt in ædificio, proijcit in ſterquilinium. Sic Dominus ſi invenerit aliquem, qui non habeat vitam martyrum, confeſſorum, vel virginum, confringet, & proijciet in peſsimum ſterquilinium. Ergo inſpiciamus virgas in canalibus, id eſt, vitas Sanctorum in ſcripturis, vt ad exemplum eorum informati; in conſortio iuſtorum valeamus collocari.

Zachar. 1. D.

VERS. VI.

QUAM PULCHRA ES, ET decora chariſsima in delitijs.

Quod ſponſa Chriſti ſcilicet anima, eſt pulchra in fide.

78 SPonſa eſt pulchra in fide: Decora in corpore; Chariſsima in delitijs cœleſtibus, vt delectemur in Chriſto, & in operibus eius.

VERS. VII.

STATURA TVA ASSIMILATA eſt palmę, & vbera tua botris.

Quod ſancti comparantur palmæ: Prædicatores botris.

79 PAlma aſpera eſt in immo ; pulcherrima in ſummo ; dulces fructus, ſcilicet, datilos portat. Hęc eſt vita Sanctorum aſpera, & contemtibilis in præſenti ; ſed pulcherrima in futuro, quæ

profert dulciſſimos fructus vitæ æternę. Ubera ſunt ſimilia botris.

Prædicatores ſunt vbera.

Prædicatores ſunt vbera vt prius; quia ſicut optimum vinum nutriunt, & exhilarant, & animas Sanctorum ſpirituali doctrina reficiunt.

VERS. VIII.

DIXI: ASCENDAM IN PALMAM, & apprehendam fructus eius.

De cruce, & crucifixo.

80 AScendam in crucem, & aprehendam æternam altitudinem; aliter, beatitudinem. Apprehendam Dominum, quem amiſi per Diabolum. Aſcendit in cruce operator humani generis ſalutis. Et ita eſt iſte triplex fructus, quem apprehendit, eo quod in cruce paſſus eſt: Caruit enim vtraque Stolla, quam per crucem lucratus eſt. Vnde Luc. 24. D. *Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam.* Caruit Dominus ſuper humanum genus: Quia homo factus eſt ſervus Diaboli. Item, Deitas ſuſtinere non potuit, quod homo creaturarum digniſsima, tormentis perpetuis ſubijceretur. Ideo paſſus eſt temporaliter, ne homo æternaliter pateretur. Unde Pſalm. 37. B. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ.*

Fructus quem percepit homo de cruce, & crucifixo qualis.

Luc. 24. D.

Pſal. 73. B.

81 Eſt autem triplex aſcenſus; elevationis; ſanctitatis, & dignitatis. De primo ait Lucifer: Iſaia. 24. C. *In cœlum aſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum; ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſsimo.* Iſtud fuit primum mendacium: Sed veritas de terra orta eſt, ſcilicet, Chriſtus de Beata Virgine. Et ſicut Chriſtus eſt via, veritas, & vita; ita Diabolus eſt devium, & falſitas, & mors. Hæc eſt enim voluntas Diaboli, cum ipſe deviaſſet per ſuperbiam, & corruiſſet per falſitatem, quod omnes faceret deviare, omnes falſare: Quoniam tiniosus omnes vellet eſſe tiniosos.

De triplici aſcenſu: aliter; de falſitate Diaboli, qua falſificat omnem hominem Iſaia. 14. C.

Chriſtus eſt via veritas, & vita.

Diabolus eſt devium, falſitas, & mors.

Diabolus quomodo curat in ſicere omnem hominem.

Geneſ. 3. A.

82 Fecit autem Adam deviare per falſum, quando ait Geneſ. 3. A. *Eritis ſicut dij*: Immo potius facti ſunt, vt Diaboli. Sicut Diabolus ipſos infecit: ita ipſi totum mundum infecerunt, & interfecerunt. Ad hoc incedit Diabolus, omnem falſare hominem. Hoc eſt, facere falſum Clericum; falſum Monachum; falſum mercatorem; falſum maritum; falſam vxorem, &c. Sed ſicut falſus denarius, non eſt denarius; ita falſus Clericus, non eſt Clericus, & ſic de ſingulis. Qui falſat monetam, aufert argentum, & apponit aliud metallum, quod minus valet. Sic Diabolus falſat Clericum, qui dicitur à cleros, quod eſt ſors, quem Dominus elegit in ſortem: Nec clericus debet habere ſortem in terra niſi Deum. Si ergo relinquit hanc ſortem, & elegit ſibi terram per avaritiam: Mulierem per luxuriam: Dignitates per ſuperbiam, falſus eſt iam.

Clericus dicitur à cleros quod eſt ſors.

83 Monachus dicitur à *Monos*, quod eſt vnum; & à *Cos*, quod eſt cuſtos; quaſi cuſtos ſolius, vt ſe ſolum cuſtodiat. Si autem cuſtodit pecuniam proprium retinendo, iam non eſt Monachus verus: Sed falſus; ſive falſatus Monachus. Sicut falſi denarij non debent poni cum veris: Sic nec falſi Monachi ſepeliendi ſunt cum alijs: Sed corpus debet ſepeliri cum aſinis, animam vero cum Dæmonibus. Debet enim corpus talis extrahi ſive portari cum fune per pedes, & ſicut aſinus Diaboli longe projici à cimiterio in locum non ſacrum.

Monachus dicitur à Monos quod eſt vnū & à Cos, quod eſt cuſtos.

84 Sed quid dicendū vbi ōnes ſint falſi, omnes habeant proprium? Certe magis placeret, quod tot aſini cantarent in choro, & pſalerent in clauſtro: Quia plus fętet Deo vnus Monachus proprietarius in clauſtro, quam omnes fœtentes capreæ in mundo. Inveni in quodam exemplo, quod Monachus proprium habens, ſemper ſuper ſe portat Diabolum ineffabilem.

85 De omnibus per mendacium falſatis dicitur in Prov. 20. C. *Suavis eſt homini pānis mendacij: & poſtea os eius implebitur calculo.* Panis mendacij dicitur illud, quod Diabolus bonum eſſe mentitur: Dicit Clerico: Bonum eſt, vt divitias multiplices, delitias adimpleas. Monacho dicit: Miſer vt quid eſuris; manus alienas ſemper aſpicis; prius verecundaris, quam conſequaris; nec tibi, nec

De omnibus per mendaciū falſatis. Prov. 20. C. Mendaces quales ſunt.

nec vlli es vtilis, & ſic ſine cauſa vivere videris; igitur bonum eſt, vt arcam habeas, in qua proprium reponas; & inde, cum volueris carnes ſecreto comedas, ne tanta macie, & palore deficias; conſanguineis ſuccurras; pro vita, & morte vnde ſuſtenteris, vnde honoreris, habeas. Ecce panis mendacij, quem proponit Diabolus. Suave eſt miſero homini pani mendacij acquieſcere; peccatum exercere.

86 Sed attende quod ſequitur, ſcilicet: *Sed poſtea os eius implebitur calculo*: In quo tria denotantur. Cum enim os impletum eſt calculo, non poteſt eum glutire, nec evomere: In quo notatur quod à pœna non poteſt liberari. Item, calculus eſt durus, quod maſticari non poteſt: In hoc notatur pœna, quæ conſummi non poteſt. Item, calculus eſt ſine ſapore; quoniam pœna infernalis eſt ſine omni dulcedine. De iſtis Oſſeę. 10. D. *Araſtis impietatem, meſſuiſtis iniquitatem, comediſtis fructum mendacij.* Impietatem arat, qui contra pietatem, quę eſt cultus Dei, mundi falſitatem amat. Iniquitatem metit, qui prave operando culpam mortalem acquirit.

Prov. 20. C.

Oſſeę. 10. D.

87 Fructum mendacij comedit; quia pœnas æternas, pro his, quæ in corpore geſsit, recipit. Et ita Satan omnes perſuadet per elationem aſcendere, vt cum eo poſſint in mortem corruere. Vnde Bernardus: De elatione Clericorum: *Superbia illorum aſcendit ſemper.* Sequere Regem tuum: Oculi tui ſublime videant: Feſtina multiplicare prębendas: Inde ad Archidiaconatum evola; deinde aſpira ad Epiſcopatum; gradatim aſcendens, non ſic paulatim deſcendes: Sed ſicut fulgur in ſpiritu vehementi tanquam alter Satanas ſubito detraheris.

Bernard.

88 Generaliter de omnibus Bernardus: *Inimicos eius proiecit in mare*: Quaſi diceret: Gradus aſcendunt mali de divitijs ad delitias, & de dignitatibus ad maiores: Sed non per gradus deſcendunt; ſed ſubito deijcientur. Vnde non deſcendiſſe; ſed proiecti in mare dicuntur; eo ipſo quod creſcunt in temporalibus, minuuntur in cœleſtibus. Gregorius. *Quantum in mundo profecerit; tantum, vt video, ab amore Dei decreſcit.* Nec mirum; quia vt dicit idem Gregorius. *Dum in terris gloriam quærimus, paſcere ei, qui nos de cœlo proſpexit, non curamus.*

Bernard. Avari, cupidi & impij quãto creſcunt in temporalibus, minuuntur in cœleſtibus.

Gregor.

De aſcenſu ſanctitatis. Luc. 19. A.

89 De aſcenſu ſanctitatis: Luc. 19. A. *Zachæus aſcendit ſycomorum.* Sycomorum dicitur ficus fatua; hoc eſt, Crux Chriſti, quę fatua eſt amatoribus mundi. Apoſtolus in prima ad Corinth. 1. D. *Prędicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus vero ſtultitiam.* Item in eadem. 2. D. *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei: Stultitia enim eſt illi.*

1. ad Corinth. 1. D.

1. ad Corinth. 2. D.

De aſcenſu dignitatis. Luc. 14. B.

90 De aſcenſu dignitatis: In Luc. 14. B. *Amice, aſcende ſuperius.* Quaſi diceret; humiliatus fuiſti in terris, aſcende ſuperiorem locum in cœlis. Aſcendere enim debemus ad quatuor gradus; & ſic ſalire in cœlum. Super carnem; ſuper divitias; ſuper mundum; ſuper Diabolum. Super carnem ſubiugando: Super divitias non appetendo: Super gloriam mundi ipſam vilipendendo: Super Diabolum patienter tolerando.

Nahum. 3. C.

91 De prima aſcenſione; Nahum. 3. C. *Intra in lutum, & calca, ſubigens tene laterem: Ibi comedet te ignis.* Intra in lutum; id eſt, diligenter conſidera vilitatem carnis, quid interius continetur. Vnde Michęæ. 6. D. *Humiliatio tua in medio tui.* Quilibet enim homo, quantumcumque ſit pulcher, in ſe tenet viliſsimum ſterquilinium, quo ſe deberet humiliari. *Subigens tene laterem*: Id eſt; ſubijce, & guberna carnem; non permittas dominam ancillari, & ancillam dominari. Et tamen quantumcumque carnem ſubieceris, quandoquidem tamen mordebit te ignis: Id eſt; amor carnalis. Hieronymus: *Pallebant ora ieiunijs, & mens æſtuabat in frigido corpore, tamen ante*

Humilitas quantum ſit neceſſaria.

Michæę. 6. D.

Hieronym.

iam carne præmortua, ſola libidinum incendia buliebant.

Diuitiæ non teneant.

92 Aſcende ſuper diuitias, vt eas non appetas; ſi adſunt, vel affluunt, ſine gaudio veniant: Si deficiunt, ſine dolore recedant. *Apoc. 12. A.* Vnde mulier amicta ſole tenuit ſub pedibus; quia ſuper temporalia ſtetit, illa conculcando non appetit: & mihi res, non me rebus temporalibus ſubigere nunquam oportet. *Gloriam mundi pone ſub pedibus.* Debes aſcendere ſuper mundum, vel mundi gloriam, ipſum ſeu ipſam vilipendendo. Vnde veritas Ioan. 5. G. *Ioann. 5. G.* *Ego non quæro claritatem ab hominibus.* Seneca: *In rebus magis nil dignum, niſi animus magna deſpiciens.* *Seneca.* Hieronymus: *Hieronym.* *Non dicam aurum, & argentum, & cæteras opes, ſed ipſum, & cœlum deſpiciens Chriſto copulata cantabat: Pars mea Deus.* Seneca: *Seneca.* *Cogita præter animum nil eſſe mirabile, cui magno, nil magnum eſt*: Suple, niſi Deus.

Diabolum vince per patientiam.

93 Aſcende ſuper Diabolum, ſcilicet, per patientiam. Si Chriſtus crucem non ſuſtinuiſſet, adhuc Diabolum non viciſſet. Sed per patientiam. *Pſal. 67. A.* *Aſcendit ſuper occaſum*, id eſt, Diabolum; *Dominus nomen illi.* Pati ergo oportet, quoniam terra data eſt in manus impij, id eſt, caro torquenda in manibus Diaboli. Vnde: *Ierem. 27. B.* Ieremia. 27. B. *Gens autem, & Regnum, quod non ſervierit Nabuchodonoſor Regi Babylonis, & qui non curvaverit collum ſuum ſub iugo ipſius: In gladio, & fame, & peſte viſitabo ſuper Gentem illam.* Sed quomodo debemus Diabolo ſubijci, cum dicat Iacobus. 4. C. *Iacob. 4. C.* *Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis?*

Subiectio eſt duplex.

94 Duplex eſt ſubiectio. Qui enim ſubijcit ſe Diabolo ſubiectioni, vel ſuggeſtioni ipſius conſentiendo peccat. Vnde in Apoc. *Apoc. 14. B.* 14. B. *Si quis adoraverit beſtiam, & imaginem eius, aut receperit characterem eius in fronte, aut in manu; hic bibet de calice iræ Dei & cruciabitur.* Qui vero ſe ſubijcit Diabolo, pœnas illatas patienter ſuſtinendo, meretur. Vnde Dominus non conſenſit, quando tribus tentationibus ipſum ad culpam inducere voluit: & quando pœnas intulit, ille patienter tolleravit. Qui voluerit ſecundo, ſeu vltimo modo collum ſuum iugo eius ſubijcere, viſitavit eum Dominus in gladio tentationis; fame, id eſt, defectu omnium bonorum; peſte, id eſt, abundantia omnium malorum.

De quatuor lignis, quæ fuerunt in cruce Domini.

95 Fuerunt autem quatuor ligna in cruce Domini: Inferius fuit ſtipes, ſive pes cypreſſinus concavus in terra defoſſus; cui impoſita fuit cedrus erecta; ex tranſverſo palma; deſuper tabula de oliva, quam Pilatus ſuperpoſuit.

De hoc ſtant verſus.
Quatuor ex lignis crux
Domini dicitur eſſe.
Pes crucis eſt cedrus,
Corpus tenet alta cypreſſus,
Brachia palma tendit.
Titulusque notatur oliva.

℣.

Per truncum cypreſſinum datur intelligi humilitas, cui totius Eccleſiæ machina innititur. Per cedrum, ſpes quę inter omnes arbores eſt altiſsima: Spes enim progreditur ad excelſa cœlorum. Per palmam charitas, quæ brachia ſua extendit à dextris, & à ſiniſtris diligendo amicos, & inimicos. Oliva ſuperius ſignat miſericordiam: Quoniam *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*: *Pſal. 144. B.*

Pſal. 144. B. *Crux Chriſti appellatur palma.*

96 Crux Chriſti palma appellatur ſinodichice; vel palma dicitur miſtice: Quia palma deorſum eſt aſpera, ſuperius formoſa, & tarde tamen fructuoſa; ſed in fructu dulciſsima. Inter antiquos victorioſa: Vnde Victores palma coronabantur. Similiter iuſtus in principio habet aſperitatem pœnitentiæ, in ſummo pulchritudinem perfectionis iuſtitię, profert fructus dulciſsimos vitæ æternę. Tarde afferre fructum dicitur, quod per centum annos: Quoniam poſt hanc vitam, quæ quibuſdam videtur diuturna, obtinebit gloriam.

Iuſtus comparatur palmę.

Datilus interpretatur digitus.

97 Item, fructus, quem producit dicitur datilus, qui interpretatur digitus, quod bene competit miſterio: Quoniam Chriſtus in cru-

Cruce digitos extendit, quibus de Diabolo triumphavit. Vnde Pſalm. 143. A. *Benedictus Dominus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellam.* Docuit igitur manus ad prælium & digitos ad bellum; quoniam per extenſionem manuum, & digitorum vicit Diabolum. Vnde Ioſue ſuſpendit Regem in patibulo : Similiter Aſſuerus Amam in patibulo. Vnde merito palmam, quæ eſt arbor triumphalis, Dominus aſcendit; quoniam de illo, qui totum mundum vicit, triumphavit.

Pſal. 143. D.

Ioſue. 8. F. Eſther. 7. D.

ERUNT VBERA TVA
ſicut botri vineæ.

Quod vbera ſponſæ ſunt Doctores Eccleſiæ. Et dicuntur botri.

98 VBERA ſponſæ ſunt Doctores Eccleſiæ, qui per doctrinam, quæ animam ſicut vinum nutriunt, exhilarant, vt dictum eſt, botri dicuntur.

ODOR ORIS TVI SICVT
malorum.

Quod fama prædicationis eſt odor pomorum.

99 ID eſt fama Prædicationis, ad modum odoris pomorum, quæ odorem bonæ famæ de ſe emittunt.

VERS. IX.

GVTTVR TUUM SICVT
vinum optimum.

Quod prædicatio eſt vinum reficiens

100 QVASI diceret ſalutifera, quæ de gutture exeunt, reficiunt, inebriant, vt ſobrios reddant.

VINUM DILECTO MEO AD
potandum.

Quod ſervatio optimi eſt refectio prædicationis optimæ ſcripturarum.

101 SICVT optimum vinum reſervatur ad potandum ad opus amici ſpecialiſſimi : Ita Dominus reſervavit optimam prædicationem ſcripturarum revelationem ad opus noſtri, in quos fines ſæculorum devenerunt.

***

LABIJS ET DENTIBUS
illius ad ruminandum.

Quod labor & dentium ruminatio eſt verbi prædicationis recordatio.

102 QVASI diceret, verbum quod auditur labijs, & dentibus tam corporis, quam animæ eſt ruminandum; quoniam animal, quod non ruminat immundum iudicatur.

VERS. X.

EGO DILECTO MEO,
& ad me converſio
eius.

Quod ſi nos convertamur ad Dominum, ipſe convertetur ad nos.

103 QVASI diceret Dominus : Ego dilecto meo me converto, vt ad me ſit converſio eius, hoc eſt, convertimini ad me, & ego convertar ad vos. Si per pœnitentiam ad Dominum converteris, & ille per gratiam convertitur ad te.

VERS. XI.

VENI DILECTE MI
egrediamur in agrum,
commoremur in
villis.

Quod ad bene operandū debemus auxilium Domini implorare.

Ioan. 15. A. Prædicator verbo, & exemplo prædicare debet.

104 ECCLESIA videns, quod nec ad bene operandum, nec ad illos ædificandos per ſe ſufficit. : Vnde veritas in Ioanne, 15. A. *Sine me nihil poteſtis facere.* Auxilium implorat, vt ille à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum venit per inſpirationem, Doctor per prædicationem egrediatur ad caſtra, ad villas, vbi ſunt Eccleſiæ particulares, & in eis commoretur per exemplum boni operis monſtrando verbum veritatis, prædicando, vt opere, & verbo ſubditos valeat ædificare. Merito dicit commorandum, nam vt dicit Sencca : *Nemo in tranſitu beneſtat.*

Seneca.

De agro terreno, & miſtico. Campus.

105 Eſt ager terrenus, & ager miſticus. Terrenus eſt, quem terreni diligunt, & excolunt. Si ad neceſsitatem, hoc eſt bonum: Quoniam ſic tranſierunt patres noſtri. Si ad cupiditatem, hoc eſt perniciosum:

ſum: Quoniam ſic ait Dominus in Luc. 12. C. *Videte, & cavete ab omni avaritia; quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt. Dixit autem ſimilitudinem cuiuſdam divitis. Uberes fructus ager attulit: Cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam; quia non habeo in quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: Requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetet Diabolus à te, quę autem paraſti, cuius erunt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum dives.*

Luc. 12. C.

106 Si dixiſſet': Anima, habes multa bona, fac multas eleemoſynas, ſuccurre indigentibus, anima non repeteretur, ſive impeteretur à Dæmonibus. Sed quid dixit? Requieſce, comede, bibe, epulare. Et quia cum Diabolo, & in Diabolo, & non in Deo, & Diabolus cum eo: Ideo anima eius repetatur à Dæmonibus. In hoc agro Cain occidit Abel, maior minorem, id eſt, poſſeſsio luctum ſpiritualem. Cain poſſeſsio, Abel luctus interpretatur. Vbi eſt maior cura de poſſeſſionibus terrenis, quam de ſcripturis, & meditationibus ſacris, maior interficit minorem. Ideo ne Prædicatores interficiant Abel, amoverunt, ſive abiecerunt Cain, id eſt, poſſeſsiones. Sed multi Eccleſiaſtici tantum ſtudent de vineis, quod dicunt Deo: *Recede à nobis.* Hos campos multiplicant; diligenter excolunt. Hoc vnum ſciant, quod licet multum cavent, nunquam tamen in tantum poſſunt cavare, quod Chriſtum inveniant in hoc agro, id eſt, in occupatione temporalium.

Cain interpretatur poſſeſsio. Abel luctus.

Iob. 21. B.

107 Legitur in *Luca.* 15. *F.* Quod in agro fuit filius ſenior, quando pater interfecerat vitulum ſaginatum, & mandavit, quod epularetur cum filio ſuo minori; quia mortuus fuerat, & revixit, perierat, & inventus eſt. Uitulus ſaginatus eſt Chriſtus gratiarum donis repletus, quem pater voluit occidi, vt pœnitentes contemplativi in hoc vitulo reficerentur. Unde Iob. 89. D. *Pulli Aquilæ lambent ſanguinem.* Quoniam in cruore Ieſu-Chriſti ſaginatur. Cum igitur in catenis meditando Paſsionem Chriſti contemplatur, ad lachrymas, & ſuſpiria provocatur. Tunc anima in hoc vitulo reficitur. Dicit enim Gregorius. *Mens dum ardore Spiritus Sancti cruciatur, ipſis ſuis cruciatibus paſcitur.* Sed qui in his terrenis occupatur, vix aut nunquam de hoc vitulo ſaginato reficitur. Mallet iuſtus hoc vitulo refici, quam campos totius mudi poſſidere.

Luc. 15. F.

Vitulus ſaginatus eſt Chriſtus.

Iob. 39. D.

Gregorius.

108 Campus ſpiritualis eſt quadruplex: Vnus diligenter excolendus: Alius diligenter cuſtodiendus: Tertius ad meditandum viſitandus: Quartus ad quieſcendum appetendus. Primus eſt ſancta Eccleſia. De quo Matth. 13. C. *Simile eſt Regnum Cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & ſuper ſeminavit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creviſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem ſervi patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, & colligimus ea? Et ait: Non: Ne forte colligentes zizania, eradicetis cum eis, & triticum. Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, & in tempore meſsis dicam meſſoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.*

De quadruplici campo ſpirituali. Ager.

Matth. 13. C.

109 Ager iſte eſt Eccleſia tam vniverſalis, quam particularis. Vnde hic egrediamur ad contemplationem, ad converſos, qui ſunt excolendi, ex quibus conſtat ager Eccleſiæ. In hoc agro Filius Dei ſeminavit bonum ſemen, ſcilicet, viros iuſtos, qui ſunt triticum in horreum gloriæ reponendum. Sed dormientibus Prælatis, inimicus homo, ſcilicet, Diabolus ſuper ſeminavit zizania, id eſt, hæreticos, & perverſos. Tantum Dominus permittit vtraque creſcere, donec circa meſſem appareant manifeſte. Ad literam:

De agrro excolendo.

ram: Zizania, & triticum simul crescunt, & sunt similia: Vnde non possunt discerni; quia in dubijs non est danda certa sententia. Sed cum manifesti, & nolunt resipiscere, debent per excomunicationem colligi in fasciculum, vt in gehenna comburantur.

110 Nisi enim iste ager bene excolatur, continget, quod dicit Habacuc. 3. D. *Ficus enim non florebit*: Id est, claustrales, qui de dulcedine contemplationis solebant florere: *Et non erit germen in vineis*: Id est, in Prælatis, qui vino doctrinæ debent subditos exhilarare. *Mentietur opus olivæ*; quando quis opera misericordiæ facit ex vana gloria, & credunt homines, quod ex charitate. Tunc, *Arua*, id est, subditi, *non dabunt cibum*, bonorum operum, quibus Deus, & Curia reficiantur.

Habacuc. 3. D.

111 Ager custodiendus est cor iusti, sive quilibet iustus; de quo Salomon in Proverb. 24. D. *Per agrum pigri hominis transivi, & ecce totum repleverant vrticę.* Quoniam tam cor, quam corpus pigri hominis, nisi bene custodiatur, vrticis luxuriæ, & pravorum operum replebitur. Ideo dicit Salomon, in Proverb. 4. D. *Omni custodia custodi cor tuum.* Gregorius. *Semper id est agendum, ne ager nostri pectoris malarum cogitationum sentibus occupetur.* Facilius est custodire agrum trium dietarum, quam hanc glebam terrę, campum corporis nostri, qui tantum continet septem pedes. In facie, pectore, in brachijs, in manibus, in ventre, in renibus, in tibijs, & pedibus, vrticæ luxuriæ, vel alterius culpæ crescunt; quia luxuriosus, caput, & cætera membra ad avaritiam, atque superbiam movet, & applicat.

De agro custodiendo. Proverb. 24. D.

Prover. 4. D. Gregorius.

112 Ager ad meditandum visitatus, est Sacra Scriptura: De quo in Genes. 24. G. *Egressus fuerat Isaac ad meditandum in agro.* A negotio ad otium; à labore corporis ad quietem mentis. Ibi dicitur: *Eo tempore Isaac deambulabat per viam, quæ ducit ad puteum, cuius nomen est viventis, & videntis*: Quia nos facit bene vivere, & perfecte cognoscere. Vnde Osseæ. 6. B. *Vivemus in conspectu eius: Sciemus, sequemurque, vt cognoscamus Dominum.* De hoc puteo. *Genes. 29. B.* Iacob invento puteo, adaquavit gregem, & deosculatus est Rachel. Aquę istius putei sunt verba vitæ æternæ, quibus Iesvs adaquavit gregem.

De agro visitando ad meditandum. Genes. 24. G.

Osseæ. 6. B.

Genes. 29. B.

113 His aquis adaquatus Petrus, quibusdam Discipulis recedentibus. *Ioannes. 6. G.* Ait: *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* His aquis Prælatus oves suas adaquat, quando subditis Cælorum prędmia declarat, & promissionem eorumdem confortat. Dicit enim Summus Pastor in Luca. 12. D. *Nolite timere pusillus grex; quoniam complacuit Patri meo dare vobis.* Quis dubitare, seu musicare poterit, qui talem sibi promissionem fieri audierit? Postea Iacob Rachel deosculatur, quando post officium prędicationis, dulcedo contemplationis degustatur.

Ioan. 6. G.

Luca. 12. D.

114 Eant Monachi, pergant Clerici ad agrum cum Cain, & tu homo pergas ad agrum cum Isaac: Duc gregem tuum ad interiora deserti cum Moyse, id est, omnes sensus corporis in scriptura suspendas. Sedeas ad pedes Christi cum Magdalena, Martha ministrante: Sic optimam eliges portionem. Plerique maledicti sunt cum Cain vagi, & profugi, facti fugientes super terram à facie Domini; quia Christum inspicere non curant; de illis transeunt ad castra, postea ad cetum Diaboli: Et quia cum Cain interficiunt Abel in agro: Ideo cum Cain interficientur in silva, id est, in obscuritate conscientiæ; quia à luce, quæ Christus est, semper fugerunt.

115 Quartus ager est ad quiescendum eligendus. Matth. 27. A. *Iudas pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos Principibus seniorum, & sacerdotibus, dicens: Peccavi tradens sanguinem iustum, & proiectis argenteis in Templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit.* Principes autem Sacerdotum noluerunt mittere eos in corbonam: *Sed emerunt agrum figuli in sepulturam peregrinorum; propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc*

De agro Cœlesti ad quiescendum. Matth. 27. A.

est,

eſt, ager ſanguinis vſque in hodiernum diem. In facto iniquorum magnum eſt Sacramentum: Quoniam hoc pretio comparatus fuit ager Benedictus ipſe Chriſtus, in quo eſt quieſcendum.

Chanaan interpretatur negotiator. Luc. 19. B.

116 Hic eſt enim ager, in quo theſaurus eſt abſconditus; *Quem qui invenit homo, præ gaudio illius vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum.* Theſaurus magnus in agro, eſt Deitas in Chriſto; quia Deitate qui fruitur, omnibus bonis repletur; æterna beatitudine lętatur. Iſte dicitur ager ſanguinis; quoniam ſanguinem proprium effudit, vt ſe ipſum nobis tribueret. Iſte ager eſt in ſepulturam peregrinorum; id eſt, qui nil iſtius mundi deſiderantes in Chriſto, quieſcent.

Matth. 13. F.

Theſaurus magnus in agro eſt, &c.

Regnum Cœlorum rapiunt. Matth. 11. B. Gloſſa.

117 Vnde in Geneſ. 49. D. Iacob accola fuit in terra Chan: Quando debuit mori in Ægypto, ait filio ſuo Ioſeph, & cæteris filijs ſuis: *Ego congregor ad populum meum: Sepelite me cum patribus meis in ſepultura duplici, quę eſt in agro Ephron Hethæi, contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethęo in poſſeſſionem ſepulchri.* Hoc ſepulchrum ſignificat quietem æternam. Ad hoc debent filij per eleemoſinas procurare, quod parentes illorum in tali ſepulchro quieſcant.

Geneſ. 49. D.

De his qui emunt Regnum Cœlorũ. Luca. 19. B. Marcus. 12. D. Bernardus. Iob. 36. A.

118 Qui bene operantur, hoc ſepulchrum ſibi fodiunt, ſicut qui agit perperam fodit ſibi foveam gehennalem. Quanto peiora perpetrant, tanto profundiorem foveam excavant. Vnde Pſalm. 93. B. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum: Vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea.* Perverſi in mundo nihil aliud agunt, niſi quod hanc foveam ſibi fodiunt, & nemo eos conducit. Melius eſſet Regibus, & Principibus fodere, & arare, quam tam vilem foveam facere.

Pſal. 93. B.

De his, qui furantur Regnum Cœlorum.

119 Item, Regnum Cœlorum dicitur terra Chanaan; quod interpretatur negotiator: Quoniam pro Regno Cœlorum negotiari oportet. Vnde in Luca. 19. B. *Negotiamini, dum venio.* Diverſi tamen diverſimode negotiantur. Quidam enim rapiunt Regnum Cœlorum: Quidam emunt: Quidam furantur: Quidam intrare compelluntur: Quidam pro nihilo conſequuntur. De his qui rapiunt dicit veritas: Matth. 11. B. *Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Gloſſa. *Grandis violentia in terra naſci, & Cœlum capere: Habere per virtutem, quod non poſſumus per naturam.* Hi ſunt, qui fortiter vitia carnis mactant: Tormenta amore Chriſti patienter ſuſtinent vt Stephanus.

Regnum Cœlorum.

120 Quidam emunt vt Zachæus, qui dedit dimidium bonorum ſuorum pauperibus: Et vetula pro duobus minutis, quę proiecit in gazofilatium: Vnde Bernardus. *Non ſunt vituperandæ divitiæ, quibus mercamur Regnum Cœlorum.* Iob. 36. A. *Deus non abijcit potentes, cum & ipſe ſit potens.* Similiter nec divites, cum ipſe ſit dives.

121 Furantur, qui nil agere videntur; vt Maria Magdalena ſedens ad pedes Domini. Similiter cum Monachus devote meditatur: Cum ſermo Dei à vetula devote auditur, licet nihil agere videatur, Regnum Cœlorum lucratur. Immo bonus latro à dextris Domini pedibus, & manibus ligatus, hoc furtum fecit: Quam facile furtum, & facile facilius furatus eſt Regnum Cœlorum, quam bovem: quia ligatis manibus, & pedibus nullus bovem furari poſſet, ſicut iſte Regnum Cœlorum.

De his, qui intrare compelluntur.

122 Intrare compelluntur, vt Paulus, quem Dominus cum iret in Damaſcum percuſſit, & quem violenter credere coegit. Quandoquidem etiam Dominus temporalia mundi ſolatia, membra, vel ſanitatem ſubtrahit, ita quod nudus de Deo curat, vel mundus curat de Deo. Vnde Filius prodigus egeſtate compulſus eſt redire ad Patrem: Et in Luca. 14. E. *Pauperes, & debiles, claudi, & cæci introducuntur in Regnum Cœlorum.* Beda. *Facilius ad Deum convertitur, qui nil in mundo quo delectetur habet.*

Luc. 15. D. Luca. 14. E. Beda.

123 Item felix neceſsitas, quæ nos

nos ad meliora compellit. Multi etiam ordinem intrant, qui si haberent multas divitias, nunquam intrarent. Sic infirmi convertuntur, qui sani in vitijs commorantur. Pro nihilo acquirunt Regnum Cœlorum parvuli baptizati mortui: quoniam nil boni, aut mali adhuc fecerunt. Vnde in Psalm. 55. B. *Pro nihilo salvos facies illos.* Dominus propter pietatem suam concedat nobis sic in præsenti negotiari, quod in agro tam speciosо quiescere valeamus.

Pro nihilo acquirunt Regnum Cœlorum parvuli baptizati mortui.
Psal. 55. B.

VERS. XII.

MANE SVRGAMUS AD VINEAS, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt.

124 MANE ad literam: Fiat prædicatio, vt laici refecti cibo spirituali egrediantur ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Item, mane iuventutis informemus subditos: Quoniam vt dicitur in Tren. 3. D. *Beatus qui portaverit iugum Domini ab adolescentia sua.* Et solet dici: Equs retinet in natura, quod didicit in domitura. Item, qui didicit mala in iuventute, de facili non corrigitur in senectute: Vnde versus.

Quod à iuventute debet quilibet informari ad bonum.

Tren. 3. D.

Qui non assuescit
Virtutibus, dum iuvenescit:
A vitijs nequit discedere,
Quando senescit.

Ierem. 13. E.

℣.

Ieremiä. 13. E. *Si mutare potest Æthiops pellem suam, & vos poteritis bona facere, cum didiceritis mala.* Unde Diabolus invenit proverbium, quod à multis dicitur. Iuvenis sanctus, vetus Diabolus; immo iuvenis Diabolus, vetus Diabolus.

125 Est multiplex vinea. Vinea Noe: Uinea Sodomæ: Vinea Sabama: Vinea Nabaoth: Vinea Engaddi: Vinea Socoth: Uinea Assueri. Vinea, quam plantavit Noe, est populus Iudæorum, quem plantavit Christus: Vnde Isaia. 5. B. *Vinea Domini exercituum domus Israel est.* Bibensque vinum Noe inebrieatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo: & vidit Cham verenda patris, & nuntiavit fratribus suis. Sic Christus inebriatus fuit pœnis, quas intulerunt Iudæi. Vnde Ioannes. 18. C. *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam?* Cham risit dum vidit membra, seu verenda parentis: Iudæi risere cum viderunt Dei patientis. Ideo Noe Maledixit Cham in filio suo Chanaam: Sc etiam posteritas Iudeorum à Deo maledicta est. Vnde dixerunt: Matth. 27. C. *Sanguis eius super vos, & super filios nostros.* Item, in Psalm. 77. G *Percussit inimicos in posteriora.*

De populo Iudaico, & vinea septẽplici.

Uinea Noe.

Isai. 5. B.

Christus cõpuratur Noe.
Genes. 9. D.

Ioann. 18. C.

Matth. 27. C

Psal. 77. G.

126 Pleriquc etiam in præsenti vident Christum in membris suis depauperatum, & afflictum, & non subveniunt; sed derident. Iustus, qui multis amaritudinibus repletur; sive inebriatur; nihilominus deridetur; quoniam vt dicit Iob. 12. A. *Deridetur iusti simplicitas: Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum.*

Iob. 12. A.

127 Exemplum de Rege, qui tres habebat filias, & quærebat à singulis, quantum eum diligerent: Duę dixerunt, quod quantum se ipsas: Tertia, dixit, Qnantum habes, tantum vales, tantum te appretior. Pater offensus ei, duabus maritos, & totum Regnum suum dedit: Rex quidam accepit illam tertiam sine dote. Duæ primæ molestе tulerunt patri paulatim socios, & equitaturas abstulerunt; ità quod Rex fugit ad illam tertiam, quæ cum marito suo terram recuperavit ad opus Patris. Et ita quandiu homo dives est appretiatur in mundo. Respice ergo, & considera, frater, falsitatem mundanam, quæ non te laudabit, nisi quando de te aliquid intendat consequere; & ideo cum felix fueris multos numerabis amicos.

Exemplum de Rege.

Cum fueris felix, &c.

128 Exemplum de filio, qui molestе tulit tusi patri, & fecit eum iacere subdio extra domum, &c. Plerumque contingit, quod cum quis dat filio, vel fratri divitias, seu bona sua, postea contemnitur. Ideo dicitur in Ecclesiastico. 33. C. *Audite me Magnates, & omnes populi, & Rectores*

Exemplum. Notandum de illis, qui in vita sua dant alijs possessiones suas, sive bona sua, quod stultе agunt. Ecclesiastic. 33. C.

res Eccleſiæ auribus percipite : Filio, & mulieri , fratri , & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua: Et non des alij poſſeſſionem tuam, ne forte pœniteat te , & deprecerís pro illis. Dum adhuc ſuperes , & aſpiras , & non immutabit te omnis caro. Melius eſt enim vt filij tui te rogent , quam te reſpicere in manus filiorum tuorum. In omnibus operibus tuis præcellens eſto. Ne dederis maculam in gloriam tuam .In die conſũmationis dierum vitę tuæ , & in tempore exitus tui diſtribue hereditatem tuam.

Vinea Sodomæ.

129 Vinea Sodomæ eſt ſocietas peſsimorum ; cuius vites ſunt fornicatores , adulteri , ſodomitæ: Radix , eſt cogitatio peſsima : Truncus , conſenſus : Rami , ſunt conatus , ſive procurationes ad opus perpetrandum. Folia , & flores ſunt ſermones , ſunt viſus , contactus , & oſcula , riſus : producunt vvas pravorum operum , quæ ſunt fornicationes , adulteria , luxuriæ , ſodomiæ ; quoniam vt dicit Apoſtolus in 1. ad Corinth. 15. D. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Mulier enim cum verbis blandis , male ſanis , atque nefandis illaqueat ſtultos ; & fert ad tartara multos. Vinum iſtius vineæ , eſt delectatio in opere : Cuius fœces, ſunt pœnę gehennæ , quibus replebuntur , qui in præſenti delitijs ſatiantur.

1. Ad Corint. 15. D.

De ſuperbia. Iſaiæ. 16. C. Vinea Sabama.

Sabama interpretatur extollens altitudinem.

130 Vinea Sabama eſt ſuperbia. De hac dicit : Iſaia. 16. C. *Suburbana Heſebon deſerta ſunt , & vineam Sabama Domini Gentium exciderunt.* Hæc fuit civitas in terra Moab ; & interpretatur extollens altitudinem. Vinea Sabama , id eſt , congregatio ſuperborum; quia ſemper altitudinem ſuam excolunt. Sic etiam plerique militiam ſuam , probitatem , largitatem , coram aliis cuſtodiunt , aliter attendunt. Bene dicit vineam Sabama deſertam , ſive exciſſam; quoniam vbi ſuperbi regnant , nil boni pupullant.

Superbia radix eſt omnium malorum.

131 Huius vineæ radix eſt ſuperbia , quæ omnium malorum radix eſt ; quoniam omne genus peccati provenit ex ſuperbia : Etiam qui fornicatur , vel ſuſurratur, vel aliter peccat , primo contra Deum ſuperbit , eo quod obedire contemnit. Vites ſunt ſuperbi: Truncus eſt vana gloria : Rami ſunt , quæ numerat Gregorius in moralibus : *Inobedientia : Hypocriſis : Iactantia : Contentiones : Diſcordiæ : Novitatum præſumptiones.* Folia iſtius vineæ ſunt ſonora; quia ſuperbi cum pompa incedunt , deſiderant , quod lõnge , lateque opera eorum publicentur. Sed *Perijt memoria eorum cum ſonitu.* Pſalm. 9. A.

Gregorius.

Pſal. 9. A.

132 Vvæ eorum ſunt genera peccatorum , quæ ex ſuperbia procedunt. Vinum eſt delectatio in opere perpetrato. Sic ſtrenuus dicitur , qui hominem interficit, qui adverſarium iniuſte defecerit; qui fornicationem cum tali domina perpetraverit , cum audierit, delectatur. Vnde Echinus laudemque à crine ſumit. Quoniam vt dicit Gregorius. *Plerique gaudent in peccatis , quæ flere deberent.* Fęces ſub vino ſunt pœnæ in inferno ; de quibus inebriantur omnes ſuperbi. De his Bernardus. *Quid profuit illis inanis gloria ; brevis lætitia , mundi potentia , carnis voluptas , falſæ divitiæ , magna familia ? Vbi riſus , vbi iocus , vbi iactantia , vel arrogantia ?* De tanta lætitia , tanta triſtitia ; poſt tantam voluptatem , tam gravis pœna , & miſeria : De tanta exaltatione cæciderunt in gravem ruinam.

Gregorius in moral. Iob. lib. 6. cap. 11.

Bernardus.

133 Vinea Nabaoth eſt cor iuſti : Cuius radix cogitatio bona. Vitis eſt firmitas Fidei: Rami extenſio charitatis , quæ debet extendi à dextris , & à ſiniſtris : Folia , & flores , vtiles ſermones. Vvæ ſunt bona opera. Vinum in bonis operibus dulcedo. Huius vini non ſunt fœces gehennæ : Nam vinũ defœcatum eſt æternæ vitę. Hanc vineam vult emere Achab , & facere ſibi hortum olerum. Achab interpretatur frater patris , & ſignat Diabolum , qui voluit Deo æquari , quaſi frater eius , qui poſtulat cor hominis , vt de vinea iuſtorum faciat ſibi hortnm olerum , quod eſt cibus peccatorum : De vinea Chriſti faciat ſibi hortum Diaboli.

De corde hominis. Vinea Nabaoth.

2. Regum. 21. A. Achab interpretatur frater patris.

Vul-

NOTA.

134 Vult enim Diabolus, quod bonum vinum, quo reficitur Dominus, non producat cor tuum: Sed olera vitiorum, quæ ſunt cibus Diaboli. Plerique conſentiunt; & cor ſuum Diabolo vendunt. Fornicator pro luxuria, guloſus pro lenticula, avarus pro pecunia; immundus pro vna delectatione, & ſic de ſingulis. Sed vir iuſtus reſpondeat cum Nabaoth. *Propitius ſit mihi Deus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.* Abſit quod vendam Diabolo cor meum, in quo Deus, & Angeli debent habitare.

De Sancta Eccleſia. Vinea Engaddi.

Engaddi interpretatur fons hædi.

Ioann. 15. A.

135 Uinea Engaddi eſt Sancta Eccleſia, & interpretatur fons hædi; quoniam in Eccleſia abluuntur ſordes peccati: De hac ſuprà *cap. 1. num.* 371. Radix iſtius vineæ eſt gratia Dei: Vitis Chriſtus, palmites Chriſtiani. Vndè Ioannes. 15. A. *Ego ſum vitis vera, & vos palmites.* Si abſcinduntur palmites à vite, areſcunt & in ignem mittuntur. Sic qui à Domino per peccatum ſeparantur. Folia, ſunt obſcura verba. Flores, Sanctorum expoſitiones. Vvæ, ſunt bona opera. Vinum, dulcedo contemplationis. Hæc vinea debet excavari, paxillari, putari vt ſuprà *cap. 1. num.* 371. Botrus cipri dilectus meus in vineis Engaddi.

De Beata Virgine Maria. Vinea Soreth.

Soreth interpretatur electa.

Num. 13. E.

136 Vinea Soreth eſt Beata Virgo Maria: Soreth enim interpretatur vitis electa. Hęc eſt Beata Uirgo, quam Deus elegit. Hæc dedit nobis botrum, ſcilicet, Chriſtum: De quo in Numeris. 13. E. *Exploratores, qui miſſi ſunt abſciderunt palmitem cum uva ſua, & portavernut in vectè: De malogranatis quoque, & de ficibus loci illius tulerunt, qui appellatus eſt Nebeleſcol, id eſt, torrens botri, eo quod botrum inde portaſſent filij Iſrael.* Terra promiſſa ſeu promiſsionis, eſt Regnum Cœlorum. Ibi invenies malogranata, id eſt, martyres propter ſanguinem rubricatos, & ficus, id eſt, Confeſſores, qui dulcedine vitæ, & doctrinæ Eccleſiam reficiunt.

Terra promiſſionis eſt Regnum Cœlorum

137 Ibi eſt Torrens botri, id eſt, Beata Virgo Maria, eo quod dedit nobis hunc botrum, & ſingulis diebus tribuit. Et dicitur Torrens, quia abundanter tribuit. Hic botrus fuit in torculari Crucis preſſus, qui dedit nobis vinum defœcatum, quod culpam abluit, morbos tollit, & ſanitatem tribuit, vinum quod cor lætificat, vulnera ſanat; Dæmones fugat, & aquam, quę nos in cœlum ſalire facit. Hæc ſunt ſanguis, & lacrymæ, quæ de manibus, & pedibus, & latere, & oculis in torculari crucis fluxerunt.

Torrens botri eſt Beata Virgo Maria.

De vinea Aſſueri.

138 Uinea Aſſueri fuit potentiſsima convivij menſa, in qua erant vites argenteæ; palmites aurei varietate gemmarum diſtincti. Aſſuerus interpretatur beatitudo; & ſignat Deum, qui eſt æterna beatitudo, cuius vinea eſt æterna, quæ eſt Eccleſia triumphans. Hæc habet vites argenteas, id eſt, Patriarchas, & Prophetas. Palmites aurei, ſunt Apoſtoli: Lapides politi ſunt Sancti Martyres, Confeſſores, & Virgines. Hæc vinea fuit in horto deliciarum. Ibi enim ſunt ſummæ deliciæ, cantilenæ Angelorum; delectatio Sanctorum; concordia fratrum; dulcedo cordium; plenitudo omnium bonorum. Ad quem hortum nos perducat Dominus Ieſus. Amen.

Aſſuerus interpretatur, beatitudo.

SI FLORUERUNT MALA punica.

Quod ſunt Martyrum cõſortia propter rubeos fructus.

139 QUæ ſunt Martyrum conſortia, propter rubeos fructus. Mala punica florent quando viri proponunt mori pro Chriſto. Iſtud quidem bonum eſt; ſed maius eſt, fructum parere: Quoniam Petrus floruit, quando ait, Matth. 26. D. Marc. 14. D. Luc. 22. D. Ioann. 13. D. *Si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Sed fructum non fecit, quando in tempore paſsionis Chriſtum negavit. Pſal. 77. B. *Filij Ephrem intendentes, & mittentes areum, converſi ſunt in die belli.* Plerique enim dicunt Sacerdoti: Quæcumque iniunxeris implebo, ſic ſpiritus promptus eſt ad implendum; ſic qui clauſtrum ingrediuntur florent: Sed cum vigilias, & aſperitates debent implere deficiunt; iam cadunt flores, & fructum non faciunt: Ideò nullus de ſuis viribus præſumat, dicens cum Petro: *Si oportuerit me mori tecum, non te negabo:* Sed humiliter corde, & ore dicat, ſi Dominus adiutorium præbuerit, implebo: *In Domino ſperans non infirmabor.* Pſal.

Matth. 26. D. March. 14. D. Luc. 22. D. Ioann. 13. D.

Pſalm. 77. B.

Ioann. 13. D.

Pſalm. 25. A.

Exod.33.C.

40 Unde in Exodo 33. C. ait Moyſes ad Dominum: *Si non tu ipſe præcedis, vt educas nos de loco iſto.* Similiter Iudicum 4. B. ait Barac ad Debboram Prophetiſſam vxorem Lapidoth, quando mittebat eum contra Siſaram ducem exercitus Regis Iabin, vt expugnaret eum: *Si venis mecum, vadam: Si nolueris venire, non pergam.* Debbora interpretatur apis, quæ ſignat gratiam Dei: Quæ licet videatur modica, tamen præſtat nobis opem dulcem, ſive in opere dulcedinem, quia ſine illa nullum opus Deo ſapit, nullum opus dulce. Quicumque ergo arduum opus aggreditur, debet dicere cum Barac: Non ibo, niſi gratia Dei ſit mecum. Illa præſente, omne perficiam, quia abſente nihil poſſum.

Iudic.4.B.

Debbora interpretatur apis.

IBI DABO TIBI VBERA MEA.

Quod duo vbera ſunt duo teſtamenta, vetus, & novũ.

141 HOC eſt, vt parvulos facilioris doctrinæ lactè nutrias, dabo tibi: O Prælatè, dicit Chriſtus; duo vbera mea, id eſt, vetus teſtamentum, & Novum. Vndè in Luc. 10. F. *Tradidit duos denarios ſtabulario, vt curaret vulnera ſaucij.* Sed quia Prælati de his duobus non curant, plerunque hic æger, ſive ſaucius moritur, & non ſanatur. Sed væ eis: Quia de manu eorum, requiretur ſanguis eius: Vt ſupra in hoc *num.* 48. & 49.

Luc. 10.F.

VERS. XIII.

MANDRAGORÆ DEDERVNT odorem ſuum in portis noſtris.

De mandragoris Rachel, vel quod mandragoræ ſunt bona verba, & opera.

142 ID eſt, bona verba, & opera dederunt odorem bonę opinionis in Sanctis, qui dicuntur porta, qua multi ingrediuntur Regnum Cœlorum. In Geneſ. 30. B. Quod Ruben tempore meſsis triticeæ ingreſſus eſt in agrum, & invenit mandragoras, & dedit eas matri ſuæ Liæ. Rachel autem petijt mandragoras à Lia, quæ conceſsit ei hac conditione, quod Rachel concederet ei maritum ſuum illa noctè. Rachel ſignat contemplativum. Contemplativus autem deſiderat bonam famam, ſed non poteſt habere, niſi virum ſuum concedat Lię, id eſt, niſi bonos contemplativos mittat ad activam. Tunc Rachel concedit virum ſuum Liæ, quando Prior, vel Conventus bonum clauſtralem mittit ad prædicandum; & tunc fœcundatur Lia, id eſt activa.

Geneſ.30.B.

Rachel ſignat contẽplativũ.

143 Poma illa ſunt pulchra viſu, & odorifera; ſed guſtu inſipida, quoniam placet vt dicit Auguſt. ſcilicet: *Vt de eis bona ſit opinio, non cauſa ſui, ſed ad laudem Dei, & ſalutem proximi.* Vndè veritas Matth. 5. B. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus; vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Sed in hoc quod ſunt inſipida guſtu; ſignificant, quod pro ſe ipſis non debent delectari; immo timere favorem humanum: *Quoniam ab altitudine diei timebo.* Pſalm. 55. Item Ieremia 17. D. *Diem hominis non deſideravi.* Laus humana fornax virò iuſto. In Proverb. 27. C. *Sicut in conflatorio probatur argentum, & in fornace aurum: Sic probatur homo ore laudantium.* Auguſtinus *lib.* 10. Confeſsionum: *Nollem vt gaudium augeret mihi onus, licet boni mei ſuffragatio oneris alieni:* Sed auget fœtor; quoniam vt dicit Leo Papa: *Difficile eſt, vt laudabiliter viventes laus humana non capiat.*

Auguſt.

Matth.5.B.

Pſal.55.A.

Ierem. 17.D.

Laus humana Prov.27.C.

Auguſt.lib.10 Confeſsionum

Leo Papa.

144 Quidam habuit magnam gratiam in prędicatione, & quia multum gloriatus eſt, in fine ait: Heu mihi, quia pro vana gloria factus ſum filius perditionis. Ideò dicit Iacobus in ſua Catholica 1. C. *Sit omnis homo velox ad audiendum; tardus autem ad loquendum.* Ibi dico: *Tutius auditur verbum Dei, quam doceatur.* Tamen dicit Iſaia 6. B. *Væ mihi quia tacui.* Greg. *En mortis auctores ſiunt, quia virus, aliter, vulnus, quod poterant curare, nolunt.* Item Paulus in prima ad Corinth. 9. C. *Si non Evangelizavero, væ mihi eſt, neceſsitas enim mihi incumbit.*

Exemplum.

Iacob.1.C.

Iſaia. 6.B. Greg.

1.ad Corinth. 9.C.

OMNIA POMA NOVA, ET vetera, dilectè mi, ſervavi tibi.

145 ID eſt, verba, & exempla dicit Eccleſia, novorum Patrum, ſcilicet, Apoſtolorum, & Martyrum, & veterorum, qui fuerunt ante adventum Chriſti, ſervavi tibi, id eſt, ad honorem tui, ò dilectè mi Chriſte; vt homines verbis, & exemplis illorum informati, in te credant; omnia in ſcripturis repoſui. Undè, Paulus ad Romanos 15. A. *Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt; vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarũ, ſpem habeamus*

146 Ecce quam vtile eſt vitas Patrum frequenter legere: Quoniam vt dicit Greg. *Plus pugnant exempla, quam verba.* Iſaia. 1. C. *Niſi dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen*: Id eſt; verbum Dei, quod primum ſcribitur in pellibus, & poſtea in cordibus: *Quaſi Sodoma fuiſſemus*: *Et quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus.* Multi abominabiles, & damnati; ſed per illum ſemen facimus fructum in vitam æternam. Matth. 13. A. Marc. 4. A. Luc. 8. A. *Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.* Semen eſt verbum Dei: Sequitur: *Quod autem in terram bonam: Hi ſunt qui in corde bono, & optimò audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.*

Quod poma nova, & vetera ſunt verba & exempla Apoſtolorum, Patriarcharũ & Prophetarum.

Rom. 15. A.

Greg. Homil. 38. ſuper Matth. in medio.

Iſaia. 1. C.

Matth. 13. A. Marc. 4. A. Luc. 8. A.

Semen eſt verbum Dei.

CAPVT VIII.

VERS. I.

QVIS MIHI DET TE fratrem meum ſuggentem vbera matris meæ: Vt inveniam te foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat?

De voce ſinagogæ deſiderantis adventum Meſsiæ.

1 VOX Sinagogæ deſiderantis adventum Meſsiæ. Dicit ergo: *Quis mihi det te*, ò Chriſte, vt iis Frater meus per meæ carnis ſuſceptionem: *Suggentem vbera matris meæ*, id eſt, interrogantem, & exponentem ſcripturas Antiquorum: *Vt inveniam te foris*, id eſt, in aperto. Intus fuit; quando in principio erat Verbum: Foris, quando Verbum Caro Factum eſt: *Et ſic deoſculer te*, id eſt, verba tua hauriam plenius quam Antiqui; delitias tecum ducam, & ita vel iam nemò me deſpiciat, cum habuero illum, qui confortat, ſanat, & ſalvat.

2 Moraliter: Quatuor ſunt genera hominum: Quidam ſunt, qui nec pœnam, nec culpam intelligunt, quia in delitijs vivunt: De quibus in Parab. 2. C. *Qui relinquunt rectum, & ambulant per vias tenebroſas: Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſsimis: Quorum vię perverſæ ſunt, & infames greſſus eorum.* Iter rectum eſt, quod Dominus docuit: Matth. 7. B. *Anguſta eſt porta, & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam; & ideo pauci ambulant per eam.* Scilicet, viam, & pauci intrant per illam portam. Greg. *Stultus magis vult in perpetuum puniri, quam aliquid adverſitatis perpeti.* Sequitur: *Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſsimis.* Sicut petulans lætatur in luxuria: Guloſus in cibarijs, & latrones in homicidijs, furtis, & rapinis; glorioſi in honoribus vanis; magnates in tirannidibus, &c.

De quatuor generibus hominum.

Prov. 2. C.

Iter rectum. Matth. 7. B.

Greg.

Prov. 1. C.

3 De iſtis dicit Auguſt. *Nihil infelicius felicitate peccantium.* Premit vltro velox, gravior eſt cum tarde venit. Quoniam *extendit manum ſuam in retribuendo.* Pſalm. 54. D. Et quanto quis magis peccat, tanto durius iudicabitur. Dominus enim puerum percutiendum altius elevat, vt magis feriat. De iſtis: Ierem. 48. B. *Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requievit in fęcibus ſuis: Nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in tranſmigrationem non abijt.*

NOTA. Auguſt.

Pſal. 54. D.

Ierem. 48. B.

4 Moab interpretatur ex patre; & ſignat illos, qui habent patrem Diabolum, non per naturam; ſed per imitationem, quia ipſum imitantur. Hi enim ſunt fertiles ab adoleſcētia ſua; ſicut filij vſuriariorum, qui divitijs, & delitijs ſemper abundant. Et requieſcunt infœcibus ſuis, id eſt, in delitijs, quas fœces, amaritudines re-

Moab interpretatur ex patre.

Greg. putare deberent. Et dicit Gregor. *Continuus ſucceſſus temporalium, eſt æternæ reprobationis indicium.* In tranſmigrationem non abijt; quia non tranſmigrant à vitijs ad virtutes: Nec ſunt transfuſi de vaſe iniquitatis in vas munditiæ; quia nec pœnitent, nec de peccatis ſatisfaciunt. Et ideò permanet guſtus eorum in eis, & odor eorum non eſt immutatus, id eſt, infamia; quia vt ait Hieronymus: *Ceſſet vitium, & ceſſabit rumor.* Saltem in cœleſti curia non diffamabitur.

Hieronym.

Secundi homines.

5 Alij ſunt, qui ſentiunt pœnam, & ignorant culpam: De quibus Iob. 18. A. *Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus.* Quaſi diceret: Non peccavi, quare tantum puniar. Item, Iob. 19. A. *Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis me cinxerit.* De talibus Gregor. *Periculoſiſſimè ægrotat, qui ſe ægrotare ignorat.* De iſtis Bernard. *In veritate dico nil ſic ſperat iram Divinitatis, quam defenſio iniquitatis.*

Iob. 17. A.

Iob. 19. A.

Greg.

Bernard.

NOTA.

Tertij homines.

6 Tertij ſunt, qui intelligunt culpam; ſed non ſentiunt pœnam; ſed ſemper in delitijs vivunt. Et ideò panem verbi Dei aborrent; dicentes: Satis ſcimus quid nobis prædicatis? Gregor. *Dum peccatis anima paſcitur, panem iuſtitiæ edere non valet.* De quibus Ieremia. 2. B. *Tenentes legem neſcierunt me.* Quaſi diceret, tenent legem per ſcientiam, & ignorant me per operis executionem, vel excuſationem.

Greg.

Ierem. 2. B.

7 De quibus Iob. 19. B. *Dereliquerunt me proximi mei, & qui me noverunt, obliti ſunt mei: Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, ſicut alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui in oculis eorum.* Hi ſunt Clerici, de quibus: Iſaia. 30. B. *Loquimini nobis placentia: Ceſſet à facie noſtra Sanctus Iſrael.* Item, Pſalm. 30. C. *Qui videbant me foras fugerunt à me.* De his dicitur Luc. 12. F. *Servus ſciens, & non faciens vapulabit plagis multis.* Hi ſunt Clerici Sacerdotes; qui legem Chriſti ſciunt, & repellunt, & ideò gravius puniendi ſunt.

Iob. 19. B.

Iſaia. 30. B.

Pſalm. 30. C.

Luc. 12. F.

Quarti homines.

8 Quarti ſunt, qui pœnam, & culpam intelligunt: De quibus Sapientia in Trenis 3. A. *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationibus eius. Meminavit, & adduxit in tenebris.* Item, Trenis. 1. F. *Iuſtus eſt Dominus; quia os eius ad iracundiam provocavi: Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco:* Pſalm. 50. A. Et quia in culpa ſe eſſe intelligit; clamat dicens: Pſalm. 119. A. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.* Id eſt, felicitas patrię: Ecce pœna. *Habitavi cum habitantibus cedar.* Ecce culpa quaſi diceret; habitavi cum tenebroſis in culpa.

Tren. 3. A.

Tren. 1. F.

Pſal. 50. A.

Pſal. 119. A.

9 Cedar enim interpretatur tenebræ. Et quia ſolum remedium invenit in Chriſto, qui aufert pœnam, dixit Iob. 23. A. *Quis mihi tribuat, vt veniam, & cognoſcam illum, & veniam vſque ad ſolium eius?* Et inveniam per pœnitentiam, & auferatur culpa, & veniam vſque ad ſolium eius (*Ecce*) & auferatur pœna. Ideò deſiderio veniendi, hoc pixit. O Chriſte Fili Dei: Quis mihi det te fratrem, id eſt, vt ſis frater meus per gratiam, ſicut es per carnem, & ſicut tu habes Patrem Deum per generationem; ita habeam ego eumdem patrem per imitationem: Sicut dicit veritas, in Matth. 5. G. *Eſtote perfecti, ſicut pater veſter, qui in cœlis eſt.*

Cedar interpretatur tenebræ.

Iob. 23. A.

Matth. 5. G.

QUIS MIHI TRIBVAT VT ſuggeras vbera matris meæ?

10 ID eſt, aſſumas auctoritates veteris ſcripturæ ad Dæmonem confutandum, ad ſententiam tuam comprobandam, ad populum inſtruendum. Iſta fecit Chriſtus, quando tribus auctoritatibus ſumptis à Deutheronomio, Dæmonem confutavit. Simiiiter auctoritatibus ſumptis à Pſalmis, ab Iſaia, & ab alijs, Populum inſtruxit, & ita vetus Teſtamentum verum comprobavit, quod Manichæi à Diabolo datum dixerunt.

Quod vbera ſunt auctoritates ſcripturæ veteris.

(o)

*** *** ***

ITEM,

ITEM, QUIS MIHI TRIBVAT vt inveniam te foris?

11 HOC eſt, non tantum in occulto, ſed nobiſcum ambulando in Mundo. Ita fecit Chriſtus; quia ex quo carnem aſſumpſit: *Inter homines converſatus eſt, & in terris viſus eſt, vt dicit* Baruch. 3. D. Item, Iſaia. 52. B. *Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa; quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum*: Ut verbis, & exemplis totus Mundus inſtrueretur. Ibi deoſculatus eſt eum, quando ipſum in ſponſum dilectum Dominum, & Deum ſcripturis omnibus ſumit. Undè Hieronymus: *Mel meum, lumenque meum, meumque deſiderium Chriſtus eſt.* Auguſtin. 8. *Mel dicamus, vinum dicamus, quidquid dicamus, quod dici non poteſt: Quidquid dicere volumus Deus dicatur.* Duæ iſtæ ſillabæ, totum eſt quod expectamus. Hieronymus: *Ioannes veniebat in Eremum, & oculis deſiderantibus Chriſtum nil aliud dignabatur inſpicere.* Si talis fueris nemò te deſpiciat; ad minus nemò deſpicere debet.

De voce Eccleſiæ ad Chriſtum deſiderãtis, ipſum incarnari. Baruch. 3. D. Iſaia. 52. B.

Hieronym. Auguſtin.

Hieronym.

VERS. II.

APPREHENDAM TE, ET introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis.

12 VOX Sinagogę credentis: Quaſi diceret; apprehendam te per fidem, & alios non credentes docebo, quaſi gratiam augebis; & ſic introducam te in domum matris meę, & in prædicatione quædam verba ſuggeres, ſecundum quod videris magis ad populum expedire. Vndè Matth. 10.

C. *Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini.*

Vox devotæ ſinagogę deſiderantis, & credentis. Chriſtum apprehendere. Matth. 10. E.

(o)

DABO TIBI POCVLVM EX vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum.

13 VOX Eccleſiæ ad Chriſtum, vinum conditum eſt vita confeſſorum, quæ ſpeciebus ſuſpiriorum, & bonorum operum eſt condita. Malogranata, ſunt Martyres; grana enim illorum ſunt rubea, & ſub cortice preſſa. Sic vita Martyrum, quæ proprio ſanguine rubricata, diverſis tribulationibus eſt preſſa, vt muſtum. Eccleſia dicitur promittere ſponſo, quod dabit ei poculum de vino, & muſtum malogranatorum; id eſt, vitam confeſſorum, & Martyrum in qua quaſi in vino optimo, & muſto reficiatur. Idem poculum deſideravit Chriſtus, ex quo de Virgine fuit natus, immò ab æterno ex quo fuit à Patre genitus.

De confeſſor, & Martyrib. Vinum conditum eſt vita confeſſorum. Malogranata Martyres.

14 Undè pro hoc poculo ait in Cruce: *Sitio.* Triplex autem poculum ſitivit: Uinum conditum: Vinum ſimplex: Muſtum malogranatorum. Vinum ſimplex eſt vita pœnitentium per contritionem mordificatum. Vinum conditum, eſt vita confeſſorum. Muſtum malorum granatorum, eſt vita Martyrum. Solus Latro tunc ſatisfacit pro omnibus, quoniam omnium figuram geſsit. Fuit enim pœnitens, quoniam per finalem pœnitentiam conſecutus eſt veniam. Fuit confeſſor, quando Filium Dei confeſſus eſt: Et quia confeſſus eſt, Socium alium perfidum admonuit. Fuit quaſi Martyr, quia mortem in cruce ſuſtinuit: Licèt dicatur, quod cauſa facit Martyrem, non pœna. Hoc poculum tunc bibit, inſinuans, quod hæc tria genera hominum deſideravit.

Chriſtus ſitivit triplex poculum.

Latro Dimas in cruce fuit pœnitens, confeſſor, & quaſi Martyr.

Cauſa facit Martirem nõ pœna.

15 Confeſſores per vinum conditum deſignantur. Vinum enim pungit, exhilarat, militãtes inebriat; contemplantes pungit per comminationes; exhilarat per promiſsiones, inebriat per ſcripturarum expoſitiones. Stimulat pigros; exhilarat laborantes; inebriat quieſcentes; ebrietas ſobrios reddit, hoc vinum inebriat gratiarum donis, recedit à vitijs.

Confeſſores per vinum cõditum diſignãtur.

Exemplum de ebrietate contemplationis.

16 Quidam Frater ita inebriabatur contemplatione, quod neſciebat ſi in die comederet, vel in noctè: Propter hoc accipiens certum numerum panum, & poſuit in arca; & cum ieiunaret, in veſpere inveniens minorem numerum, cognovit ſe comediſſe. Item, vt fertur, Archiepiſcopus Anſelmus quando comedebat, ita meditabatur, quod quæſivit à ſervitore ſuo ſi comediſſet. Item, ebrius ſi convitia inferantur, ridet, & parvipendet, & in craſtino obliviſcitur. Sic qui ſcripturis, & gratiarum donis inebriantur, in convitijs rident. Vndè Actuum. 5. G. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Et in craſtino obliviſcuntur, quoniam vt ait: Cato Sapiens: *Iram meminiſſe malorum eſt.*

Exemplum.

Acta. 5. G.

Cato ſapiens.

17 Hoc eſt Officium Confeſſorum: Ambroſij: Auguſtini: Hieronymi: Gregorij. Quilibet iſtorum fuit conditus aromatibus virtutum: Vini odoriferi eorum odore adhuc repletur Eccleſia. Martinus fuit conditus miraculorum operatione, paupertate, & humilitate. Undè cantat Eccleſia: *Martinus hic pauper, & modicus, Cœlum dives ingreditur, hymnis cœleſtibus honoratur.* Nicolaus ieiunio, & largitate, quia in cunabulis, & etiam bis in ſeptimana à mammillis abſtinuit: Tribus puellis aurum non modicum clam per feneſtram proijciens, quas pater ſcortari diſponebat, ille fecit congrue maritari.

18 Auguſtinus fuit conditus ſapientia, & intellectu, vt ſcripturas rectè exponeret; male expoſitas rectificaret, vndè dictus eſt maleus hæreticorum, qui ſcripturas perverterunt. Hieronymus fuit conditus pipere reprehenſionis: Scientia interpretationis; quoniam Bibliothecam de Hebræo in Latinum traſtulit, & toti Eccleſiæ optimum exemplar munitiſsimumque, & inexpugnabile præſidium contra Hæreſes, & depravatos mores, in ſuis Sapientiſsimis; Doctiſsimiſque ſcriptis, & appretiatiſsimis à Catholicis; metuendis, formidandiſque ab Hæreticis, ſimulque, & omnibus malis Chriſtianis, & Inimicis Sanctæ Catholicæ Fidei, & Romanæ, Apoſtolicæque Eccleſiæ preſentavit.

Auguſtinus quo vino fuit conditus.

Hieronym. quo fuit conditus.

19 Ambroſius fuit Floribus conditus pulchritudinis; vt ſit quaſi Neptalin dans eloquium pulchritudinis. Gregorius fuit conditus melle dulcedinis; quoniam mellitis verbis mores mortalium informavit. De cæteris cætera condimenta apponas; quia viros glorioſos laudare vires non ſufficiunt. Confeſſor dicitur Palma, Cedrus Libani, Stella, & Sol. Undè Pſalm. 91. C. *Iuſtus vt Palma florebit, ſicut Cedrus Libani multiplicabitur.* Palma in pede eſt rugoſa, ſic Confeſſores in preſenti ſunt contemptibiles.

Ambroſ. quo fuit conditus.

Gregor. quo fuit conditus.

Confeſſor dicitur palma, cedrus Libani, &c. Pſal. 91. C.

20 Undè cum gemma Sacerdotum Martinus debuit eligi in Turonenſem Eccleſiam; obiecta fuerunt ei quatuor, quæ fuerunt, deformis crine: Vultu deſpicabilis: Veſte ſordidus, perſona contemptibilis, ideò indignus Epiſcopatu. Veram enim gemmam ſi aſinus, & porcus invenirent, conculcarent; quia veritatem non cognoſcerent. Sic pompatici aſini, & porci Diaboli, humiles contemnunt. Plerique Canonici, vt ſæpè videmus, quando habent ſimplicem, & pium Epiſcopum: Monachi Abbatem ſimplicem, & C. vilipendunt. Quando verò habent fraudulentum, qui eſt de magna proſapia; quaſi Deum adorant, timent, & venerantur.

Quod quatuor fuerunt oppoſita Martino.

Prælati ſimplices vilipenduntur.

21 Sicut Ranæ, & formicæ, quæ inunxerunt ſuper ſe lignum pro Rege, & perfectum vilipendentes, elegerunt ſibi ſerpentem, aliter, ciconiam, qui, vel quæ devorat eas; ſic etiam aliquando contingit iſtis. Verum tamen pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Igitur ſi mors eſt pretioſa, quantum erit pretioſa vita? Et ſi mors pretioſa, quanto pretioſior erit gloria? Item, dicuntur cedrus, quæ eſt arbor alta, & imputribilis; quia alti ſunt in contemplatione, & imputribiles in vitijs. Dicuntur etiam lilium, ſecundum illud: *Iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum.*

Prælati fraudulenti, & nobiles adorantur quaſi Dij.

Confeſſores dicuntur lilium.

22 Eſt triplex germem: Germem peſtiferum: Germem fructife-

De triplici germine.

tiferum, germen ſalutiferum. Primum eſt germen Diaboli. Secundum eſt germen iuſti. Tertium eſt germen Chriſti. Primum procedit de radice Diaboli. Secundum de rore Cœli. Tertium de radice Ieſsè. De radice colubri, ſive Diaboli,

Ezech.16.A. Ezech. 16. A. *Ieruſalem Radix tua. & generatio tua de terra Chanaam Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Et quando nata es in die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus, & in aqua non eſt lota in ſalutem, neque ſale ſalita, neque involuta pannis.*

23 Increpat Deus animam peccatricem, quæ deberet eſſe Ieruſalem, id eſt, viſio pacis: Sed radix generationis eius eſt de Chanaam,

Chanaam dicitur negotiatio. quæ dicitur negotiatio. Quoniam quidquid agit cupidus, negotiatio eſt, vt diuitias acquirat. Luxurioſus, vt luxuriam adimpleat. Guloſus vt ventrem impleat. Invidus vt noceat. Iracundus vt vindicetur, & ſic de cæteris. Pater eius Amorrhæus, id eſt, amaritatis eſt Diabolus: Omnes enim ſuperbi ſunt Filij eius. Mater eſt Cethæa, quæ dicitur inſaniens; quoniam qui luxuriam perpetrant, inſaniunt. Nam vt dicit

Gregor.9. Gregor. 9. *Non eſt maior inſania, quam pro momentanea delectatione, ſe æternis obligare ſupplicijs.*

24 Iſtud primum germen producit ramos iniquitatis, folia infelicitatis, florem mundanę vanitatis, fructum æternæ calamitatis. De ramis iniquitatis ad Galatas, 5. C.

Galat.5.C. *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, Idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixę, diſſenſiones, ſectę, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia.* Ecce iſti decimi ſeptimi, qui à radice peſsima procedunt folia mendatij: De quibus Pſal. 49. C. *Os tuum abundabit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.* Sic faciunt plerique vt alios decipiant: *Sedens adverſus fratrem tuum loquebaris*, ſcilicet, detrahebas.

25 De flore vanitatis: Iſaia. 40. B. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni.* De fructu æternæ calamitatis: In Pſalm. 49. D. *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Hæc eſt pœna maxima quando ſe ipſum ſtatuit, ſe ipſum indicat, ſe ipſum confundit, ſibi ipſi maledicit, ſe ipſum impugnat, ſe ipſum, ſi poſſet, interficeret. Quoniã in inferno, vt dicitur in Iſaia. 9. D. *Vnuſquiſque carnem brachij ſui devorabit.* Non eſt mirum ſi Deus, & Angeli, & Dæmones, ignis, & aqua impios impugnabunt, ſi ipſe impius contra ſe ipſum inſurget, & ſui ipſius inimicus erit.

26 De radice iuſti: Oſſeas. 14. C. *Ero eis quaſi ros, & Iſrael germinabit quaſi lilium, & erumpet radix eius vt libani ibunt rami eius, & erit quaſi Oliva gloria eius, & odor eius, vt Libani.* Ecce quod de rore Cœli germinabunt ſicut lilium, cuius ſtipes venuſtus foliis bonorum verborum flores expandit: Flos lilij ſeptem folia emittit, quæ in hoc verſu continentur. Qui pius, prudens, humilis, pudicus, ſobrius, caſtus fuit, & quietus. Ita quod pro eodem ſumatur caſtus, & pudicus. Item, habet grana crocea Cœleſtis contemplationis. Uirga in medio, quæ habet caput triangulum, ſignat fidem Sanctæ Trinitatis, quam firmiter Confeſſores tenent, & confitentur. Fructus ſunt bona opera, licet lilium vitalem fructum non habeat.

27 Sed dicet aliquis: Martinus fuit vilis, & contemptibilis, quomodo ergo flori pulcherrimo comparatur. Reſpondeo, quod interiori pulchritudine; quam habebat. Vnde veritas: Matth. 6. D. *Conſiderate lilia agri, quod nec laborant, nec nent: Dico autem vobis, quod nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis.* Miſtice lilia ſunt Confeſſores Chriſti. Salomon ditiſsimus purpura induebatur, biſſum, auriſtigium, & forſitam magis pretioſa: Uerumtamen in omni ſua pulchritudine nunquam apparuit ornatus veſtibus, ſicut Confeſſores virtutibus. Ornamenta Martyrum ab ignibus, & frigoribus Inferni defendunt, quod omnia operimenta Salomonis non potuerunt. Et tamen huiuſmodi lilia non laborant, neque nent, id eſt, non exercent opera ruſticorum, vel mu-

Impius contra ſe ipſum inſurget, &c.

Iſaia.9.D.

Oſſea.14.C.

Matth.6.D.

Lilia ſunt Confeſſores Chriſti.

Mendaces.

Pſalm.49.C.

Iſaia.40. Pſalm.49. D.

lie-

lierum; ſed in contemplatione Cœleſtium deſudantes, ad altiora conſcendunt.

28 Confeſſores ſunt Stellæ; quia illuminant noctem; id eſt, tenebroſos. Sunt Luna; quia à vero Sole accenduntur. Confeſſor etiam dicitur Sol, quia illuminat diem, id eſt, iuſtos. Vnde in Eccleſiaſtico. 50. A. *Quaſi Stella matutina in medio nebulæ, & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet, & quaſi Sol refulgens, ſic iſte refulſit in Templo Dei.* In Geneſ. 37. B. *Vidi Solem, & Lunam, & Stellas adorare me.* Ita dicit verus Ioſeph, Quoniam boni Prælati cogitatione, verbo, & opere adorant Chriſtum.

Quod Prælatus dicitur Sol, & Luna, & Stella Confeſſores. Eccleſiaſticus 50. A. Geneſ. 37. B.

29 Itèm, Stellæ ſunt ſubditi, Luna Eccleſia: Sol Prælati. Sicut enim Sol totum mundum illuminat; ita Prælati totam Parochiam, Diœceſim, vel Abbatiam. Eccleſiaſtic. 52. C. *Sol illuminans per omnia reſpexit.* Sol eſt oculus totius mundi. ſic Prelatus totius Diœceſis. Si Sol Prælatus non illuminet, non erit claritas in Luna Eccleſia. Ideo dicit Iſaia. 13. B. *Obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine ſuo.* Sol contenebreſcit, quando Epiſcopus fit carbo niger, & Luna non dabit lumen ſuum, id eſt, Eccleſia.

Subditi ſunt Stellæ, Luna eſt Eccleſia. Sol eſt Prælatus. Eccleſiaſt. 52. C. Sol eſt totius mundi oculus Iſaiæ. 13. B.

30 In Ioel. 2. G. *Sol convertetur in tenebras.* Hoc verum eſt de quibuſdam Prælatis; quoniam tenebræ palpabiles cooperient eos. Tenebræ palpabiles ſunt terræ, vineæ, denarij, equi, veſtes, magna familia, qui palpantur. Iſtæ tenebræ ita excæcant Prælatos, quod non eſt eis iam cura de animabus. Ideo Luna convertetur in ſanguinem, id eſt, Eccleſia in peccatum. Vnde Ieremia. 12. C. *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcaverunt partem meam: Dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis, poſuerunt eam in diſſipationem, luxitque ſuper me.*

Ioel. 2. G.

Tenebræ palpabiles ſunt, &c. Prælati quomodo excæcantur, & fiunt tenebræ.

Ierem. 12. C.

31 Quaſi diceret: Animas relinquunt, quæ ſunt pretio deſiderabiles. Ideoque conqueritur, Ieremia. 15. A. dicens: *Quis miſerebitur tui Ieruſalem?* Id eſt Anima fidelis? *Aut quis conſtriſtabitur ſuper te?* Quaſi diceret: Quomodo miſerebuntur tui, aut triſtabuntur ſuper contritione tua, & diſſipatione tua Iudæi, Sarraceni, Hæretici, & alij inimici, qui volunt perdere te; cum Prælati tui, paſtores tui, cuſtodes tui, quos conſtitui, & præfeci, vt te paſcerent, te defenderent, te regerent, & die, ac nocte cuſtodirent, deſtruunt, diſſipant, & perdunt te, & volentibus perdere tradunt te?

Ierem. 15. C.

32 Sed væ eis: Non remanebunt impuniti. Nam vt dicitur. Ezech. 33. B. *Sanguinem animarum præſentium de manu eorum Deus requiret.* Sed quia vndè ſolvant non habebunt; ideo ligatis manibus, & pedibus proijcientur tenebroſi in tenebras exteriores in æternum torquendi: Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, vbi fletus, & ſtridor dentium, vbi qui minus fleverit, plus habet flere, quam omnia vaſa mundi poſſunt continere. Et ideo væ eis! Bonum eſſet eis, ſi nati non fuiſſent.

De manu prælatorum requiret Dominus gregrem ſum. Ezech. 33. B.

33 Prælatis præſentibus, Deus miraculum non facit, niſi in hoc, quod diù vivere permittuntur. Martinus vero, Nicolaus, & cæteri Confeſſores fecerunt miracula; lege enim vitas eorum, & videbis, quid fecerunt illi, & quid faciunt modo iſti. Dicet aliquis curioſus inquiſitor: Quare noſtris diebus non invenitur in toto orbe Prælatus, pro quo Deus miraculum faciat, ſicut in antiquis temporibus? Reſpondeo tibi, frater, reſpondeo, quod non bene advertis, immo ſcito, quod quotidie miraculum Deus facit pro eis.

Miraculum eſt quod prælati perverſi vivant.

34 Magnum, & maximum miraculum facit, eo quod eos vivere permittit. Si enim vellimus diſcurrere per Scripturæ oracula, multa inveniemus de præſentibus Prælatis miracula. Nonne Deus pro vno morſu Adam eiecit de Paradiſo? Item, quia filij Dei cognoverunt filias hominum, Deus adduxit diluvium ſuper terram, & ſubmerſit eos? Nonne interfectus eſt Onam; quia ſemen effudit in terram? Nonne terra abſorbuit Datham, & Abiron vivos; quia fecerunt ſciſma contra Moyſem? Nonne interfecit Nabad, Abiu; quia ob-

Geneſ. 3. C. Geneſ. 6. A. & 7. D. Geneſ. 38. B. Deuteron. 11. A. Numer. 16. A. Levit. 10. A. Iſaias. 14. C.

Apocal. 12. B.

obtulerunt ignem alienum? Nonne proiecit Luciferum de Cœlo ſtatim quod æquari voluit Deo? Et alia multa, quę pro longum eſſet enarrare? Nonne etiam Heli ſummus Sacerdos verſa Cathedra in qua ſedebat, corruens fractis cervicibus ſpiravit, eo quod filios peccantes non corripuit.

1. Reg. 4. D.

Prælati impij, & avari quales sũt.

35 Sed Prælatorum modernotum plerique non tantum ſicut Satan volunt eſſe æquales Deo; ſed etiam maiores; quia Chriſtus non habuit, vbi reclinaret caput ſuum; ſed iſti multiplicant domos, vineas, & redditus circunvallant ſe familia pompatica. Iſta congregant, & faciunt, ac ſi nunquam deberent mori, & eſſent rerum Domini. In contrarium tamen proclamant iura dicentia, quod procuratores ſunt rerum Eccleſiarum, & fideles diſpenſatores, non autem Domini, & procurator tenetur de mala procuratione, & diſpenſator de mala diſpenſatione, reddere rationem villicationis ſuæ.

36 Item, Chriſtus otium non habuit, ieiunavit, caſtus, & caſtiſſimus fuit: Iſti autem præ nimio labore ieiunia ferre non poſſunt, & quia ſunt nimis delicati, non niſi vinis electis, perdicibus, gallinis, caponibus, turturibus, ſalmonibus, electuarijs, diverſis ſpeciebus, & nimium ſumptuoſis, cæteriſque cibarijs, & confectionibus ſtudioſiſſime prępparatis, vti poſſunt: Nec niſi in ſingularibus, & pretioſis vaſibus bibunt, & meliores veſtes, quas habere poſſunt, induunt propter pœnitentiam, & meliores Salomone in foro apparere volunt. *A fructibus enim eorum cognoſcetis eos.* Matth. 7. C.

Matth. 7. C.

37 Item, Chriſtus ſubditos docuit: Iſti autem ſemper tacent. Chriſtus duxit vitam in labore, & miſeria: Iſti vitam ſuam ducunt in delitijs, & ſuperbia. Nonne vides, quod creatura maior vult eſſe ſuo Creatore? Et diſcipulus maior, quam magiſter? Et ſervus pluſquam dominus eius? Pulvis pluſquam Deus? Miraculum eſt ergo, quod Deus non ſtatim deijcit eos ſicut Satan: Adam ſemel comedit vetitum, & ſtatim eiectus eſt de Paradiſo: Sed iſti non tantum ſemel, ſed pluries comedunt vetitum. Mirabile eſt ergo, quod Deus ſtatim non deijcit eos. Ecce miraculum!

38 Item, cum Prælati deberent ſpirituale ſemen in vxorem ſuam, quæ eſt Eccleſia fundere; fundunt in terram, id eſt, pro commodo terreno, & tamen non ſtatim interficiuntur. Plerique faciunt ſeditionem cum Dathan, & Abirón, & tamen non abſorbentur vivi. Multi ex eis non tantum ſemel cum Filijs Chore afferunt ignem avaritiæ; ſed frequenter, & frequentiſsime; quia ex cupiditate Ordinem ſuſcipiunt, Miſſas celebrant, Proceſsiones agunt, Vigilias, & Exequias mortuorum cantant, Epiſtolam, & Evangelium legunt, non tamen comburuntur.

39 Filios, & filias, ſcilicet, ſubditos publice peccare conſpiciunt, & tamen nec verbo, nec virga corripiunt, immo quandoquidem rident, & in fabulas, & pretioſas ducunt, & tamen non corruunt de Cathedris, nec franguntur eis cervices, vt ſpirent. Non ſolum hæc, ſed multo plura maiora prioribus committunt, & tamen omnia eis ad vota ſuccedunt. Et quaſi Deus non curet, nec videat vitam ſuam in delitijs, & vitijs ducunt.

40 Ecce frater vis maius miraculum, quam hoc, quod pro tot, & tantis accumulatis malis, non ſtatim punit iuxta demerita, & deijcit illos, ſed vt pius Pater diu ſpectat ad pœnitentiam, & emendationem. Sed extimo, quod maius tormentum ipſis reſervat; quia vt dicitur in libro Sapientiæ, 6. A. *Iuditium duriſsimum in his, qui præſunt, fiet.* Item dicit Gregor. *Deus parcit in preſenti, vt in futurum feriat: Ferit, vt in perpetuum parcat.*

Sapient. 6. A.

Gregor.

41 Germen Chriſti eſt de radice Ieſsè. Radix Ieſsè ita vt ſit tranſitoria conſtructio; ipſe Ieſsè, vt ipſe David de Ieſsè exijt, vel egreſſa eſt, cuius virga eſt Virgo Beata: Flos eſt filius eius: Fructus eſt Beatitudo æterna, quam iſte flos duxit, quando per paſsionem attritus eſt. Sicut flos moritur prius quam fructum producat; ſic quemlibet opor-

Virga Ieſsè eſt Maria Virgo, flos eſt Chriſtus, fructus eſt beatitudo æterna.

oportet mori in mundo, ſi vult producere fructum in Cœlo. Item Eccleſia promittit dare muſtum malorum granatorum, hoc eſt, ſanguinem Martyrum. Ex quo enim Chriſtus ſanguinem fudit pro nobis, neceſſe eſt nobis, vt ſanguinem pro ipſo fundamus. Vnde in Exodo. 4. F. *Cum eſſet Moyſes in itinere, in diverſorio occurrit ei Dominus, & voluit interficere eum: Et tulit illico Sephora acutiſsimam petram, & circumcidit præputium Filij ſui, & ait: Sponſus ſanguinum tu mihi es.*

Sanguinem pro Chriſto debemus effundere. Exodus. 4. F.

41 Moyſes in itinere in diverſorio eſt aliquis, qui in via præſentis peregrinationis diverſis vtitur delitijs. Et ideo Dominus paratus eſt, tales interficere. Sed Sephora circumcidit puerum, quando Mater Eccleſia aufert ſuperfluitatem, immunditiam, & dicit Chriſto: *Sponſus ſanguinum tu mihi es.* Merito dicit ſanguinum, non ſanguinis: Quoniam ſicut Chriſtus effudit ſanguinem ſuum; ita ſi opus fuerit effundamus, & nos noſtrum. Etſi non effundimus, tamen ſanguinem affligamus.

43 Vnde Bernardus: *Quod Martyrium gravius, quam inter epulas eſurire, inter veſtes multas, & pretioſas algere, paupertate premi inter divitias, quas offert mundus, quas oſtendit malignus, quas deſiderat noſter iſte appetitus? An non merito coronabitur, qui ſic certaberit, mundum abijciens perimentem? Inimicum irridens tentantem?* Idem Bernard. *Fudit ipſe ſanguinem ſuum pro tua redemptione, funde, & tu quotidiana corporis afflictione. Quem ſi ſemel pro Chriſto ponere non poteſt, ſaltem mitiori quodam ſit longior martyrio pœna.* Sed heu, nullam afflictionem ſuſtinemus in nobis.

Bernard.

Bernard.

44 Vnde de nobis conqueritur mater Domini; ſicut legitur in 4. Reg. 6. E. *Facta eſt fames magna in Samaria.* Itaque duæ mulieres conduxerunt de filijs comedendis, quod primo comederent filium vnius, & poſtea filium alterius. Cumque comediſſent filium vnius, altera filium ſuum abſcondit. Mulier autem cuius filius mortuus eſt, & comeſtus, Regi conqueſta eſt. Mulier hæc eſt Beata Virgo Maria. Altera eſt Sancta Eccleſia. Tanta fames fuit tam in Cœlo, quam in terra, & in inferno, quod non potuit fames ſedari, donec filium ſuum morti offerrent, in quo Sancta Eccleſia reficeretur.

4. Reg. 6. E. F.

45 Sed Eccleſia refecta de Filio Virginis, iam abſcondit filios ſuos in diverſorio vitiorum, & delitiarum, & non vult tradere eos morti, vel afflictioni pro filio Virginis: Et ideo Beata Virgo conqueritur de nobis Deo Patri tanquam de fraudulentis, & deriſoribus. Similiter, & Martyres conquerentes dicunt: *Vendiſti Populum tuum ſine pretio.* Pſalm. 43. Quaſi dicerent: Nos venditi, & expoſiti ſumus diverſis tormentis, vt alios acquireremus: Sed pretium noſtrum non invenimus; quia nullus vult affligere ſanguinem, nullam moleſtiam ſuſtinere.

Pſalm. 43. B.

46 Stephanus poteſt dicere: Domine caro mea lapidata eſt pro te, & alij Sancti ludibria, & verbera experti ſunt: Sed homines nec aliquam moleſtiam volunt ſuſtinere pro te. Sed in opprobrium noſtrum; immò tuum in omnibus vivunt pro ſua voluntate, & voluptatem, & delitias carnis pro parte optima eligentes, dicunt nos fatuos, & inſanos; quia illas reſpuimus; & te ſecuti, hæc tanta pro te ſuſtinuimus: Vindica ſanguinem noſtrum, vindica iniuriam tuam, & noſtram, Deus noſter.

47 Certe excitabitur Dominus tanquam dormiens, & tanquam potens crapulatus à vino; quia nunc Dominus videtur dormire quaſi Noè inebriatus: Et percutiet inimicos ſuos in poſteriora, id eſt, non hic in præſenti, ſed in vita poſteriori, in futuro ſæculo, & opprobrium ſempiternum dabit eis. Et ideo dicunt ei: *Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: Subſanatio, & illuſio bis, qui in circuitu noſtro ſunt.* Pſalm. 78. B. D. Quoniam falſi Prælati, falſi Chriſtiani tantum illudunt nobis: *Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt*, id eſt, in gentiliter viventes, qui Paſsioni Chriſti reſpondere nolunt. *Redde vicinis noſtris ſeptulum.* Et ſic illuſores illudentur.

Pſalm. 77. G.

Pſal. 78. B. 4.

VERS.

VERS. III.

LEVA EIUS SVB CAPITE MEO, & dextera illius amplexabitur me.

48 HOC ſuperius poſitum eſt, & expoſitum, *capit. 2. num. 185.*

VERS. IV.

ADIVRO VOS FILIÆ IERVSAlem, ne ſuſcitetis, nec evigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.

49 SUPRA ponitur, & exponitur, *Cap. 2. numer. 208.*

QVÆ EST ISTA, QUÆ AScendit de deſerto delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?

De ſolitudine, quantum ſit vtilis; Maria Virgo aſcendit per ſex gradus.

50 HOC eſt, ſive exponitur de Beata Virgine, quæ de deſerto iſtius mundi aſcendit de virtute in virtutem, donec pervenit ad culmen ſublimitatis, quod fuit Mater, & Regina Cœli. Per ſex gradus aſcendit. Primus gradus fuit, quod notatur cum dicitur in Evangelio Lucę, 1. C. *Ingreſſus Angelus ad eam.* Non enim fuit vagabunda, non invenit eam in tabernis, vel in plateis: Sed ſolitariam contemplationi vacantem. Hæc ſolitudo plerumque commendatur. Unde Dominus, ſurdum, & mutum ſanandum extra turbam eduxit. Marc. 7. D. Hieronymus: *Audiam Domine, cave ne domum exeas, & velis videre domos Regionis alienæ.* Sponſum in plateis non poteſt inveniri; quoniam egreſſa eſt Dina, & male contigit ei.

Luc. 1. C.

Marc. 7. D. Hieronym.

51 Seneca.: *Quidquid feceris, cito à corpore ad animas reddit.* Beda. *Fugiamus turba non ſolum turbantium nos cogitationum; verum etiam hominum nequam, qui noſtræ ſinceritatis poſſunt impedire proceſſum, mala exemplo ſuo monſtrando, vel bona opera noſtra deridendo.* Et dicit Gregorius. *Frequentia populorum non poteſt vti conſortio Angelorum.* Legitur Scipionem dixiſſe: *Nunquam minus ſolus ſum, quam cum ſolus ſum.* Quoniam vir iuſtus loquitur ſecum per meditationem. Item alius Philoſophus: *Quoties inter homines fui, minus homo receſſi.* Seneca: *Vtique quanto maior eſt populus, cui convertemur, hoc periculi plus eſt.*

Seneca. Beda.

Gregor.

Scipion.

Quidam Philoſophus. Seneca.

52 Quid me eximas dicere? Avarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, immo crudelior, & inhumanior; quia inter homines fui. Item, hoc video in hominum multitudine, quod vnus adulatur, alter detrahit, alius maledicit, quilibet fere laborat, vt favorem acquirat. Sed dicit Seneca: *Favor populi non niſi malis artibus acquiritur.* Mallem, quod Dominus mitteret mihi Diabolum de inferno, quam hominem perverſum in conſortio. Et Hieronymus: *Mihi oppidum cautum eſt, & ſolitudo Paradiſus.* Idem: *Seculariorum, & maxime potentum conſortium devita.* Idem: *Si vis eſſe, quod diceris Monachus, id eſt, ſolus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum?* Idem: *Deſertum floribus Chriſti vernans! O ſolitudo, in qua illi naſcuntur lapides, de quibus in Apocalipſi, Civitas magni Regis conſtruitur!*

Seneca.

Hieronym.

Heliodoro.

53 Item, Ioannes Baptiſta vivebat in eremo; & oculis deſiderantibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur inſpicere. Seneca narrat, quod Socrates Philoſophus, cum vidiſſet quemdam adoleſcentem ſecrèto ambulantem, interrogavit, quid illic ſolus ageret: *Mecum, inquit, loquor*, cui Socrates: *Cave, inquit, rogo, & diligenter attende, ne cum malo homine loquaris.* Iſaia. 32. A. *Erit vir ſicut qui abſconditur à vento, & celat ſe à tempeſtate, ſicut rivi aquarum in ſiti, & vmbra petræ provenientis.* Hic eſt ſolitarius, qui abſcondit ſe à vento vanæ gloriæ, & celat ſe à tempeſtate ſuperbiæ. Talis reficit alios ſuis rivis, & vmbraculis.

Seneca.

Socrates.

Iſai. 32. A.

54 Duo Monachi ſimul pergebant, & dixit vnus alteri: Frater, aut longius inde præcedas, aut remotius ſequaris; quia impedis delectationes meas. Dicunt multi, cum hominem ſolum dimittunt; relin-

Exemplum.

linquamus aliquem cum eo, qui ferat ſibi ſolatium: Frater melius habet ſolatium, cum ſolus relinquitur; quia tunc cum Deo, & cum Angelis loquitur. Chriſtus in monte ſolus oravit: Et tu ſolus Chriſtum ora. Hieronymus cuidam Dominæ:

Hier onym. *Si ad Imperatoris vxorem occurrit ambitio ſalutationum, cur tu facies viro tuo, id eſt, ad homines coniugem ſponſam Chriſti, qui properas, diſce in hac parte ſuperbiam Sanctam, ſcito te illis eſſe meliorem.* Ecce, quod Hieronymus vocat ſuperbiam Sanctam, contemnere divites, vilipendere glorioſos.

55 Qui enim miniſtrat Regi cum ribaldis iſtius mundi depompaticis, qui tamquam fumus in fine perdentur, à vermibus corrodentur, & tandem à Dæmonibus rapientur, non curat. Verumtamen cum hominibus expedit quibuſdam converſari, qui verè ſciunt vitijs reſiſtere, & vanas cogitationes extinguere. Vnde Seneca: *Lugentem, timentemque cuſtodire, ne ſolitudine mala vtatur* Narrat Hieronymus:

Seneca. Hieron ym. Quod quidam Grecus adoleſcens erat in Cœnobio, qui nulla operis magnitudine flammam concupiſcentiæ poterat extinguere. Hunc periclitatem Abbas hac arte ſervavit.

56 Imperavit cuidam viro gravi, vt convitijs, & virgis hominem inſectaretur. Vocati ſunt teſtes pro eo quod loquebatur, qui contumelias fecerat: Flebat ille contra mendacium: Abbas quandoquidem defendit, ne abundantiori triſtitia abſorberetur. Anno verò expleto, interrogatus adoleſcens ſuper cogitationibus ſuis priſtinis, an moleſtiam adhuc ſuſtineret? Propè, inquit, mihi vivere non licet, & fornicari licebit? Ecce hic ſolum cum adiutore, hoc vitium ſuperaſſe.

Eccleſiaſt. 4. C. 57 Item, dicitur in Eccleſiaſte, 4. C. *Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe: Et ſi dormierint duo, confovebuntur mutuo.* Sed qui Chriſtum, & multitudo hominum ei ſolatium facit, ſolus: Verumtamen ſolus non eſt; quia centum Diabolos habet ſecum. Si quis ab inimicis rapitur, cum inimicis converſatur, dicit ſe ſolum eſſe; quia amicos non habet. Sic qui eſt in mortali, omnes habet inimicos, nocere quidem poſſunt, iuvare non poſſunt; quoniam inimici hominis domeſtici eius. Verus, & principalis amicus eſt Chriſtus, amici etiam Angeli, qui pro culpa mortali receſſerunt ab eo. Si habes Chriſtum, habebis comitatum multum Angelorum.

58 Quare ergo murmurant Clauſtrales, ſi ſocij illorum ad conſilia Abbatum, & Prælatorum, vocantur ad curias, ad forum mittuntur? Si frater tuus loquitur cum Abbate, loquaris, & tu cum Chriſto. Nonne hoc eſt melius? Si frater mittitur ad curias principum, & tu orationem nuntium ſalutiferum ad curias mittas Angelorum: Nonne hoc eſt melius? 1. Reg. 1. B. Anna flebat, & non capiebat cibum, eo quod filios non haberet: Dixit ergo ei Elcana vir ſuus: *Anna, cur fles? Et quare non comedis? Et quamobrem affligitur cor tuum? Numquid non ego melior ſum tibi, quam decem filij?* Ita dicit verus Elcana Chriſtus ſolitario, qui opera quærit exteriora. O clauſtralis quare affligitur cor tuum? Nonne melior ſum tibi, quem completeris, quem oſcularis, de quo cogitas, quam decem filij, id eſt, quam vniverſitas operum, quæ nunquam poteris exercere?

1. Reg. 1. B.

59 Alius gradus eſt turbatio; quia turbata fuit in ſermone iſto. Eſt quædam turbatio mala; quando quis triſtatur, ſi amittat temporalia, & turbatur, & ſi amittat æterna, non turbatur. Turbatur pro palea, non turbatur; quia amittit animam. Sicut Herodes, qui Chriſto nato turbatus eſt, & omnis Ieroſolima cum illo. Turbatus eſt; quia regnum terrenum amittere timuit.

De turbatione ſupra habuimus.

Turbatio mala. Matth. 2. A.

60 Sed eſt turbatio bona, quando quis timet amittere animam, amittere gratiam. Hoc modo turbata eſt beata Virgo. Timuit enim ne forſitam Angelus non bona intentione eam ſalutaverit. Quidam turbantur ante factum, quidam in facto, quidam poſt factum. Sicut dicitur, quod Romani ſunt ſapientes,

De turbatione bona. Maria, quare turbata eſt in ſalutatione Angeli. Turbatio eſt triplex.

tes ante factum. Galici in facto. Scoci ſtulti poſt factum; quoniam, quando equus ſublatus eſt, nolunt claudere ſtabulum. Primi ſunt diſcreti. ſecundi ſunt fortes. Tertij ſunt debiles. Primi præveniunt, ne tentatio veniat. Secundi cum venerit, tentationi reſiſtunt. Tertij omni tentationi ſubcumbunt; & poſtea pœnitere nolunt. Hi ſunt, qui quando domus combuſta eſt; aquam deferunt: Quando tibia fracta eſt, baculum ſibi quærunt: Quando homo mortuus eſt, faciunt ſibi caldum: Contra quos Hieronymus: *Ne ſtatim nos pœnitentiæ ſubſidia blandiantur, quæ ſunt infelicium remedia.*

Hieronym.

Diſcretio qualis debet eſſe.

61 Tertius gradus eſt diſcretio; quod notatur in hoc; quia *cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Vnde in Parabol. 14. B. *Innocens credit omni verbo; aſtutus conſiderat greſſus ſuos.* Diſcretus eſt, qui diſcernit verum à falſo, vt Logicus; honeſtum ab honeſto, vt Rethorica: Immo inſenſati dicunt, bonum, malum: Vigilare, orare, dicunt malum. Luxuriari, & ſplendide comedere dicunt eſſe bonum: Hoc tamen eſt amarum Deo, & Angelis, & animæ. De quibus. Iſaia. 5. E. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: Ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: Ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.*

Prov. 14. B.

Inſenſati quales ſunt.

Iſai. 5. E.

62 Tales ſunt amentes, qui quando amici dolent, gaudent, & lachrymantur, quando amici rident, gaudent, & cantant. Quando morbus eſt graviſsimus, ſicut freneticus, ridet, gaudet, & cantat ante mortem. Sic filij huius ſæculi, filij perditionis, luxuriando, ſe ingurgitando rident, gaudent, & cantant; quando Deus, & Angeli compatiuntur. De Deo dicit Ieremia. 13. C. *Si me non audieritis, in abſcondito plorabit anima mea.* De Angelis Iſai. 33. B. *Angeli pacis amare flebunt.* Morbus iſte eſt ad mortem æternam.

Ierem. 13. C.
Iſai. 33. B.

61 Quicumque enim mortali culpa detinetur, morbo incurabili vexatur; quia non per medicinam; ſed per miraculum habet curari. Vnde merito dicitur morbus mortalis, quia facilius eſt Cœlum, & terram creare, quam impium iuſtificare. Item amens non ſentit amentiam, niſi cum ab amentia ceſſaverit: Sic impij cum fuerint à delitijs mundi extracti, & in inferno collocati; tunc amentiam ſuam recognoſcent, dicentes: *Nos inſenſati vitam illorum extimabamus inſaniam, &c.* Sapientia. 5. A.

NOTA. Facilius eſt Cœlum, & terram creare, quam impium iuſtificare.

De diſcreto, & inſenſato.

Sapient. 5. A.

64 Vix voluit Beata Virgo Maria Angelo conſentire, verens amittere Virginitatem: Sed impius ſtatim conſentit Diabolo, & Virginitatem, & Deum, & omnia bona amittit. O impie! Quare non diſcernis? Quare non cogitas, quæ ſit ſalutatio Dei, & quæ Diaboli? Salutavit Diabolus Evam, ſicut, & nunc multos ſalutat, & decepta fuit, & ſalutatio ſua mortem genuit. Salutationi ergo Angeli conſentias, & Chriſtum in mente, ſicut Maria in ventre concipies. Diſcretio autem in bonis operibus eſt abdicata. Vnde in Proverb. 4. D. *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuę præcedant greſſus tuos.*

Prover. 4. D.

65 Quartus eſt conſtantiâ Virginitatis, quod notatur in hoc quod dicit: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco,* id eſt, me non cognituram propono. Eſt conſtantia in bono, & eſt conſtantia in malo. Plerique conſtantes ſunt in malo, nec amore, nec timore poſſunt evelli. Vnde Amos. 4. C. *Aſcendere fecit putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras: Et non rediſtis ad me.* Sicut fumus, & fœtor mittuntur in turrim, vt qui intus ſunt, turrim cedere compellantur. Ita Dominus fumum, & fœtorem peccatorum nobis mittit, vt caſtitatem carnis noſtræ ei reddamus. Sed multi in fœtore luxuriæ, & gulæ, in fumo ſuperbiæ, & avaritiæ volunt magis commorari, quam ad dulcedinem Chriſti feſtinare, ſive redire.

De conſtantia mentis in malo.
Luc. 1. D.
Conſtantia in bono, & malo.
Amos. 4. C.

66 Sequitur: *Subverti vos, ſicut ſubvertit Deus Sodomam, & Gomorrham, & facti eſtis, quaſi torris raptus de incendijs, & non rediſtis ad me, dicit Dominus.* Quaſdam civitates, quædam caſtra videmus per ignem, & prunas ſubverti; homines perire; & illi, qui combuſti pœna, & culpa evadunt ſemiuſti, ſive

ſemivivi, qui ita eripiuntur quaſi tortis de incendio, & tamen nec ipſi, nec alij attoniti ad Deum convertuntur. Sicut macellator vocat porcos ad alveum, percutit vnum, & moritur: alij gruniunt; ſed nihilominus ad eundem alveum revertuntur.

67 Sic Diabolus quotidie multos percutit, & perimit; & viſa eorum morte, vicini murmurant, & clamant: Nihilominus in peccatis manent, & ad peccatum revertuntur: Et ita nec per ſe ipſos, nec per alios volunt caſtigari. Saltem iuſti videntes pœnam impiorum, deberent corrigi; & non ſicut porci ad peccati alveum declinare ſecundum illud Pſalmi 39. A. *Videbunt iuſti, & timebunt.* Gregor. *Melius à pravorum imitatione compeſcimur, ſi eorum damna ex fine penſemus:* Quia tunc lavant iuſti manus ſuas in ſanguine peccatorum, id eſt, mundant opera ſua, viſa pœna impiorum.

Pſal.39.A.
Greg.

68 De induratis, Diabolus eſt malleus: Incus eſt ſecuritas peccandi: Ignis eſt ardor delectationis: Ferrum eſt impius. Hoc ferrum calefacit Satanas ad ignem gulę, luxuriæ, avaritiæ: Iſtud ferrum ſic calidum ponit ſuper incudem, quando ſecure facit impium peccare, dicens: *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.* Item Pſalm. 13. A. *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.* Malleat Diabolus cum frequentia peccatorum; & ita indureſcit impium plus quam ferrum. Sed pius Dominus ſua paſsione, & compaſſione malleum confregit. Hieronymus: *Quomodo confractus eſt malleus vniverſæ carnis; durior eſt Diabolo.* Si per paſsionem ſuam, & mortem non poterit te confringere, durior es lapide; quia in morte Chriſti lapides ſciſsi ſunt.

Pſalm.93.B.
Pſal.13.A.
Hieronym.

69 De huiuſmodi dicitur: Induratum eſt cor Pharaonis; quia non dimiſit populum Dei, donec in medijs vndis ſubmerſus eſt. Sic multi nunquam de malis ſuis reſipiſcunt, donec in tormentis inferni, vel in ipſis vndis peccatorum ſubmergantur. Nahum. 1. B. *Indignatio eius effuſa eſt vt ignis, & petrę diſſolutæ ſunt ab eo.* Cum quis cogitat diſtrictionem iuditij, & ardorem illius ignis ſempiterni, quamvis vt petra ſit, deberet diſſolvi.

Nahum.1.B.

70 De Clericis etiam dicitur in Ierem. 17. A. *Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino exaratum ſuper latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.* Stylo ferreo dicit in vngue adamantino; quia deleri non poterit; quia pœnitere nolunt. Et ideo dicit Origenes: *Nudabitur peccatoris mei ſcientia, & aperto corde videbuntur litteræ peccatorum, quæ ſtylo ferreo in vngue adamantino ſcriptæ ſunt.* Tamen de nemine deſperandum eſt; quoniam vt dicit Iob. 28. A. *Lapis valore ſolutus; in æs convertitur.* Greg. *Quando cor durum à divini ignis amore frigidum, Spiritus Sancti fervore tangitur, ardore emolitur ad amorem, & roboratur ad operationem.* Non ſicut conſtantes in malo; quoniam humanum eſt, peccare: Sed Diabolicum, perſeverare.

Ierem.17.A.
Origenes.
Deſperandũ non eſt de aliquo.
Iob.28.A.
Gregorius in moral. ſup. Iob. lib. 18. cap. 16.

71 Cum Beata Virgine eſtote conſtantes in bono: Nolite locum dare Diabolo. Dicit enim Diabolus vt legitur in Iſaia. 51. G. *Incurvare: vt tranſeamus.* Dicit Bernardus. *Ne credas dicentibus, incurvare, nec acquieſcas dicentibus, vt tranſeamus: Non enim tranſire volunt, ſed inhærere.* Si volueris ſtare, Dominus iuvabit. Vnde *in Apocal. 3. C. Dicit Dominus: Ego ſervabo te ad horam tentationis, quę ventura eſt in orbem terrarum vniverſum tentare habitantes in terra. Tene, quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit, faciam illum columnam in Templo Dei mei.* Ad Hebræos. 13. A. B. Ipſe dixit: *Non te deſeram, neque derelinquam:* Ita vt confidenter dicamus: *Dominus mihi adiutor eſt; non timebo quid faciat mihi homo.* Idem in eodem B. *Doctrinis varijs, & peregrinis noli abduci.* Quod non ſolum de doctrina hæreticorum, ſed, & omnium errantium in moribus intelligitur. Sequitur: *Optimum eſt enim gratia ſtabiliri cor.*

De conſtantia in bono.
Maria fuit conſtans.
Iſai.51.G.
Bernard.
Apoc.3.C.
Hebręos 13. A.B.
Maria fuit humilis.

72 Quintus gradus eſt humilitas, quæ notatur in hoc, quod dicitur: *Ecce Ancilla Domini.* Greg. *Qui virtute, ſine humilitate congregat, quaſi pulverem in vento portat.* Hęc virtus cuilibet eſt neceſſaria. Unde Bernardus. *Inſipiens eſt, & inſanus, quicumque in alijs vitæ meritis, quicumque in alia religione, ſem*

De quinto gradu humilitatis.

seu patientia, nisi in sola humilitate confi lit. Item Calixtus Papa: *Melior est in malis factis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio.*

NOTA. *De multiplici humilitate, & prima de vulpina. Vulpis astutia.*

73 Est autem multiplex humilitas: Vulpina: Equina: Canina, & Vera. Vulpes est animal astutum: cum insidiatur, vt capiat prædam, pede tentim dimisso collo procedit. Cum autem prædam fuerit consecuta, ad tutiora loca aufugit, aures erigit, cervicem extollit, nullum prioris humilitatis signum prætendens. Sic proculdubio sunt plerique, qui cum aspirant ad honores, & ad alia commoda, simulant sanctitatem incedentes humilius, loquentes submissius, edentes, & bibentes partius. Sed cum apprehenderint quod intendunt, Abbatiam, vel Episcopatum, Dignitatem, vel officium, humilitatem pristinam relinquunt: comessationibus, & vanitatibus se tradunt; quoniam asperius nihil est, quam humilis, cum surgit in altum. Unde in Ecclesiast. 19. D. *Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.*

Ecclesiast. 19. D.

74 Item, vulpes fingit se mortuam, & linguam eijcit: Venit milvus, credens linguam capere, & ipse capitur à vulpe. Sic plerique fingunt se mundo mortuos: Sed si aliquis eos reprehenderit, acerbius ab eis reprehenditur. Item, in hoc similis est Diabolo, qui fingit se mortuum; quia non apparet, quod alicui malũ inferat, & exponit aureos, pulchras mulieres, stultus credit capere, & capitur ab ipso diabolo, qui est in insidijs. Hæc est humilitas hypocritarum. Augustt. *Si non simulat sanctitatem, dimidius cadit: Si intus habet simulationem totus corruit.*

Hypocritarum humilitas. Augustt.

75 Equus autem in mane cum satur, & recens exit à stabulo, vix permittit sibi iubas pectinari, crines componi, nec sterni, vagus oculis, cervice erectus; pede inconstans; toto corpore inquietus. Postquam vero revertitur à cursu, vel dicta peracta, aures deprimit, caput dimittit, pulsant ilia, ita quod puer parvulus potest eum cum capistro ducere ad aquam. Tales sunt, qui in statu prosperitatis, & dignitatis extolluntur, pauperes, & humiles despiciunt, fimbrias suas dilatant. Sed si Dominus tangit eos virga sua, & implet eos ignominia, statim humiliantur, & tractabiles efficiuntur.

De humilitate equina. Equus quas proprietates habet.

76 Tertia est canina. Canis est animal famelicum: Cum dederis ei quod rodat, ad pedes tuos humiliter iacebit, & cum cauda applaudet tibi: Si caput eius humiliter iacentis palpaveris, simpliciter sustinebit; sed si aures vellicaveris, statim nititur te mordere. Sic plerique, cum aliquid eis dederis, vel eorum opera commendaveris, & oleo adulationis caput eorum inunxeris, tibi applaudent, tibi ridebunt, benignitatem, & humilitatem tibi prætendent. Sed si aures eorum vellicaveris, hoc est, si aliqua reprehensione aures suas pulsaveris, reiecta benignitate, & humilitate, quibus induebantur, te statim mordere nitentur; quia vt dicit Gregor. *Humilitas simulata moritur, nisi assidua adulatione pascatur.* Talis est equus vlcerosus, vel mulus, qui quando vlcus tangitur, statim grunit, & recalcitrat.

De humilitate canina. Canis proprietas.

Gregor.

77 Quarta humilitas est vera, quæ in claustro est multum necessaria. Dicitur humilis, quasi humo similis; quia sicut terra magis fructificat, quanto magis foditur, & ligone versatur: Ita vere humilis ex immissis tribulationibus causam sumit, vt maiorem fructum faciat. Item terra cum fimo, & sordibus, quas suscipit, fructum facit: Similiter verus humilis vilibus officijs sibi iniunctis, sicut adipe, & pinguedine saginatur, & in fructum fœcundatur. Emittit Dominus fontem in canalibus, id est, inundatione gratiarum in humilibus.

De humilitate vera.

78 Quidam miles intravit ordinem Cistercienſem, qui officia sibi iniuncta quanto viliora essent, tanto diligentiori cura adimplebat. Tandem admirantes fratres quærebant ab eo, quomodo illa vilia officia, ita sine murmure, & cum voluntate, sive lætittia exequeretur? Qui respondit, quod ex quo claustrum intraverat. reputaverat se esse asinũ fratrum. Sicut enim asinus æque vt rosas, ita & stercora portat; sic claustralis ille officia vilia, & pretiosa æquanimiter sustinebat. Vera humilitas multum, & vltra quam dici potest floruit in Maria. Illa enim oblita

Exemplum de humilitate.

Maria fuit humilis.

virginitate, de ſola gaudet humilitate, dicens: *Ecce ancilla Domini.* Item: *Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillæ ſuę reſpexit Deus humilitatem, & ideo ille, qui eſt omnipotens, cuius nomen eſt ſanctum, fecit mihi magna*; Et omni magnitudine, admiratione, & laude digna.

Luc. 1. E.

De obedientia mala, & bona. Luc. 1. D. Maria fuit obediens.

79 Sextus gradus eſt obedientia, quod notatur, cum dicitur: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum*: In illo enim verbo, verbum Dei concepit. Eſt obedientia mala, & bona. Mala fuit, quando Eva obedivit Diabolo, & Diabolum concepit. Sic quiſquis criminaliter peccando ſuggeſtioni Diaboli obedit, male obedit, & Diabolum concipit, & in ventre portat, donec per pravum opus pariat, quia tunc *Ova aſpidum erumpunt*: Vt Iſaias dicit. 59. A. *Et quod confotum eſt, erumpet in regulum.* Bona autem obedientia fuit, quando Virgo Maria Angelo credidit, & obediens filium Dei concepit. Sic quicumque Diabolo reſiſtendo, & ſuggeſtiones Diabolicas deteſtando, ſolis Divinis inſpirationibus, quæ Dominus per cuſtodem Angelum vnicuique tribuit, obediat: Sicque in mente ſua ipſum Dominum per gratiam concipiet.

Iſai. 59. A.

Obedientia qualis debet eſſe. Iſai. 8. A. Obedientia velox.

80 Obedientia autem debet eſſe velox, hilaris, integra, & diſcreta. Quod ſit velox: Iſai. 8. A. *Dixit Dominus ad me: Voca nomen eius, accelera, ſpolia, detrahe, feſtina, prædare.* Hoc convenit Chriſto; quia exultavit vt Gigas ad currendam viam; cito de Cœlo venit, ad infernum deſcendit, quadrageſimo die vltra omnes Cœlos aſcendit, ſpoliavit Diabolum de ſua poteſtate, detraxit mundo populum fidelem; quia omnes homines mundum dilexerunt; deprædatus eſt infernum animabus ſanctis. Et tu ſimiliter accelera ad idem, vt ſpolies Diabolum, animam tuam liberando: Detrahe te ipſum à mundo; deprædare infernum, ne anima tua cum impijs collocetur. Quia ſi es in mortali, ſperat infernus te devorare. Cum autem pœnites, infernum ſpolias.

2. Reg. 20. B.

81 Præcepit David, vt legitur in 2. *Reg.* 20. *B.* Amaſæ, quod congregaret populum in diem tertium: Sed quia moratus eſt extra placitum Regis, interfecit eum Ioab. Si domus accenditur, feſtinant homines, vt aquam deferant: Si bravium exponitur, velociter currunt, vt apprehendant. Ille frater velox fuit in obedientia, qui cum vocaret eum Prior, dimiſsit ad præſcribendam O literam, cum iam medietatem ſcripſiſſet. Si velox fueris in obediendo; velox erit tibi Dominus in ſuccurrendo, à poteſtate Dęmonum liberando.

De obedientia hilari. Gregor. Auguſtin.

82 Quod obedientia ſit hilaris, ſive devota. Gregor. *Hilaritas mentis condimentum eſt operis.* Quoniam ſi invitus facis, non tu facis, ſed de te fit, vt dicit Auguſtinus. Sunt enim quidam Monachi, & ſervientes, qui cum præceptis maiorum obediunt, sępe cum inviti faciunt, ruminant, Pater noſter ſume. Hęc eſtb oediętia Diaboli, qui licet invitus, præcepta Dei adimplet. Hi dicunt cum Dæmonibus: *Ieſu bone, cur veniſti ante tempus perdere nos.* Matth. 8. D. Abbas iſte cur non permittit nos quieſcere; ſplendide comedere? Quare nos ante tempus interficit? Iſti ſicut Diabolus adimplent mandatum, tamen non merentur, ſed peccant; quia licet obediant, tamen propter murmur non merentur.

Matth. 8. D.

De obedientia integra.

83 Obedientia debet eſſe integra, vt in nullo recalcitret, ſicut Paulus. Simplex quando Abbas prędipit vt aliquid quis ſervet; & ſi iterum contrarium imperet, totum impleat. Iacob ait ad Laban: Geneſ. 31. F. *En decies mutaſti mercedem meam.* Si Abbas decies officium tuum mutet, obedire oportet, & ſine murmure. Plerique pergunt ad matutinos, ad Miſſam, ad cæteras horas, ſed alia opera nolunt exercere. Similiter quidam ieiunant, orant, vigilāt, ſed proprium nolūt relinquere, concubinas nolunt dimittere, sępe aliquem Diabolum retinēt. Ananias, & Saphira, *Actuum. 5. A. B.* Quia partē pecuniæ dederunt, & partem retinuerunt; præcepto Petri perierunt.

Geneſ. 31. F.

Act. 5. A. B.

84 Dicit aliquis: Hac nocte meretricem cognoſcam: cras decē pauperes paſcam. Sed dicit Greg. *Fruſtra pretium tribuit, qui ſe à vitijs non compeſcit.* Iſti ſunt filij Cain, qui beneficerunt, ſed male dividunt; quia offerunt eleemoſynas, & vi-

Gregor.

gi-

gilias Deo; ſed animam Diabolo. Non refert, nec curat Diabolus hoc, vel illud; dummodo catenam in collo tuo teneat, per quam te ad inferos deducat. Ideoque cum ambobus genibus, cum toto corpore flectamus Deo; quia totum vult habere, vel nil, qui ſe totum dans, totum te redemit.

Quod obedientia ſit diſcreta.

85 Diſcreta, vt ſcias in quibus eſt obediendum. Matth. 4. A. Ait Satan: *Si Filius Dei es, mitte te deorſum.* Ibi dico. In hoc quod Chriſtus ſe in altum extolli permiſit; ſed monenti cadere non obedivit, oſtendit, vt cuicumque bona, & alta imperanti obediamus, ſed præcipitare volenti contraeamus: vt legitur in 2. *Machab. 6. D.* Quod Eleazarus ne comedendo carnes ſuillas, præcepto Regis Antiochi obediret, mortem ſuſtinuit. Sic & tu magis eligas mortem ſuſtinere, quam Diabolo in carne meretricis delectando, obedire. Hæc eſt enim caro ſuilla, quam Deus prohibuit: Sed malum eſt committendum à Dæmonibus, & tu retrahe ab eorum inſidijs ad obediendum Domino per prædictos gradus.

Matth. 4. A.

2. Machab. 6. D.

86 Per hos gradus Virgo Beata ad ſummum Cœlorum, ſicut novum Cœlum, quod eſt ſuper firmamentum, omnes Cœlos continet, vt dicitur; firmamentum ſecum rapit verſus occidentem. Ita Beata Virgo facta eſt Cœlum Cœlorum; quia ſummum Cœlum, ſcilicet, verbum Dei in vtero ſuo ambivit, & ad occaſſum noſtræ miſeriæ traxit ad compatiendum ſingulis diebus trahit. Iſti ſunt ſex gradus, per quos verus Salomon aſcendit ad tronum ſuum. Hæc eſt, quæ aſcendit de deſerto delitijs affluens, & virtutibus bonorum operum ornata; innixa ſuper dilectum ſuum, id eſt, ſuper Chriſtum, portavit à quo portabatur; pavit à quo paſcebatur.

SVB ARBORE MALO SVSCITAvi te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.

Vox Chriſti ad Eccleſiam.

87 VOX Chriſti ad Eccleſiam: Sub arbore Crucis per mortem meam ſuſcitavi te. Ibi corrupta eſt mater tua, id eſt, Sinagoga; Ibi violata eſt genitrix tua; quia crucifixit me, eſt in peccatis ſuis mortua. Vel ſub arbore Crucis ſuſcitavi te; quia ſub arbore mali in Paradiſo corrupta, & violata eſt mater tua, id eſt, Eva, vt ſit ibi ſimplex demonſtratio. Arbor vetita omnia mala mundo attulit: Arbor vero Crucis omnia mala abſtulit. Sub arbore vetita tota natura humana corrupta eſt.

Quod peccatum corrumpit naturam, & tres animæ vires. Vires animæ.

88 Nihil tantum humanam naturam corrumpit, ſicut peccatum. Corrumpit autem peccatum tres vires animæ; & quandoquidem ſenſus corporis. Tres vires animæ ſunt, vis rationalis, vis concupiſcibilis, vis iraſcibilis. Rationalis eſt, quæ debet diſcernere inter bonum, & malum, iuſtum, & inuſtum: Sed corrupta eſt per peccatum; quia malum dicit bonum, & iuſtum, iniuſtum: Luxuriam, ebrietatem, & guloſitatem, dicit bonum. Hæc omnes affectant. Vnde Iſaia. 5. E. *Væ qui dicitis malum, bonum, & bonum, malum: Ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: Ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.*

Iſai. 5. E.

89 Corrupit etiam vim concupiſcibilem. Hæc eſt vis, qua debemus concupiſcere concupiſcenda, vtile, & honeſtum: Sed ex corruptione peccati totum contrarium concupiſcimus. Vnde Iſaia. 22. C. *Vocavit Dominus Deus exercituum ad fletum, & ad planctum, & ad calvitium, & ad cingulum ſacci: Et ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: Comedamus, & bibamus: Cras enim moriemur.* Totus mundus in hoc eſt, & hoc dicit quotidie. Sequitur, immediate. *Et revelata eſt in auribus vox Domini exercituum. Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum.* Eccleſiaſt. 18. D. *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua avertere: Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis.*

Iſai. 22. C.

Eccleſiaſt. 18. D.

90 Vis iraſcibilis eſt, qua deteſtari debemus mala; ſed ex corruptione peccati, deteſtamur bonum, & elegimus malum. Unde Ier. 2. C. *Duo mala fecit populus meus: Me derelinquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſ-*

Ier. 2. C. D.

dissipatas, quæ continere non valent, aquas: Sequitur: *Scito, & vide; quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te.* Foderunt cisternas, id est, perpetrant peccata in quibus nulla est refectio.

91 Corrupti sunt sensus; quia mortem appetunt. Ioel. 2. A. B. *Quasi mane expansum populus multus, & fortis; similis ei non fuit à principio, & post eum non erit*: Sequitur. *Domos conscendent, per fenestras intrabunt, quasi fur.* Qui intrant, per feneſtras quinque sensuum? Diabolus intravit per aures Evæ, & omnia bona temporalia, quę Deus contulit, furatus est. Per visum intravit peccatum in David, quando vidit Bethsabee, & omnes gratias abstulit. Sequitur: *A facie eius contremuit terra.* Id est, subditi: *Moti sunt Cœli*; id est, Prælati.

92 Item, manus, & pedes corrupti sunt, quoniam summam corruptionem, id est, mortem appetunt. Vnde Saul interpretatur petitio, & signat mortem; quam vt dicit Augustinus. *Homo manibus, & pedibus appetit.* Sicut populus Israel à Domino Saulem, vt regnaret super eos, extorsit. Vnde. Ieremia. 9. F. *Ascendit mors per fenestras vestras, & ingressa est domos vestras, disperdere parvulos deforis, & iuvenes de plateis.* Item, cor est corruptum: Vnde Ieremia. 17. B. *Pravum est cor hominis, & inscrutabile: Quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans corda, & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam suam.* Istud novi, quod cor meum non novi. Cum irascor, aliquid appeto, quod ira translata nullatenus concupisco. Duodecim sunt horæ diei: Duodecies mutantur corda hominum.

93 Item, anima corrupta est. Vnde Augustinus de se ipso loquitur, dicens: *Proijciebat se foris miserabiliter anima mea scalpenda contactu sensibilium.* Sicut enim caro delectatur, cum scalpitur, ita anima mortaliter in exterioribus delectatur. Proiecit se anima Sansonis in Dalidam, & exoculatus est. Proiecit se anima in illicita in loco ameno, & huiusmodi, & mortifere quandoquidem delectatur. Gregorius. *Dum amena eligit, vtilia refugit. Dum loci pulchritudinem eligit, & ab eo capitur, ab hostibus captivatur.* Ecce quam mortifere mater nostra corrupta est, & genitrix nostra violata, quæ corruptio in omnes filios transivit.

94 Quoniam peccatum sic corrumpit, nominibus multorum corruptibilium designatur. Dicitur ignis; quia comburit. Vnde Habacuc. 2. C. *Laborabunt populi multo igni, id est, peccato, & gentes in vacuum deficient.* Plerique enim laborant in luxuria, alij in gula, alij in vana gloria, quod totum ignis dicitur. Ignis ab in, & gigno; quia nil gignit, sed destruit; quia destruxit Cœlum, destruxit Paradisum, & tota die destruit mundum. Dicitur fumus; quia excæcat. Isaiæ 14. G. *Ab Aquilone procedit fumus*, id est, peccatum à Diabolo. Sequitur: *Et non est qui efffugiat agmen eius*: Saltem veniale; quia *septies in die cadit iustus*: Prov. 24. B.

95 Dicitur ventus; quia deijcit, & homo pulvis, cum deijcitur, quia tunc deijcitur tamquam pulvis, quem proijcit ventus à facie terræ. Dicitur aqua; quia submergit. Ieremia. 47. A. *Ecce aquæ descendunt ab Aquilone*, id est, peccata à Diabolo: *Et erunt quasi torrens inundans, & operient terram, & plenitudinem eius.* Torrens Simoniæ, quandoquidem operit totum claustrum. Torrens vsuræ, fere totam Lombardiam: Torrens ebrietatis Angliam. Tunc debet peccator clamare: Miserere, miserere mei Deus; *quoniam intraverunt aquę vsque ad animam meam.* Psalm. 68. A.

96 Dicitur lutum; quia inquinat: Habacuc. 2. B. *Væ ei qui congregat*, aliter: *Multiplicat non sua? Vsque quo aggravat contra se densum lutum?* Psalm. 68. A. *Infixus sum in limo profundo.* Dicitur fovea; quia cadere facit: Secundum illud. Psal. 7. B. *Incidit in foveam, quam fecit.* Qui fodit foveam, incidit in eam, hoc est, qui perpetrat culpam, incidit in gehennam: Ierem. 48. G. *Pavor, & fovea, & laqueus super te habitator Moab, ait Dominus*: Moab ex patre dicitur, scilicet, Diabolo; habitant Moab, quia peccando fiunt

Gregor.

Ioel. 2. A. B.

Quod peccatum multis malis nominibus nominatur, vel designatur. Habac. 2. C.

2. Reg. 12. A.

Isaia. 14. G.

Saul interpretatur petitio.

Prov. 24. B.

Augustin.

Ierem. 9. F.

Ierem. 47. A.

Ierem. 17. B.

Psalm. 68. A.

Habac. 2. B.

Augustinus.

Psalm. 68. A.

Psal. 7. B.

Iudic. 18. 6.

Ierem. 48. G. Moab dicitur ex patre.

fiunt ex patre Diabolo. Similia verba in Isaia. 24. C. *Formido, & fovea, & laqueus super te, qui habitator es terræ.*

Isaia. 24. C.

97 Item, dicitur puteus. Quia putet, absorbet, & detinet. In Genes. 14. B. *Vallis autem silvestris habebat puteos multos bituminis*: Id est; in mundo isto sunt multa retinacula criminis. Dicitur lacus; de quo legitur in eodem Ieremia. 38. B. C. D. *In quo non erat aqua, sed lutum*; & fuit ibi vsque ad guttur, quod erat ei amarius omni morte. Vt in historijs legitur, amarius est enim esse in mortali; quam mori. Multi enim libentius mortem subirent, quam mortale committerent. Sed Eunachus extraxit eum cum fumibus, & pannis veteribus. Sic cautus debet esse qui cum funibus præceptorum, & veteribus exemplis patrem peccatorem de lacu culpæ extraxerit.

Genes. 14. B.

Ierem. 38. B. C. D.

98 Dicitur funiculus in principio, quia de facili solvitur: Sed cum per consuetudtnem fuerit induratum, dicitur vinculum plaustri peccatum. Vnde Isaia. 5. D. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.* In Prov. 5. D. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quilibet constringitur.* Dicitur onus, quia agravat vsque ad fundum inferni. Isaia. 24. D. *Gravabit eum iniquitas, & corruet, & non adijciet vt resurgat.* Dicitur plaga, quia affligit, Ieremia. 30. B. *Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua*: Quia nisi per summum medicum, non potest curari.

Isaia. 5. D.

Prov. 5. D.

Isaia. 24. B.

Ierem. 30. B.

99 Dicitur infernus: Psal. 54. C. *Descenderunt in infernum viventes*: Id est, in cupiditate terrenorum viventes, in infernum descendent, qui de certa scientia peccant. Infernus inferior est vbi affliguntur damnati; superior in quo delectantur iniusti. Gaudeant ergo qui sunt in mortali, quia in inferno sunt collocati, immo in peiori inferno, quam damnati, quia ipse Christus fuit in inferiori inferno, sed non potuit esse in superiori, id est, in peccato. Dicitur coluber, quia extoxicat. Ecclesiasticus. 21. A. *Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te dentes Leonis, dentes eius interficientes animas hominum.* Si aliquis viderit Draconem, qui vellet eum devorare, fugeret quantum posset: Sic etiam qui videret leonem. Sed peccatum mortale est Draco, sive coluber, & Leo, qui vult non solum corpus, sed & animam devorare, vt supra: Ergo quantum possemus, debemus fugere, ne illud committeremus.

Psal. 54. C.

Ecclesiasticus. 21. A.

100 Dicitur etiam gladius; quia scindit, & interficit. Ezechiel. 21. B. *Gladius exacutus est, & elimatus; vt cædat victimas, exacutus est; vt splendeat, limatus est.* Iste gladius est peccatum, sive illud, quod per peccatum scindit. Hęc est pulchra mulier, quæ per verba dulcia, vt gladius acutus pungit: Ornat se, vt splendeat; immo vt pereat, & splendore suo multos aliciat, & interficiat. Et ita iste gladius est exacutus, vt cędat iustos, qui sunt victimæ Dei: Limatus vt splendeat. Talis gladius multos in anima interficit, Sansonem: David; Salomonem.

Ezech. 21. B.

101 Sed tu, frater, nec fortior Sansone, nec Sanctior David, nec Sapientior Salomone: Ex quo istos interfecit, quis modo tutus erit? Igitur fuge hunc mortiferum gladium, ne interficiat te: Nec eo, quod splendet, expectes: Nam adest limatus vt per splendorem aliciens decipiat, & expectantes interficiat, sive scindat. Si enim hunc gladium fugiens evadis, Domino adiuvante, & concedente in multis victor eris.

102 Dicitur morbus; quia debilitat, & omnem virtutem tollit, vt legitur in Matthæo: & comparatur febribus, paralisi, leprę, morbo caduco, Dæmoniaco. Dicitur mors, quia interficit, & vitam, quæ Christus est, ab anima tollit: In 1. ad Timoth. 5. A. *In delitijs vivens mortua est.* Quilibet sapiens quodlibet istorum summa diligentia in infinitum debet præcavere quodlibet mortale peccatum. Bene igitur dicitur, quod corrupta est natura hominis in summam insaniam, ex quo omnia bona sua amittit, quia pro vnica delectatione corpus, & ani-

1. ad Timoth. 5. A.

mam dat Diabolo. Vnde in Parab. 5. B. *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli: Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena.* *Prov.5.B.*

103 Aliquis moram facit in peccato, decem, vel viginti annis. Et ſi quæratur ab eo quot annos habeat; dicit: Viginti quatuor: Plane mentitur: Quia viginti dedit Diabolo: Ergo non ſunt ſui. Solum igitur tot habet annos, quot in bono expendit. Et aliquis forte tantum vnum annum, & non amplius, quia omnes alios Diabolo dedit, & in ſervitio Diaboli expendit. Ergo impius nil habet, cum hæc omnia amiſerit.

104 Sequitur in Parabolis in eodem, &c. *Gemas in noviſſimis, quando conſumpſeris carnes tuas, & corpus tuum, & dicas: Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquievit cor meum, nec audivi vocem dicentium me, & magiſtris non inclinavi aurem meam? Pene fui in omni malo, in medio Eccleſiæ, & Synagoge.* Vt legitur in Apocal. 1. B. *Plangent ſe ſuper eam omnes tribus terræ*, id eſt, qui terrena diligunt plangent ſe ſuper Chriſtum dicentes: Heu, heu, quare præcepta Chriſti non fecimus. Quare Chriſtum offendimus? Sicut ſtultus cum amiſerit patrimonium, & omnes divitias, gemit, quia mendicare oportet: Ita gement divites in inferno: Quia ille dives, de quo Dominus in Evangelio *Luc. 16. F. G.* Ita in inferno gemuit, & vnam guttam aquæ mendicavit; ſed non impetravit. *Prov.5.C.* *Apocal.1.B.* *Impij quomodo in inferno plangent.* *Luc.16.F.G.*

VERS. VI.

PONE ME VT SIGNACVLVM ſuper cor tuum, & vt ſignaculum ſuper brachium tuum.

Qualiter Dominus debet eſſe ſignaculũ operis.

105 HIC zelantis commendatur ſtatus; quaſi diceret; Dominus eſt zelotipus ſuper animam. Qui zelotipus eſt diſplicet ei, quia ſponſa ſua alium frequenter reſpicit; frequenter arridet; frequenter amplectitur: Quia nollet, quod alium ita haberet in mente, vel amplecteretur, niſi ipſum, vel ſicut ipſum. Sic Chriſtus ſponſus noſter nollet, quod vnquam de aliqua re tantum cogitaremus, quantum de ipſo, nec amplecteremur, præter ipſum, vel quantum ipſum. Ideo dicit: *Pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum:* Ut frequentius de me cogites: *Et vt ſignaculum ſuper brachium tuum:* Vt frequentius pro me opereris. *Chriſtus eſt zelotipus animæ.*

106 Hoc eſt, quod dicitur in prima ad Corinth. 10. G. *Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis: Omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite:* Hoc eſt, cogitationes, & opera ad Deum referatis. Pſalm. 55. A. *In Deo laudabo ſermones meos, &c.* Super cor ſignaculum ponit, qui verba ipſius in mente reponit. Super brachium ſignaculum ponit, qui ad laudem ipſius bona opera facit. Hieronymus: *Cor ſignaculis; lingua præconijs; manus eleemoſynis invigilet.* Dominus Deus eſt ſignaculum ſuper cor tuum; id eſt; ſigillum, vt cor hominis ſit cera, Chriſtus ſit ſigillum. Anima enim ſive cor hominis eſt tabula vacua nuda, donec apponatur Chriſtus, pura Imago, vel ipſe Chriſtus, quaſi ſigillum, quod imprimitur ceræ. Ad hoc eſt enim cor noſtrum, vt iſto ſignaculo ſigilletur. *1.adCorinth. 10.G.* *Pſal.55.A.* *Hieronym.*

107 Sigillatur, inquam, quando Chriſtum imitatur, in caſtitate, in paupertate, in miſericordia, in iuſtitia, & in cæteris virtutibus. Sed venit tentator; ò homo; & ſigillum ſuum tibi monſtrat; ſcilicet; peccatum luxurię, ſuperbię: Apparet tibi pulchrum, & ſuper cor tuum apponis, & ſigillum Domini falſificas ſigillo Diaboli; & ſic cor tuum ſigillas cum ſigillo hominum Diabolo, & cum Diabolo pactum facis, vt legitur in Iſaia. 28. D. *Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno pactum inivimus.* In die Domini exponetur cor tuum, & apparebit ſignum luxuriæ, vel alterius culpę, & proijcietur ſigillum Diaboli, bulla Satanę in tenebras exteriores, vbi perpetuo comburetur. *Iſaia.28.D.*

108 Iſaia. 34. C. *Extendetur ſuper eam menſura, vt redigatur ad nihi-* *Iſaia.34.C.*

nihilum, & perpendiculum in deſolationem, ſuper avaritiam, vel alio peccato, redigatur ad nihilum, non quia deſinat eſſe. Et ſicut iudicatur proditor, qui ſigillum Regis Sarracenorum deferret, vt faceret proditionem Regi Francorum: Ita proditor viliſsimus apparebit, qui ſigillum Diaboli contra Deum portaverit. Item, aſſumit ſimilitudinem beſtiæ: Vnde Bernard. *An non confunderis, ſurſum cor non habens, corpore rectus ſtare, qui corde repis in terra? An non repere eſt in terra, carnem ſapere, carnalia deſiderare, carnalia quærere?* Verumtamen ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creatus es. Si perdidiſti ſimilitudinem, ſimilis factus es iumentis. Ergo ſi quis ſigillum Chriſti falſaverit; peregrinum, & Diabolicum cordi ſuo appoſuerit; ſtudeat, quod peregrinum eſt, cum lacrymis pœnitentiæ diluere, vt imaginem, & ſimilitudinem gratiæ, valeat recuperare, ſive obtinere.

Bernard.

Dilectio Dei debet nos ſeparare ab omnibus terrenis.

FORTIS EST VT MORS DILECTIO: Dura ſicut infernus æmulatio.

109 MOrs ſeparat à patre, à matre, à parentibus, à mundo, à propria carne. Sic dilectio multoties ſeparat hominem à parentibus, à mundo, à carne; vt Domino ſerviat, vt Domino placeat, mundum relinquit. Qui relinquit omnia, quę poſsidet, parentes ſimiliter neceſſarium eſt relinquere: Quia, *qui diligit patrem, aut matrem pluſquam me* inquit veritas in Mathæo. 10. D. *Non eſt me dignus.* Carnem ſimiliter; quia vt etiam veritas ait in Luc. 9. C. *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam*, vt carnem ſuam vitijs reſiſtendo affligat. Si enim hoc totum quis facit pro muliere, pro modica delectatione, immo pro ſtercorum vaſe, quanto magis pro Omnipotente Deo, qui æternas delitias præſtabit?

Matth.10.D

Luc.9.C.

De fortitudine mala: Quę eſt multiplex.

110 Eſt fortitudo mala, & fortitudo bona. Mala eſt multiplex. Quidam enim ſunt fortes, vt proximos opprimant: De quibus in Geneſ. 10. B. *Erat autem Nemrod robuſtus venator coram Domino, oppreſſor hominum.* Item Iſaia. 10. C. de Nabucho: *In fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi, & abſtuli terminos populorum, & principes eorum deprędatus ſum.* Iſaia. 16. A. *Audivimus ſuperbiam Moab:* Quoniam vt dicit idem Iſaia. 33. A. *Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? & cum conſummaveris deprędationem, deprædaveris.*

Geneſ. 10.B.

Iſaia.10.C.

Iſaia.16.A.

Iſaia.34.A.

111 Alij habent fortitudinem in comeſationibus, & in potationibus: De quibus Iſaia. 5. E. *Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.* Alij habent fortitudinem aſininam, qui fortes ſunt in rebus malis; debiles, vbi crucem portant. Ieremia. 23. C. *Factus eſt curſus eorum in malum, & fortitudo eorum diſſimilis.* De huiuſmodi: Baruch. 3. C. *Ibi fuerunt gigantes nominati, qui ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellum. Non hos elegit Dominus, nec viam diſciplinæ invenerunt: Propterea perierunt. Et quia non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam.*

Iſaia.5.E.

Ierem. 23.C.

Baruch. 3.C.

112 Dominus debiles incorpore, fortes in anima elegit. Unde Iſaia. 40. G. *Qui dat laſſo virtutem; & his, qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuvenes in infirmitate ſua cadent. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Sicut Aquila ſine difficultate expandit alas, & volat; quod hominibus impoſsibile eſt; ita videtur impoſsibile, quod homo non habeat fortitudinem, & volet in cœlum. Et tamen hæc eſt fortitudo bene operandi.

Iſaia.40.G.

De bona fortitudine.

113 Iſtorum quidam ſunt fortes: Quidam fortiores: Quidam fortiſsimi. Fortes ſunt laici: Fortiores clerici: Fortiſsimi Prelati. Quilibet iuſtus deberet habere quinque fortitudines Sanſonis. Sanſon primo vicit leonem; poſtea Philiſthæos; tertio rupit ſeptem funes nervinos, ac ſi quis rumperet filum ſtupæ tortum. Poſtea ligatus eſt nonis funibus, quos rupit ſicut fila telarum.

Iuſtus debet habere quinque fortitudines Sanſonis.

Pec-

Peccata ſunt fila telarum.

Peccata ſunt fila telarum, cum quibus aranea generalis Diabolus capit muſcas; id eſt; vagos & guloſos.

Funes nervi ſunt impij.

Funes nervei ſunt impij; ſed telæ aranearum ſunt iuſti, quia de facili rumpuntur. Poſtea ligati fuerunt crines eius cum licio, & clavo in terra defixo: & ipſe conſurgens de ſomno, extraxit filum cum clavo.

114 Per leonem intelligimus ſuperbiam; quod eſt primum inter cætera peccata. Hanc primo debet vincere iuſtus; poſtea Dæmones, qui ſignantur per Philiſtheos; poſtea ſeptem vitia criminalia, quæ ſignificantur per ſeptem funes nerviceos; poſtea nova peccata, quæ ſignificantur, per novos funes. Per capillos capitis intelligimus cogitationes mentis. Per licium cum clavo intelligimus ſolicitudinem cum amore terrenorum. Sicut enim clavus cum figitur in terra, firmiter ſe tenet: Sic amore terrenorum, ita adhæret terrenis, quod vir ſpiritualis caput ad cœleſtia erigere non poteſt: Ut dicit Gregorius: *Nonnulli ſæculare negotium ſciunt gerere, & ſæculare animum non habere.* Et exterius exteriora bene agitis, ſi ardenter interius ad æterna feſtinatis. Sed qui habet ſeptem crines Sanſonis, id eſt, dona Spiritus Sancti, hæc omnia vincit. Si talis fuerit dilectio, erit fortis vt mors. Vnde ſolet dici: Amor vincit omnia.

Capilli capitis ſunt cogitationes mentis.

Greg.

115 Vincit enim Deum: Vincit Angelos: Vincit Sanctos: Vincit Mundum: Diabolum; & ſe ipſum. Vincit Deum, quia amor humani generis compulit eum incarnari, eſurire, ſitire, & mori. Vincit Angelos, & Sanctos; quoniam ſi Deum diligimus, ipſi miniſtrant; aliter; inſtant, ſeu militant pro nobis. Vincit mundum; quia, qui vere Deum diligit, totum mundum contemnit. Unde Gregorius: *Qui veram fidem habet de Deo, non cupit in his miſerijs ſaciari.* Et Auguſt. *Exhorreſce quod minatur omnipotens, ama quod policetur omnipotens, & vileſcit omnis mundus.* Verumtamen non debemus principaliter diligere Deum propter præmia: Sed propter ſe. Vnde. Væ, ſi non abſque præmio poteſt diligi Deus; tamen abſque intuitu præmij diligendus eſt.

Quod amor vincit omnia.

Greg.

Auguſt.

Deum amemus propter ſe.

116 Qui ſervit Deo timore ſimplici, ſervus eſt: Qui amore pretij, ſtipendiarius eſt, ſeu mercenarius eſt: Qui amore ſui, verus filius eius eſt. Sed dicet forte aliquis: Quomodo potero facere, quod Deus diligat me? Commemorat Seneca Cratonem dixiſſe: *Ego monſtrabo tibi amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine vllius veneficij carmine: Si vis amari, ama:* Vince Diabolum. Vnde Hieronymus. *Nil eſt Chriſtiano felicius, cui promittuntur Regna Cœlorum: Nil laboriosius, qui quotidie de vita periclitatur. Nil fortius, qui vincit Diabolum.* Vt legitur in *primo Regum.* 17. *D.* Cum nullus auderet inire prælium contra Goliath; audivit David à pleriſque dicentibus; quod virum, qui percuſſerit Goliath, ditabit Rex divitijs magnis, & filiam ſuam dabit ei. Hæc filia dicebatur Michol.

Seneca.

Hieronym.

1. Reg. 17. D.

117 David itaque pugnavit, & percuſsit Goliath, & lucratus eſt Michol Regis filiam. Michol interpretatur aqua omnis. Hæc eſt gloria æterna, vbi ſunt omnes delitiæ, quia Deus eſt omnia in omnibus. Qui biberit ex hac aqua, non ſitiet in æternum. Hæc eſt filia Regis Regum, quam nobis Chriſtus genuit in cruce. Vnde Iſaia. 32. C. *Tanquam parturiens loquar*: Tanquam parturiens loquebatur, quando cum clamore valido tradidit ſpiritum, & ſic gloriam æternam genuit. Pro iſta Michol neceſſe habemus contra Diabolum pugnare.

Michol interpretatur aqua omnis.

Iſaia. 42. C.

118 Item, vincit ſe ipſum: Vnde in Geneſ. 29. C. *Iacob ſervivit ſeptem annis Laban pro Rachele: & pauci dies videbantur ei præ amoris magnitudine.* Qualiter autem ex amore vicit ſe ipſum, ipſe ſubiungit, dicens: 31. F. *Die noctuque vrebar, & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis.* Rachel, quæ eſt pulchra nimis, interpretatur, videns Deum, & ſignat viſionem Dei, quæ eſt in vita æterna, quæ per pulchritudinem iſtius Rachelis intelligitur. Septem annis; id eſt; omnibus diebus vitæ ſuę, quæ ſub ſeptenario currit; libenter ſervivit Iacob; & quilibet iuſtus ſervire debet: Et pauci dies videbantur ei, præ amoris magnitudine. Pro

Geneſ. 29. C.

Geneſ. 31. F.

Rachel interpretatur videns Deum.

119 Pro hac Rachele laborans, poteſt dicere verus clauſtralis. Nocte, & die æſtu vrebar, & gelu: Sicut Prædicatores, & Diſcalciati in hieme, gelu; in æſtate, æſtu, aduruntur. Item poteſt dicere Ciſtercienſis: Somnus fugit ab oculis meis. Quia poſt matutinas cum magis appetat dormire, non audet: Sed amore, & propter deſiderium gloriæ, ſe ipſum facit vincere, & omnia hilariter ſuſtinere.

120 Primò tamen fuit deceptus Iacob, quia Laban loco Rachelis ſuppoſuit ei Liam lippoſam. Iacob verò credens ſe ſuſcipere Rachelem, delitias cum ea in nocte duxit: Sed in mane videns non Rachelem, ſed Liam lippoſam, & turpem eſſe, ſe fuiſſe illuſum conqueſtus eſt. Laban interpretatur dealbatio, & ſignat mundum exterius dealbatum, interius verò omni ſpurcitia plenum, qui deſiderantibus veram beatitudinem, non veras delitias ſupponit; ſed falſas lippitudine peccati deturpatas: & quia nox eſt, videre non poſſunt delitias eſſe tranſitorias, non veras, ſic luxuriam, comeſſationes, & ebrietates exercent.

Laban interpretatur dealbatio.

121 Sic quidam cæcus habuit amaſiam turpiſsimam, quam multum diligebat, & tamen de illa zelotipus erat: Quare hoc? Quia ille cæcus erat, & videre non poterat. Si enim miſer turpitudinem vidiſſet, numquam cum ea delitias duxiſſet. Sic plerique in vita præſenti, quia nox eſt, id eſt; quia cæci corde ſunt, iſtas delitias fœtidas, macula peccati turpiſsimas implent, cum Lia lippa delitias ducunt, credentes, quod ſit Rachel; id eſt, vera beatitudo. Sed in mane, ſcilicet, cum lumen gratiæ recipiunt, à turpitudine peccati ſui ſe eſſe deluſos per Laban, id eſt, per mundum, conſpiciunt, & ideo in pœnitentia conqueruntur.

Exemplum.

122 Vnde pœnitens vere poteſt dicere: Miſer, quid feci? Infelix, quid perpetravi? Quare cum tam turpi peccato delitias implevi? Quidam de fornicatione genuit filium, quem cum videbat, ſolebat dicere: Ecce quam pulchrum peccatum: Quaſi diceret: Pulcher appares; ſed peccatum, quod inde commiſi propter turpitudinem ſuam, me facit conſpicere turpem, & illuſum. Quiſquis omne peccatum prout eſt, turpe, & turpiſsimum oculo rationis diligenter conſpexerit; Liam lippoſam abhorrebit, & pro pulchra Rachele; id eſt, pro pulchritudine gloriæ ſervire conabitur.

DIRA, VEL DURA SICUT infernus æmulatio.

125 *Æmulus inflatur, Amat, invidet, ac imitatur.*

De inferno, & conditionibus eius.

℣.

Diabolus, & Infernus omnes impios recipit. Deus paratus eſt omnes iuſtos recipere. Hieronym.

Æmulatio hic, eſt amor immoderatus: Quanto auſterior comparatio, tanto acrior, zelantis Domini nos commendatur affectus. In hoc eſt ſimilitudo; ſicut infernus omnes impios, & turpes recipit, ita amor Dei paratus eſt omnes iuſtos, quantumcumque turpes recipere. Hieronymus: *Non eſt ſponſus tuus arrogans, non ſuperbus. Æthiopiſſam duxit vxorem. Statim vt volueris ſapientiam veri Salomonis audire, & ad eum veneris: Confitebitur cuncta, quæ novit, & inducet te Rex in cubiculum ſuum.*

126 Tange hiſtoriam, quod Moyſes obſedit Reginam Æthiopum: Illa iniecit oculos in eum, & adamavit, & tradidit caſtrum hac conditione, quod eam duxeret in vxorem. Sic quantumcumque fueris nigra, ſi caſtrum corporis Chriſto vis dare, in ſponſam ſuam te recipiet. Item infernus ſemper ardet, ita quod omnes aquæ, quę ſub cœlo ſunt, non extinguerent ignem. Sic nec omnes tribulationes poſſunt extinguere veram dilectionem: Vnde ſequitur: *Aquæ multę non potuerunt extinguere charitatem.* Item, infernus ſemper ardet: Sic ignis charitatis in altari cordis ardere non ceſſat. Item, ſicut ignis infernalis inflammat omnes contemptos; aliter; contemnentes; ſic charitas incendit omnes amantes, tamen, aliter, & aliter.

125 Item, ſicut ignis infernalis crutiat; ſic charitas affligit amantem, vt nil ſibi placeat, donec ipſo Deo repleatur. Unde Greg. *Qui*

Greg.

cæ-

cœleſtis vitæ dulcedinem, quamtum poſsibilitas admittit, perfectè cognoverit, derelinquit. In comparatione eius vileſcunt omnia; deſerit habita; congregata diſpergit: In cœleſtibus animus nil in terrenis libet: Deforme conſpicitur, quidquid de terrenę rei ſpecie placebat prius: Quia ſola pretioſæ margaritæ claritas fulget in mente. Item: Greg. *Fortis eſt vt mors dilectio.* Sicut mors corpus interimit; ſic ab amore rerum corporalium, æternæ vitæ charitas occidit.

126 Item, infernus tantum appetit homines, & Angelos: Sic amor Dei nil aliud deſiderat. Item, dira, vel dura eſt ſicut infernus æmulatio. Sicut enim infernus dire, & crudeliter culpam vindicat, quam commiſit. Vnde Seneca: *Alijs ſemper ignoſco, mihi autem nunquam.* Vnde, & viri ſancti crudeles dicuntur, quia non ſibi parcunt. In 3. Regum. 10. C. *Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem: Habebat ſex gradus: Duæ manus hinc, ac inde tenentes ſedile: & duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc, ac inde.*

Seneca.

3.Reg. 10.C.

127 Thronus Dei eſt mens iuſti, quæ debet eſſe eburnea, id eſt, caſta. Duodecim leunculi in gradibus, ſignant crudelitatem quam debet habere contra Dæmones, & vitia, ne ad thronum eburneum permittantur intrare; quia ſi intrarent, Sanctuarium Domini macularent. Hieronymus: *Summum genus pietatis eſt in talibus fuiſſe crudelem.* Moyſes manſuetiſsimus hominum, vitulum conflatilem confregit. *Exodus. 32. E.* David, de quo *Memento Domine David, & omnis manſuetudinis eius. Pſalm. 131. A.* Interfecit Goliath: *1. Regum. 17. G.* Hęc eſt enim vera manſuetudo, vitia & Dæmones deſtruere. E contra ſumma crudelitas eſt, ſe ipſum interficere; quod facit, qui peccata perpetrat. Sciendum eſt, quod vel amor peccata tua puniet in præſenti; vel infernus in futuro.

Thronus Dei eſt mens iuſti.

Hieronym. Heliodoro.

Exod. 32.E.

Pſal. 131.A.

1.Reg.17.G.

(o)

LAMPADES EIUS LAMPades ignis, atque flammarum.

128 LAmpades charitatis ſunt iuſti, qui igne charitatis intus ardent, & flamma boni operis alios accendunt. Tales lampades ſunt præcipue Prælati; de quibus: Zacharia. 12. B. *In die illa ponam duces Iuda ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut faciem ignis in fœno: & devorabunt ad dexteram, & ad ſiniſtram omnes populos in circuitu.* Duces Iuda ſunt Prælati, qui tanquam arietes Duces Regis dicuntur in gregem Domini defendunt, & in Paradiſum ducunt. Ligna ſunt duri: Fœnum ſunt vani. Sed Prælati debent eos, ſicut caminus accendere, vt duri, & ſuperbi ſe cineres eſſe intelligant; vt legitur in *Apocal. 1. D.* Oculi illius, quem videt Ioannes, erant tanquam flamma ignis.

Quod lampades ſunt iuſti atque Prælati.

Zachar. 12.B.

Duces Iuda ſunt Prælati.

Ligna ſunt duri.

Fœnum ſunt vani.

Apoc.1.D.

129 Iſtis oculis reſpexit Dominus Petrum, & ſuccendit; quia fecit per oculos peccata ebulire. Iſti oculi etiam ſunt Prælati, qui alios illuminant, & accendunt, vt peccata ſua per os confitendo lacrymando ebuliant. Sed plerique cum deberent eſſe lampades charitatis, ſunt lampades iniquitatis, & Dæmonis. De quibus Iob. 41. B. *De ore Behemoth lampades procedunt, ſicut tedæ ignis accenſæ. De naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque ferventis, &c.* Sicut per oculos providi intelliguntur: Ita per os Prędicatores. Sed ab ore Diaboli procedunt lampades. Hi ſunt, qui ad perfidiam, ad cupiditatem accendunt.

Luc.22.G.

Oculi ſunt Prælati.

Iob. 41.B.

130 Quidam Prelati, immo Pileati, vel aliter, Pilati, conſanguineos ſuos amicos carnales ad cupiditatem accendunt; dicentes ſuis: Relinquatis Chriſtum, & verba eius: Nolite religionem intrare: Potius leges addiſcatis: Romam pergite: In advocatione linguam vendite: Mentiri, adulari aſſueſcatis: Sic agendo divites in dominando eritis. Vnde quidam collector Domini Papæ ſimiles vias pro-

Prelati auari

Exemplum.

progrediens, assuetus erat dicere. Non potest hic ditari, qui Christo vult placere. Non igitur est necesse, quod consanguinei, amici, & subditi alios habeant Dæmones, qui faciant eos peccare, quam Prælatos huiusmodi.

Dives non potest hic esse, qui Christo vult placere.

131 Quicumque ergo alios ad peccatum accendunt, lampades Diaboli dicuntur. *De naribus eius procedit fumus*, quando Prælatus, qui deberet esse vnus de septem candelabris, quę sunt ante thronum Dei, de mortificatis thuribulis est, qui fumum perversi exempli emittit, & oculos subditorum, & guttura corrumpit, vt non cogitent bona, nec loquantur vtilia.

Lampades Diaboli.

132 Sequitur: *Sicut ollæ fuecensæ atque ferventis*: Diabolus enim supponit ignem cupiditatis, & Prelatos succendit, & fervere facit. Quando Prælatus iniuste iudicat pro denarijs, vel iudicium differt: Clericos excoriat: Subditos cruciat: Tunc olla Diaboli succenditur, & fervet, vt aliquid acquiratur. Iam supercecidit ignis cupiditatis, & non viderunt solem. Studeant ergo, ignem huiusmodi extinguere, & ignem charitatis accendere, vt sint lampades Christi; lampades charitatis.

VERS. VII.

AQUÆ MULTÆ NON POtuerunt extinguere charitatem.

Quod tribulationes veram charitatem nō extinguunt. Roman. 8. G.

133 ID est, tribulationes multę non possunt extinguere charitatem. De aquis multis: Ad Romanos. 8. G. *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli; neque Principatus; neque Virtutes; neque Instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quę est in Christo Iesu Domino nostro.* Vere confirmatus est qui hoc poterit dicere. Sed quid est quod ad modicum verbum deijcimur; pro amissione temporalium murmuramus; si in carne affligimur, irascimur; modica gutta charitatem nostram extinguit? Videtur igitur, quod charitas in nobis non fuit.

Exemplum.

134 Quidam dixit verbum asperum cuidam Moniali: Illa aspere, & superbe respondit: Dixit ei alius: Credebam te fortissimum esse castrum; sed iam video, quod es palea, ex quo à tam modico flatu deijceris. Si amore mundi, vel lucri, vel timore mortis, vel etiam vniverso mundo, fornicationem, vel aliud mortale peccatum quis committit, charitatem non habet. Sancti autem ludibria, & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, & tamen omnes istæ aquæ non potuerunt in eis charitatem extinguere. Sequitur.

Hebręos. 11. G

NEC FLVMINA OBRVENT illam.

Quod flumina sunt prospera, & adversa. Prosperitas.

735 ID est, nec prosperitas. Plerumque plures vincit prosperitas, quam adversitas. Greg. *Cum vtraque fortuna sit timenda; magis timenda est prospera, quam adversa.* Unde plures perierunt de filijs Israel, quando Pharao eos in flumen proiecit, quam quando duris operibus eos affiixit. Sic plerique modo pereunt; quia Diabolus plures Clericos proijcit in flumen delitiarum, quam in temporibus martyrum, quando plures duris afflixit tormentis. Solus Moyses in fiscella cripea evasit. Fiscella cripea est vitę asperitas; ieiunium; vigilia; temperantia; continentia; quæ carnem more tirporum pungunt: Sed à submersione delitiarum liberant. Unde Moyses dicitur assumptus ab aquis. Et ille solus salvus erit, qui fuerit assumptus à delitijs.

Greg.

Moyses dicitur assumptus ab aquis.

(o)

SI DEDERIT HOMO OMNEM ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.

136 TRES ſubſtantias habet homo: Subſtantiam poſſeſſionis: Subſtantiam carnis: Subſtantiam animæ. Has tres dat quilibet iuſtus pro dilectione, & quaſi nihil totum reputat, dummodo domino ſuo poſit placere illi, quem deſiderat, acquirere, amplecti, & oſculari. Quilibet ergo pro hac dilectione tribuat ſubſtantiam poſſeſſionis, per largitatem, vel abiectionem; ſubſtantiam carnis, per temperantiam, & caſtitatem: Subſtantiam animæ, per obedientiam, & humilitatem. Vnde primo Ægyptij pro fama ſedanda dederunt Ioſeph pretium: Poſtea pecora: Tertio ſeipſos in ſeruitutem: Poſtea vt in perpetuum ſolverent Regi quintam partem. *Geneſ.* 47. *D. E. F.*

Quod omnem ſubſtantiam debemus dare pro dilectione

Subſtantiæ ſũt tres.

Geneſ. 47. *D. E. F.*

137 Amor autem non eſt niſi quædam fames, qua iuſti eſuriunt ipſo Deo ſatiari. Vnde David eſuriens ait: Pſalm. 16. D. *Satiabor cum apparuerit gloria tua*: Quaſi diceret: Deſiderium in præſenti adimpleri non poterit. Pro iſto pane, pro iſto cibo debemus dare vero Ioſeph pretium, poſſeſſionem, pecora carnalium motionum, & animam, vt ſerviat Regi, per obedientiam, & humilitatem. De his, qui relinquunt poſſeſſiones: Luc. 14. G. *Niſi quis renuntiaverit omnibus, quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Renuntiaverit ſubijciendo: Qui divitias, quas habet, largiatur; vel abijciendo, ſicut claustrales, qui omnia abdicant. Matth. 19. D. *Omnis, qui reliquerit domum, aut agrum propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.* Sicut dicitur in Parab. 12. D. *Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt.*

Amor eſt fames qua iuſti eſuriunt ipſo Deo ſatiari. Pſal. 16. D.

Luc. 14. G.

Matth. 19. D.

Prov. 12. D.

138 Item, debemus dare ſubſtantiam carnis, per temperantiam & caſtitatem. Unde dicitur in Matth. 16. D. *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam*: Scilicet; carnem ſuam crucifigat, per caſtitatem, & temperantiam; *& ſequatur me.* Unde Apoſtolus in prima ad Corinth. 9. D. *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: Ne forte cum alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar.* Caſtigo corpus meum, per caſtitatem: In ſeruitutem redigo, per temperantiam: Quaſi doceo ad comedendum, vt mihi ſerviat: Hoc eſt, manducemus, vt prædicemus: Non prædicemus, vt manducemus.

Matth. 16. D.

1. ad Corinth. 9. D.

139 Debemus dare ſubſtantiam animæ, per obedientiam, & humilitatem. Vnde dicit: *Abneget ſemetipſum*; vt ſibi non obediat, ſed Deo. Unde Matth. 10. D. *Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam.* Perdere animam, eſt pravis voluptatibus reſiſtere; pompam mundi abnegare. Unde de illo, qui hæc omnia relinquit, obedientiam, & humilitatem conſervat; dicitur vulgariter; hic eſt homo perditus. Sed bene dicitur *propter me.* Quia qui clauſtrum pro ventre implendo intrat, vel pro vana gloria ſe humiliat, non facit hoc propter Deum: Non perdit animam ſuam propter Chriſtum. Vnde ſimultas æquitatis, non eſt æquitas; ſed duplex iniquitas.

Matth. 10. D

De his qui pro habendis bonis temporalibus ingrediũtur religionẽ: Vel de quinque ſenſibus.

Simultas æquitatis, non eſt æquitas, ſed iniquitas.

140 Item Ioſeph dixit Ægyptijs: *Quintam partem Regi dabitis; quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibos familijs, & liberis veſtris*: *Geneſ.* 47. *F.* Ita Deus ſtatuit nobiſcum tale pactum, quod quintam partem omnium bonorum ei tribuamus: Quaſi diceret: Dominus dedit vobis quatuor partes mundi: Ecce ſubſtantia poſſeſſionis: Quatuor humores in corpore: Quatuor virtutes in anima, ſcilicet; prudentiam; fortitudinem; iuſtitiam; & temperantiam. In omnibus his exigit quintam partem; id eſt; intentionem operationum omnium, vt ad ipſum tanquam ad finem ſuum dirigatur. In his omnibus debet eſſe hilaritas mentis: addimentum operis. Ergo fortiter hilariter, & dulciter Deum diligamus.

Geneſ. 47. *F.*

(o)

VERS.

VERS. VIII.

SOROR NOSTRA PARVULA est, & vbera non habet.

Quod Ecclesia dicitur soror Christi: Vel quare post resurrectionem dicuntur tres psalmi, & tres lectiones tantum, cum tribus responsorijs.

141 ECclesia quandoquidem dicitur amica, sponsa, & alias dicitur soror propter amorem castum, qui debet esse inter fratrem, & sororem. Inter Pascha, & Penthecostes fuit parvula quoad altitudinem, fortitudinem; quia pauci fuerunt catholici, & debiles. Vnde dicit, *Vbera non habet*, quibus alios reficiat. Ideo nihil difficile celebratur in Ecclesia in illo tempore: Quare tantum in Ecclesia tunc dicuntur tres psalmi in nocturno ad matutinas, & tres lectiones. Nec tunc videtur ieiunium; quia Ecclesia est parvula. Similiter nec aliquod difficile iniungendum est Neophitis, nec novitijs, ne asperitate exterriti convertantur retrorsum; ex quo parvula.

QUID FACIEMVS SORORI nostræ in die quando alloquenda est?

Quod subtilibus subtilia sunt exponenda: & simplicibus sunt proponenda exempla.

142 AB infirmis, ab hæreticis, & incredulis, qui falsis, & carnalibus rationibus nituntur eam subvertere, sumit consilium Dominus, quod faciat in ea Doctores bene eruditos, qui divinis rationibus, & veris, Ecclesiam defendant, hoc est quod dicit: *Si murus est*, id est, fortis pluribus sententijs.

VERS. IX.

ÆDIFICEMUS SVPER EVM propugnacula argentea.

143 ID est, vivas rationes, & argumentationes, quibus inimicis resistant. *Si ostium est*; quod de facili voluatur; scilicet, simplex.

COMPINGAMUS ILLVD tabulis cedrinis.

144 ID est, Sanctorum Patrum exemplis: Quoniam simplicibus debet exponere vitam, & exemplum, quibus informentur. Greg. super Ezech. *Plus plerumque exempla, quàm rationis verba compungunt.* Ideo nonnumquam mentes audientium plus exempla fidelium, quam verba commoverunt. Subtiles, & discreti, maiori, & profundiori doctrina instruantur. Murus fortis fuit Augustinus. Ostium Benedictus. Ieremia. 31. E. *Ecce dies veniunt dicit Dominus: & seminabo domum Israel, & domum Iuda semine iumentorum.* Hoc est, semine profectorum, & semine simplicium, & semine contemplativorum; semine activorum, semine Clericorum, & semen populi si non possunt seminare, semine hominum; semen iumentorum sufficit. Isaia. 60. C. *Venit abies, & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meæ.* Si non possunt venire abies, & pinus; sufficit vt veniat buxus, id est, parvulus, & humilis.

Greg. super Ezech. Hom. 38. sup. Matth. in medio.

Ierem. 31. E.

Isaia. 60. C.

VERS. X.

EGO MVRVS: ET VBERA mea sicut turris.

Quod Ecclesia est murus: & vbera eius sũt Doctores.

145 VOX est Ecclesiæ, quæ est murus in fundamento Fidei fundatus, ex vivis lapidibus constructus, ad cœlestia per spem elevatus, & cæmento charitatis compactus. Cuius vbera sunt sicut turris. Vbe-

Turris ſunt Doctores.

Vbera Eccleſiæ ſunt Doctores; quia lacte facilioris doctrinæ ſubditos nutriunt, & dicuntur turris; quia contra hæreticos hoſtes viſibiles, & inviſibiles defendunt.

De muro multiplici.

Ieruſalem eſt Eccleſia, ſive fidelis anima.

146 Sunt autem muri Ieruſalem; & ſunt muri Babylonis. Ieruſalem eſt Eccleſia, ſive fidelis anima, quarum vtraque multiplici muro vallatur. Eſt enim murus, qui defendit: Eſt murus per quem defenditur: Eſt murus, cum quo defenditur. Murus qui defendit eſt Chriſtus. Murus per quem defenditur, eſt Angelus, ſive Prælatus. Murus cum quo, eſt virtus. De primo muro: Iſaia. 26. A. *Vrbs fortitudinis noſtræ Sion ſalvator, ponetur in ea murus, & antemurale*, quo ad humilitatem. Et iſtud murale fuit ab hoſtibus in quinque locis perforatum: Sed in muro Deitatis fractæ ſunt vires eorum. De hac fractione in Geneſ. 49. A. *Simeon, & Levi fratres: Vaſa iniquitatis bellantia: In conſilio eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: Quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum.*

Murus qui defendit eſt Chriſtus.

Murus per quem defenditur eſt Angelus.

Murus cum quo eſt virtus Iſaiæ. 26. A.

Chriſtus murus.

Geneſ. 49. A.

147 Simeon & Levi, ſunt Scribę & Phariſæi, qui in furore invidiæ interfecerunt Chriſtum, & in voluntate peſsima foderunt murum; ſecundum illud Pſalm. 21. C. *Foderunt manus meas, & pedes meos.* Adhuc plerique murum fodiunt, quia per oſtium non intrant. Quicumque ordinem, vel beneficium Eccleſiaſticum, vt divitias habeant, vel vanam gloriam in dignitatibus acquirant, vel luxurioſe vivant, accipiunt; murum, qui Chriſtus eſt ſuffodiunt; quia quantum in ipſis eſt, ipſum Chriſtum vulnerant, vt violenter beneficia obtineant, ipſum Chriſtum interficiunt. Sicut contingit, quod portarius eſt ad oſtium Regis, & prohibet, ne indigni obintrent; ipſi autem verum portarium interficiunt, & violenter intrant.

Pſal. 21. C.

148 Sic Dominus portarius, & murus prohibet ne aliquis indignus ſubintret. Sed indigni Clerici; indigni Canonici; indigni Epiſcopi, vt ſponſam ſuam corrumpant, Eccleſiam Dei maculent, ipſum portarium; ſcilicet; Chriſtum interficiunt: Murum violenter ſuffodiunt: In Eccleſiam ſuam intrant, & ſponſam eius corrumpunt. Non enim cauſa prolis procreandæ; hoc eſt, cauſa filios ſpirituales generandi; ſed tantum cauſa divitias habendi; cauſa delitioſe vivendi. Ideo contingit quod legitur in Trenis. 1. D. *Iod: Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: Quia vidit Dominus Gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum de quibus præceperat, ne intrarent in Eccleſiam ſuam.*

Tren. 1. D.

149 Iod interpretatur principium; quaſi: Hoc eſt principium omnium malorum, quia indigni in Eccleſiam intromittuntur; de quibus Dominus præcepit ne intrarent. In *Levitico.* 21. C. Numerantur, vel aliter, nominantur perſonæ, quæ in Eccleſiam intrare prohibentur. *Si cœcus fuerit, ſi claudus, ſi parvo vel grandi, vel torto naſo; ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi tugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel hernioſus.* Quæ omnia miſtice exponuntur.

Iod interpretatur principium.

De his qui in lege prohibentur promoveri Levit. 21. C.

150 Gregor. *Cœcus eſt, qui finem contemplationis lumen ignorat. Claudus eſt, qui; quo pergere debeat, aſpicit; ſed per infirmitatem mentis, vitæ viam, quam videt tenere non valet.* De cæteris alias exponitur. Dicitur in Geneſ. 49. A. *Maledictus furor eorum, quia pertinax eſt.* Hoc eſt, maledictum peccatum Clericorum, quia in malo perſeverans eſt. Quærit Ioannes Chriſoſtomus: *Quis vnquam vidit clericum bene pœnitentem?* Oſſee. 8. B. *Iratus eſt furor meus in eos: Vſque quo non poterunt emendari? Quia ex Iſrael, & ipſe eſt.* Quaſi diceret: Hoc peccatum eſt incorrigibile; quia peccatum Clericorum eſt, qui dicuntur Iſrael, id eſt, viri videntes Deum.

Greg. in ſecunda parte Paſtoralis curę cap. 11.

Geneſ. 49. A.

Ioannes Chriſoſtomus.

Oſſee. 8. B.

Se-

151 Sequitur in eodem. *In tela aranearum erit vitulus Samariæ.* Vitulus eſt animal laſcivum, & ſignat laſciviam Diaboli, pro qua laborant. Sed illa laſcivia erit tela aranearum eis. Sicut enim tela capit muſcas, & detinet, & aranea devorat illas: Ita laſcivia Clericum detinet, donec à Diabolo devoretur: Quoniam vt dicitur: Oſſee. 5. B. *Iſrael, & Ephraim irruent in iniquitatibus ſuis.* Quaſi diceret: Peccata eorum ſunt eis ruina.

Oſſee. 5. B.

152 Item, muri, per quos defenditur Eccleſia, ſunt Prælati, Doctores. Iſaia. 62. C. *Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die, & nocte non tacebunt laudare nomen Domini.* Hoc eſt, ſuper Doctores Eccleſiæ conſtitui Angelos. Iſti muri perpetuo non tacebunt, laudare nomen Domini. Sed quidam ſunt muri lutei, & falſi, non firmi: Quia ad impetum cuiuſlibet tentationis corruunt: De quibus Ezechiel. 13. A. *Væ Prophetis inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident. Quaſi vulpes in deſertis, prophetæ tui Iſrael erunt.* Scilicet; inſidiantes gallinis: *Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.*

Muri Eccleſiæ ſunt Prælati, & Doctores.
Iſaia. 62. C.
Muri lutei falſi, & non firmi qui ſunt
Ezech. 13. A.

153 Murus Babyloniæ dicuntur Dæmones, homines perverſi, & vitia. Ieremias. 51. G. *Murus Babylonis ille altiſsimus ſuffoſsione ſuffodietur.* Murus Babylonis eſt Diabolus, vel aliquis in errore ſuo alios defendens: & ille tunc ſuffodietur, id eſt, deſtruetur, quando anima auferetur à corpore. Item, vitia. Unde: *Ioſue. 6. C.* Ad clangorem buccinarum corruerunt muri Iericho: Id eſt, ad prædicationem Doctorum corruerunt peccata mundi.

De muris Babyloniæ.
Ierem. 51. G.
Ioſue. 6. C.

154 Notandum, quod multiplex eſt carcer, quatuor muris vallatus. Carcer fœtidus; quia plenus ſtercoribus. Carcer terribilis; quia plenus leonibus. Carcer mortalis, quia plenus Diabolicis ſuggeſtionibus. Carcer gehennalis, quia plenus Dæmonibus. Primus eſt carnis. Quatuor muri ſunt, ſanitas carnis; delectatio in cibo, in potu; ardor in luxuria. Hæc quatuor ita detinent miſerum, quod exire non poteſt, nec curat. Sed qui in talibus non delectatur, clamat cum Apoſtolo; ad Romanos. 7. D. *Infelix ego homo, quis me liberavit à corpore mortis huius.*

De carcere multiplici.
Carcer carnis.
Roman. 7. D.

155 Carcer terribilis, eſt carcer mundi; quia ibi ſunt ſeptem leones; id eſt; ſeptem peccata mortalia, quæ hominem nituntur devorare. Sed abſtinens Daniel à cibis regalibus, non fuit læſſus à leonibus. *Daniel. 14. G.* Et qui abſtinet à delitijs, refrenatur à mortalibus, non læditur. Quatuor muri ſunt in hoc carcere, ſcilicet, abundantia divitiarum; multitudo carnalium amicorum; favor humanus; amenitas locurum. Iſtis fuit vallatus Iob, vt legitur in eodem. 1. B. *Numquid Iob fruſtra timet Deum? Nonne tu vallaſti eum, ac domum eius, univerſamque ſubſtantiam eius per circuitum?* Hi muri miſeros, & præcipue potentes detinent, quod de muro exire non curant.

De carcere mundi.
Daniel. 14. G.
Iob. 1. B.

156 Tertius carcer eſt peccatum, in quem figuraliter Herodes miſit Petrum, & tradidit eum quatuor quaternionibus. Herodes dicitur pelliceus, quia Diabolus verſi pellis apprehendit peccatorem, & tradit eum quatuor generibus peccatorum, ne poſsit exire. Hæc ſunt peccatum cogitationis; peccatum locutionis; peccatum operationis; peccatum perverſæ conſuetudinis. Sed Angelus Domini liberavit Petrum à catenis; id eſt; Filius Dei, Angelus magni conſilij liberavit impium à carcere culpæ, à catenis delectationum, & à quatuor generibus peccatorum. Muri iſtius dolor in deſertione; pudor in confeſsione; labor in ſatisfactione; perſeverantia bonæ vitæ. Dicit enim impius. Qualiter poſſem deſerere quod in tantum delectat? Confiteri, eſt verecundoſum: Satisfacere tam laborioſum: Qualiter poſſem ſine lapſu bonam vitam continuare?

De carcere peccati.
Herodes dicitur pelliceus.

157 Carcer infernalis plenus eſt Dæmonibus, quod ſub diverſis monſtris: Iſaias. 34. D. Teſtatur dicens: *Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum. Et occurrent Dæmonia onocentauri, & pilloſus clamavit alter ad alterum: Ibi cubavit*

De carcere infernali.
Iſaia. 34. D.

lamia, & inveniet ſibi requiem: Ibi habait foveam ericius, &c. De hoc carcere: Iſaia. 24. D. *Congregabuntur in congregatione, & claudentur ibi in carcere, quia claudetur os putei.* Muri iſtius carceris ad literam ſunt fortiſsimi; quia totus mundus frangere non poſſet. *Iſaia. 24. D.*

158 Utrum infernus ſit rotundus, quadratus, vel altera parte longior, illi qui ibi morantur noverunt. Veriſimile eſt, quod murus ambiens totus eſt rotundus. In præſenti dicitur, ibi eſſe aliqua apertura, per quam Dæmones tranſeunt, & impij in iudicio intrabunt: Sed poſt claudetur os putei, vt gens infelix nunquam exire valeat; ſed torquebuntur in ſæcula ſeculorum. Peccator in primo, ſecundo, & tertio carcere conſtitutus, debet clamare. Educ de carcere Deus animam meam. Et cum David. Pſalm. 17. C. *In Deo meo tranſgrediar murum.* Qui pedem poſuerit in quarto, clamare poterit; flere poterit: Sed nunquam exitus patebit, niſi in die iudicij, quando ad damnationem ſuam impij viſitabuntur. *Pſal. 17. C.*

UBERA MEA SICUT turris.

Vbera Eccleſiæ ſunt veteres, & novæ ſcripturæ: & iſtæ ſunt turres.

159 VBera Eccleſiæ ſunt veteres, & novæ ſcripturæ. Iſtæ dicuntur turres, qui muniunt fideles à ſagittis, & machinis Diaboli. Vnde, qui ſtudio ſcripturæ ſe applicat, turrim fortiſsimam ſubintrat. Qui alijs prædicat, turrim ædificat, in qua fidelis recipiat ſe, & ſecure vivat. Hęc turris habet quatuor latera, quæ ſunt ſenſus hiſtorialis: Allegoricus: Anagogicus, & moralis.

De verbi Dei efficientia ſive virtute.

160 Multiplicem virtutem verbi Dei ſic interſeramus: Verbum bonum, vtile, & ſuave; quia ſicut turris hominem defendit, vt hic. Item, ſolo verbo Deus omnia creavit: *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandavit & creata ſunt.* Pſalm. 148. *A.* Item Pſalm. 32. B. *Verbo Domini Cœli firmati ſunt*; ne corruant; quia verbo Domini Cœli firmati ſunt, ſicut iuſti, ne in terram per culpam corruant. Unde Draco traxit ſecum tertiam partem ſtellarum, quia firmati verbo Dei non fuerant. *Pſal. 148. A. Pſal. 32. B.*

161 Quidam tranſeunt in Cœlum: Alij in Purgatorium: Tertij in infernum. Hanc tertiam partem traxit ſecum Diabolus, & miſit eam in terram; id eſt, vitia terrena: Tandem in gehennam, quia verbo Domini in cœleſtibus firmati. Item, de pane facit corpus, & de vino ſanguinem. Vnde Auguſt. *Aſcendat verbum ad elementum, & fit ſacrificium.* Item, inimicos reconciliavit. Eccleſiaſticus. 6. A. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Inimici noſtri fuerunt Deus, & Angelus. Sed Dominus multiplicavit orationem Deo Patri pro nobis; quia oravit pro crucifixoribus ſuis, & pro omnibus, qui crediturí ſunt, vel erant in eum: Sic Deo Patri, & Angelis nos reconciliavit. *Auguſt.* *Eccleſiaſt. 6 A*

162 Infirmos ſanat: Sapientia. 16. B. *Etenim neque herba, neque malagma ſanavit illos, ſed tuus, Domine, ſermo, qui ſanat omnia.* Quia dat ſanitatem in præſenti, & gloriam in futuro; ſine ferro, & flamma ſanat, ſive curat. Ambroſ. *Habes vulnera, non timeas: Verbo, non ferro Chriſtus curare conſuevit.* Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos: Quia ſolo verbo ſanabat infirmitates, & ſine pretio, omnes ad eum confluxerunt, aliter, confluebant, hoc eſt Chriſtus. Quare igitur tam paucos habet? *Sapient. 16. B.* *Ambroſ.*

163 Mundat: Ioannes. 15. A. *Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.* Mortuos vivificat: Ioannes. 5. D. *Venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, vivent.* Et idem Ioannes. 6. G. *Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt*; id eſt, ſpiritualiter vivificant. Deſtruit peccata; quoniam ad ſonum tubarum corruerunt muri Iericho; & ad prædicatoris vocem corrumpunt peccata mundi. Dæmonia expellit. Unde cithara David fugavit Dæmonium, quo vexabatur Saul. 1. *Regum.* 16. D. Eccleſiaſt. 43. B. *Vox tonitrui eius verberabit terram.* Vnde verbum à verberatu aeris. *Ioan. 15. A.* *Ioan. 5. D.* *Ioan. 6. G.* *Ioſue. 6. C.* *1. Reg. 16. D.* *Eccleſiaſt. 43. B.*

164 Hoc verbum verberat Diabo-

bolum: Quia ſicut puer parvulus fugit cum virga tangitur; ſic Diabolus, quando prædicatio auditur. Mortem æternam vitare facit. Ioannes. 8. F. *Amen, amen dico vobis: Si quis ſermonem meum ſervaverit, non guſtabit mortem in æternum.* In vitam æternam ſalire facit: Ioannes. 4. B. *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.*

Ioan. 8. F.

Ioan. 4. B.

EX QVO FACTA SUM coram eo quaſi pacem reperiens.

De his, qui nullam reverentiam Deo exhibent.

165 TRIBUS modis homo dicitur eſſe coram Deo. Quando intelligit Deum eſſe præſentem, nihilominus vehementer peccat; ſicut legitur in Geneſ. 10. B. *Nemrob fuit robuſtus venator coram Domino, & hominum oppreſſor.* Tales ſunt divites, qui in conſpectu Dei pauperes opprimunt. Vnde Pſalm. 13. B. *Qui devorant plebem meam.* Dicit Dominus: *Sicut cibum panis*; qui comeditur cum omni cibo. Ita quidam milites in veſtibus, in cibo, in equis, & omnibus, quibus vtuntur, aliquid habent de rapina paupertum. Item Iſai. 57. B. *Iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum: Dilataſti cubile tuum, & pepegiſti cum eis fœdus.*

Geneſ. 10. B.

Pſal. 13. B.

Iſai. 57. B.

166 Immiſericordiam facit marito, quę, eo abſente, adulterum turpiſsimum recipit; maiorem, quæ eo vidente, maximam, quæ iuxta maritum, immo maritum de lecto expellit, & adulterum admittit. Hoc facit luxuriosus, immo quilibet tranſgreſſor, quia Deus eſt vbique: Ergo iuxta nos. Sed qui peccat mortaliter, iuxta Chriſtum Diabolo turpiſsimo ſe diſcooperit, Chriſtum expellit: Cum Diabolo turpiſsimo fœdus percutit; quod ab eo nunquam diſcedat. Sed quod dicitur in Iſaia. 28. D. *Percuſſimus fœdus cum morte; in inferno pactum inivimus cum Diabolo*: Delitias ducit, quando delectabiliter peccatum committit.

Iſai. 28. D.

167 Item, Iſaia. 26. B. *Interra Sanctorum iniqua geſſit.* Epiſcopus in dignitate: Clauſtralis in Religione: Ordinatus in ordine; hæc eſt terra Sanctorum. Sed plerique in hac terra committunt impietatem. Prælatus cum deberet ædificare Sion in virtutibus, ædificat in ſanguinibus, cupiditatibus, & ſceleribus multis. Clauſtralis, qui deberet ducere vitam Benedicti, ducit vitam maledicti. Sequitur verbum terribile in Iſaia. *Et non videbit gloriam Domini.*

Iſai. 26. B.

Contrà clauſtrales. Ezech. 23. A.

168 De peccatis clauſtralium: Ezechiel. 23. A. *Nomina mulierum, Oolla maior, & Ooliba ſoror eius minor, & peperierunt filios, & filias. Porro earum nomina Samaria Oolla, & Ieruſalem Ooliba.* Samaria interpretatur cuſtodia, & ſignat ordinem Prelatorum, quibus deputata eſt cuſtodia animarum. Ieruſalem, quæ eſt Ooliba, interpretatur viſio pacis, & ſignat ordinem Clauſtralium, qui delectantur in multitudine pacis. De peccato Oolla, dicitur in Ezechiele vbi ſupra: *Fornicata eſt igitur Oolla ſuper me, & inſanivit in amatores ſuos, in Aſſyrios propinquantes, veſtitos hyacintho, Principes, & Magiſtratus, iuvenes cupidinis, vniverſos equites, aſcenſores equorum: Et dedit fornicationes ſuas ſuper eos electos, filios Aſſyriorum vniverſos, & in omnibus, in quos inſanivit, in immunditijs eorum polluta eſt.*

Samaria interpretatur cuſtodia. Ieruſalem interpretatur viſio pacis.

169 Aſſyrij interpretantur dirigentes ſe, & ſignant ſuperbos mundi; qui dirigunt ſe contra Deum. Hi ſunt Reges, Comites, & Milites, de quibus dicit Iſaias. 5. D. *Nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit.* Merito dicit Nobiles, &c. qui nec audiunt; nec audire delectantur verbum Dei. Solatium enim eorum eſt, in venationibus eorum, in equis pulchris, & ſalentibus, in comeſſationibus, in aleis, & taxillis, in ornamentis veſtium, & calceamentorum. Et ideo fame verbi Dei interierunt.

Aſſyrij interpretantur dirigentes ſe.

Iſai. 5. D.

170 Sed reſpice vitas Prælatorum, & invenies, quod tales Aſſyrios imitantur. Pinguiores enim palafredi, veſtes pretioſæ, cibaria pretioſa, & delicata: Nonne Prelatorum ſunt, & Clericorum? Iam dicitur, quod magis delectatus eſt Cleri-

Vitæ Prelatorum.

ricus, quam Miles, & Monachus, quam Clericus. Unde Monachi; niſi latioribus cibis, & potu fortiori ſint refecti, ſtatim ſcandalizantur. Ecce quales Prælati inſaniunt ſuper immunditijs eorum. Si laici ſunt cupidi, Clerici magis. Sequitur in Ezechiele. B. *Illi confregerunt vbera pubertatis eius.* Vbera Virginum dura ſunt: Poſtquam vero corrumpuntur, moleſcunt vbera. Primitiva Eccleſia quando fuit paupertate decorata, per multas adverſitates purgata, habuit vbera dura, conſtantiam virtutis, & munditiæ. Sed ex quo glorioſos mundi in vitijs, & delitijs per ſuos filios; & miniſtros, ſeu ſponſos imitata eſt; confracta ſunt vbera pubertatis eius, polluta eſt Eccleſia. Vnde ex quo fuit Eccleſia ditata, paucos invenimus Epiſcopos Sanctos; immo pauciſſimos.

Ezech. 23. B. Vbera Virginum dura ſunt.

172 Ooliba, id eſt, cætus Religioſorum; videns cupiditatem, & pompam Clericorum, inſanivit ſuper libidinem eorum. Vnde ſequitur. *Quod cum vidiſſet ſoror eius Ooliba, pluſquam illa inſanivit libidine.* Ex quo enim Monachi vident divitias, delitias, & ſuperbias Clericorum, magis inſaniunt, magis talia cupiunt. Reglares plures ſunt ſuperbi: Hoſpitalarij non pauci ſunt invidi: Alij guloſi, cupidique alij. Quod eſt mirum genus cupiditatis; quia ſi totum mundum haberent, non propter hoc melius comederent, nec melius biberent, nec maiorem hoſpitalitatem facerent. Ideo vt dicitur in Iſaia. 9. C. *Vertet Dominus Syriam ab Oriente, & Philiſthijm ab Occidente; & devorabunt Iſrael toto ore.*

Ezech. 23. B.

Iſai. 9. C.

173 Syria interpretatur ſublimis, & ſignat ſuperbiam, & cætera peccata ſpiritualia, quæ ex ſuperbia pendent; invidia, iracundia, avaritia. Philiſthijm interpretantur cadentes; & ſignant peccata carnis, luxuriam, & gulam, quæ delectationes faciunt cadere in gehennam. Hæc duo peccata devorant Religioſos toto ore; id eſt, perfecte.

Syria interpretatur ſublimis. Philiſthijm interpretantur cadentes.

174 Sequitur in Ezechiele. C. *Cumque vidiſſet viros depictos in pariete; imagines Chaldæorum expreſſas coloribus, & accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium; ſimilitudinem filiorum Babylonis, inſanivit ſuper eos concupiſcentia oculorum ſuorum, & miſit nuntios ſuos ad eos in Chaldæam. Cumque veniſſent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam ſtupris ſuis.* Clauſtrales vident viros depictos in parietibus cordium.

Ezech. 23. C.

175 Chaldæi autem dicuntur Dæmones; quia interpretantur, quaſi vbera, quaſi fera, quaſi Dæmones; quia in ſuggeſtione ſunt quaſi vbera, quia mulcent: In perpetratione ſunt quaſi feræ, quia detinent: In impugnatione ſunt Dæmones, quia torquent. Dæmones igitur ante mentis intuitum imagines mulierum, aureorum, & aliorum præſentant. Et ideo omnes tales imagines ſunt Dæmonum. Tunc miſer clauſtralis nuntios mittit, id eſt, cogitationes, & vanitates, & inſanias falſas in corde recolligit; cum de denarijs, & negotijs cogitat: Forum mercatorum in corde ſuo collocat: Quando mulieres concupiſcit proſtibulum in clauſtro cordis ſui gerit, ſic domum orationis facit ſpeluncam latronum: Sic ſedem Dei facit thronum Diaboli. Tunc à Chaldæis, id eſt, imaginibus Dæmonum, quaſi ſtupris polluitur, cum turpibus imaginationibus delectatur.

Chaldæi dicuntur Dæmones.

176 De his in Matth. 24. C. Marc. 13. C. Luca. 21. E. *Uę prægnantibus, & nutrientibus in die illa;* id eſt, væ æternæ maledictionis his, qui à Diabolo per pravas cogitationes, & opera nutriuntur. Hæc omnia faciunt coram Domino: Sed quoniam Deum non verentur, legitur in Pſalm. 53. A. *Et non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.* Sed vt dicit Dominus per Ezechielem vbi ſupra. 32. E. *Oblita eſt mei, & proiecisti me poſt corpus tuum,* id eſt, corpus tuum inter me, & te poſuiſti, quaſi diceret: Corpori tuo magis intendis ſervire, quam mihi.

Matth. 24. C. Marc. 13. C. Luca. 12. E.

Pſal. 13. A. De pœna talium, vide plene, ibi in Ezechiel. 23. D. E. F.

177 Heu, totus mundus fere in hoc eſt, & in hoc laborat, qualiter corpus quieſcat, dormiat, paſcatur, induatur, ſine aliqua moleſtia foveatur. Et tamen Deus totum videt; quia vbique iuxta te eſt. Unde

de Ieremia. 23. E. *Putas ne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus? Et non Deus de longe omnia cognoſco? Si occultabitur vir in abſconditis; & ego non videbo eum, dicit Dominus? Numquid non Cœlum, & terram ego impleo, dicit Dominus?*

Ier. 23. B.

178 Alij dicuntur eſſe coram Deo, quando abſcindendo à culpa, reverentiam ei exhibent in cogitando, loquendo, operando, diligentiſsime ei ſervire intendunt. Vnde Elias in 3. Reg. 17. A. ait: *Vivit Dominus Deus Iſrael, in cuius conſpectu ego ſto.* Pſalm. 122. A. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: Ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.* Ancilla ſemper intendit dominæ ſuæ, ad nutum ſervit, vt tandem libertati donetur: Ita, & nos debemus oculos noſtros ad eum dirigere, in omnibus ſatisfacere, vt à ſervitute Diaboli nos liberare dignetur.

De his, qui reverentiam Deo exhibet. 3. Reg. 17. A. Pſal. 122. A.

179 Sicut vetula, quæ diligenter bulit lac, diligenter inſpicit, ne ſuper ollam ſe elevet, & amittatur: Sicut etiam molendinarius diligenter aquas colligit, vt ad rotam fluant: Ita diligenter conſiderandum nobis eſt ollam cordis, ne cogitationes verba, & opera, & tempus amittantur: Sed ad Deum referantur. Vnde in Eccleſiaſtes. 2. C. *Oculi ſapientis in capite eius*, (id eſt, in Chriſto) *ſtultus in tenebris ambulat*: Quaſi diceret: Oculi ſtultorum in pedibus, immo in finibus, ſeu in fœcibus terræ.

Eccleſ. 2. C.

180 Tertio modo eſt aliquis coram Deo, quando omnibus excluſis, Deum devotè orat, devotè cogitat; ſicut Monachus in clauſtro, ſcholaris in ſtudio, ſive pluat, ſive ningat, non turbatur. Vnde Michææ. 4. C. *Congregatę ſunt ſuper te Gentes multæ, quæ dicunt: Lapidetur; & aſpiciat in Sion oculus noſter.* Gentes, id eſt, Dæmones, & alij gentiliter viventes, dicunt: Lapidetur. Tota die iſte orat, plorat, ſtudet, melius eſſet victualia acquirere; in campis, in vineis laborare, quam oculus tuus dirigatur in Sion, id eſt, in ſpeculatione. Malachiæ. 1. C. *Quis eſt in vobis, qui claudat oſtia*, id eſt, quinque ſenſus, ne exteriora pertrahant.

De his, qui pacifice Deū contemplantur. Pax mentis. Michæ. 4. C.

Malach. 1. C.

181 Sequitur immediate: *Et incendat altare meum gratuito?* Id eſt, altare cordis, gratia Spiritus Sancti plenum. Tunc homo in Deo pacem inveniet, & Deus in homine. Tunc cor hominis eſt thronus Salomonis: Lectus Rachelis: Palatium Regis: Thalamus ſponſi. Tunc eſt puræ conſcientiæ iucunditas, dulcis ſecuritas. Vnde Proverb. 15. B. *Secura mens iuge convivium*; quia ibi eſt talis cogitatio, ibi divinis ferculis cogitationum, immo compunctio, quaſi pleno convivio reficitur. Tunc Noe eſt in arca: Tunc loquitur Moyſes cum Domino in monte. Pſalm. 67. D. *Ibi Beniamin adoleſcentulus, in mentis exceſſu.* Paulus raptus ad tertium Cœlum: Tres diſcipuli in monte Thabor claritatem Chriſti aſpicientes. Et ita: *Ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens.* De hac pace pectoris pervenitur ad pacem æternitatis.

Cor hominis quando eſt thronus Salomonis. Prov. 15. B. Pſal. 67. D.

VERS. XI.

VINEA FUIT PACIFICO in ea, quæ habet populos.

183 CHRISTVS pacificus habet vineam, id eſt, Sanctam Eccleſiam, vt pernotatur intranſitive, quæ eſt hæc vinea, quæ habet populos: Quoniam vt dicit Iſaia. 5. B. *Vinea Domini Sabbaoth, domus Iſrael eſt.*

Quod neceſſe eſt vineam putari, aurū vero purgari Iſai. 5. B.

TRADIDIT EAM CVSTODIBUS.

183 ID eſt, Prelatis. Cuſtodibus autem iſtius vineæ tria ſunt neceſſaria: Peritia: Scientia: Vita: De peritia. Gregor. *Ab imperitis paſtorale magiſterium qua temeritate ſuſcipitur; cum ſit ars artium, regimen animarum?* De Scientia: Bernardus. *Quantum periculum eſt, vbi paſtor non invenit paſcua, ignorat Dux itineris viam.* Vicarius neſcit voluntatem, Eccleſia miſerabiliter experitur. De Vita: Bernardus. *Quomodo ei credam animam meam, qui donec curam animæ meæ acciperet nunquam ſuæ curam geſſit?* Vnde Iacob noluit traddere Benia-

Cuſtodes vineæ ſunt Prelati. Gregor. Bernard.

Bernard. NOTA.

Beniamin cuſtodię Rubem ; quia polluendo lectum patris ſui, animam ſuam minus bene cuſtodivit. De vinea multiplici vide ſupra, cap. 1. num. 174.

184 Quilibet iuſtus eſt vinea Chriſti. Si vinea es, opotet te putari : Si aurum, oportet te purgari: Si triticum, cribari: Si ferrum, malleari. Paterfamilias vineam infructuoſam non putat ; ſed malis herbis repleri permittit. Sic Dominus impium divitijs impurgari ſinit : Vt ait Ioannes in Apocal. 2. F. *Ponam Iezabel in lectum.* Sed filium meum in patibulum : Iuſtos in tormentum. Item : *Qui in domibus Regum*, id eſt, Dæmonum : *Sunt, mollibus veſtiuntur.* Matth. 11. A. Sed qui in domibus Chriſti ſunt, aſperis induuntur. Pſalm. 59. A. *Oſtendiſti populo tuo dura.* Populo non ſuo oſtendit mollia.

Iuſtus eſt vinea Chriſti. NOTA.

Apoc. 2. F.

Matth. 11. A
Pſal. 59. A.

185 Sed dicet aliquis : Ecce perſecutores noſtri abundantes in hoc ſæculo, obtinuerunt divitias: nos autem egeſtate cruciamur. Amice, audi conſolationem. Dicit Aug. *Hic pauperes nihil habent in terris, vt glorientur in Cœlis.* Sed dices cum Iob. 17. A. *Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus.* Impij autem in divitijs ſuis gloriantur. Amice, audi Petrum in ſua prima. 4. D. *Nemo veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut alienorum appetitor* : Quia hoc non eſſet glorioſum. Item audi Paulum in prima ad Corinth. 6. B. *Neque fures, neque avari, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.* Certe, hoc magnum eſt; quando quis ſine meritis ſuis amore Chriſti patitur ; immo multum debet gaudere, quando invenitur dignus, vt pro Chriſto patiatur.

Auguſtinus.

Iob. 17. A.

1. Pet. 4. D.

1. Ad Corinth. 6. B.

186 Unde Actuum. 5. G. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Iesv contumeliam pati.* Certe, impius non eſt dignus, vt patiatur hæc mala tranſitoria ; ſed iuſti. Unde ad Hebræos. 11. G. *Sancti ludibria, & verba experti, inſuper, & vincula, & carceres lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti.* Poſtea ſubiungit. *Quibus* ; ſcilicet, tormentis, ſecundum vnam expoſitionem : *Dignus non erat mundus.* Non enim digni ſunt mundani, vt talia patiantur pro Chriſto.

Acta. 5. G.

Hebræ. 11. G.

187 Auguſtinus. *Si nulla eſſet mortis amaritudo, nulla eſſet martyrum fortitudo.* Vnde hoc nobis ius hereditarium, ſi filij Dei ſumus, vt teſtatur Petrus in ſua prima. 2. D. *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.* Et quia vt dicitur in Iob. 7. A. *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* Non eſt ſtrenuus miles, niſi qui ſtrenue pugnaverit, etiam vt Chriſtus. Vnde pugnaturus in mane, verbera ſuſtinuit in nocte, more novi militis, qui permittit ſe à ſtatutis verberari, ne in aſtiludijs percuſſores abhorreat in mane. Dixit Seneca. *In fluctu viximus, in portu moriamur.* Idem. *Nunquam glorioſe vincit, qui ſine periculo pugnat.* Legi, & relegi, & nunquam inveni Chriſtum ita efficaciter Diabolum viciſſe, ſicut per patientiam in paſsione. Sic & tu poteris orare, vigilare, eleemoſynas dare ; ſed nunquam ita fortiter Diabolum vinces ; quam cum patienter tribulationem ſuſtines.

Auguſtinus.

1. Pet. 2. D.

Iob. 7. A.

Seneca.

Patientia efficaciter vincit Diabolũ.

188 Dominus durus fuit ſibi, & durus Diabolo. O quam dulciter Domine Iesv cum hominibus converſatus es ! Quam abundanter magna, & multa bona largitus es! Quam fortiter, tam indigna, tam que aſpera pro hominibus paſſus es! Ita vt liceat ſuggere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſsimo. Duro, ad verba: Duriori, ad verbera: Duriſsimo, ad Crucis horrida. Uere duriſsimus fuit in Cruce ; quia duriſsimum malleum vniverſæ carnis id eſt, qui confringebat omnem carnem, confregit. Iſaia. 50. C. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: Faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus ideo non ſum confuſus: Ideo poſui faciem meam vt petram duriſsimam.*

De duritia Chriſti, & hominis.

Iſai. 50 C.

189 Diabolus fuit malleus; quia homines malleavit, & per diverſos ictus deformavit ; tandem interficiendo confregit, & in infernum præcipitavit. Sed Dominus cum malleo Crucis cum Diabolo bel-

Diabolus fuit malleus.

bellum inijt, & cum malleo malleum confregit. Vnde Ieremia. 50.

Ier. 50. D.

D. *Quomodo confractus eſt, & contritus malleus vniverſę carnis?* Et reverta Crux habet formam mallei; vt ſicut confregit Diabolum; & noſtram duritiam confringat. Si duriores Diabolo ſumus, ita quod frangi nolumus; confringet nos Dominus in die iuditij; & conquaſſabit capita multorum ſtultorum. Ergo, fratres, hic confringamur, & conſolabitur nos Dominus: Pſalm. 146. A.

Crux habet formam mallei.

Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

Pſal. 146. A.

VIR AFFERT PRO *fructu eius mille argenteos.*

190 VIR, id eſt, viriliter agens, affert pro fructu vineæ, id eſt, pro præmio Cœleſti, mille argenteos, id eſt, opera perfectionis. Sed dicet pauper: Quomodo potero Regnum Cęlorum acquirere, cum mille argenteos non valeam habere? Reſpondeo: Regnum Cœlorum eſt venale, & poteris emere pro mille marchis. Etſi tantum non habes, pro centum: Etſi tantum non habes, pro vno denario: Quod ſi etiam tantum non habes, pro ovulo; etiam pro calice aquæ frigidæ; quod ſi tantum non habes; pro bona voluntate, pro vigilijs, orationibus, ieiunijs, &c. Iſti ſunt argentei, quibus comparamus Regnum Cœlorum.

Pro quo emitur Regnum Cœlorum.

Argentei quibus comparatur Regnum Cœlorũ.

191 Iſai. 55. A. *Uenite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.* Sequitur: *Audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſsitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: Audite, & vivet anima veſtra.* Sequitur: C. *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & revertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum; quoniam multus eſt ad ignoſcendum.*

Iſai. 55. A.

*** *** *** ***
*** *** ***
*** ***
***

VERS. XII.

VINEA MEA CORAM me eſt.

192 SVPRA exponitur; cap. 1. numer. 174. Et cap. 7. numer. 104. Id eſt, tradidit eam cuſtodibus, non quaſi amore dominorum, qui abſentes non vident; ſed vineam, & omnia, quæ in ea ſunt, intuetur vt ſupra. cap. 8. numer. 168.

MILLE TVI PA-cifici.

193 ID eſt, mille argentei tui, ſunt pacifici; quia bona opera, quæ ſunt argentei Domini, homini reconciliant. Vel, pacifici ſunt mille, id eſt, iuſti, qui pacem habent cum Domino; non quia tantum ſunt mille, cum ſit tanta multitudo, quam nemo numerare poterat: Sed ſub numero perfecto pro mille perfectione continetur.

Quod nullum opus placet Deo, pluſquã animas convertere.

Iuſti ſolum placent Deo.

DVCENTI HIS, QUI cuſtodiunt fructus eius.

194 VT dicit Gloſſa: Duplex debetur præmium, qui, & ferum, & alios lucratur. Quoniam nihil magis placet Deo, quam zelus animarum. Numquid Chriſtus venit in terram pro aſinis, equis, mulis, vineis; terris; & denarijs, & veſtibus? Minime: Sed pro animabus. Vnde zelotipus magis diligeret eum, qui amicam ſibi acquireret, quam ſi ſubſtantiam ſuam ſibi totam daret: Quia magis gratum ei eſt, quando offertur, quod diligit: Ita Chriſtus magis appretiatur; & magis laudat illum, qui vnam animam ſibi offert, quam qui totum mundum. Vnde in 2. Reg. 3. C. *Miſit Abner nuntios ad David, dicens: Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniverſum Iſrael. Et ait David: Optime: Ego faciam tecum amicitias: Sed vnam rem peto à te, dicens; Non videbis faciem meam an-*

Quod Prælati diligunt paleas pluſquam animas ſubditorum. Gloſſa.

Zelus animarum.

Quantum placet Deo prædicatio per quam animæ convertuntur.

2. Reg. 3. C.

te;

tequam adduxeris Michol filiam Saul: Et ſic venies, & videbis me.

195 O Prælate, ita dicit Chriſtus: Poteris enim multiplicare campos, vineas, & redditus Eccleſiæ: Sed attende; quia nunquam videbis faciem Domini, niſi adduxeris ei Michol, id eſt animam, quæ eſt Diaboli; ſicut ſi quis ſitiret, & aliquis portaret ei bonum vinum, diceret: Iſte reddit mihi vitam: Ita Chriſtus ſitivit animam vſque ad mortem. Vnde in articulo mortis clamavit, dicens: *Sitio*, non vinum, non aquam, ſed animam. Ergo ſi animam tribuis ei, dicet Chriſtus, quod tu vitam reddis ei.

Diabolus quantum deſiderat animas. Geneſ. 34. C.

196 Diabolus etiam nihil aliud tantum deſiderat, quantum animam. Vnde *Geneſ.* 34. *C.* Sichem fecit ſe circumcidi, vt haberet Dinam filiam Iacob, & Liæ. Sic Diabolus fingit ſe bonum, transfigurat ſe in Angelum lucis, vt animas valeat decipere, & per peccatum deſponſare. Diabolus aſſumpſit falſum vultum virgineum, & arborem aſcendit, vt hominem deciperet. Sed filius Dei veram carnem virgineam accepit, & arborem Crucis aſcendit, vt genus humanum liberaret.

De Prædicatore. Exemplum.

197 Quidam ſimplex quandoquidem ducebatur ad infernum, & purgatorium: Quæſivit ab eo Rex Ludovicus Francorum, vtrum melius ſe haberet Petrus Lombardus, an Epiſcopus Pariſienſis; quia iam vterque diem ſuum clauſerat extremum? Reſpondit ruſticus, quod Petrus Lombardus erat in meliori ſtatu. Dixit Rex: Non eſt tibi credendum; quia Lombardus erat bonus comeſtor, & potator vini: Sed Epiſcopus in pane, & aqua frequenter ieiunabat, & corpus ſuum cum abſtinentia macerabat: Et ait ruſticus: Domine Rex, verum eſt, ſed aliud bonum fecit Lombardus, quod Deo plus placuit, quam omnia ieiunia Epiſcopi. Quia multoties prædicavit, ſacras ſcripturas expoſuit, & multas animas ad Deum convertit. Hac reſponſione Rex placatus, ruſtico conſentit.

Exemplum.

198 Quidam ſcripſit Baſilio eo quod curam paſtoralem renuit recipere; Poterat Dominus dixiſſe Petro, humi cubato; carnem macerato: Vigilias teneto: Sed his omnibus tamquam fribolis prætermiſſis, dixit ei: *Si diligis me, paſce oves meas.* Et quia officium Prædicatorum quantum placet Deo, tantum diſplicet Diabolo: Dæmones magis adverſantur Prædicatoribus; & magis nituntur prædicationem impedire. Vnde in Apocal. 7. A.

Ioan. 21. D.

De quatuor ventis bonis, & quatuor malis. Prædicatores ſunt quatuor venti.

199 *Poſt hæc vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos.* Hi quatuor Angeli ſunt ſpiritus maligni, quibus data eſt poteſtas in mundo. Quatuor venti ſunt Prædicatores, qui quadrifaria prædicatione ab incendijs vitiorum infrigidantur, & aerem corrumpunt, & purgant quadrifariam.

De pædicatione quadruplici, vel quadrifaria. Flumina quatuor.

200 Prædicatio eſt quadruplex: Hiſtorialis: Allegorica: Anagogica: Et Moralis. Uel quadrifaria propter Evangelia. Hæc ſunt quatuor flumina, quę exeunt de Paradiſo ad irrigandam ſuperficiem terræ. Sed quatuor Angeli, id eſt, Dæmones impediunt, ne iſti venti flare valeant. Et tunc adimpletur illud, quod dicitur in Amos. 8. D. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus: Et mittam famen in terram: Non famen panis, neque ſitim aquę, ſed audiendi verbum Dei. Et commovebuntur à mari vſque ad mare, & ab Aquilone vſque ad Orientem: Circuibunt quærentes verbum Domini, & non invenient.*

Amos. 8. D.

Venti quando accipiuntur in mala ſignificatione Iob. 1. D.

201 Quandoquidem venti accipiuntur in mala ſignificatione, ſecundum illud. Iob. 1. D. *Filijs tuis, & filiabus veſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, ventus vehemens irruit ex regione deſerti, concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruentes oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt.* Iſte ventus vehemens eſt valida, & ſubita Diaboli tentatio, quæ in domum alicuius ruit, & concutit quatuor angulos, id eſt, quatuor cardinales virtutes, & liberos, id eſt, bona opera, & tres filias, id eſt, tres virtutes theologicas, fidem, ſpem, charitatem.

202 De hoc vento quadrifario: Ieremia. 49. G. *Ecce ego inducam ſuper Ælam quatuor ventos à quatuor plagis Cœli: Et ventilabo eos in omnes ven-*

Ier. 49. G.

Ælam interpretatur orbis.

ventos iſtos. Ælam interpretatur orbis, quaſi diceret: Quatuor tentationes mittam in dilectores mundi, & ventilabo eos in omnem tentationem. Simile habetur in Zacharia.

Zachar.1.D.

1. D. *Ecce quatuor cornua, & dixi ad Angelum, qui loquebatur mecum*; aliter; *in me: Quid ſunt hæc? Et dixit ad me: Hæc ſunt cornua, quę ventilaverunt Iudam, & Iſrael, & Ieruſalem*: Id eſt, Laicos, Clericos, & contemplativos. *Et oſtendit mihi Dominus quatuor fabros. Et dixi: Quid iſti veniunt facere? Qui ait, dicens: Hæc ſunt cornua, quę ventilaverunt Iudam per ſingulos viros, & nemo eorum levavit caput ſuum, & venerunt iſti deterrere ea, vt deijciant cornua Gentium, quæ elevaverunt cornua ſuper terram Iuda, vt diſpergerent eam.*

De quatuor cornibus diaboli.

203 Quatuor cornua Diaboli ſunt quatuor genera tentationum, cordis, oris, operis, conſuetudinis; vel quatuor malæ effectiones, quę ſunt gaudium in illicitis, timor de mundanis, ſpes inanis, dolor invtilis. Vnde verſus.

℣.

Gaudia pelle:
Pelle timorem:
Spemque fugato:
Nec dolor adſit:
Nubila mens eſt.
Hæc vbi regnant.

Prover.2.C.

Gregor. in moral. Iob. lib.6.cap.11.

De gaudio in illicitis, in Parabol. 2. C. *Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſsimis.* Gregor. *Plerique gaudent in iniquitatibus, quas flere deberent.*

De cantico, & calice.

Numeri.25. B. C. D.

Zambri interpretatur canticum: Cozbi calix.

204 Finees cum pugione interfecit Zambri coeuntem cum Cozbi. *Numer.* 25. *B. C. D.* Zambri interpretatur, canticum: Cozbi, Calix. Cum canticum coniungitur cum calice; tunc vana eſt dilectio, aliter delectatio, gaudium illicitum. Plerique peccant, cum dicunt: Heu, hoc Bache, qui vt dicit Iob. 21. B. *Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi.* Sed Doctor Eccleſiæ, pugione, id eſt, ſubtili, & acuta prædicatione, debet tale gaudium perimere. De timore mundano. Matth. 10. C. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus: Sed eum timete, qui habet poteſtatem corpus, & animam mittere in gehennam ignis.* De his. Pſalm. 13. B. *Trepidaverunt timore, vbi non erat timor.* Quaſi diceret: Trepidaverunt amittere temporalia, & non trepidaverunt amittere æterna.

Iob.21.B.

Timor mundanus.

Matth.10. C.

Pſalm.13.B.

205 De ſpe vana. Ieremia. 17. A. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius.* Pſalm. 117. B. *Bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in Principibus.* In Proverb. 11. D. *Qui confidit in divitijs ſuis, corruet.* Sed vere ſpes inanis; quia vt dicit Sophonias. 1. D. *Argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini.* Quoniam quando magis indigebunt, divitiæ deficient.

Ierem.17.A.

Pſal.117.B.

Prov.11.D.

Sophoni.1.D

Spes inanis qualis eſt.

206 De dolore invtili, Iona. 1. D. *Dominus dixit Ionæ: Tu doles ſuper hederam, in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret: Quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte perijt: Et ego non parcam Ninive civitati magnę, in qua ſunt pluſquam centum viginti millia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dexteram, & ſiniſtram ſuam*: Quaſi diceret: Doles de perditione hederæ, non de perditione Ninive: Doles de perditione palearum, non de perditione animarum. Sicut Robim, qui plus diligit roculam ſuam, quam totum mundum. Quatuor fabri ſunt, Prædicatores, qui quadrifaria expolitione muniti, per vniverſum mundum diſperſi, qui deberent quatuor cornua confringere, quod tortum eſt rectificare, & facere vaſa in honorem.

Iona.4.D.

De bis, quæ fabro ſunt neceſſaria.

207 Fabro autem neceſſaria ſunt peritia, malleus, forcipes, ignis, incus, & materia, ſcilicet, ferrum, vel æs, aurum, & argentum. De peritia, Gregor. *Ab imperitis poſtulare magiſteriam, de temeritate ſuſcipitur.* Quoniam eſt ars artium, regimen animarum. Malleus eſt verbum Dei. Ieremia. 23. F. *Numquid non verba mea quaſi ignis, dicit Dominus: Et quaſi malleus conterens petras?* Forcipes ſunt timor, & amor, quaſi duo brachia. Unde Seraphim tulit calculum de altari, & purgavit labia Iſaiæ, vt legitur in eodem. 6. C. Calculum verbi Dei ſuſcipere deberes cum timore, & amore.

Gregorius.

Malleus eſt verbum Dei.

Ierem.23.F.

Iſai.6.C.

Et cum per doctrinam purgatus fueris, alios poteris purgare.

Ignis eſt gratia Dei. Luc. 12. F.

208 Ignis eſt gratia Dei, de quo veritas in Luc. 12. F. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur?* Ferrum eſt humanum genus, dutum, & viget. Hoc eſt ferrum, quod in aqua cecidit: Homo in profunditate peccatorum. Sed verus Eliſeus oppoſuit lignum Crucis, ad quod homo enatans, liberatus eſt. De hoc Iob. 28. A. *Ferrum de terra tollitur, & lapis ſolutus calore, in æs convertitur.* Ferrum de terra tollitur, quando aliquis à terræ converſatione eligitur. Et lapis calore gratiæ ſolutus, in æs convertitur, id eſt in ſonoram prædicationem convertitur.

Ferrum eſt humanum genus. 4. Reg. 6. B.

Iob. 28. A.

209 Paulus primo fuit lapis, ſed calore ſpiritus Sancti ſolutus in æs ſonorum, vt à toto mundo audiretur, converſus eſt; in cuius prædicatione, & conſtantia propagata eſt Eccleſia. Vnde in 2. Paralip. 20. C. Dixit Iahaziel Propheta, quando Iudæi timuerunt multitudinem filiorum Moab, & Ammon venientium contra illos: *Non eſtis vos, qui dimicamini, ſed tantummodo confidenter ſtate, & videbitis auxilium Domini ſuper vos.* Et ita factum eſt; quia hoſtes in ſe ipſos gladios converterunt; ita quod Iudæi vix per triduum ſpolia colligere potuerunt. Ecce quod ſola conſtantia hoſtem ſuperavit. Domus, quę ſupra illam fundatur, non corruet.

2. Paralip. 20. C.

VERS. XIII.

QVÆ HABITAS IN HORTIS, amici auſcultant te.

De horto multiplici.

210 EST hortus culpæ, eſt hortus gratię, & hortus gloriæ. De horto culpæ: In 3. Reg. 21. A. Achab voluit convertere vineam Naboth in hortum olerum. Diabolus convertit ſtatum gratiæ, in ſtatum culpæ. De horto gratiæ ſupra cap. 4. numer. 152. *Surge Aquilo, veni Auſter perfla hortum meum, & fluent aromata.* De horto gloriæ, in quo iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum, ſupra cap. 3. n. 126. *Hortus concluſus ſoror mea.* Supra ego ſum fons hortorum. puteus aquarum viventium, id eſt, Chriſtus eſt origo omnium delitiarum, quæ ſunt in Paradiſo.

3. Reg. 21. A.

FAC ME AVDIRE VOCEM tuam.

De voce multiplici. Vox compũctionis. Pſalm. 37. B. Iſaia. 59. C.

211 EST vox compunctionis, laudis, amoris, vox calamitatis, vox exultationis. Vox compunctionis eſt confeſſio, qua debet peccata dolendo confiteri. Vnde Pſalm. 37. B. *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Iſai. 59. C. *Rugiemus quaſi vrſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gememus.* Sicut vrſus rugit raptis catulis, & columba pro pullis; ſic nos pro operibus noſtris, per peccatum mortificatis. Quam dulcis vox, & vtilis. Si hanc cantilenam Adam cantaſſet, adhuc in Paradiſo permanſiſſet. Hanc cantilenam cantavit Iudas in auribus Ioſeph, & non potuit Ioſeph ſe à lachrymis continere, & fratres ſuos abſolvit. *Geneſ. 45. A. B.* Sic cum quis peccatum vero Ioſeph confitetur, ei tunc compatitur, & non poterit ſe continere ex compaſsione, & veros pœnitentes à vinculis peccati, & Diaboli abſolvit.

Geneſ. 45. A. B.

De voce laudis.

212 Vox laudis eſt, quando quis in proſperitate, & præcipue in adverſitate laudat Dominum. In 2. *Paralipom.* 20. *D.* Quando duxit Ioſaphat aciem contra multitudinem hoſtium. *Statuit cantores Domini, vt laudarent eum in turmis ſuis, & antecederent exercitum, & voce conſona dicerent: Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in æternum miſericordia eius: Cumque cœpiſſent laudes canere, vertit Dominus inſidias hominum in ſe ipſos, & mutuis ſe concidere vulneribus.* Ita plerumque contingit, cum Religioſi laudes Dei incipiunt, furiæ infernales fugiunt: Tentationes diabolicæ recedunt, ſive intereunt.

2. Paralip. 20. D.

Pſal. 135. A.

De voce amoris, vel ſeptem ramis dilectionis, ſive de ſeptẽ cordis citharę Chriſti.

213 Vox amoris multiplex eſt: Septem ſunt rami dilectionis. Unde Dominus in Cruce cecinit ſeptem cantica amoris: vnus ramus eſt, pro inimicis orare. Secundus, veniam poſtulanti remit-

mittere. Tertius, de ſuis curam habere. Quartus pro ſuis devote exorare. Quintus, ardenter ſuorum ſalutem deſiderare. Sextus, pro ſuis aliquod magnum peragere. In hac cithara nihil ſonuit, niſi canticum amoris. Septimus, omnia ad Deum finaliter dirigere. Prima corda fuit, cum pro inimicis oravit dicens: Luca. 23. E. *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* In hoc inſinuans, quod quilibet debet diligere inimicum ſuum.

Luc.23.E.

214 In ſecunda corda ſimiliter inſonuit ſonum dilectionis, quando latroni poſtulanti omnia peccata dimiſit. Ait enim latro: Luca. 23. F. *Domine memento mei, dum veneris in Regnum tuum.* Et Dominus ait: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* In quo nos inſtruit, quod ſemper veniam concedamus poſtulanti. Unde Petrus, vt legitur in Matth. 18. C. Interrogavit Domino dicens: *Si peccaverit in me frater meus, dimittam ei? Uſque ſepties? Et ait illi Dominus: Petre non dico tibi vſque ſepties: Sed vſque ſeptuagies ſepties.*

Luc.23.F.

Matth.18.C.

215 In tertia corda inſonuit canticum amoris; quando diſcipulum ſuum dedit matri in patrimonio. Vnde ait, in Ioanne. 19. E. *Mulier ecce Filius tuus. Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua.* Vnde. *Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam.* Dominus enim implevit verba Pauli, in prima ad Timoth. 5. A. *Si quis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet; fidem negavit, & eſt infideli deterior.* Dicitur quod Beata Uirgo fuit iuxta Crucem ex parte Aquilonis: Ioannes ex alia parte, in quo ſignatur quod oppoſuit ſe contra Diabolum pro ſuis, vt de ea impleretur quod dicitur in Canticis. 7. B. *Naſus tuus ſicut turris, quæ reſpicit contra Damaſcum.* Naſus ſentit quod longe eſt, & Beata Virgo ſentit verſutias Diaboli, & eſt quaſi naſus contra Damaſcum, id eſt, Diabolum. Damaſcus enim interpretatur poculum ſanguinis, & merito ſignat Diabolum, qui ſemper ſitit ſanguinem humani generis.

Ioan.19.E.

NOTA.
1.Ad Timot. 5.A. Maria fuit iuxta Cruem ex parte Aquilonis. Ioan. ex alia parte.

Cantic.7.B.

Damaſcus interpretatur poculum ſanguinis.

216 Quarta corda ſimiliter inſonuit canticum dilectionis, quando ait in Matth. 27. E. Marc. 15. D. *Eli, Eli Lammaſabacthani?* Hoc eſt, *Deus, Deus meus, vt quid dereliqui ſti me?* Perſonam humani generis in ſe transfigurans, & ipſum à Patre derelictum cantans, vt Pater fortius miſereatur: Quare me dereliquiſti, id eſt, meos pœnæ, & culpæ expoſuiſti. Quinta corda ſimiliter oſtendit dilectionis ardorem; quando ait in Ioanne. 19. F. *Sitio.* Maior eſt ardor vt dicitur in ſiti, quam in fame; ideo ait: *Sitio.* Potius quam eſurio; quia ſitivit aquas multas, quæ ſũt populi multi.

Matth.27.E

Marc.15.D.

Ioan.19.F.

217 In ſexta corda conſummationem dilectionis oſtendit, quando ait in Ioanne. 19. F. *Conſumatum eſt.* Duobus modis poteſt exponi, ſcilicet, iniquitas conſumata eſt: ſive redemptio conſumata eſt. Ait enim ad Abraham. Geneſ. 15. D. *Generatione autem quarta revertente huc non dum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum.* Quaſi diceret: In me completæ iniquitates amaricantium; quoniam fel dederunt mihi pro potu: Hæc eſt generatio quarta. Prima generatio fuit de terra, ſecunda de homine, tertia de femina, quarta de Filio Dei. Ipſe enim in Cruce nos genuit, in Paradiſum redire fecit. In hoc notatur ramus perfectionis, ex quo per talem paſſionem, & amorem noſtræ ſalutis operatus eſt myſterium.

Ioan.19.F.

Geneſ.15.D.

218 In ſeptima corda emiſit ſonum dilectionis, oſtendens ad quã debemus dilectionem hoſtiam dirigere, ſcilicet, in Deum. Vnde ait: Pſal.30. A. Et Luc. 23. F. *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meũ.* Quoniã finaliter omnia noſtra opera debemus ad Deũ dirigere, vt ipſe in fine ſpiritũ noſtrũ dignetur recipere.

Pſal.30.A. Luc.23.F.

219 Vox calamitatis eſt, vt legitur in libro Sapientiæ. 5. A. *Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias noſtras difficiles. Quid nobis profuit ſuperbia? aut divitiarum iactantia quid contulit nobis?* In inferno. Hi ſunt, qui peccaverunt. Vox exultationis erit in gloria. Qualis ſit hæc cantilena, quærere poteris; quoniam tam dulcis eſt, & tam ſonora, quod nec os protulit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcẽdit. Legitur in Tob. 13. D. quod *Per vicos Ieruſalẽ cantabitur alleluia.*

De voce calamitatis, & de voce exultationis. Sapient.5.A. Vox exultationis.

Tob. 13. D.

Legitur in Apocal. 4. C. Quod quatuor animalia non ceſſabunt dicere: *Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.* Ibi cantabunt Domino canticum novum.

Apocal.4. C.

220 Sunt autem tria cantica ſcripta in libro Ezechielis. 2. D. *Lamentationes, & carmen, & væ*: Lamentationes, & væ in infernum clamabunt: Lamentum in præſenti miſeria: Carmen lętitiæ, id eſt, alleluia in gloria cantabunt. Sicut narratur, quod quidam peritus in harmonia fecit venire lamentantes, & cum cithara omnes auditores convertit in fletum. Talis erit ſonus in inferno. Item, fecit venire tripudiantes, & cum ſono citharæ omnes auditores convertit in gaudium, & riſum. Talis cantilena inquit, & in infinitum dulcior erit in Cœlo.

Ezech.2. D.

221 Qui habitas in hortis Diaboli, dicit Dominus: Fac me audire vocem doloris, ſonum confuſionis, quoniam amici tui, Chriſtus, & Angeli auſcultant te. Unde Dominus per Ieremiam. 8. B. *Attendi, & auſcultavi: Eoce nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens: Quid feci?* Si talem vocem inſonueris, ſtatim educet te Dominus de horto Diaboli in hortum Chriſti; Immo cum ei cantare propoſueris, dicens: *Confitebor adverſum me iniuſtitiam meam Domino.* Pſal. 31. B. Iam educit te de horto maligni: Nam ſequitur: *Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Et ſic educet te de horto culpæ in hortum gratię, & tandem in hortum æternę gloriæ, ad quem nos ſua ineffabili pietate perducere dignetur. Amen.

Ierem.8. B.

Pſalm.31. B.

VERS. XIII.

FUGE DILECTE MI.

Quod neceſſarium eſt aliquando amplexus Chriſti relinquere.

222 IAM Sponſa, quaſi moram fecerit in oculis, & amplexibus ſponſi, alloquitur eum dicens: *Fuge dilecte mi.* Vel eſt vox Eccleſiæ ad Chriſtum in mundo cum ſponſa converſantem: Quaſi diceret: In mundo iam mecum converſatus es: Me inſtruiſti; confirmaſti, viſitaſti: Sed homines tot mala in verbis, & iniurijs, verberibus, Cruce, clavis, lancea tibi inferunt, male perſonam tuam tractant. Ideo fuge in Cœlum: Aſcende ad Patrem. Vnde quidam ait, quod tantam verecundiam fecerunt in homine Chriſto, quod oportuit eum fugere ad Patrem ſuum. Vel vox ſponſę ad ſponſum; quaſi diceret: Iam per contemplationem moram feci in oſculis, in amplexibus tuis. Iam fuge dilecte mi. Non quia tædio ſponſa afficiatur: Sed quia ad actionem tranſire compellitur. Vnde hæc deſcēſio fuit de conſenſu vtriuſque partis.

223 Vnde Dominus ad Moyſem. Exodus. 32. B. *Deſcende: Peccavit populus tuus.* Et Angelus ad Iacob. Geneſ. 32. F. *Dimitte me, aurora eſt.* Cum ergo Monachus meditatur in clauſtro, igne devotionis accenditur, Chriſtum ſpeculatur, oſculatur. Cum autem Prior vocat eum ad negotium, pro inde eſt; acſi diceret: Chriſtum fuge, dilecte mi: Neceſſe habeo dulces amplexus relinquere, & ad actionem tranſire. Item fugit devotio per muſcas morientes. Vix enim, aut nunquam dicit aliquis, Pater noſter, vſque ad finem cum debita attentione, quin fiat ibi alicuius cogitationis impertinentis interruptio. Gregor. *Aliquando ad tempus recedit, vt dum requiritur abſens, fortius teneatur preſens.* Unde plerique omnes vires apponunt, vt cum orant, per cogitationes ſuas non evagentur, & cor teneant ſive attentionem, & in Deum dirigant.

Exod.32. B.

Geneſ.32. F.

Greg.

ASSIMILARE CAPREÆ, HINNULOQUE CERVORUM.

Quomodo comparatur Chriſtus capreis, hinnuliſque cervorum.

224 QVARE iſtis animalibus aſsimilatur ſponſus, dictum eſt ſupra, cap. 2. num. 247. Aliquæ tamen hic ſuperadduntur. Hæc animalia montes, & colles velociter tranſeunt; raro diu in vno loco commorantur. Sic Sponſus cito venit per devotionem, & cito recedit, vt

vt dictum eſt ſupra. *Cap. 2. num.* 303. Item, hæc animalia ſunt ſine crudelitate, & læſione. non enim lædunt, nec lacerant, nec aliquam habent crudelitatem. Talis eſt Chriſtus, qui ſumme eſt miſericors, ſive pius. Unde Gregor. *Sicut non poteſt non audire, quia potens eſt, ita non poteſt non exaudire, quia pius eſt.* Nemini igitur deſperandum eſt.

Gregor. Deſperandū non eſt.

225 Quatuor autem induunt hominem ad deſperandum, ſeu quatuor ſunt, quæ deſperationem faciunt. Primum eſt, quantitas peccati, ſicut prinſcidium, vel frinſcidium. Unde Cain pro frinſcidio ait: *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Geneſ. 4. B. Sed huic præfertur quantitas Paſsionis Chriſti. Vnde Iob. 6. A. *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: Et calamitas, quam patior in in ſtercora, quaſi arena maris hæc gravior appareret.* Hoc eſt, ſi peccata humani generis, pro quibus iram patior, ira Patris ponderarētur cum calamitate paſsionis meæ, hæc calamitas plus ponderat, quam totum peccatum generis humani.

Quod quatuor inducūt hominem ad deſperandū.

Geneſ. 4. B.

Iob. 6. A.

226 Item, multitudo aggravat peccatum; ſed præponderat multiplex Chriſti tribulatio. Vnde Ierem. 2. G. *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas.* Pſalm. 39. C. *Circumdederunt me mala, quorum non erat numerus: Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.* Sed iſtis pręvalent multæ tribulationes Chriſti, quas numerat Bernardus; dicens: *Quid non ſuave tibi, cum collegeris omnes amaritudines Domini tui, & rememoraveris primo illarum infantilium neceſsitatum; deinde laborum, quos pertulit in prædicando, fatigationum in ieiunando; vigiliarum in orando, lachrymarum in compatiendo: Poſtremo periculorum in falſis fratribus, ſputorum, collaphorum, convitiorum, ſubſannationum, clavorum, horumque ſimilium, quæ in ſalutem generis noſtri triginta tribus annis operatus eſt in medio terræ?*

Ier. 2. G.

Pſalm. 39. C.

Bern.

227 Tertium eſt adinventio peccati, quod multum aggravat. Vnde Pſalm. 80. C. *Ibunt in adinventionibus ſuis.* Ierem. 18. C. *Oblitus eſt mei populus meus, fruſtra libantes, & impingentes in vijs ſuis, in ſemitis ſæculi, vt ambularent per eas in itinere non trito.* In ſemitis ſuis impinguunt, qui proprijs motibus peccant: In ſemitis ſæculi, qui communia peccata perpetrant: Sed in itinere non trito ambulant, quibus non ſufficicit peccata communia perpetrare; ſed nova peccata ſtudioſe inveniunt. Sed non eſt deſperandum; quoniam bonitas Domini prævalet. Invenit enim, quod Deus fieret homo, quod Virgo conciperet, & pareret. Ierem. 31. D. *Novum fecit Dominus ſuper terram. Mulier circumdabit virum.* Quoniam ita fuit plenus ſapientia iacens in vtero matris; ſicut ſedens ad dexteram Patris, ideo virum vocat illum. Iſaia. 12. B. *Notas facite in populis adinventiones eius.*

Pſal. 80. C.

Ier. 18. C.

Deſperandū non eſt.

Ier. 31. D.

Chriſtus ita fuit plenus ſapientia iacens in vtero matris ſicut ſedens ad dexteram Patris.

Iſai. 12. B.

228 Quartum eſt, diuturnitas peccati; quoniam vt dicitur in Iſaia. 65. D. *Maledictus puer centum annorum. Senex inveteratus dierum malorum.* Ut dicitur in Eccleſiaſtico. 25. A. *Tres ſpecies odivit anima mea, & aggravor valde animæ, aliter, vitę illorum: Pauperem ſuperbum: Divitem mendacem: Senem fatuum, & inſenſatum.* Ille ſenex eſt inſenſatus, qui omnia opera ſua in obſequium Diaboli expendit. Sed non eſt deſperandum; quoniam infinitæ ſunt miſericordiæ Domini. Vnde Pſalm. 78. C. *Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.* Item, Pſalm. 88. G. *Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine?*

Iſai. 65. D.

Eccleſiaſti. 25. A.

Pſal. 78. C.

Pſalm. 88. G.

229 Carpus Epiſcopus erat ſenex, & perſequebatur peccatores, quando volebant converti. Et cum quidam eſſet quaſi obſtinatus in peccato, nec volebat converti, maxime perſecutus eſt eum, & odiebat. Quadam autem nocte vidit in viſione illum peccatorem iuxta os inferni: Et elevans ſurſum oculos, vidit Cœleſtem curiam, & Iesvm in medio; & ait: O Domine Iesv, quare ſuſtines, & non impingis iſtum infelicem in infernum; quia tota die peccat, & ad te non vult converti? Et ait Iesvs: Carpe, carpe, ceſſet furor tuus per-

Exemplum. De Chriſti miſericordia.

ſequi peccatorem. Adhuc enim ſi neceſſe eſſet, pro peccatoribus paratus ſum mori. Exinde quidam Sanctus.vt credo,Dioniſius, vbique benignum Iesvm appellavit.

230 Veruntamen, ò homo, diligenter attende, & non tradas oblivioni, quod iuſtus eſt. Vnde David, licet dicatur fuiſſe manſuetus, vt legitur in 2. Regum. 8. A. *Menſus eſt duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad vivificandum.* Sic verus David Chriſtus,duos funiculos metitur; funiculum iuſtitiæ, quo impios damnat; funiculum miſericordiæ, quo iuſtos ſalvat.David duriſsimus hoſtibus; manſuetus ſuis fuit. Vnde vt dicitur in 2. Regum. 12. G. *Populum Rabbath ſerravit, diviſitque cultris, & traduxit in typo laterum: Sic fecit univerſis civitatibus filiorum Ammon.* Sed erga Abſalom, Ioab, Semei, qui eum offenderant, fuit manſuetus. Sic Chriſtus, impijs apparebit crudelis: Sed manſuetiſsimus ſuis; licet ipſum aliquando offenderint.

2. *Reg.* 8. *A.*

2. *Reg.* 12. *G.*

SEQVITVR: SVPER MONtes aromatum.

231 IDeſt, exiſtentes ſuper montes, ſuper Sanctos, qui terrenas divitias, & carnales concupiſcentias deſerentes,ad Cœleſtia in altum ſe erigunt, & fragrantiam virtutum in Cœlum tranſmittunt.

De mentibus multiplicibus Falſi Prelati ſunt montes Gelboe.

232 Nihilominus ad valles deſcendas. Sunt montes Gelboe, & ſunt montes Myrrhæ, & ſunt montes Aromatum: Eſt vnus mons in vertice montium, primus interpretatur. David in 2. Regum. 1. D. *Montes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniat ſuper vos, nec ſint agri primitiarum: Quia ibi abiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saul, quaſi non eſſet vnctus oleo.* Gelboe interpretatur decurſus. Montes Gelboe ſunt falſi Prælati, quorum quidam toti fluunt in terrenis vitijs, & delitijs dediti, qui nil niſi divitias, & delitias decurrentes deſiderant.

2. *Reg.* 1. *D.*

Gelboe interpretatur decurſus.

233 Nec ros gratiæ, nec pluvia doctrinæ deſcendit ſuper eos, quia clypeus fortium, id eſt, vita Chriſti, qui eſt clypeus iuſtorum, ab eis abiectus eſt, quaſi Chriſtus non eſſet vnctus oleo, id eſt, quaſi non haberet plenitudinem gratiarum. Mira res! Magis ampiectuntur, ſive amplectimur, Diocletianum, Iulianum, & huiuſmodi conditores Legum, Galienum, Ovidium, Luchanum, & Ariſtotelem, vt garruli, qui omnes ſepulti ſunt in inferno, quam verba, & vitam Ieſu-Chriſti.

Clypeus iuſtorum eſt vita Chriſti.

234 Montes Myrrhæ ſunt pœnitentes, qui pro conſecutione æternæ beatitudinis, à divitijs, & delitijs abſtinentes amaritudinem ſentiunt, quæ dulcedinem procurat æternam.

Quod montes myrrhæ ſunt pœnitentes.

235 Montes Aromatum ſunt Sancti fragrantes odore virtutum. Mons conſtitutus in vertice eſt ipſe Chriſtus. Iſaia. 2. A. *Erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles.* Hic eſt Chriſtus, qui eſt ſuper omnes Sanctos. Quia non eſt Sanctus vt eſt Dominus; quoniam ipſe mons coagulatus, mons pinguis, à quo montes, & colles, id eſt, maiores Sancti, & minores ſuam habent fortitudinem; quia de plenitudine eius omnes accipiunt. Montes ad hoc ſtillant dulcedinem doctrinæ, lac gratiæ, mel gloriæ. *Venite ergo*, vt dicit Iſaia. 2. A. *Aſcendamus ad montem Domini.*

Quod montes aromatum ſunt Sancti. Mons conſtitutus in vertice eſt Chriſtus. Iſaia. 2. A.

236 Aſcendamus, inquam,per illos ſex gradus, quos inter homines converſando nobis præparavit. Hi ſunt paupertas, prudentia, obedientia, temperantia, labor corporalis, & patientia.Paupertatem præparavit in nativitate, quia de paupercula matre, in paupere tecto natus, pannis vilibus involutus, in præſepio bovis, & aſini reclinatus. Prudentiam monſtravit, quando propter ſevitiam Herodis fugit in Ægyptum, vt poſtea mundum in Cruce redimeret.

Iſai. 2. A. De ſex gradibus, quibus aſcenditur ad montem Domini. Luc. 2. A. Matth. 2. C.

237 Obedientiam monſtravit, quando erat ſubditus illis, ſcilicet, Ioſeph, & Matri ſuæ. Temperantiam, quando eſurijt, & tamen ad ſuaſionem Diaboli comedere noluit. Laborem corporis, quando diſcurrit per Galileam, & Iudæam,

Luc. 2. *G.*

Matth. 4. *A.*

vt

vt populum inſtrueret. Vnde ex itinere fatigatus, ſedit ſuper puteum. Humilitatem docuit, quando pedes diſcipulorum lavit. Patientiam oſtendit, quando verbera, & vulnera, & mortem pro ſalute humani generis patienter ſuſtinuit.

Ioann. 4. A.
Ioann. 13. A.
Matth. 27. C.
Marc. 15. B.

238 Aſcendamus ergo per hos gradus ad montem Domini, in præſenti per imitationem; in futuro per cognitionem. Ipſe enim eſt terminus, in quem omnes motus debemus terminare: Finis finium: Alpha, & O: A quo omnia: Per quem omnia: In quo omnia. Cui eſt gloria, honor, & Laus in ſæculorum ſæcula. Ieſu pie, Ieſu bone, mons coagulatus, mons pinguis, nos amaros reſpicere digneris. In hac valle miſeriæ, de tua nobis ſtilla dulcedine, vt ad veram dulcedinem, quam tecum ſancti guſtant, valeamus pervenire Ieſu bone.

239 Quia pulcher cantus quandoquidem faſtidit; cantum meum hic termino, vt dicit Salomon: Eccleſiaſtes. 12. D. *Faciendi plures libros nullus eſt finis: Frequenſque meditatio, carnis eſt afflictio.* Verumtamen laudes tuas non debet cor faſtidire, nec ſufficit lingua ennarrare, nec poterit ſtillus exarare. Si aliquid bene ſonat, O Ieſu bene; ex te eſt: Si autem minus bene, ex me eſt. Ergo de bono cantu, gratiam tuam agnoſco: De malo, veniam depoſco.

Eccleſiaſtes. 12. D.

(*)

Rodericus Alphonſi de Valle Viridi, Canonicus Aſtoricenſis, & Presbyter (licet indignus) hunc Librum manu mea propria ſcripſi; & favente Domino noſtro Ieſu Chriſto, vſque ad hunc finem perduxi: Anno gratiæ milliſsimo quadringenteſsimo vigeſsimo quarto, vndecima die menſis Aprilis ad laudem, & gloriam illius, qui eſt Alpha, & O, & Benedictus in ſæcula ſæculorum, Amen. Pater noſter; Ave Maria: Credo in Deum. Rodericus Alphonſi de Valle Viridi, Presbyter indignus.

Prælatam Expoſitionem in Cantica ita ſubſcriptam Rodericus reliquit.

LAUS DEO.

IN.

INDEX AUTHORITATUM

SACRÆ SCRIPTVRÆ;

QVÆ IN HAC EXPOSITIONE SVPER CANTICA continentur; per ordinem Librorum veteris, & novi Teſtamenti digeſtus.

LITERA C. SIGNIFICAT CAPVT: N. NVMERVM capitis ſignat.

GENESIS.

Cap. 1. FAciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. *cap.* 1. *num.* 396. *cap.* 4. *num.* 3.

Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. *cap.* 6. *num.* 32.

2 Fluvius egrediebatur de loco voluptatis, *cap.* 1. *num.* 355.

De ligno ſcientię boni, & mali ne comedas. *cap.* 4. *num.* 128.

3 Eritis ſicut Dij. *cap.* 7. *num.* 82.

Uidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum. *cap.* 1. *num.* 446.

Abſcondi me, quia nudus ſum. *cap.* 2. *num.* 243.

Mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno, & comedi. *cap.* 5. *num.* 161.

Quia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. *cap.* 2. *num.* 222.

In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *c.* 1. *n.* 515. *cap.* 4. *num.* 128.

Quia pulvis es, & in pulverem reverteris. *cap.* 1. *num.* 116.

Fecit Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas. *cap.* 5. *num.* 78.

4 Egrediamur foras. *cap.* 1. *num.* 69.

Ubi eſt Abel frater tuus? *ibid.*

Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear. *cap.* 4. *num.* 29.

Ait Cain: A facie tua abſcondar. *cap.* 1. *num.* 212.

5 Lamech genuit Noe. *cap.* 1. *num.* 474.

6 Videns Deus quod multa malitia hominum eſſet in terra. *cap.* 5. *num.* 253.

Non permanebit ſpiritus meus in homine quia caro eſt. *cap.* 6. *num.* 80.

7 Diluvium inundavit ſuper terram. *cap.* 1. *num.* 243.

10 Erat autem Nemrod robuſtus venator coram Domino, oppreſſor hominum. *c.* 8. *n.* 110.

12 Egredere de terra tua. *cap.* 3. *num.* 81.

13 Leva oculos tuos à loco, in quo nunc es. *cap.* 2. *num.* 122.

14 Vallis autem ſilveſtris habebat puteos multos bituminis. *cap.* 8. *num.* 97.

15 Cum Sol occumberet, ſopor irruit ſuper Abraham. *cap.* 5. *num.* 43.

Generatione autem quarta revertente huc. *cap.* 8. *num.* 217.

16 Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. *cap.* 1. *num.* 176.

17 Hoc eſt pactum meum quod obſervabitis inter me, & vos. *cap.* 7. *num.* 62.

18 Cum ſederet Abraham, in comvalle mambre. *cap.* 1. *num.* 209.

Cum ſim pulvis, & cinis. *cap.* 1. *num.* 116.

19 Surgite, egredimini de loco iſto. *c.* 3. *n.* 77.

Pluet Dominus ſulphur, & ignem ſuper Sodomam. *cap.* 2. *num.* 72.

21 Fecit Abraham magnum convivium in ablactatione pueri ſui Iſaac. *cap.* 4. *num.* 120.

22 Per me metipſum iuravi. *cap.* 1. *n.* 440.

24 Ingredere, benedicte Domini. *c.* 5. *n.* 155.

Egreſſus fuerat Iſaac ad meditandum in agro. *cap.* 7. *num.* 112.

25 Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum. *cap.* 1. *num.* 116.

Collidebantur in vtero parvuli. *ibid. n.* 171.

26 Sevit Iſaac, & invenit centuplum. *cap.* 1. *num.* 517.

Sume arma tua pharetram, & arcum. *cap.* 2. *num.* 250.

Pelliculaſque hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit. *cap.* 1. *num.* 128.

Uox quidem, vox Iacob eſt: Sed manus, manus ſunt Eſau. *cap.* 5. *num.* 299.

Ecce

Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. *cap. 1. num. 58.*

28 Quando Iacob in itinere ſtuduit civitatem intrare, ſed lapidem ſuppoſuit ad caput, & dormivit. *cap. 1. num. 469.*

Uidit Iacob in ſomnis ſcalam. *cap. 7. num. 1. cap. 1. num. 228.*

Terram, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo. *cap. 2. num. 122.*

29 Iacob invento puteo, adaquavit gregem. *cap. 7. num. 112.*

Iacob ſervivit ſeptem annis Laban pro Rachele. *cap. 8. num. 118.*

Non eſt in Loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. *c. 2. n. 97.*

30 Ruben tempore meſsis triticeæ egreſſus in agrum, & invenit mandragoras, & dedit eas matri ſuę Liæ. *cap. 7. num. 242.*

Tollens Iacob virgas, ex parte decorticavit eas. *ibid. num. 74.*

31 Video quod animus veſtri ab heri, & nudius tertius mutatus eſt erga me. *cap. 2. n. 178.*

Oves tuæ, & capræ ſteriles non fuerunt. *cap. 5. num. 132.*

Die ac nocte æſtu vrebar, & gelu. *ibi. n. 134.*

Ne iraſcatur dominus meus, quia coram te aſſurgere nequeo. *ibid. num. 244.*

En decies mutaſti mercedem meam. *cap. 2. num. 216.*

32 Iacob abijt in itinere quo cæperat. *c. 7. n. 6.*

Dimitte me aurora eſt iam. *cap. 8. n. 223.*

Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. *cap. 3. num. 13.*

33 Si parvulos, Oves, vel boves fœtas plus in ambulando fecero laborare, morientur in via. *cap. 6. num. 91.*

34 Sichem fecit ſe circumcidi, vt haberet Dinam. *cap. 8. num. 195.*

Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananeis. *cap. 6. num. 108.*

35 Abijcite Deos alienos, qui in medio veſtri ſunt. *cap. 5. num. 247.*

37 Iſrael diligebat Ioſeph. *cap. 2. num. 157.*

Fecit Iacob filio ſuo Ioſeph tunicam polymitam. *cap. 5. num. 80.*

Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui. *cap. 1. num. 461.*

Vidi Solem, & Lunam, & Stellas adorare me. *cap. 8. num. 28.*

Uade, & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora. *cap. 6. num. 85.*

Quam cum vidiſſet Iacob, ait. *cap. 1. n. 188.*

38 Iudas miſit hædum ad Tamar. *c. 1. n. 177.*

39 Iniecitque domina domus oculos in Ioſeph; & ait illi: Dormi mecum. *cap. 5. n. 163.*

Nec quidquam eſt in domo domini mei, quod non tradiderit mihi, præter te. *ibi. n. 164.*

Loquebatur per ſingulos dies, & mulier erat moleſta iuveni. *ibid. num. 169.*

40 Et ſuccedentibus proſperis, oblitus eſt pincerna Pharaonis Ioſeph interpretis ſui. *cap. 2. num. 262.*

43 Revertimini in Ægyptum, vt ematis pauxillum eſcarum. *cap. 4. num. 93.*

Atollens autem Ioſeph oculos vidit Beniamin fratrem ſuum. *cap. 1. num. 481.*

Ponite panes in menſa. *cap. 5. num. 38.*

Fratres Ioſeph comederunt in meridie. *cap. 1. num. 210.*

45 Præcipe vt tollant plauſtra de terra Ægypti. *cap. 1. num. 261.*

46 Quintam partem regi dabitis. *c. 8. n. 140.*

48 Ingrediente me in Ephrata mortua eſt vxor mea Rachel. *cap. 1. num. 479.*

Angelus qui eripuit me de cunctis malis. *cap. 1. num. 138.*

49 Simeon, & Levi fratres: Vaſa iniquitatis bellantia. *cap. 8. num 146.*

Maledictus furor eorum, quia pertinax eſt. *ibid. num. 150.*

Ruben primogenitus meus, principium doloris mei. *cap. 1. num. 159.*

Ruben primogenita amiſit, quia polluit lectum patris ſui. *cap. 1. num. 493.*

Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt. *cap. 1. num. 1.*

Lavabit in vino ſtollam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum. *c. 7. n. 72. c. 5. n. 171.*

Iacob collegit pedes ſuos ſuper lectum, & obijt. *cap. 7. num. 113.*

Ego congregor ad Populum meum. *cap. 7. n. 117.*

50 Ioſeph præcepit ſervis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrem. *cap. 4. num. 110.*

EXODUS.

Cap. 3. CVM enim minaſſet gregem apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi. *cap. 4. num. 82.*

Quis ego ſum vt vadam ad Pharaonem. *cap. 5. num. 267.*

Ibimus viam trium dierum ſacrificare Domino in deſerto. *cap. 3. num. 17.*

4 Proijce virgam in terra: Proiecit, & verſa eſt in colubrum. *cap. 1. num. 93.*

Moyſes miſit manum in ſinum, & extraxit eam leproſam. *cap. 5. num. 240.*

Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudius tertius. *cap. 5. num. 167.*

Cum eſſet Moyſes in itinere. *c. 8. n. 41.*

9 Quando Moyſes proiecit cineres in altum, & factæ ſunt veſicæ in Ægyptijs. *cap. 7. num. 21.*

Quan-

10 Quando tenebræ occupaverunt totam terram Ægypti. c.7.n.6.
12 Hæc eſt religio phaſe. c.5.n.36.
14 Sed cum Moyſes extendiſſet manum ſuam ſuper mare. c.3.n.79.
21 Oculum pro oculo, dentem pro dente. c.1. n.15.
23 Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via. c.1.n.138.
Maledicta ſterilis, quæ non paris. c.2.n.52.
27 Omnia vaſa ex ære fabricabis. c.1.n.271.
31 Ecce, vocavi ex nomine Beſeleel filium Vrię. ibid.
32 Hi ſunt dij tui Iſrael, & ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. c.1.n.157.
Deſcende: Peccavit populus tuus. c.5.n.76.
Aut dele me de libro vitę: Aut dimitte eis noxiam hanc. c.3.n.43.
33 Si non tu ipſe præcedis, vt educas nos de loco iſto. c.7.n.140.
34 Non apparebis in conſpectu meo vacuus. c.1.n.120.
39 In tunica Sacerdotis erant tintinacula. c. 3. n.44.

LEVITICUS.

*Cap.*19. NE maledicas ſurdo. c.7.n.69.
24. In menſa propoſitionis poſiti fuerunt duodecim panes. c.5.n.35.
Oculum pro oculo, dentem pro dente. c. 1. n.15.
26 Comedetis vetuſtiſsima veterum. c.1.n.487.
Si ambulaveritis contra me. c.1.n.159.

NUMER.

*Cap.*8. SAcerdotibus præceptum eſt, vt pillos raderent. c.1.n.171.
13 Miſit Moyſes exploratores, in terram promiſsionis. ibid.n.174.
Exploratores, qui miſsi ſunt abſciderunt palmitem cum uva ſua. c.7.n.136.
14 Nolite rebelles eſſe contra Dominum. c.2. n.138.
17 Moyſes poſuit virgam in tabernaculo coram Domino. c.3.n.11.
18 Filijs Levi non erit portio. c.2.n.163.
19 Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam immundum eſt. c.5.n.15.
21 Obſecro vt tranſire mihi liceat, per terram tuam. c.1.n.184.
25 Finees cum pugione. c.1.n.301.

DEVTERONOMIVM.

*Cap.*3. SOlus Og rex Baſan reſtiterat de ſtirpe Gigantum. c.1.n.489.
7 Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram. c.2.n.134.
Devorabis omnes populos. c.2.n.138.
18 Filijs Levi non erit portio. c.2.n.163.
23 Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus ſit ſomnio. c.1.n.149.
Quando præcipitur filijs Iſrael, quod ad exquiſita naturę exeant extra caſtra. c.2.n.211.
28 Aperuit Dominus Theſaurum ſuum cœlum optimum. c.6.n.21.
Percutiet te Dominus aere corrupto, & rubigine. c.1.n.168.
Sit Cœlum quod ſupra te eſt, æneum; & terra, quam calcas, ferrea. ibid.
De cœlo deſcendat ſuper te ignis, donec conteraris. ibid.
Percutiat te Dominus egeſtate, febri, & frigore, ardore, & æſtu. ibid.
Sitque cadaver tuum in eſcam cunctis volatilibus cœli, & beſtijs terræ. ibid.
Percutiet te Dominus amentia, & cęcitate, ac furore mentis. ibi.
Percutiet te Dominus vlcere peſsimo in genibus. ibid.
Servies inimico tuo. ibid.
31 Populus iſte conſurgens fornicabitur poſt Deos alienos. c.5.n.289.
32 Sicut Aquila provocat ad volandum pullos ſuos. c.2.n.64.
Ut ſuggeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſsimo. c.2.n.285.
Receſsit à Deo ſalutari ſuo: c.4. n.27.
Vtinam homines ſaperent, & intelligerent, ac noviſsima providerent. c.1. n. 169. c.5. n. 269.
Sagittas meas complebo in eis. c.4. n.44.
Vinea Sodomarum: & de ſuburbanis Gomorrhæ. c.1.n.184.
Uva eorum uva fellis. ibi.n.90.
Fel draconum vinum eorum. c.1. n.184.
33 Apparuit Dominus de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia. c.4.n.6.
Solus oculus Iacob. c.1.n.73.
Beatus es Iſrael, cuius ego ſum ſcutum. c. 2. n. 286.

IOSUE.

*Cap.*3. IN hoc, inquit, ſcitis quod Dominus Deus vivens in medio veſtri eſt. c. 2. n. 131.
8 Ponite inſidias poſt civitatem. c.1. n.407.
Ioſue clypeum elevavit in altum. c.4. n.55.

Io-

Ioſue ſuſpendit regem Hai in patibulo. c.2.n.126.

10 Percuſsit itaque Ioſue omnem terram montanam. c.1.n.208.

IVDICVM.

*Cap.*3. SAmgad percuſit de Philiſthijm ſexcentos viros vomere vno. c.1.n.30.

4 Si venis mecum vadam: Si nolueris venire non pergam. c.7.n.140.

Quando Iahel clavum infixit in cerebro Siſaræ. c.5.n.52.

5 Quare habitas inter duos terminos, vt audias ſibilos gregum? c.1. n.247.

Vngulæ equorum ceciderunt fugientibus impetu. c.1.n.255.

6 Vade in hac fortitudine tua; & percuties Madian. ibi.n.357.

9 Ierunt ligna vt vngerunt ſuper ſe regem. c.1.n.528.c.6.n.5.

11 Filia Iepte virginitatem ſuam flevit duobus menſibus. c.3.n.51.

15 Samſon cum mandibula aſini. c.1. n.301.

16 Quomodo dicis quod diligis me, cum animus tuus non ſit mecum. c.2.n.220.

Quando Sanſon dormiens ſuper genua Dalidæ: & venit barbitonſor, & capillos abſtulit. c.5.n.54.

RVTH.

*Cap.*1. HÆc illa Noemi: Quibus ipſa ait. c.1. n.108.

2 Proijcite ſpicas de induſtria vt colligat Ruth abſque verecundia. c.2. n.210.

Plenam mercedem accipias, à Domino Deo Iſrael. c.1.n.435.

3 Ego ſum Ruth ancilla tua. c.5.n.169.

1. REGVM.

*Cap.*1. ANna cur fles? & quare non comedis. c.8.n.58.

2 Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum. c.1.n.293.

3 Samuel dormiebat in Templo Domini. c.5.n.107.

Iuravit Dominus Heli. c.5. n.112.

5 Philiſthæi tuleruntarcam Domini ab exercitu Iſrael. c.5.n.66. ibi.n.71.

6 Tulerunt plauſtrum, & ibant vaccæ directę. c.1.n.262.

8 Non te abiecerunt, ſed me. c.1. n.555.

11 Naas ammonites noluit aliter fœdus inire cum viris Iabes Galaad, niſi quod emeret oculos eorum dextros. c.1.n.237.

Habeto nos fœderatos, & ſerviemus tibi.c.5.n.215.

12 Mutabat os ſuum coram Achis. c.5. n.72.

15 Uade, & percute Amalec. c. 5. n. 294.

Melior eſt obedientia, quam victima. ibi.n.298.

16 Noli orare pro eo, quia ego abieci eum. c.1.n.159.

Spiritus receſsit à Saule. c.5. n.298.

Dixerunt ſervi Saul ad eum: Ecce ſpiritus Domini malus exagitat te. ibi.n.299.

17 Accipe fratribus tuis ephi polentam. c.6.n.90.

Quando David pugnavit contra Goliath. c.8.n.116.

Paſcebat ſervus tuus patris ſui gregem. c.5.n.133.

Accepit quinque lapides. c.2. n.103.

Ibat autem Philiſthæus incedens. c. 1.n.456.

18 Factum eſt cum David compleſſet loqui ad Saul. c.1.n.287.

Non rectis oculis Saul aſpiciebat David. ibi.n.459.

Et celebre factum eſt nomen eius nimis. c.1.n.33.

23 Ziphæi laboraverunt, vt David caperetur à Saul. c.2.n.4.

24 Fugit David ad tutiſsima loca Engaddi. ibi.n.10.

26 Erit anima Domini mei cuſtodia. c. 1.n.363.

Filij hominum maledicti ſunt in conſpectu Domini. c.5. n.5.

2. REGVM.

*Cap.*1. MOntes Gelboe, nec ros, nec pluvia veniat ſuper vos. c.8.n.232.

2 Abner averſa haſta percuſsit Aſael. c.3.n.54.

3 Miſit Abner nuncios ad David dicens. c.8.n.194.

Optime ego faciam tecum amititias. c.1.n.190.

4 Venientes igitur filij Remmon Berothitæ Rechab, & Baana. ibi.n. 206.

Isbo-

Isboseth dormivit in aula in meridie. c.5.n.55.
8 Mensus est duos funiculos. c. 8. n.230.
10 Rex Ammon rasit mediam barbam nuntiorum David. c.5.n.292.
11 Factum est eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere. c. 1. n. 180.
12 Populum Rabbath serravit. c. 8. n. 230.
13 Absalon invitavit Amon. c.1. n.90.
14 Absalon tondebat se semel in anno. c.3. n.52.
16 Ingredere ad concubinas patris tui. c.1.n.495.
17 Achitophel se ipsum suspendit. c.2. n.180.
18 Servate mihi puerum Absalon. c.6. n.33.
Ascendit cænaculum portæ flens, & dicens: Fili mi Absalon. ibi. n. 45.
20 Salve mi frater. c.1.n.8.
21 Fames oppressit populum Israel, quando regnavit David.c.2.n.137.
23 Ipse est quasi teterrimus ligni vermiculus. c.3.n.37.

3. *REGVM.*

*Cap.*1. QUæramus domino nostro Regi adolescentulam virginem. c.6. n.146.
10 Salomon ostendit sapientiam suam, & domum suam Reginæ Sabba. c.1.n.65.
Vidi oculis meis, & probavi, quod media pars mihi nuntiata non fuit. ibi.n.74.
Beati viri tui, & beati servi tui. c.2. n. 80.
Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem.c.8.n.126.
Non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis. c.1.n.300.
Magnificatus est ergo Rex Salomon. c.4.n.134.
12 Dixit populus ad Roboam: Pater tuus. c.1.n.326.
13 Quicumque volebat implebat manum suam. c.6.n.99.
14 Sesac Rex Ægypti ascendit in Ierusalem. c.1.n.272.
15 Rex Asa Maacham matrem suam amovit. c.3.n.35.
17 Dixit Elias de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus Deus Israel in cuius conspectu ego sto. c.1.n.61.
18 Dixit Elias: apprehendite prophetas Baal. c.3.n.40.
19 Elias fugiens Regina Iezabel. c.6. n. 10.
Spiritus grandis, & fortis subvertens montes. c.3.n.5.
20 Quia non percussisti me, leo percutiet te. c.2.n.253.
21 Achab voluit emere vineam Nabaoth. c.7.n.123.
Nabaoth lapidatus est, ex mandato Iezabel. c.3.n.47.

4. *REGVM.*

*Cap.*2. QUando Elias raptus est in Cœlum. c.5. n.168.
4 Caput meum doleo.c.2.n.67.
Venit Eliseus, & incurvavit se super puerum. c.2. n.68.
Excurram vsque ad hominem Dei. c.6.n.145.
Sunamitis mortuo filio, venit ad Eliseum. c.1.n.2.
Pone ollam grandem, & coque pulmentum. c.6.n.8.
Mors in olla vir Dei. c.2.n.189.
6 Minister autem viri Dei consurgens diluculo. c.7.n.3.
Facta est fames magna in Samaria. c.1.n.283.
9 Nabaoth lapidatus est ex mandato Iezabel. c.3.n.47.
Iehu Rex Israel venit ad Iezrahel.c.3. n. 31.
10 Produxerunt statuam de phano Baal. c.3.n.47.
14 Carduus libani misit ad cedrum. c. 6.n.3.
25 Nabuzardam templum Domini succendit. c.1.n.340. ibi.n.420.
Sedecias ductus est à Nabuchodonosor in Rebbatha. c.5.n.217.

2. *PARALIP.*

*Cap.*2. NOS cædemus ligna de libano. c.5.n.228.
9 Salomon ostendit sapientiam suam, & domum suam Reginæ Sabba. c.1.n.65.
Vidi oculis meis, & probavi quod media pars mihi nuntiata non fuerit. ibi.n.74.
20 Statuit cantores Domini. c. 8. n. 212.

Non eſtis vos qui dominamini. c. 8. n. 209.

2. ESDRÆ.

Cap. 4. NUmquid poterit ædificare lapides. c. 6. n. 96.

TOBIÆ.

Cap. 2. TObias fatigatus proiecit ſe ad parietem. c. 5. n. 219.

6 Dixit Angelus Raphael Tobiæ: Audi me. c. 1. n. 550.

13 Cantabitur per vicos Ieruſalem alleluia. c. 2. n. 80.

Portæ Ieruſalem. ibi. n. 78.

Beatus ero ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei. c. 3. n. 10. c. 6. n. 15.

IVDITH.

Cap. 13. FIlia Merari tulit conopæum. c. 5. n. 263.

14 Egreſſi ſunt mures de cavernis. c. 5. n. 263.

Vna mulier hebræa confuſionem fecit in domo Nabuchodonoſor. ibi.

ESTHER.

Cap. 3. AMan princeps perſequebatur Mardochęum. c. 2. n. 11.

IOB.

Cap. 1. CIrcuivi terram, & perambulavi eam. c. 5. n. 152.

Cum veniſſent filij Dei. c. 1. n. 312.

Numquid Iob fruſtra timet Deum. c. 8. n. 155.

Filijs Iob, & filiabus veſcentibus in domo. c. 1. n. 354.

Ignis Dei cecidit è cœlo, & tactas oves pueroſque conſumpſit. c. 4. n. 151.

Chaldęi fecerunt tres turmas. c. 3. n. 2.

2 Pellem, pro pelle: & quidquid habuerit homo. c. 2. n. 148.

3 Pereat dies in qua natus ſum. c. 5. n. 90 c. 2. n. 302.

Antequam comedam ſuſpiro. c. 1. n. 340.

Quare miſero data eſt lux. c. 5. n. 16. c. 6. n. 86.

Expectat mortem, & non venit. c. 5. n. 16.

Gaudentque vehementer cum invenerint ſepulchrum. ibi.

5 Virum ſtultum interficit iracundia; & parvulum occidit invidia. c. 6. n. 7.

6 Utinam appenderentur peccata mea. c. 8. n. 225.

Numquid rugiet onager cum habuerit herbam? c. 1. n. 2. ibi. n. 497.

Numquid mugiet bos cum ante præſepe plenum ſteterit. c. 7. n. 28.

Poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem. c. 1. n. 71.

Nec fortitudo lapidum fortitudo mea. c. 6. n. 91.

Qui timet pluviam, ruet ſuper eum nix. c. 2. n. 277.

Ambulabunt in vacuum, & peribunt. c. 1. n. 220.

7 Militia eſt vita hominis ſuper terram. c. 1. n. 80.

Memento quia ventus eſt vita mea. c. 1. n. 101.

Suſpendium elegit anima mea. c. 2. n. 165.

Quid eſt homo quia magnificas eum? c. 1. n. 191.

9 Verebar omnia opera mea. c. 6. n. 108.

Non eſt qui vtrumque valeat arguere. c. 1. n. 408.

10 Nonne ſicut lac mulſiſti me? c. 6. n. 91.

Terram miſeriæ, & tenebrarum. c. 2. n. 197.

Ubi nullus ordo; ſed ſempiternus horror inhabitat. c. 2. n. 99.

12 Deridetur enim iuſti ſimplicitas. c. 1. n. 148.

13 Quare tacens conſumor. c. 2. n. 301.

14 Homo cum dormierit, non reſurget. c. 3. n. 20.

Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea. c. 1. n. 212.

15 Ignis deſtruet tabernacula eorum. c. 5. n. 249.

16 Hoſtis meus terribilibus oculis intuitus eſt me. c. 7. n. 11.

Circumdedit me lanceis ſuis. ibi. n. 41

17 Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. c. 8. n. 5.

In profundiſsimum infernum deſcendent omnia mea. c. 2. n. 173.

18 Abſcondita eſt in terra pedica eius. c. 5. n. 166. ibi. n. 191.

Miſit in rete pedes ſuos. c. 5. n. 190.

19 Saltem nunc intelligite, quia Deus. c.8.n.5.
Dereliquerunt me proximi mei. ibi. n.7.
Halitum meum exhorruit vxor mea. c.1.n.11.
Servum meum vocavi, & non respondit mihi. c.2.n.224.
Fugite ergo à facie gladij. c.3.n.58.
20 Divitias quas devoravit, evomet. c.1.n.235.
Panis eius in vtero eius vertetur in fel aspidum. c.2.n.199.
Caput aspidum suget, & occidit eum lingua viperæ. ibi. n.202.
Non remansit de cibo eius. c.3.n.48.
Cum satiatus fuerit arctabitur. c.1. n.234.
Emittet in eum iram furoris sui. c.2. n.72.
Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. c.2.n.277.
Vadunt, & veniunt super eos horribiles. c.5.n.138.
21 Deridetur iusti simplicitas. c.7.n. 126.
Domus eorum securæ sunt, & pacatæ. c.6.n.85.
Ducunt in bonis dies suos. c.2.n. 194.
Tenent tympanum, & citharam, & gaudent. c.8.n.204.
Qui dixerunt Deo: Recede à nobis, viam scientiarum tuarum nolumus. c.1.n.11.c.2.n.180.
Dulcis fuit glareis cocyti. c.2.n.88.
23 Quis mihi tribuat, vt veniam, & cognoscam illum. c.8.n.9.
24 Auditu auris audivi te. c.2.n.241.
Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium. c.2.n.203.
Dulcedo eius vermis. ibi. n.88.
Dedit illi Deus locum pœnitentiæ. ibi.n.232.
26 Columnæ cœli contremiscent. c.6. n.110.
Cum vix parvam stillam sermonis eius audierimus. c.2.n.219.
28 Ferrum de terra tollitur. c.8.n. 208.
Lapis calore solutus, in æs convertitur. c.8.n.70.
Sapientia vbi invenitur. c.3.n. 16.
Nescit homo pretium eius. c.1.n. 200.
Abyssus dicit: Non est mecum. ibi. n.204.
Mare loquitur: Non est mecum. ibi.
29 Lavabam pedes meos butyro. c.2. n.285.
30 Rodebant, & mandebant herbas. c.6.n.10.
Esse sub sentibus delitias computabam. c.1.n.378.c.2.n.215.
Faciem meam conspuere non verebantur. c.2.n.255.
Mutatus es mihi in crudelem. c.6. n.74.
Frater fui draconum, & socius struthionum. c.2.n.17.
31 Si vidi Solem cum fulgeret. c.1. n.240.
33 Semel loquitur Deus, & secundo ad ipsum non repetit. c.5.n.42.
34 Si direxerit ad Deum cor suum. c.3. n.14.
36 Deus non abijcit potentes, cum ipse sit potens. c.7.n.120.
Liberabit me de ore angusto. c.2. n.172.
39 Penna struthionis similis est. c.4. n.15.
Contemnit multitudinem civitatis. c.1.n.497.
Clamorem exactoris non audit. ibi.
Numquid præbebis equo fortitudinem. c.1.n.260.
Pulli Aquilæ lambent sanguinem. c.1.n.455.c.7.n.107.
40 Fortitudo Behemoth in lumbos eius. c.2.n.11.
Sub vmbra dormit in secreto calami. c.1.n.204.
In oculis eius quasi hamo capiet eum. c.6.n.75.
Absorbebit fluvium, & non mirabitur. c.5.n.255.
Numquam abdicabis leviatham hamo. c.6.n.76.
Numquid illudes ei quasi avi? c.1. n.406.
41 Circa gyrum dentium eius formido. c.6.n.55.
De ore Behemoth lampades procedunt. c.8.n.129.
De naribus eius procedit fumus. c.4. n.77.
42 Auditu auris audivi te. c.2.n. 241.

Cap.1. QUod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. c.2. n.22. ibi. 176.
Non ſic impij, non ſic. c.2.n.129.
2 Ego hodie genui te. c.2.n.103.
Reges eos in virga ferrea. ibi.
Tanquam vas figuli confringes eos. c.4.n.43.
Erudimini qui iudicatis terram. c.5. n.281.
4 Filij hominum vſque quo gravi corde? c.1.n.374.ibi.96.
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. c.1.n.412.
A fructu frumenti, vini, & olei. c.1. n.506.
5 Sepulchrum patens eſt guttur eorum. ibi.n.338.
Non eſt in ore eorum veritas; cor eorum vanum eſt. c.4.n.21.
6 Laboravi in gemitu meo. c. 1. n. 228.
Domine ne in furore tuo arguas me. c.5.n.92.
Turbatus eſt à furore oculus meus. c.6.n.108.
7 Conſumetur nequitia peccatorum. c.1.n.3.
Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. c.1. n.232.
Ecce parturijt iniuſtitiam. ibi. n. 471.
Incidit in foveam quam fecit. c. 8. n. 96.
8 Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. c. 5.n.233.
9 Perijt memoria eorum cum ſonitu c.7.n.132.
Annuntiate inter gentes ſtudia eius. c.1.n.410.
Factus eſt Dominus refugium pauperi. ibi. n.435.
Infixæ ſunt Gentes in interitu. c. 2. n. 168.
In laqueo iſto, quem abſconderunt. c.2.n.168.c.4.n.24.
Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuę. c.4.n.25.
Sub lingua eius labor, & dolor. c.4. n.124.
Propter quod irritavit impius Deum. c.5.n.44.
10 Paraverunt ſagittas ſuas in pharetra. c.1.n.172.
Ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorũ.c.2.n.205.
11 In circuitu impij ambulant. c. 5. n.152.
Beatus homo qui miſeretur, & commodat. c.2.n.151.
12 Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. c.5.n.217.
13 Qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis. c.5.n.307.
Dixit inſipiens in corde ſuo; non eſt Deus. c.8.n.68.
Trepidaverunt timore, vbi non erat timor. c.1.n.103.
Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt. c.1.n.9.
Sepulchrum patens eſt guttur eorum. c.1.n.338.
Non eſt qui faciat bonum, vſque ad vnum. c.2.n.29.
Contritio, & infelicitas in vijs eorum. c.2.n.196.
14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. c.7.n.65.
15 Tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi. c.5.n.176.
Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. c.5.n.282.
Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper. c.1.n.213.
Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei. c.2.n.92. c.5.n.121.
16 Saturati ſunt filijs. c.4. n.122.
Igne me examinaſti, ſicut examinatur argentum. c.1.n.389.
Cuſtodi me Domine, vt, pupillam oculi. c.1.n.122.
Satiabor cum apparuerit gloria tua. c.8.n.137.
17 In Deo meo trangrediar murum. c.1.n.420. c.8.n.158.
Volavit ſuper pennas ventorum. c.1. n.62.c.2.n.73.
Deus meus impolluta via eius. c.1.n. 484.
Caligo ſub pedibus eius. c.2. n. 126.
Eripuit me de inimicis meis fortiſsimis. ibi.n.130.
18 Delicta quis intelligit? c.4. n.42.
Exultavit vt gigas ad currendam viam. c.1.n.62. c.2. n.242.
Deſiderabilia ſuper aurum. c.1. n.86.
Dies diei eructat verbum. c.2. n.302.
19 Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt. c. 5.n. 190.
Hi in curribus, & hi in equis: Nos autem. c.2.n.194.
20 Pones eos vt clibanũ ignis.c.2.n.206
Devorabit eos ignis. ibi.

21 Ego autem ſum vermis. c.2. n.243. c.1.n.117.ibi.n.389.
Foderunt manus meas, & pedes meos. c.2 n.285. c.1.183.
22 Dominus regit me, & nihil mihi deerit. c. 2. n.99.
23 Qui non accepit in vano animam ſuam. c.1.n.221.
25 In Domino ſperans non infirmabor. c.7.n.139.
26 Vultum tuum Domine requiram. c.4.n.134.
28 Deus meus pone illos vt rotam. c.5. n. 152.
Confringet Dominus cedros libani. c.6.n.2.
30 In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. c.8.n.218.
Qui videbant me, foras fugerunt à me. c.7.n.7.
31 Confitebor adverſum me iniuſtitiam meam Domino.c.8.n.221.
32 Verbo Domini cœli firmati ſunt. ibi.n.160.
Falax equus ad ſalutem. c.5. n.198.
Miſericordia Domini plena eſt terra. c.1.n.36.
33 Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus. c.2. n.2. c.4. n. 121. c.5.n.35.
Quoniam iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde. c.4.n.62.
Quis eſt homo qui vult vitam. c. 5. n. 100.
34 Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum. c.2.n.67.ibi.n.196.
35 Inventa eſt iniquitas eius ad odium: & cum iratus fueris miſericordia recordaberis. c.1. n. 36.
De torrente voluptatis tuæ potabis eos. c.2. n. 191.
Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. ibi.n.271.
Quoniam apud te eſt fons vitæ. c. 4. n.148.c.5.n.125.
36 Noli emulari in malignantibus. c.2. n. 115.
37 Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum. c.6.n.131.
Rugiebam à gemitu cordis mei. c. 8. n.211.
Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. c.1. n.312.
Gemitus meus à te non eſt abſconditus. c.5.n.160.
38 Subſtantia mea apud te eſt. c. 1. n. 78.
39 Uidebunt iuſti, & timebunt. c.8.n. 67.
Circumdederunt me mala. c. 8. n. 226.
Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei. c. 4. n. 4. c. 2. n. 62.
41 Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum. c.4.n.144.
43 Dediſti nos tanquam oves eſcarum. c.5.n.307.
Vendidiſti populum tuum ſine pretio. c.8.n.45.
Conglutinatus eſt in terra venter meus. c.1.n.105.
44 Specioſus forma præ filijs hominum. c.5.n.178. c.5.n.301.
Intende proſpere procede, & regna. c.6.n.88.
Aſtitit regina à dextris tuis. ibi. n. 82.
Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. ibi.n.42.
Omnis gloria filię regis ab intus. c.2. n.123.c.4.n.46.
Concupivit Rex decorem tuum. c.1. n. 398.
Mirrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis. c.1.n.492.
Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis. c.2.n.102.
45 Adiutor in tribulationibus. c.2.n.9. c.1.n.470.
Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei. c.4.n.143.
Conturbatæ ſunt gentes. c.6.n.112.
46 Pſalite regi noſtro: Pſalite ſapienter. c.1.n.311.
47 In ſpiritu vehementi conterens naves Tharſis. c.4.n.87.
48 Homo cum in honore eſſet, non intellexit. c.1.n.43.
Confitebitur tibi cum benefeceris ei. c.1.n.104.
49 Os tuum abundavit malitia. c. 8. n. 24.
Arguam te, & ſtatuam contra faciem. tuam. ibi.n.25.
50 Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. c.4.n.39.
Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco. c.8.n.8.
Aſperges me. c.6.n.13.
Prævaluit in vanitate ſua. c. 1. n. 252.
53 Quoniam non propoſuerunt Deum ante. c.4.n.27.
Et non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum. c.8. n.176.
54 Quis dabit mihi pennas ſicut co-

columbæ. c. 1. n. 61.
Iacta ſuper Dominum curam tuam. c.2.n.64.
Tu vero deduces eos in puteum interitus. ibi.n.74.
Et non defecit de plateis eius vſura, & dolus. c.3.n.10.
Cor meum conturbatum eſt in me. c.6.n.108.
Extendit manum ſuam in retribuendo. c.8.n.3.
Deſcendunt in infernum viventes. ibi.n.99.
55 In Deo laudabo ſermones meos. ibi.n.106.
Pro nihilo ſalvos facies illos. c. 7. n. 123.
Ab altitudine diei timebo. c.6. n.86. c.5.n.55.
In quacumque die invocavero te, ecce cognovi quoniam Deus meus es. c.1.n.252.
56 In ũbra alarũ tuarũ ſperabo.c.2.n.63
Filij hominum dentes eorum arma, & ſagittæ. c.5.n.307.
Paratum cor meum Deus. ibi. n.250.
57 Super cæcidit ignis, & non viderunt Solem. c.1. n.272. ibi. n.418.
Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis. c.4.n.53.
Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum. c.1.n.12.
59 Cantate Domino canticum novum. c.2.n.102.
Oſtendiſti populo tuo dura. c.8.n. 184.
62 Sicut adipe, & pinguedine. c. 2. n. 271.
Renovabitur vt Aquilæ iuventus tua. ibi.
64 Abundabunt valles frumento. c. 2. n. 14.
In ſtillicidijs eius lætabitur germinans. c.6.n.25.
66 Illuminet vultum ſuum ſuper nos. c.1.n.412.
67 Aſcendit ſuper occaſſum. c.7. n.93.
Benedictus Dominus die quotidie. c.6.n.88.
Ibi Beniamin adoleſcentulus. c. 5. n. 50.
68 Infixus ſum in limo profundi. c. 1. n.53. ibi.n.307.
Non me demergat tempeſtas aquę. c.2.n.172.
Salvum me fac Deus. c.3.n.26.
Quoniam intraverunt aquę vſque ad animam meam. c.8.n.95.
72 Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te. c.2.n.147.
73 Redemiſti virgam hæreditatis tuæ. c.1.n.93.
Operatus eſt ſalutem in medio terræ. c.7.n.80.
75 Dormierunt ſommum ſuum. c. 2. n.225.c.4.n.83.c.5.n.60.
76 Renuit conſolari anima mea. c. 1. n.43.c.2.n.118.c.3.n.7.
Cogitavi dies antiquos. c.2.n.302.
77 Filij Effren intendentes, & mittentes arcum. c.1.n.147.
Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum. c.1.n.77.ibi.n.340.
Interrupit petram in eremo.c.4.n.96.
Et adaquavit in abyſſo multa. ibi.
78 Poſſuerunt morticinia ſervorum tuorum. c.5.n.307.
Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris. c.8.n.47.
Effunde iram tuam in Gentes. ibi.
Redde vicinis noſtris ſeptuplum. ibi.
Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum. c.8. n.228.
80 Cibavit illos ex adipe frumenti. c.2. n. 285.
Ibunt in adinventionibus ſuis. c. 8. n. 227.
81 Ego dixi dij eſtis. c.7.n.40.
83 Ibunt de virtute in virtutem. c. 1. n. 228.
Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. c.4.n.59. c.5.n.100.
86 Glorioſa dicta ſunt de te Civitas Dei. c.1.n.110.c.3.n.9.
87 In me tranſierunt iræ tuę.c.1.n.409.
88 Thronus tuus ſicut dies cœli. c. 2. n. 302.
Inveni David ſervum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. c.1.n.27.
In verberibus peccata eorum. c.5. n. 272.
Ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine. c.8.n.228.
90 Angelis ſuis mandavit de te. c. 2. n. 225.c.1.n.138.
Super aſpidem, & Baſiliſcum ambulabis. c.2.n.42.
Cum ipſo ſum in tribulatione. c.1. n, 372.
Non accedet ad te malum.c.4.n.127.
91 Bonum eſt confiteri Domino. c. 2. n. 294.
Iuſtus vt palma florebit. c. 2. n. 44. ibi. 271.
Iuſtus germinabit ſicut lilium. c. 1. n. 520.

93 Beatus homo quem tu erudieris Domine. c.7.n.118.

Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. c.8.n.68.

94 Quadraginta annis proximus fui. c.1.n.236.

103 Petra refugium herinacijs. c. 2. n. 285.

Qui tegis aquis ſuperiora eius. c. 6. n. 17.

104 Expandit nubem in protectionem. c.2.n.75.

Percuſsit petram, & fluxerunt aquæ. c.2.n.285.

105 Immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmonijs. c.2.n.5. ibi. n.159. c.6.n.51.

106 Aſcendunt vſque ad cœlos. c. 5. n. 310.

107 Paratum cor meum Deus. c. 5. n. 250.

108 Induantur ſicut diploide confuſsione ſua. c.5.n.162.

Cor meum conturbatum eſt in me. c.6.n.108.

113 Simulachra gentium argentum, & aurum. c.5.n.193. c.1. n.157.c. 2.n.146.c.5.n.290.

Manus habent, & non palpabunt. c. 1.n.231.

Similes illis fiant qui faciunt ea. c. 3. n. 13.

114 Circumdederunt me dolores mortis. c.1.n.172.

115 Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi. c. 1. n. 134.

117 Bonum eſt ſperare in Domino. c. 8.n.205.

Lapidem quem reprobaverunt ædificantes. c.5.n.282.

118 Increpaſti ſuperbos. c.7.n.18.

In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum. ibi.n.27.

Viam mandatorum tuorum cucurri. c.7.n.43.

Averte oculos meos ne videant vanitatem. c.1.n.453.

Funes peccatorum circumplexi ſunt me. c.2.n.229.

